13
7 F
39

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13. b. 20

PHILIPPI MASSINII

AB INNOCENTIIS I. C. ET EQVITIS PERVSINI.

IN BONONIENSI GYMNASIO PRIMARII INTERPRETIS.

IN SECVNDAM INFORTIATI PARTEM COMMENTARII.


Opus Scholis, & foro accomodatum.
Cui rerum, & verborum copioſus Index.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM

D. ALOYSIVM

CARDINALEM CAPPONIVM

BONONIÆ DE LATERE LEGATVM.



BONONIÆ,

Apud Victorium Benatium. M DC XVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

E R G A
A L O Y S I V M
C A R D I N A L E M
C A P P O N I V M
B O N O N I Æ L E G A T V M.

Q V I

Omnia, præter Virtutem, nouit ſubiecta Fortunæ dominanti.	*Cornif. ad Heren.*
Et eſſe Pietatis exordium optimè de Deo exiſtimare.	*Aug. li. 1. de li. arb.*
Cuius Prudentia, aſſiduo addiſcens, ad ſenium properat.	*Solon.*
Qui docuit Imperium ijs artibus retineri, quibus initio partum.	*Sall. Catil.*
Qui ſenſit Ciuium non ſeruitutem ſibi traditam, ſed tutelam.	*Sen. de clem.*
Qui ex Fortuna licentiam non vſurpauit.	*Tacit. 4. Hiſtor.*
Quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quam pro ſe eſſe ſciunt.	*Sen. conſ. ad Polib.*
Qui rectè facere Ciues ſuos faciendo docet.	*Velleius lib. 2.*
Qui minimum ſcit libere, cui nimium licet.	*Sen. Troas.*
Cui ignoſcere pulchrum iam miſero: penæq. genus vidiſſe precantem.	*Claud.*
Cuius peragit tranquilla poteſtas, quod violenta nequit.	*Claud. in Mal.*
Cuius fides nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio.	*Sen. Epiſt. 89.*
Qui non minus hominum ſe, quam hominibus præeſſe cogitat.	*Plin. Paneg.*
Cui vt inceſſus modeſtior, ita oratio non audax.	*Senec. Epiſt.*
Cui nec facilitas auctoritatem, nec ſeueritas amorem diminuit.	*Tac. Agric.*
Qui ſapiens ſapientium commercio.	*Euripides.*
Cui præcipuum amicos comparare.	*Plin. Paneg.*
Cui virtus maxima noſſe ſuos.	*Martial.*
Qui bene imperat quia paruit imperio.	*Sen. 2. de Ira.*
Qui à Regno diſiunxit odium.	*Sen. Thebaid.*
Qui comitate, & alloquijs officia prouocat.	*Tac. 5. Hiſt.*
Qui Ciuitatem cuſtodit beneficijs, non armis.	*Sen. de breu. Vita.*

Qui tandem, Atauis gloria.
Preſentibus inuidia.
Poſteris exemplar.
P H I L I P P I M A S S I N I
Qualecumque opus hoc
Grati animi argumentum.

R O M V L I
P A R A D I S I
E L O G I V M.

Mittitur lapis in aceruum Mercurij; ſi MASSINI eruditiſſimi laudibus à me laudes adduntur. Ille hic, qui feliciter, vt iam Cinus; Muſarum iocos Legum iunxit ſeueritati. Parnaſſus eum vt ciuem, non quaſi aduenam cum ipſis ſpatiantem aſpexit. Aetas, quæ ad ſenium properat, exemplum in Simonide, & Sophocle, ſuauitatem cantus non minuit. Idem de ipſo, quod de Steſichoro loquendum: cuius in ore inter cunabula Luſcinia carmen modulata eſt. Hic modo per Lyceum deambulauit. Modo in Academia conſedit: in qua Amor diſciplinarum Præceptor. At quibus vnquam temporibus potuerunt facundiore Leges interprete gaudere? Reſonant illius nomine, & vocibus prima Italorum Gymnaſia; PERVSINVM, FIRMANVM, TICINENSE, PISANVM. Vnum celebre hoc BONONIENSE deſiderabatur: in quo ab ore Sapientum Patrum pendet laudatrix Inuidia. Vt illius monumenta virtutis exteras etiam ad Regiones tranſeant; en prodeunt. Prodeunt ex ipſo, inſtar Auium, quæ à Pſaphone Lybico edoctæ, illum, euolantes, Diuum concinebant. Hæ igitur, quæ Epicteti, & Cleantis lucernæ olei perhibent notas, vobis, & poſteris ingenij ſui præſtantiam teſtentur; atq; ab iiſdem niſi Templa, & Altaria, ſaltem amorem, ac laudem conſequantur. Iuuentutem erudiant. Cæteris excutiant ſomnum: ſicut trophæa Milciadis Themiſtocli Athenienſi. Erit fortaſſe qui liuentibus oculis intueatur. At quoque Drances Turni gloriam ferebat impatiens. Quicunquè ad hæc mordicus laceranda conuertet animum; intelligat Palladem à Iouis cerebro ortum, atq; arma traxiſſe: & ſtatim ac dexteram exeruit, haſtam cœpiſſe iaculari. Elephantem ſpicula citra ſanguinem feriunt. At Ranæ viſo lumine conticeſcant.

Digitized by Google

D. Marcellus Baldaſsinus pro Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Cardin. Archiepiſc. Bonon.

Imprimatur

Fr. Hieronymus Onuphrius Conſultor S. Officij pro Reuerendiſs. Inquiſit. Bononiæ.

Digitized by Google

E L E N C H V S.

Rubricarum, & Legum, quæ hoc volumine interpretantur.

D E L E G A T. I.

Rubrica. pagina 1.
Lex prima. pagina 77.

D E L E G A T. II.

Lex ſi pluribus. pagina 146.

A D L E G E M F A L C I D I A M.

Rubrica. pagina 159.
Lex in quartam. pagina 165.

A D S. C. T R E B E L L I A N V M.

Legis in fideicommiſſariam principium. pagina 254.
§. ſi Legatum. pagina

Digitized by Google

PHILIPPI MASSINII AB INNOCENTIIS I.C.

Et Equitis Peruſini in Bononienſi Gymnaſio Iuris Ciuilis Interpretis Primarij.

IN SECVNDAM INFORTIATI PARTEM COMMENTARII.

Ad Rubricam. ff. de Legatis, & Fideicommiſſis. i.

SVMMÆ RERVM, ET VERBORVM.

1 Methodus obſeruanda proponitur.
2 Vltima voluntas, generaliſſimè ſumpta, in ſuas ſpecies diuiditur.
3 Legatum, quibus modis vſurpetur.
4 Legatum cur ſic appellatum.
5 Lex eſt commune preceptum.
6 Lego verbum generale eſt, quod etiam ad hæredis inſtitutionem refertur.
7 Lego verbum, vbi ex coniectura conſtat teſtatorem noluiſſe hæredem facere, hæredis inſtitutionem non inducit, & quæ ſint coniecturæ.
8 Interpretatio illa eſt admittenda, quam, & verborum proprietas, & veriſimilis diſponentis adiuuat voluntas.
9 Lego, verbum frequentius, & magis propriè ad fideicommiſſum, & legatum refertur, quàm ad hæredis inſtitutionem.
10 Lego verbum, ad vniuerſitatem bonorum, ab eo relatum, quem conſtat ex probabili coniectura velle hæredem facere, hæredis inſtitutionem inducit.
11 Interpretatio illa, in quæſtionibus voluntatis, eſt admittenda, quam coniectura voluntatis adiuuat, & ſi verborum proprietas refragetur, & quæ ſint voluntatis coniectura.
12 Præfationes declarant voluntatem diſponentis.
13 Diſponens nunquàm, cenſetur viam elegiſſe, ad ſuam impugnandam voluntatem.
14 Teſtari velle præſumitur qui aliquem ex filijs exhæredat.
15 Teſtari velle præſumitur rogans teſtes, vt præſto ſint ſuo teſtamento, vel proteſtans in fine, illud ſuum eſſe teſtamentum.
16 Teſtari velle præſumitur, qui vulgariter ſubſtituit ei, cui bona ſua legauit.
17 Lego verbum, relatum ad quotam bonorum, iure inſtitutionis debitum, an inducat hæredis inſtitutionem.
18 Interpretationem eam recipiunt verba dubia, per quam actus ſuſtinetur.
19 Lego verbum ambiguum, & æquiuocum eſt, declaratur num. 29.
20 Lego verbum eandem vim habet, quam verbum relinquo. declaratur num. 30.
21 Relinquo verbum, relatum ad legitimã iure inſtitutionis debitam, hæredis inſtitutionem ſignificat.
22 Diſpoſita per teſtatorem, ſecundum quod iuris neceſſitas requirit, cenſentur diſpoſita. declaratur num. 31.
23 Legitima neceſſario relinquenda eſt iure inſtitutionis.
24 Portio debita à liberto patrono, iure inſtitutionis eſt debita.
25 Lego verbum, ad portionem, debitam à liberto patrono, relatum, hæredis inſtitutionem inducit.
26 Teſtatoris voluntas, talis eſſe cenſetur, qualem verba demonſtrant.
27 Verba ſunt notæ corum, quæ ſunt in mente.
28 Lego verbum, diſpoſitiuè prolatum, ſui natura eſt ſemper obliquum.
29 Formarum contrarietas, in cauſa eſt, vt vna ſpecies excludat aliam.
30 Lego verbum generale eſt, relinquo commune, & quæ inter verba communia, & generalia ſit differentia.

31 Lego verbum, ennunciatiuè prolatum, poteſt etiam hæredis inſtitutionem ſignificare, diſpoſitiuè autem nequam, & num. 47. & 48. & 62.

32 Lex. 3. §. ſi debita, ff. de bon. libert. declaratur.

33 Lego verbum, ad legitimum relatum, an & quando inducat hæredis inſtitutionem.

34 Taciti, & expreſſi par eſt virtus.

35 Lego, verbum, relatum ad vniuerſitatem bonorum, nullo alio hærede inſtituto, an hæredis inſtitutionem inducat.

36 Filia quoque fœmina neceſſario debet inſtitui, vel exhæredari in teſtamento.

37 Dos ſuccedit in locum legitimæ, declaratur num. 49.

38 Lego verbum, ſemper eſt merè obliquum, diſpoſitiuè prolatum.

39 Verba merè obliqua, nunquàm poſſunt trahi ad hæredis inſtitutionem.

40 Lego verbum, merè obliquum eſt, reſpectu hæreditatis, & inſtitutionis, non reſpectu fideicommiſſi.

41 Verba communia, in dubio, eam recipiunt interpretationem, vt diſponant, directè.

42 Teſtamentum ſuum caput habet, & fundamentum, per hæredis inſtitutionem.

43 Fideicommiſſum facit quicunque legat.

44 Quæſtiones voluntatis, in iudicis ſunt arbitrio.

45 Quæſtiones voluntatis, eam recipiunt, in dubio, interpretationem, per quam ſatisfit vtrique parti.

46 Hæredis inſtitutio non poteſt induci, niſi verbis aptis ad diſponendum, non modo de rebus, ſed etiam de ſucceſſore iuris.

47 Lego verbum, non poteſt referri ad iuris ſucceſſorem.

48 Cap. Raynaldus, extra de teſtam. declaratur.

49 Quando de vno dubitatur, in cæteris ſupponuntur termini habiles.

50 Voluntas diſponentis, talis eſſe cenſetur, qualis eſt verborum ſignificatio.

51 Coniecturæ ceſſant, quando ſumus in claris.

52 Hæres directus non eſt, qui à manu alterius hæreditatem capit.

53 Pupillariter ſubſtitui ei, qui non ſit in teſtatoris poteſtate non poteſt.

54 Maritus, iure municipali prohibitus legare vxori, an intelligatur etiam prohibitus eam hæredem inſtituere.

55 Statuta ad caſus non porrigũtur, qui ſub ſtricta, & propria verborum ſignificatione non comprehenduntur. declaratur num. 62. in fin.

56 Teſtandi facultas, quæ conſiſtit in hæredis inſtitutione, tolli non poteſt.

57 Statuti diſpoſitio, quantumuis odioſa, & exorbitans, ob rationis identitatem, extenditur ad caſus, quibus ſaltem largè, & impropriè ſtatuti verba conueniunt.

58 Hæredem inſtituens dicitur etiam legare, & relinquere.

59 Interpretatio illa non eſt admittenda, per quam fit Fraus legi.

60 Verba, quicquid includunt in diſpoſitione permiſſiua, excludunt in diſpoſitione prohibitiua.

61 Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.

62 Statuti verba, vbi conueniunt propriè, conuenit etiam illius diſpoſitio.

63 Hæredis inſtituendi, & legandi facultas, coarctari non modo poteſt, quo ad res, ſed etiam quo ad perſonas.

64 Lego verbum, an, & quando, & quomodo hæredis inſtitutionem inducat, vel ſignificet.

65 Legatum, quo iure fuerit introductum.

66 Legatorum non violandorum ius, ad ius gentium refertur.

67 Legata olim non niſi in teſtamento fieri poterant.

68 Serui de Iure Ciuili pro mortuis habentur.

69 Serui ſunt capaces legatorum.

70 Donatio eſt de iure gentium, declaratur numero 81.

71 Legatum eſt donatio.

72 Legandi facultas eſt à lege 12. Tabul.

73 Forma dat eſſe rebus.

74 Denominatio fit ab eſſe ſpecifico, non à generali, & indefinita materia.

75 Legatum habet formam à iure ciuili.

76 Legatum olim non niſi verbis directis fiebat, fideicommiſſum autem obliquis tantummodo.

77 Legatum eſt modus ciuilis dominij acquirendi.

78 Dominium tranſit recta via à teſtatore in legatarium.

79 Legatum eſt modus acquirendi titulo particulari.

80 Canon Ius gentium prima diſtinct. declaratur.

81 Teſtamentum ad ius ciuile, à quo formam habuit refertur.

82 Legatum qua ratione fuerit introductum.

83 Legatum quid ſit.

84 Legati definitio Florentini I.C. explicatur.

85 Le-

85 Legati *diffinitio, Modeſtini I.C. explicatur.*
86 Legati *diffinitio Iuſt. Imperatoris controuertitur, & defenditur.*
87 *Diffinitiones plures vnius rei, cuius vnica eſt eſſentia, eſſe non poſſunt. declaratur n.* 108.
88 *Diffinitio debet cõſtare genere, & differẽtijs.*
89 *Genus prædicatur æque propriè de omnibus ſuis ſpeciebus. & nu.* 141.
90 *Donatio eſt doni datio. declaratur nu.* 109.
91 *Donatio fieri ſibi ipſi non poteſt.*
92 *Actio, & paſſio non datur in eodem ſubiecto.*
93 *Donans, & donatarius idem eſſe non poteſt.*
94 *Pignoris remiſſio, in teſtamento facta, eſt legatum.*
95 *Relictum, eius quod debetur, creditori factum eſt legatum.*
96 *Liberalis in neceſſitatibus nemo exiſtit. &* 99
97 *Legatum eſt etiam quod relinquitur, vt ſtatim reſtituatur.*
98 *Donatio non conſiſtit in vtilitate momentanea.*
99 *Legatum eſt etiam quod ex neceſſitate in teſtamento relinquitur.*
100 *Legatum eſt etiam relictum eius, quod naturaliter debetur.*
101 *Nomine quę differunt, differũt etiam numero.*
102 *Diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.*
103 *Legatũ hodie eſt etiam quod relinquitur præſtandum à legatario.*
104 *Legatum eſt etiam, quod venit præſtandum ab eo, qui aliquid accipit cum conditionis implenda.*
105 *Legatum eſt etiam, quod præſtatur à teſtatore.*
106 *Legatũ, ex diſpoſitione teſtatoris, poteſt etiam propria auctoritate apprehendi.*
107 *Legati diffinitio plenisſimè explicatur.*
108 *Deſcriptiones plures eiuſdem rei fieri poſſunt.*
109 *Facere per ſe videtur, qui per alium facit.*
110 *Legare ſibi ipſi nemo poteſt.*
111 *Legati inutilia, non debent legati definitione comprehendi.*
112 *Mitius cum lege agitur, quàm cum homine.*
113 *Donari poſſunt etiam res, legis obligatione debita.*
114 *Debitũ naturale ſoluetur morte, & non tranſmittitur ad hæredes.*
115 *Genus ineſt in qualibet ſua ſpecie.*
116 *Genus, & ſecundum nomen, & ſecundum diffinitionem, de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur.*
117 *Matrimonij definitio explicatur.*
118 *Priuatio præſupponit habitum.*
119 *Patientia pro traditione habetur.*
120 *Legatum liberationis, quo pacto ab hærede quaſi præſtetur.*
121 *Legatum nominis debitoris, quo facto ab hærede quaſi præſtetur.*
Libertatis legatum non datur.
122 Teſtator *ſi dicat in actu teſtandi, præſenti, & acceptanti dono tibi equum, an intelligatur legaſſe, vel inter viuos donaſſe.*
123 *Conſequens qui facere poteſt, poteſt etiam facere antecedens.*
124 *Aſſignatio libertorum, & in teſtamento, & inter viuos fieri poteſt.*
125 *Pignus, quod eſt contractus, fieri poteſt in teſtamento.*
126 *Contractus, & quaſi contractus æquiparãtur.*
127 *Aditio hæreditatis, quæ eſt quaſi contractus, in teſtamento fieri poteſt.*
128 *Teſtamentum, & contractus opponuntur, & oppoſitis differentijs diſcriminantur.*
129 *Contractus, nec ratione verborum, poſſunt ad teſtamentum pertinere.*
130 *Aſſignatio libertorum eſt actus indifferens, qui tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus fieri poteſt.*
131 *Pignus, & nudo pacto, & magiſtratus auctoritate, & teſtamento fieri poſſe, iure ſingulariter cautum eſt.*
132 *Quaſi contractus, facilius fit in teſtamento, quàm contractus.*
133 *Verba in dubio ſunt intelligenda ſimpliciter, & ſecundum potentiorem ſignificationem. declaratur num.* 152.
134 *Dono verbum, ſimpliciter, & ſecundum potentiorem ſignificationem, ad donationem inter viuos refertur.*
135 *Donans, in dubio, cenſetur irreuocabiliter donare. declaratur num.* 152.
136 *Verba teſtatoris dubia eam recipiunt interpretatione, vt pleniorem diſpoſitionem ſignificent. declaratur nu.* 152.
137 *Verba æquiuoca, eam recipiunt interpretationem, qua magis facit contra proferentem. declaratur nu.* 153.
138 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & econtra, valet. declaratur numero* 154.
139 *Donatio propriè donationem inter viuos tantum ſignificat.*
140 *Verba diſponentis intelliguntur ſecundum naturam actus, qui geritur.*
141 *Interpretatio illa omnino eſt admittenda, cui & verba, & natura actus, & iuris præſumptio, & veriſimilis diſponentis mens fauet, & nihil repugnat.*
142 *Proprietas verborum potiſſimum à definitione ſumitur, & ab ethymologia.*
143 *Communis vſus loquendi, in vltimis voluntatibus præfertur proprietati.*

144 Legatum magis conuenit naturæ teſtamenti, quàm donatio inter viuos.
145 Legare teſtator potius præſumitur, quàm inter viuos donare.
146 Donare, inter viuos eſt perdere, & ſuum iactare, & alium magis, quàm ſe ipſum diligere.
147 Charitas prima incipit à ſe ipſo.
148 Teſtator cenſetur velle minus ſibi præiudicare, quàm ſit poſsibile.
149 Teſtator cenſetur minus velle grauare hæredem ſuum, quàm fieri poſsit.
150 Legatarius poteſt eſſe præſens, & legatum acceptare.
151 Tacēs cenſetur conſentire, actui, qui fit ad illius commodum.
152 Interpretatio fieri debet, in dubio, quæ magis congruit voluntati teſtatoris.
153 Verba ambigua, in contractibus, recipiunt interpretationem contra proferentem.
154 Verba ambigua, in vltimis voluntatibus, recipiunt interpretationem ad fauorem teſtatoris.
155 Legare alius pro alio, nec ex mandato poteſt.
156 Vltimæ voluntates pendere ab alieno arbitrio non poſſunt.
157 Lex, ex hac ſcriptura, de donat. declaratur.
158 Legatum quotuplex ſit.
159 Legatum vniuerſale totius hæreditatis, an detur.
160 Legandi latiſsima poteſtas, lege 12. Tabularũ hominibus conceſſa.
161 Totius, & partis idem iudicium. declaratur num. 181.
162 Legari poteſt pars hæreditatis. & 169.
163 Legata, & fideicommiſſa ſunt ſimilia. declaratur nu. 182.
164 Fideicommiſſum totius hæreditatis fieri poteſt.
165 Legari poteſt etiam totius hæreditatis vſuſfructus.
166 Legari poteſt etiam hæreditas, puta Meuiana.
167 Legatum, & fideicommiſſum quodam ſpeciale, quodam vniuerſitatis.
168 Determinatio vna, reſpiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinat.
169 Legari poſſunt etiam vniuerſitates.
170 Contrario vno dato, datur alterum de neceſsitate. declaratur nu. 192.
171 Legatum ſpeciale datur, & vniuerſitatis.
172 Patrimonium includit onera.
173 Legatum non refertur ad modos acquirendi per vniuerſitatem, ſed eſt titulus particularis.
174 Legatum onera continere, implicat.
175 Legatarius, vt legatarius, non poteſt ſuccedere in vniuerſum ius defuncti.
176 Legatarius non eſt iuris ſucceſſor.
177 Legata, extra teſtamentum, fieri olim non poterant.
178 Domini duo in ſolidum eiuſdem rei eſſe non poſſunt.
179 Legata rei dominium tranſit in legatarium à die mortis teſtatoris.
180 Lex, verbis legis, de verb. ſignif. declaratur.
181 Legatum portionis olim onera, ſui natura, non continebat, ſed ex conuentione inita, per quaſdam ſtipulationes.
182 Fideicommiſſum, quantumuis vniuerſale, ſemper fieri potuit in codicillis.
183 Legatum vſuſfructus totius hæreditatis, eſt legatum particulare.
184 Tale appellatur, quod fuit quandoque tale, demonſtrationis gratia.
185 Hæreditas adita, propria amplius non eſt hæreditas, ſed patrimonium adeuntis.
186 Vniuerſalis acquiſitio ea dici non poteſt, quæ continet onera per accidens, non ſui natura.
187 Emptor hæreditatis non ſubijcitur oneribus, vt emptor.
188 Lex vltim. §. ſin autem. C. communia delegat. declaratur.
189 Legatum vniuerſitatis datur, non legatum vniuerſale.
190 Funeris impenſa, & precia ſeruorum manumiſſorum, non ſunt onera, quæ faciunt acquiſitionem vniuerſalem.
191 Legatum gregis, & peculij, eſt legatum vniuerſitatis, non vniuerſale.
192 Legatum, vt legatum, non recipit eam diuiſionem, & aliquid ſit particulare, aliquid vniuerſale.
193 Legato, vt ſit locus, quæ requirantur.
194 Legati circumſtantia rei quæ.
195 Legari res aliena, iure Pontificio, an poſſit.
196 Cap. ſilius noſter, extra de teſtament. declaratur.
197 Legati circumſtantia perſonæ quæ.
198 Legati circumſtantia loci, & temporis quæ.
199 Legati circumſtantia modi quæ.
200 Legatum quos operetur effectus.
201 Legatum quibus modis finiatur.
202 Fideicommiſſum, quibus modis vſurpetur.
203 Fideicommiſſum, vnde dicatur.
204 Fideicommiſſum, quo iure introductum.
205 Fideicommiſſum, qua ratione introductum.
206 Fideicommiſſum, quid ſit.
207 Fideicommiſſum, quotuplex.
208 Fideicommiſſo, vt ſit locus, quæ requirantur.
209 Fideicommiſſi, circumſtantia rei quæ.
210 Fideicommiſſi, circumſtantia perſonæ quæ.
211 Fideicōmiſſi, circũſtantia loci, & tēporis quę.

212 Fidei-

212 Fideicommiſſi, *circumſtantia modi qua.*
213 Fideicommiſſum, *quos operetur effectus.*
214 Fideicommiſſum, *quibus modis finiatur.*
215 Legatorum, *& Fideicommiſſorum tractatus, cur fuerit in tres titulos diuiſus.*
216 *Diuiſionis, & partitionis vtilitas.*
217 Legatorum, *& Fideicommiſſorum materia, cur in Pandectis permixtim, in Codice, & in ipſis inſtitutionibus ſeparatim tractetur.*
218 Rubricæ, *continuatio.*
219 *Præcedere debet etiam tractatione, quod tempore, vel natura præcedit.*
220 *Continuatio debet fieri ad proxima.*
221 *Teſtamentum accipitur in genere, & in ſpecie.*
222 Teſtamenti, *appellatione, an veniant Codicilli.*
223 *Appellatio rei cuiuſque duplex, generica, & ſpecifica.*
224 *Larga quoque ſignificatio propria eſſe poteſt.*
225 *Rubrica, & inſcriptio debet eſſe generalis ad omnia, quæ ſub ea tractantur.*
226 *Argumentum à coniugatis valet.*
227 *Nomina debent eſſe conſonantia rebus.*
228 *Actio perſonalis ex teſtamento competit pro relictis etiam in codicillis.*
229 *Legatum eſt donatio quædam, teſtamento relicta.*
230 *Diffinitio debet conuerti cum ſuo definito.*
231 *Diffinitio, cui competit, competit etiam nomē rei diffinita.*
232 *Proprietas nominis, ſumitur potiſsimum ex diffinitione.*
233 *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.*
234 *Iuſtum, in iure, quid, trifariam dicitur.*
235 *Determinatio vna, reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.*
236 *Nominum diuerſitas arguit diuerſitatem ſubſtantiæ.*
237 *Simile nullum eſt idem.*
238 *Subrogatum non poteſt eſſe idem cum eo, in cuius locum ſubrogatum eſt.*
239 *Codicilli vicem ſubſtinent teſtamenti.*
240 *Teſtamenti pars, nec teſtamentum eſſe poteſt, nec illius recipere appellationem.*
241 *Totum de parte non prædicatur.*
242 *Codicilli teſtamenti partes appellantur.*
243 *Inteſtatum, & teſtatum decedere implicat.*
244 *Diffinitio, cui non competit, nec definitum poteſt competere.*
245 *Genus vniuocum prædicatur de ſuis ſpeciebus, & ſecundum nomen, & ſecundum definitionem.*
246 *Teſtamenti definitio Codicillis non competit.*
247 *Codicilli vim, & poteſtatem teſtamenti non habent.*
248 *Codicilli legitimi, & ſolemnes dici non poſſunt.*
249 *Codicilli capite, & fundamento teſtamenti carent.*
250 *Teſtamenti caput, & fundamentum in hæredis inſtitutione conſiſtit.*
251 *Tractatus non ſemper inſcribuntur à ſubiecto adæquato, ſed interdum à ſubiecto principali.*
252 *Argumentum à deriuatis, in æquiuocis, non valet.*
253 *Lex conficiuntur, §. 1. ff. de iure codicillorum. declaratur.*
254 *Actio perſonalis ex teſtamento, quæ competit pro relictis in codicillis, vtilis eſt, non directa.*
255 *Actio de partu agnoſcendo, datur etiam inter fratres, & agnatos.*
256 *Lex legatum eſt, de legat. 2. declaratur.*
257 *Iuſta, vox in teſtamenti definitione poſita, declaratur.*
258 *Lex Eunuchis, C. de teſtam. declaratur.*
259 *Totum collectiuum de ſuis partibus non prædicatur.*
260 *Codicilli olim ab inteſtato fieri non poterant.*
261 Continuatio *alia affertur, & probatur.*
262 Legatum *an ſit acceſſorium ad teſtamētum.*
263 *Acceſſorij multiplex ſignificatio, & natura pleniſsimè declaratur.*
264 *Acceſſorium diffinitur.*
265 *Differentia inter accidere, & accedere, & inter accidens, & acceſſorium.*
266 *Teſtamento pereunte, legata quoque infirmantur.*
267 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
268 *Legatum adeſt, & abeſt à teſtamento, præter illius corruptionem.*
269 *Legatum non eſt in gratiam teſtamenti, vel inſtitutionis hæredis.*
270 *Legatum, vel nihil commune habet cum teſtamento, vel eſt pars illius.*
271 *Legatum non ſequitur naturam teſtamenti.*
272 *Teſtamenta latiſsimè, legata ſtrictè interpretantur.*
273 *Ars imitatur naturam.*
274 *Legatum non habet neceſſariam relationem ad teſtamentum.*
275 *Pictura non eſt acceſſoria ad tabulam, ſed tabula ad picturam.*
276 *Legata interdum confirmant teſtamentum.*
277 *Vulgaris ſubſtitutio, quæ ſine teſtamento exi-*

ſtere

Digitized by Google

ſtere non poteſt,& teſtamenti naturam, ſequitur acceßoria tamen ad teſtamentum non eſt.

278 Pupillaris ſubſtitutio,& Codicilli non ſunt aceeßoria ad teſtamentum,ſed partes illius.

279 §.Si liberi,Inſtit.de pupillari,declaratur.

280 Conſequens,& pars,non ſunt acceſſoria,ad totum,& ad antecedens.

281 Pars, ſine deſtructione totius, ad quod refertur,abeſſe non poteſt,ſecus aceeſſorium.

282 Teſtamentum quattuor modis accipitur, ſecundum communes traditiones.

283 Totum quid ſit,& quotuplex latißimè declaratur.

284 Legatum *non eſt pars eßentialis teſtamenti.*

285 *Pars eſſentialis nulla,prçter materiam,& formam.*

286 *Legatum neque forma teſtamenti eſt. neque materia.*

287 *Teſtamenti forma hæredis inſtitutio,materia teſtamenti voluntas vltima.*

288 Legatum *non eſt pars ſubiectiua teſtamenti illius in indiuiduo,in quo factum eſt.*

289 *Indiuiduum, ſeu ſingulare, partes ſubiectiuas habere non poteſt.*

290 *Indiuiduum eſt indiuiduum per ſuam formam, conſiſtentem in collectione plurium accidentium,quæ ſi ab eo abſtrahantur deſtruitur,niſi demonſtratione ad oculum,vel circumſcriptione reſtringatur.*

291 Legatum,*an ſit pars ſubiectiua teſtamenti in ſpecie,vel in genere ſubalterno.*

292 *Teſtamenti pars ſubiectiua dicitur illa, cui teſtamenti diffinitio, & nomen poteſt accommodari.*

293 *Teſtamentum, quod ſub teſtamento in ſpecie comprehenditur, eſt pars ſubiectiua teſtamenti.*

294 *Specie poſita,ponitur genus, quod eſt in qualibet ſpecie.*

295 *Genus,& ſpecies prædicantur de ſuis inferioribus,& ſecundum nomen,& ſecundum definitionem.*

296 *Aggregata ſunt diuerſa,à comprehenſis.*

297 *Teſtamentum vnicum ab vno homine validum fieri tantum poteſt, contractus autem plures.*

298 *Teſtamentum, cuius forma in puncto indiuiſibili conſiſtit, & in vltima concluſiua, eſt quid indiuiduum, & 350.*

299 *Teſtamentum continens pupillarem ſubſtitutionem, non eſt duplex, ſed vnicum teſtamentum duarum cauſarum.*

300 Legatum, *an ſit pars ſubiectiua teſtamenti in genere generaliſsimo ſumpti.*

301 *Communes opiniones, cur in diſputando ſint ſupponendæ.*

302 *Inciuile eſt, vna aliqua particula propoſita, iudicare.*

303 *Legata poßunt fieri etiam ab inteſtato.*

304 *Species vnaquaque habet proprietates,& paſſiones omnes ſui generis.*

305 *Species cum habeat formam indiuiduam, diuiſionem non recipit.*

306 *Vltima voluntatis, quod ſpecies non eſt, nec teſtamenti in genere generaliſsimo ſpecies, & pars ſubiectiua eſſe poteſt.*

307 *Vltimæ voluntatis ſpecies eſſe non poteſt, quod per ſe à cæteris vltimis voluntatibus materiam per propriam formam ſeparatam, & ſpecificatam non habet.*

308 *Genus de ſpecie prædicatur,non econtra.*

309 *Legatum eſt vltima voluntas.*

310 *Donatio cauſa mortis, & legatum ſunt æquiparata.*

311 *Donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas.*

312 *Legata poſſunt fieri ab inteſtato,reſpectu teſtamenti in ſpecie,in quo inſtituitur hæres, non reſpectu teſtamenti in genere generaliſsimo.*

313 *Argumentum de genere ad ſpeciem, non niſi negatiuè valet.*

314 *Argumentum de ſpecie ad genus non valet, niſi affirmatiuè.*

315 *Iaſonis,& Herculani error notatur.*

316 *Species,re aliqua,ſemper abundat à genere.*

317 *Species plura continet actu, quàm genus.*

318 *Teſtamentum eſt modus acquirendi de iure ciuili.*

319 *Forma qualibet eſt indiuiſibilis.*

320 *Legatum non diuiditur per legem Falcidiam, ſed res legata.*

321 *Genus ſumitur à materia, differentia à forma.*

322 *Teſtamentum eſt vltima voluntas informata, & ad ſpeciem contracta per hæredis inſtitutionem.*

323 *Legatum eſt vltima voluntas ſpecificata, & determinata per donationem verbis directis,& preceptiuis, à defuncto relictam.*

324 *Teſtamenti ſolemnitas non eſt forma illius.*

325 *Forma,eadem numero,plurium ſpecierum dare non poteſt.*

326 *Teſtamentum collectiuum continet plures vltimas voluntates, inter ſe ſpecie realiter diſtinctas.*

327 *Vltima voluntatis, ſeu teſtamenti in genere generaliſsimo, ſi datur,definitio.*

328 *Diſpoſitio qualibet de re,poſt mortem,ordinata à defuncto eſt vltima voluntas.*

329 Legatum *deſtinatum, an ſit pars integralis teſtamenti, ita vt,ſi teſtator illud non perficiat*

ſiciat inutiliter dicatur teſtatus, etiam quo ad heredis inſtitutionem.

330 Vtile per inutile non vitiatur, limitatur numero 350.

331 Interpretatio fieri debet in dubio, vt actus valeat, limitatur nu. 350. in fin.

332 Teſtatoris voluntas, in ea parte, à qua non conſtat receſsiſſe, ſemper in dubio à lege ſubſtinetur limitatur nu. 351.

333 Teſtamentum, in quo plures ſunt inſtituti hæredes in partibus, quas teſtator cuicumque poſtea adſcripſerit ſubſtinetur, etiam ſi partes non fuerint adſcriptæ.

334 Teſtamentum, in quo volebat teſtator plures inſtituere heredes, ſi aliquarum nomina prætermiſerit, quo ad eos dumtaxat vitiatur.

335 Teſtamentum, in quo ciuitati quis viros reliquit, & promiſit eorum fines ſe ſignificaturum, & certaminis formam, qua celebrari ſingulis annis voluit declaratorum, valet, etiam non ſequuta dicta declaratione.

336 Inſtitutio hæredis, omiſsione promiſſa, & deſtinatæ conditionis non vitiatur.

337 Teſtamentum captum, ſuperueniente impedimento, vitiatur, non factum, & profectum.

338 Perfecta res dicitur, quæ ſuam formam habet.

339 Forma dat rebus eſſe, & operari.

340 Teſtamentum tribus verbis fieri poteſt.

341 Abſtractum dicit aliquid extra ſubiectum.

342 Concretum dicit illud ipſum, quod abſtrahi poteſt, in ipſo ſubiecto.

343 Abſtracti forma non eſt diuerſa à forma concreti.

344 Hæres inſtitutus ſuccedit in vniuerſum ius defuncti.

345 Teſtamentum cæptum, & non perfectum nullum eſt.

346 Teſtamentum, in quo teſtator, mortalitate præuentus, deſtinatum legatum non perficit, captum dicitur, non perfectum.

347 Inſtitutio hæredis, omiſsione deſtinatæ conditionis, vitiatur.

348 Teſtamentum, in quo plures erat quis hæredes nuncupaturus, aliquibus non nuncupatis, in totum infirmatur.

349 Actum nihil intelligitur, quando aliquid ſupereſt addendum.

350 Teſtamentum collectiuum eſt totum per aggregationem diuerſarum vltimarum voluntatum, ex diſpoſitione, & deſtinatione teſtatoris.

351 Specialia derogant generalibus.

352 Lex ſecunda, de hæredibus Inſtitut. & l. vnimus. §. quod ſi non fuerit. C. de teſtam. declarantur.

353 Lex cum pater. §. vltimo. de legat. ſecundo, & lex penultim. C. de inſtit. & ſubſtit. declarantur.

354 Actus fieri vtiliter, facilius impeditur, quam infirmetur actus validus.

355 Teſtamentum, an, & quando inualidum reddatur ex eo, quòd teſtator omiſerit aliquid, quod facere deſtinauerat.

356 Legatum, an ſit pars integralis teſtamenti, in quo factum eſt.

357 Pars integralis ea eſt, ſine qua totum eſt perfectum.

358 Voluntas teſtatoris eſt Regina, & lex in teſtamento.

359 Totum voluntarium conſtituitur ex deſtinatione conſtituentis illud.

360 Pars integralis, minus principalis, eſt quæ totum integrat, poteſt tamen citra corruptionem illius abeſſe.

361 Teſtamentum, à quo legatum adimitur, neque inutile efficitur, neque imperfectum.

362 Partes integrales certæ ſunt, & perpetuæ, ſecundum naturam totius, cuius ſunt partes.

363 Referri ad totum non poteſt, quod non ad omnes illius partes refertur.

364 Conditio relata ad vniuerſam hæreditatem, ad totum teſtamentum dicitur pertinere.

365 Diſcretum non poteſt eſſe pars integralis.

366 Totum integrale illud dicitur, quod diuiditur in partes, per quantitatem continuam.

367 Manus, realiter ſeparata à reliquo corpore, & amputata, æquiuocè eſt manus.

368 Legatum eſt quid diſcretum, & ſeparatum realiter à teſtamento, propriam habens formam.

369 Legatum per ſe ſubſiſtit, ſeparatum etiam à teſtamento, in quo factum eſt. & nu. 370.

370 Pars integralis deſtructioni ſui totius ſupereſſe non poteſt cum effectu, ſeparata enim corrumpitur.

371 Pars omnis integralis, neceſſariam ad ſuum totum relationem habet.

372 Legatum non neceſſariam habet relationem ad teſtamentum.

373 Legatum ſine teſtamento, & teſtamentum ſine legato conſiſtit, & alterum, alterius definitionem non ingreditur.

374 Correlatiuum alterum, per alterum definitur.

375 Cauſa ſine qua non, non eſt pars ſui effectus.

376 Teſtator non poteſt quicquam velle contra leges, vel contra naturam actus.

377 Te-

377 *Teſtamenti conditionalis validitas poteſt pendere à re alienißima.*

378 *Teſtamentum perfectionem, & integritatem à legatis non recipit.*

379 *Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem.*

380 *Conditio, & dies ſunt accidentia diſpoſitionis conditionalis, non pars.*

381 *Accidens non poteſt eſſe pars rei cuius eſt accidens.*

382 *Pars integralis, ſi abſit, deſtruitur totum integrale, non eſſentiale.*

383 *Partes eßentiales ſunt materia, & forma.*

384 *Hominis partes eßentiales ſunt anima, & corpus.*

385 *Legatum in indiuiduo, ita ſe habet ad teſtamentum in indiuiduo, vt legatum in ſpecie ad teſtamentum in ſpecie.*

386 Legatum, *ex ſententia auctoris, eſt pars collectiua teſtamenti, quatenus ſignificat collectionem diuerſarum vltimarum voluntatum.*

L I B E R X X X.

De Legatis, & Fideicommiſſis.

1 SCRIBIT M. Tullius lib. 1. de legibus, opportere Ius Ciuile docentem altè, & à capite repetere quod quæritur, & vniuerſalia prius eſſe explicanda, docemur ab Ariſtot. lib. 1. de partibus animalium cap. 4. id quod tradunt etiam Bart. & DD. ad l. 1. ff. ſi certum petat. Explicaturus ergo, hoc anno, illud iuris argumentum, in hoc celeberrimo, & florentiſſimo Bononienſi Archigymnaſio, ex conſuetudine Gymnaſiorum totius Italiæ, quod ad Legata pertinet, & ad Fideicommiſſa, opere precium facturus videor, ſi primum accipiam ſummum genus, ad quod relicta eiuſmodi referuntur, illudq. diuidam, per differentias contrarias, quouſq; perueniam ad vltimas eorundem legatorum, & fideicommiſſorum ſpecies; explicaturus etiam deinde vberius de vtriſq; nouem ſolitas quæſtiones noſtras; & non prætermiſſurus ſubtiles, & vtiles diſputationes, & articulos, quos, occaſione continuationis Rubricæ noſtræ, latiſſimè tractant interpretes, dubitantes an legata ad teſtamẽtum, vel tamquàm acceſſoria, vel tamquàm illius partes referantur.

2 Tria igitur ſunt ſumma rerum capita, & veluti genera generaliſſima, ad quæ ferè omnia, quę in iure noſtro tractantur, aliquo modo referuntur, iudicium nimirum, contractus, & vltima voluntas; Legata autem, & fideicommiſſa, ad vltimam referuntur voluntatem, cuius ſumma diuiſio eſſe poteſt, vt colligitur ex Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 4. nu. 3. vt aliqua ſit innominata, & priuatiua, aliqua nominata, & poſitiua, priuatiua autem, qua præexiſtentes validæ vltimæ voluntates reuocantur, & infirmantur, eſt in duplici differentia. Aut, ſ. reuocatiua relictorum particularium, Aut reuocatiua etiam vniuerſi teſtamenti, & reuocatiua relictorum particularium, Aut tacita eſt, Aut expreſſa, tacita, quæ nuda voluntate inducitur, & pręſumpta, puta ex ſuperuenientia inimicitiæ capitalis, l. 3. in fin. inſ. de adim. legat. & rurſus expreſſa, Aut facto exprimitur, aut verbis quibuſcunque, facto, veluti ademptio legati, quæ fit per alienationem rei relictæ adimendi animo factã, de qua in §. ſi rem ſuã inſt. eod. verbis, autẽ expreſſa, Aut eſt merè priuatiua, aut priuatiua, & inductiua ſimul illa eſt ademptio legati, vel fideicommiſſi, hæc tranſlatio de quibus in tit. ff. de adim. & trãsfer. leg. & in tit. inſt. de adẽpt. legatorum Reuocatiua autem vniuerſi teſtamenti, Aut facto inducitur, Aut verborum quorũcunq; expreſſione facto inducta ea eſt, quæ fit, Aut per inciſionẽ Tabularũ, Aut citra inciſionẽ, per cancellationẽ, vel per reſignationẽ Tabularũ, non caſu, ſed animo reuocãdi factam, de inciſione eſt tex. in l. pen. §. penult. ff. de bonorum poſſ. ſecun. tab. in l. 1. §. ſed cõſulto, ff. de his quæ in teſta. delentur in l. vlt. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſta. nec non in l. penult. C. de teſta. De cancellatione, & deletione, eſt tex. in d. §. ſed conſulto in l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi tab. teſt. null. ex tab. in l. 2. in princ. ff. de his quę in teſta. delentur. De reſignatione, tex. eſt in d. l. penult. C. de teſtam. in l. ſi teſtamentum, in l. ad teſtium §. ſi ſigna, ſup. qui teſta. fac. poſſ. & de his omnibus agit elegãter Hugo Donell. lib. 6. Coment. de iure ciuili, cap. 16. verſic. mutatis tabulis, tetigimus etiã nos in d. diſtinct. 56. nu. 6. Priuatiua autem vltima voluntas vniuerſi teſtamenti reuocatiua verbis expreſſa, Aut ſpecialis eſt, Aut communis, ſpecialis in militibus, vt corã duobus, vel tribus teſtibus in caſtris teſtamentum, iure militari factum, infirment, ſiue ſimpliciter reuocauerint, ſiue ſecundum condere cœperint, & non perfecerint. l. eius militis §. ſi militia miſſus, & l. in fraudem §. 1. ff. de milit. teſtam. & lege 2. ſup. de iniuſt. rupt. & irr. fac. teſtam.

teſtàm. In pagânis autem, vt ſi in primo teſtamento ſint ſcripti extranei, & in ſecundo, minus perfecto, venicntes ab inteſtato, fauore eorum, ad primum reuocandum, quinque teſtium iuratorum depoſitiones ſufficiant, l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem C. de teſtam. communis autem voluntas priuatiua, & reuocatiua teſtamenti, rurſus diuidi poteſt, vt aliqua ſit declaratiua, aliqua merè diſpoſitiua, Declaratiua, ſi teſtator declaret coram ſeptẽ teſtibus, ſe errаſſe, circa perſonam hæredis, Aut hæredem eſſe ſua hæreditate indignum, ex his, quæ tradit Socin. Iunior ad Rub. ff. de acquir. poſſ. nu. 127. cum ſeq. & num. 133. per tex. in l. hæreditas, C. de his quibus, vt indign. tradit etiam Guil. Onciac. lib. 1. Academ. qq. q. 62. nu. 2. vbi quinque teſtium depoſitiones ſufficere arbitratur. Merè autem diſpoſitiua, adhuc eſt in duplici differentia, Aliqua per ſe valida, ſ. aliqua curſu temporis vallata, & cõfirmata, & per ſe valida, Aut eſt eiuſmodi, vt per eam ipſo iure infirmetur teſtamentum, Aut ope exceptionis, ipſo iure ſi, qui primum fecit teſtamentum, dicat coram ſeptem teſtibus, maſculis, puberibus, nolle valere teſtamẽtum, quia velit decedere inteſtatus, per l. 1. in §. ſi hęres, ff. ſi tab. teſt. null. ex tab. Bart. & DD. communiter ad l. ſi iure j̃. de leg. 3. Alex. Corn. & alij ad d. l. ſancimus, C. de teſtam. & eſt communis opinio, de qua teſtatur Fachin. lib. 4. controuerſ. iur. cap. 8. ope autem exceptionis, ſi ſimpliciter ſit dictum nolo valere primum teſtamentũ, non addita particula, quia volo decedere inteſtatus, ita conſueui ego tenere ad Rub. ff. de acquir. poſſeſ. & confirmaui in d. 56. diſtinct. nu. 18. per l. 1. in §. ſi hæres, ff. ſi tab. teſta. nullæ exta. per l. apud Celſum in §. item quæritur, verſic. præterea, ff. de doli mali excepti. ita intelligendo Bald. ad. l. ſancimus, C. de teſtam. num. 2. & alios latè adductos in d. diſtinct. 56. num. 28. temporis autem curſu vallata, & confirmata, vbicunque, cum reuocatione facta inter acta, vel coram tribus teſtibus, concuttat lapſus decennij, à die cõditi teſtamenti, iuxta d. l. ſancimus C. de teſta. vbi Bart. & DD. communiter, idem Bart. ad l. ſi iure j̃. de legat. 3. tradit Soc. Iur. ad Rubr. ff. de acquir. poſſ. nu. 134. & de communi teſtatur Clarus in §. teſtamentum quæſt. 91. verſic. ſed quæro. Poſitiua autem vltima voluntas, adhuc eſt in duplici differentia, Aliqua enim eſt per ſe ſubſiſtẽs, Aliqua pẽdes ab alia, vt colligitur ex. l. ſi nemo ff. de reg. iur. ex §. ante hæredis inſt. cod. titulo noſtro, & ex §. præterea inſtit. de fideic. hæred. & per ſe ſubſiſtẽs eſt, Aut ſimplex, & ſingularis, Aut generalis, ſeu collectiua, & apta nata comprehendere plures diſpoſitiones; ſingularis, eſt donatio cauſa mortis, de qua in titulis, ff. & C. de don. cauſa mort. quæ legatis eſt æquiparata §. 1. inſt. de donat. ad collectiuam autem vltimam voluntatem, per ſe exiſtentem, codicilli ſui natura non ſolennes §. vlt. inſt. de codicill. referuntur, qui, vel ab inteſtato fiunt, vel ex teſtamento, de quibus in tit. ſ. proximo, & in titulis, inſt. & C. de codicill. Nec non teſtamentũ ſui natura ſolenne, quod pariter duplex eſt, Aut antiquum, & abſoletum, Aut hodiernũ, & vſitatum, Antiquum, Aut fiebat ſtatis quibuſdam, & certis temporibus, Aut omni tempore, & illud, Aut fiebat in otio, & pace, quod calatis comitijs fieri dicebatur, Aut tempore belli, quod procinctum appellabatur. Hoc autem, quod omni tempore fiebat, Aut ciuile erat quod per æs, & libram fieri dicebatur, Aut prætorium, quod ſeptem teſtium ſigna deſiderabat, de quibus habetur in princ. inſtit. de teſtam. vbi, quo pacto fierent, eleganter docet Theophil. nec non Vlpian. in fragmentis tit. 20. & Francis. Connan. lib. 9. com. iur. ciu. cap. 1. nu. 4. Hodiernum autem teſtamentum, & vſitatum, Aut eſt militãtium de quo in tit. ff. inſtit. & C. de militari teſtam. Aut paganorum, quod rurſus duplex eſt, Aut in ſcriptis, quod habuit origine ab antiquo iure ciuili, & prætorio, & perfectionem, & complemẽtum à conſtitutionibus principũ, de quo in d. princ. inſt. de teſtam. verſic. ſed cum paulatim, & in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. in princ. Aut nuncupatiuum, quod, & ipſum rurſus duplex eſt, Aut regulare. Aut irregulare, primi generis illud eſt, quod fit coram ſeptem teſtibus, maſculis, puberibus, adhibitis, & rogatis, nuncupata, ſ. per teſtatorem voluntate, de quo in §. vlt. inſt. de teſtam. irregulare autem eſt rurſus duplex, quoddam, ſ. quod fit fide publica, quoddam quod fide priuata celebratur, vt eleganter docet Hugo Donellus lib. 7. Coment. iur. ciu. cap. 6. in fin. Publica autem fide duobus modis teſtari licet, Aut teſtamento precibus inſerto, & precibus Principi oblatis, Aut ſuprema voluntate, actis cuiuſuis Iudicis, vel municipum, inſinuata, iuxta, l. omnium C. de teſtam. quam optimè explicat, & rectè docet quo modo fieri debeant eiuſmodi teſtamenta, idem Donell. præallegat. in loco. Irregulare autem teſtamentum, quod fide priuata fieri dicitur, Aut irregulare eſt per ſolennitatum augumentum, & intenſionem, Aut per earundem ſolennitatum diminutionem,

& relaxationem, primi generis eſt teſtamentum cæci,& teſtamentum ſurdi, & muti; cæci enim teſtari debent coram ſeptem teſtibus,& tabellione,qui illorũ volũtatem ſcribat,& nomina teſtium, quod ſi tabellio non reperiatur,octauus adhibendus eſt teſtis,iuxta, l. hac conſultiſſima,C.qui teſtamenta facere poſſ.& de cautelis, quibus fieri debeat, fusè agit Io. Dilect. de arte teſtandi in tit. de his, qui non habent teſtamenti factionem,cautel. 8. & Iulius Clar.lib.3.recept.ſentent. in §. teſtamentum queſt.17.teſtamentum vero ſurdi,& muti, non poteſt aliquo modo valere, factum ab eo, cui eſt imfortunium à natura, niſi iure militari ſit factum,§.quinimmò inſt. de milit. teſtam. ſi autem mutus, & ſurdus ſit ex accidẽti,vltra ſeptem teſtes;requiritur illius ſcriptura,vel, ſi vult illud per alium ſcribere, debet à Principe impetrare,l.ſi mutus,ff.de teſtam. & de hoc muti, & ſurdi teſtamento, tex. eſt in l. diſcretis, C. qui teſtam. facere poſſint quibus autem cautelis fieri debeat, docet idẽ Io. Dilectus in d. tit. de his qui non habent teſtam. fact.cautel.9. Irregulare autem teſtamentum, per diminutionem, & relaxationem ſolennitatum, Aut eiuſmodi eſt ex indultu Iuris Cæſarij, Aut ex indultu iuris Pontificij, & ex indultu Iuris Cęſarij. Aut ratione temporis, Aut ratione perſonæ, ratione temporis, quod fit tempore peſtis, ſi ſeptem teſtes non reperiantur,quinque adhibitis,iuxta tradita per Iaſ.& per DD. communiter ad.l.vlt. C.de teſta.per illum tex. Ripa in tract.de peſt.in 1.q.ſecundæ partic. ſecundæ partis principalis, quæ inſcribitur de priuil.vlt.volunt.cauſa peſtis,num. 1. vbi plures adducit,& in Reſp.nouiter additis, Reſponſ.207. nu. 1. & eſt communis opinio, vt teſtatur Io. Dilect. de Arte teſtandi in tit. de teſtam.ordi. cautel.2. Ratione autem perſonæ, Aut concurrente circunſtantia loci, Aut ratione perſonæ ſimpliciter, primi generis eſt teſtamentum ruſtici, quod fieri poteſt ruri, quinque teſtibus duntaxat adhibitis, ſi plures non reperiantur,l.vlt.C.de teſtam.&,quo modo cautè fieri debeat hoc teſtamentum ruſtici,docet idem Io. Dilect.in d. tit.de teſta. ord. cautel.5. Ratione autem perſonæ ſimpliciter, Aut teſtatoris, Aut hæredis, teſtatoris, ſi teſtamentum.ſ.fiat à Principe,vel à Iudæo, cæterum vtrumq; puto falſum,de Principe enim non reperitur cautum,vt poſſit ſine ſolennitatibus iuris communis teſtari,immo contrariũ probatur in l.cũ hæredes C.qui teſt.fac. poſs. De Iudæis autem,licet. Natta conſil.621. dicat poſſe teſtari coram duobus, vel tribus teſtibus, quia lege Moſaica, & Diuina in ore duorum,vel trium ſtet omne verbũ,cap.cum, eſſes,& cap.relatũ extra de teſt. ego tñ Nattæ non aſſentior,cuius opinio poſſet locum habere in vltima voluntate innominata. quæ refertur ad ius gentium, ſecus in ciuili teſtamẽto, quo vtimur, aut enim Iudæi; cum ciues Romani non ſint; condere iuris ciuilis Romanorum teſtamentum, & hæredem inſtituere nequeunt, Aut ſi hoc facere conceduntur,neceſſarias, & regulares iuris ciuilis debent ſolennitates adhibere, l. Iudæi, C. de iud.& cęlicol. cum ridiculum ſit, perſonas vſq; adeo indignas,& odioſas, priuilegium aliquod, vel indultũ, in teſtãdo, habere. Ratione,autẽ hæredis irregulare eſt teſtamẽtum inter liberos, ex indultu iuris ciuilis, quod valet etiam ſi ſit imperfectum,fauore liberorum l. hac conſultiſſima,§.ex imperfecto.C.de teſtam.ſatis ergo erunt,in hoc inter liberos teſtamento,duo, vel tres teſtes,& nihil erit neceſſe, vt ſint maſculi,vt ſint rogati,vt per Clarum in d.§.teſtamentum in 8.q.ex indultu autem iuris Pontificij,irregulare eſt teſtamentum, quod fit coram Parocho duobus, vel tribus teſtibus adhibitis,iuxta c.cum eſſes, extra de teſtament. Nec non teſtamentum ad pias cauſas, quod indiſtinctè valet, ſi fiat coram duobus, vel tribus teſtibus, cap.relatum, eodem tit. de teſtamentis, quodque ex indultu eiuſdem iuris Pontificij, poteſt ab alieno arbitrio pendere. cap.cum tibi,eodem tit.de teſtam. quem tex. generaliter videtur intelligere Guilielm. Onciac.lib.1.quæſt.Academicarum,cap.70.nu.2. Poſitiua autem vltima voluntas pendens ab alia,aut vniuerſalis eſt,aut particularis,& vniuerſalis, aut obliqua, aut directa, obliqua eſt fideicommiſſaria hæreditas, ſiue fideicommiſſum vniuerſale,totius hereditatis,vel quotæ, & ſic ſubſtitutio fideicommiſſaria, de qua in tit.Inſt.de fideicomm.hæred.& in tit.ff.& C.ad Senat.Conſult. Trebell. Directa autem poſitiua vniuerſalis vltima voluntas pendens ab alia eſt directa ſubſtitutio, quæ duplex eſt; omiſſis aliorum diuiſionibus. Aut ſcilicet multiplex, & collectiua, aut ſimplex, vt tradidimus etiam ad Rubr. C.de impub. & alijs ſubſtit. in 6.q. num.156. & colligitur ex Baldo, ad.l.in teſtamento.C.de teſtam.milit.num.1. Multiplex autem,ſeu collectiua,rurſus duplex eſt, aut abſoluta, cuiuſmodi eſt compendioſa quę, Aut indeterminate, Aut vſque ad certam ætatem fieri ſolet, & vtraque, Aut communibus, Aut non communibus verbis cõcipi,& ſi non communibus, Aut obliquis, Aut directis,

vt latè

vt latè tradidimus ad l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. in 6. q. nu. 9. cum ſeqq. Aut reſpectiua, cuiuſmodi eſt reciproca, de qua in l. iam hoc iure, & in l. Lucius, ff. de vulg. & pup. quæ & ipſa poteſt diuidi in tacitam, & expreſſam, iuxta ea quæ diximus ad. l. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. n. 39. cum ſeqq. ſimplex aut directa ſubſtitutio, aut militatis eſt, de qua d. l. precib. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. Aut paganica, ſeu paganorum, quæ & ipſa ſubdiuiditur in eam, quę fit in primũ caſum, & in eam, quę fit in ſecundum, fieri in primum caſum, ideſt ante aditam hæreditatem, d. l. iam hoc iure, dicitur vulgaris ſubſtitutio, de qua in l. 1. § de vulg. & pupill. & in tit. Inſt. de vulg. quæ, Aut tacita eſt, Aut expreſſa, tacita eſt, quæ compræhenditur ſub expreſſa pupillari, de qua in d. l. iam hoc iure, expreſſa autem rurſus duplex eſt, Aut expreſſa in genere, Aut expreſſa in ſpecie, expreſſa in genere, quæ appellatur etiam à Bart. & ab alijs mixta, quo ad verba illa eſt, quæ compræhenditur ſub verbis generalibus compendioſæ, vel reciprocæ, iuxta tradita per Bart. ad l. 1. ff. de vulgar. & pupill. num. 8. expreſſa in ſpecie, ideſt per formalem, & ſpecificam conditionem, ſi hæres non erit, eſt iterum duplex, expreſſa, ſcilicet per integram conditionem, ſi hæres non erit, vel per conditionem diminutam, quæ & ipſa rurſus ſubdiſtinguitur, quandoquidem aliqua concipitur per conditionem diminutam particulariter, quando ſcilicet eſt expreſſus vnus tantum caſus princeps, vel noluntatis, vel impotentiæ, puta, ſi hæres eſſe noluerit, aliqua verò concipitur per conditionem diminutam ſingulariter, quia ſcilicet exprimitur vnus ſingularis, ex pluribus caſibus impotentiæ, puta, ſi fuerit deportatus, & hæ appellantur etiam mixtæ, quo ad caſus, à Barto. & ab alijs, iuxta ea, quæ tradidimus ad l. 3. C. de impub. & alijs ſubſtit. in 5. quæſt. de vulgar. num. 16. cum pluribus ſeqq. Subſtitutio autem directa, quæ in ſecundum caſum fieri dicitur, ideſt poſt aditam hæreditatem, Aut fit ob defectum ætatis, & appellatur pupillaris, de qua in tit. Inſtit. de pupill. & in l. 2. ff. de vulg. & pupill. Aut ob defectum mentis, & appellatur exemplaris, vel quaſi pupillaris, de qua in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupill. & in l. humanitatis, C. de impub. & alijs ſubſt. & pupillaris quoque duplex, Aut tacita, ſcilicet, quæ continetur ſub expreſſa vulgari, de qua in ſæpius repetita l. iam hoc iure, § de vulgar. & pupill. Aut expreſſa, quæ rurſus duplex eſt, expreſſa, ſcilicet in genere, quæ continetur ſub compendioſa, vel reciproca, & expreſſa in ſpecie, per ſpecificam conditionem, ſi deceſſerit in pupillari ætate, vt, poſt Bart. & alios, declarauimus etiam nos, ad l. 4. C. de impub. & alijs ſubſtit. in 6. quæſt. de pupill. num. 18. cum pluribus ſeqq. Exemplaris quoque, quæ fit ob defectum mentis, duplex eſt, tacita, ſcilicet, & expreſſa, tacita, quæ continetur ſub expreſſa vulgari, vel pupillari, iuxta tradita per Bart. ad l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. num. 23. & expreſſa, quæ & ipſa duplex eſt, Aut ſcilicet in genere, Aut ĩ ſpecie, expreſſa in genere ea eſt, quæ continetur ſub compendioſa, vel reciproca, expreſſa in ſpecie duplex eſt, Aut expreſſa per integram ſuam conditionem, puta, ſi pubes inteſtabilis deceſſerit, Aut per conditionẽ diminutam, ſi mutus, vel furioſus deceſſerit, quam mixtam etiam quo ad caſus appellant. de qua latè per DD. ad. d. l. ex facto, & ad. l. Humanitatis, C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi nos quoque diximus in 6. quęſt. num. 21. cum ſeqq. ſed veniendum eſt ad vltimam voluntatem poſitiuam, pendentem ab alia particularem, quæ Aut perſonas reſpicit, Aut res, perſonas reſpiciens, eſt teſtamentaria tutela, de qua in tit. § de teſtamentaria tutel. & executorum teſtamenti, quos etiam fideicommiſſarios, vulgo appellant, cõſtitutio, & ordinatio, de qua in l. alio hærede, ff. de alimen. & cibar. legat. Reſpiciens autem res, Aut reſpicit rem inæſtimabilem, Aut rem æſtimabilem, primi generis eſt fideicommiſſaria libertas, & manumiſſio teſtamentaria, de illa eſt tit. de fideicommiſſ. libert. de hac eſt titu. de manumiſſ. teſtament. ſecundi generis eſt rurſus duplex, Aut ſcilicet eiuſmodi, vt ex ea capiatur contingenter, Aut neceſſario: prima eſt mortis cauſa capio, de qua in tit. de donat. cauſa mortis, & capionibus, & præſertim in l. mortis, & in l. inter, eodem titul. ſecunda verò eſt adhuc in duplici differentia, aliqua, ſcilicet quæ fit per actum indifferentem, qui poteſt fieri etiam inter viuos, cuiuſmodi eſt aſſignatio libertorum, de qua in titulis Inſtit. & ff. de aſſignat. libert. Aliqua verò, quæ fit per actum, qui non niſi in vltima voluntatè, à defuncto relinqui poteſt, cuiuſmodi ſunt legata, & fideicommiſſa, de quibus pro exacta Rubricæ noſtræ explicatione, quæ de legatis, & fideicommiſſis inſcribitur, vberius agendum. Quæro igitur de legato, totidem etiam de fideicõmiſſis quæſiturus, & explicaturus.

Quibus modis vſurpetur.
Vnde dictum ſit.
Quo iure introductum.
Qua ratione.

Quid ſit.
Quotuplex.
Quæ requirantur, vt illi ſit locus.
Quos operetur effectus.
Quibus modis finiatur.

3 Quod attinet igitur ad primam quęſtionem, reſpondeo, duobus potiſſimum modis legatũ vſurpari, vel ſcilicet, quatenus refertur ad actum inter viuos, vel quatenus ad vltimæ voluntatis actum refertur. primo modo, idem ſignificat, quod iuſſus, ſiue mandatum, & ita accipitur in l. humanum. C. de mand. principum. ſecundo autem modo, quatenus, ad vltimam voluntatem refertur, tribus modis reperitur vſurpatum, vno modo latiſſimè, quatenus, non modo legatum, & fideicommiſſum, ſed etiam donationem cauſa mortis ſignificat, & includit tex. eſt in l. & fideicommiſſum ĩ. de legat. 3. Altero autem modo accipitur Anguſtius, quatenus virtute vltimæ exæquutionis, factæ à Iuſtiniano in l. 2. C. communia de legat. tàm ad legatum, quàm ad fideicommiſsũ refertur, vltimo loco accipitur ſtrictiſſimè quatenus ſolummodo legatum, quod etiam à fideicommiſſo, ideſt à ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, contra diſtinguitur, & hoc modo accipitur in titulis Inſt. & C. eodem, & in hoc titulo noſtro, cum duobus ſeqq. in quorum Rubricis reperitur copula inter legata, & fideicommiſſa, quæ non niſi inter diuerſa apponi conſueuit, vt notatur ad rub. C. de iur. & fact. ignor. & vt poſt. Alex. ad. l. 1. ĩ. eod. conſiderat etiam Soc. Iun. hic nu. 72. & hoc modo paſſim accipiebatur, ante factam æquiparationem legatorum, & fideicommiſſorum, de qua in l. 2. C. communia de legat.

4 Ad ſecundam autem quæſtionem reſpõdeo. plures reperiri redditas cauſas, ob quas legatum hoc modo dictum ſit. Nec eſſe inconueniens, vt vetuſtiſſimæ, & obſcuriſſimæ impoſitionis nominum (quæ ſunt ad libitum vt ſcripſit Philoſophus lib. primo de interpr. cap. 2. cuius ſententiam declarauimus in prima ſelectarum diſtinctionum centuria, diſtinct. 7. nu. 3. cum ſeq.) plures reddantur rationes, ita vt, modis etiam pluribus, vnum & idem nomen explicetur, vt patet ex. l. 1. ĩ. de furt. & ex princ. inſt. eod. Hugo Donell. lib. 8. Coment. de iure ciuil. cap. primo verſ. legare, ex Varrone lib. 4. de lingua latina, arbitratus eſt legatum dictũ eſſe à legendo, ſiue à delectu, quia, ſ. legando teſtator delibet hæreditatem, & rem eligat, quàm, ſuam poſt mortem, apud alium eſſe velit, qui, eadem in rè, vice ſua fungatur, quæ ſanè ratio, & Varronis auctoritate ſatis redditur probabilis, cui ſtandum eſſe videtur, tanquàm perito in arte l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. & auctoritate Florentini I.C. qui ſcripſit in l. legatum eſt ĩ. eod. legatum eſſe delibationem hereditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit, vt ĩ. videbimus opportunius, in 5. de legato. quæſtione: & profecto hæc notatio, verbo lego, quatenus generaliter vſurpatur, vt etiam ad perſonas legatorum, & ad actus inter viuos referatur, optimè quadrat, & ſic arbitror intelligendum eſſe Varronem, qui legatos dictos, ait, à legendo, quia publicè lecti ſint, vt mittantur. Legatum autem generis neutri nomen, de quo agimus, quatenus tanquàm iuris terminus ad vltimam voluntatem refertur, rectius arbitrantur interpretes hoc modo dictũ eſſe, quia legis modo relinqueretur, i. imperatiuè, vt colligere eſt ex Vlpiano in fragmentis, titu. 24. qui inſcribitur de legatis, vbi ait, legatum eſſe, quod legis modo. ſ. imperatiuè teſtamento relinquitur, quem Vlpiani locum citant, etiam Io. Bologn. hic nu. 28. & nu. 117. & Duaren. lib. 2. diſputationum anniuerſ. cap. 9. legum enim formulæ, vt conſtat ex legib. 12. Tabul. verbis imperatiuis, & præcepti-
5 uis concipiebantur, nec mirum, cum lex commune præceptum ſit, vt ſcribit Vlpian. in l. 1. ff. de legib. verba autem præceptiua, quibus legata relinquebantur, erant damnas eſto, vẽdica, ſume tibi, præcipito, & alia eiuſmodi, de quibus gloſ. & DD. ad §. ſed olim inſt. de leg. & ad. l. 1. C. cõmunia de leg. & de hac notatione, ſeu ethymologia legati, fuſius agit Alex. Turamin. in ſuo libro ſingulari de exequatione legatorum, & fideicommiſſorum cap. 1. nu.
6 2. cum ſeqq. Sentiunt tertio loco pleriq. dictum eſſe nomen hoc verbale legatum a verbo lego legas, quod generale eſt, & poteſt etiã ad heredis inſtitutionẽ referri, l. verbis legis, ff. de verb. ſig. occaſione cuius deriuationis, vtiliter, & non importunè dubitant DD. hic, An verbum lego, ſi ad bonorum vniuerſitatem referatur, inducat hæredis inſtitutionem, quã quidem diſputationem, ne confusè agamus, diuidam ego in quatuor principes articulos.

Primus erit. An verbum lego, relatum ad quotam debitam iure naturæ, quam legitimã appellamus, quamq. relinquere parentes, ſecundum communes traditiones, iure inſtitutionis tenentur, vim habeat inſtitutionis, vel legati.

Secundus pœnitus in dubio, an verbum lego, relatum ad vniuerſitatem bonorum nullo

alio

Digitized by Google

alio hærede inſtituto,inducat hæredis inſtitu-
tionem .

Tertius, An vir, ſtatuto prohibitus legare
vxori, intelligatur etiam prohibitus eam hæ-
redem inſtituere.

Quartus, & vltimus generalis, An,& quan-
do,per verbum lego, hæredis inſtitutio confi-
ciatur,& ſignificetur.

7 Cœterum antequàm ad propoſitorum arti-
culorum diſputationem accedamus, facilioris
intelligentiæ gratia, omiſſis interpretum con-
fuſionibus altius repetendo materiam, diſtin-
guenda ſunt nonnulla capita,Aut enim verbũ
lego refertur ad vniuerſitatem bonorum ab
eo, quem veriſimile eſt ex probabili aliqua
coniectura,nolle eum, ad quem dirigit verbũ
lego, hæredem facere,vt puta,quia eum lega-
tarium, vel fideicommiſſarium, in aliqua te-
ſtamenti parte, appellet, vel quia non ſeptem
teſtes,vbi neceſſarij ſunt ad teſtamenti confe-
ctionem, adhibeat, Aut quia inteſtatum ſe
velle decedere profiteatur,vel,alio ſimili mo-
do, mentis ſuæ ſignificationem det, & in his
caſibus concludendum eſt, verbum lego hæ-
redis inſtitutionem non inducere, ſed vniuer-
ſale fideicommiſſum,vel vniuerſitatis legatũ,
id quod facile, generali hac ratione, compro-
8 bari poteſt. In quæſtionibus voluntatis,ab ea
non poſſumus interpretatione recedere, quã
& verborum proprietas ſuadet,& coniectura-
ta teſtatoris voluntas adiuuat.l. non aliter, in
princ.de legat.3.l.in conditionib. ff.de condit.
& demonſtr. ſed quæſtio, de qua agimus, vo-
luntatis eſt, vt omnes admittunt, & negatiuã
interpretationem,vt heredis inſtitutionem nõ
inducat, tàm coniectura voluntatis adiuuat,
vt ſupponimus, quàm verborum proprietas,
9 cum propriè,in ſpecie,& frequentius,non hæ-
redis inſtitutionem,verbum lego, ſed legatũ,
& fideicommiſſum ſignificet, vt nemo negat,
igitur ab hac interpretatione non eſt aliquo
modo recedendum, quam videntur ſuppone-
re veram eſſe DD. etiam omnes hic, dum cõ-
cludunt, verbum lego, non inducere hæredis
inſtitutionem,etſi ad bonorum vniuerſitatem
referatur vbi in eodem gradu alius hæres vni-
uerſalis inſtitutus reperitur,quaſi ſentiant, tũc
veriſimile non eſſe teſtatorem eum, ad quem
dirigit verbum lego,voluiſſe heredem faceret
etenim,ſi hæredem facere eum voluiſset, per
verba plana, vt alium, non per ambigua inſti-
tuiſset, vt concludunt omnes tàm hic quàm
alibi,hic nimirum.Crot.num.11. Torniel. nu.
10.& Soc.Iun.num.73.& Alex.ad.l.1.J. eod.
hæc in ſumma eſt communis, & receptiſſima
ſcribentium opinio vt de communi teſtatur
idem Torniel.hic ſub d.nu.10.

10 Aut verbum lego refertur àd vniuerſitatem
bonorum ab eo, quem conſtat, ex probabilib.
coniecturis,velle hæredem facere, & hoc etiã
caſu,concludendum eſt,ſine diſputatione,ver
bum lego hæredis inſtitutionem inducere, id
quod generali ratione comprobatur.

11 In quæſtionibus enim voluntatis,ab ea nõ
poſſumus interpretatione recedere, quam cõ-
iectura voluntatis adiuuat,etiam ſi verborum
proprietas refragetur, l.quoniam indignum,
C.de teſtamen.cum vulgaribus. Sed quæſtio
de qua agimus voluntatis eſt, & hanc inter-
pretationem, in hoc capite, vt verbum lego
heredis inſtitutionem inducat,coniectura vo-
luntatis adiuuat, vt ſupponimus, igitur ab ea
non poſſumus recedere, licet frequentius, &
magis propriè,verbum lego,ad legatum,& fi-
deicommiſſum referatur, mentis autem con-
iecturæ in propoſito poſſunt eſſe varię,& quã-
plurimæ, puta, quia teſtator exorſus ſit, cum
incerta ſit dies mortis, nolens decedere inte-
ſtatus, &c. Vel quia, coram ſeptem teſtibus,
12 profeſſus ſit velle facere hæredem, ex præfa-
13 tionibus enim declaratur voluntas diſponen-
tis, qui nunquam præſumitur viam elegiſſe,
ad ſuam impugnandam voluntatem. l.3. ff.de
milit.teſtam.

14 Item præſumitur velle teſtari,& conſequẽ-
ter hæredem facere, qui in vltima voluntate,
aliquem ex filijs exhæredem facit. l. non co-
15 dicillum.C.de teſtament.§.penult.Inſtit.eod.
idem etiam de eo dicendum eſt, qui rogando
teſtes, dixerit velle eos præſto eſſe ſuo vltimo
teſtamento,vel in fine diſpoſitionis, proteſta-
tus fuerit, ſuum vltimum illud eſſe teſtamen-
tum,iuxta l.hac conſultiſſima, C.de teſtamen.
16 & de eo etiam, qui illi, cui bona ſua legauit,
vulgariter ſubſtituit,dicens, ſi hæres non erit,
ſubſtituo Titium. l.illud, §.tractari, ff.de iur.
codicill. §. codicillis. Inſtitut.eodem. Verum
quia inter alias ſimiles coniecturas Socin. iun.
hic num.77.& Grauerta num.365.in fin.cum
pluribus ſeqq. vbi ſeptem enumerat, illã quo-
que numerãt,vt ſcilicet quando legatur quod
debetur iure inſtitutionis, ſatis veriſimile vi-
deatur voluiſſe eum,qui legat portionem ali-
cui iure inſtitutionis debitam,inducere hære-
dis inſtitutionem, quod apud me dubitatio-
nem recipit, propterea, antequam veniam ad
principem quæſtionem,primum hunc articu-
17 lum breuiter diſcutiam, An, ſcilicet verbum
lego, adiectum quotæ bonorum iure na-
turæ debitæ, inducat hæredis inſtitutionem?

Huius

Huius autem diſputationis termini, declaratione indigere non videntur, ſatis enim conſtat, ex ſupra traditis, quam vim habeat verbum lego, & per quotam debitam iure inſtitutionis,legitimam, filijs à parentibus debitã, intelligimus,quæ hodie quandoque triens eſt quandoque ſemis ſecundum numerum filiorum. vt habetur in Authent.nouiſſima. C.de inofficioſo teſtamento,& in Authen. de trien. & ſemiſſ.quid autem ſit hęredis inſtitutio,nec tirones ignorant, ex his quę habentur in titulis, Inſtit. ff.& C.de hęredib.inſtituendis. huius ergo iuris controuerſiæ exemplum eſt, ſi pater,duos duntaxat habens filios,legitimam illis leget,vel trientem,an teſtamentum ſuſtineatur, quaſi videantur, per verbum lego, in portione debita inſtituti, vel corruat, quia, quod debebat titulo inſtitutionis relinquere, §.aliud quoque capitulum,in Authen.vt cum de appell.cognoſc.ſecundum communem intellectum,legati titulo reliquerit.

In hac igitur difficultate ſunt contrarię Doctorum opiniones, altera fuit exiſtimantium verbum lego,& verbum relinquo, quod eandem habet vim, ex veriſimili mente teſtatotis,hęredis inſtitutionem inducere. Opinionem hanc probauit Bart.ad Authent. vnde & ſi parens,C.de inofficioſo teſtamento,ſequuti ſunt DD. magis communiter ad l.humanitatis,C.de impub.& alijs ſubſtitut. & præſertim Dec.num.3. Curt.Iun.nu.11.& Ioan.Coraſ. num.14. tenuit etiam Claud. de Seiſel. ad l. nam quod,in §.non omnis,ad Senat.Conſul. Trebell.num.4.Fabian.de Monte,ad Authen. nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.queſt.4.num. 196.Cagnol.in Authent.ex cauſa, C.de liber. prçter.num.4.& num.64. Vaſquius de ſucceſ. creat.lib.2.§.20.part.4. requiſit.42. num.254. ſequuntur etiam nonnulli hic, & in primis Ludouic.Aluarus num.78. Soc.Iun.num.77. Io. Bologn.num.98.& Crauett.num.371.plurib. adducti.

18 Et primum quia, vbi verba diſpoſitionis ſunt dubia, cam recipiunt interpretationem, ex veriſimili mente diſponentis, per quam actus ſuſtinetur. l.quoties. 2.ff. de rebus dub. l.quoties,de verb.oblig.facit l.3.ſ. de militari

19 teſtamento, at verbum lego ambiguum,ſine dubio, & equiuocum eſt, cum etiam ad hęredis inſtitutionem poſſit referri. l.verbis legis. ff. de verb.ſignific.& vbi ita intelligitur, vt hęredis inſtitutionem inducat, teſtamẽtum ſubſtinetur, quod alias corrueret, d.§. aliud quoque capitulum, igitur hanc debet recipere interpretationem, vt hęredis inſtitutionem ſignificet, per quam teſtamentum ipſum ſubſtinetur.

20 Secundo ita videtur idem Socin.argumentari. eandem vim habet verbum lego, quam habet verbum relinquo,§.1. Inſtitu.de legat. cum vtrumque ſit commune, & tam ad legata,quàm ad hæredis inſtitutionem referri poſſit, vt, de verbo lego, probatur in l. verbis legis,ff. de verb.ſignific. & in §.diſponat, in Authent.de nupt.de verbo autem relinquo,probatur auctoritate Baldi ad. l. quoties, num.3. C.de hæred.inſtit. tradunt DD.ad l.Centurio ſ. de vulgari,& pupillari, & eſt communis opinio, vt de communi teſtatur Dec.ad l.huma-

21 nitatis, num.3. C.de impub.& alijs ſubſtitut. Sed verbum relinquo,relatum ad legitimam, iure inſtitutionis debitam hæredis inſtitutionem ſignificat,vt probat Bart.ad Authen.vnde ſi parens, C.de inofficioſo teſtamento, tradit Bald.ad.l.vlt.C.famil.erciſc. num.4. & 10. & ad d.l. humanitatis, num.20. vbi de communi teſtantur Alexan.num.2.& Dec.num.3 igitur etiam verbum lego, ſi ad legitimam referatur,hæredis inſtitutionem inducit.

22 Tertio loco, ſic argumentantur diſpoſita per teſtatorem, ſecundum quod iuris neceſſitas requirit,cenſentur diſpoſita l.Gallus, §.1. vbi Gloſſ.Bart.& alij,ſ. de lib.& poſthum. ſed

23 iuris neceſſitas exigit, vt legitima iure inſtitutionis relinquatur, d.§. aliud quoque capitulum, in Authent. vt cum de appell. cognoſc. igitur teſtator, diſponens de legitima, per verbum lego,cenſetur, & intelligitur in ea filium hęredem facere.

24 Quarto adducit Socin.iun.text.in l.3.in §.ſi debita, ff. de bon.libert. vbi, ſi patrono portio iure inſtitutionis debita à liberto, iuxta §. totiens eiuſdem legis, per verbum lego, eidem patrono relinquatur, ſatis ei factum intelligitur. Quare ſic poſſumus illius legis auctoritate,per locum à proportione,iuxta tex.in l. ſufficit,ff.de condit.indeb.argumentari. Eodem modo ſe habet portio bonorum à liberto. patrono debita, ad patronum ipſum, quomodo ſe habet legitima à parente debita, ad filium, cui debetur, cum vtraq; iure inſtitutionis debeatur,d.§.totiens,& d.§.aliud quoque capi-

25 tulum. At verbum lego,ad portionem patrono debitam relatum, hæredis inſtitutionem inducit, per quam liberti teſtamentum ſubſtinetur,igitur,ſi verbum lego referatur ad legitimam filijs debitam, eodem modo hæredis inſtitutionem inducit. probatur minor in eodem §.ſi debita, quia ſi verbum lego, relatum ibi ad portionem patrono debitam, hæredis inſti-

inſtitutionem non induceret, non fuiſſet eidem patrono, cui iure inſtitutionis debebatur, per eiuſdem portionis legatum, ſatisfactum. at ſatisfactum eidem per portionis debitæ legatum fuit, vt patet in d.§.ſi debita, conſequitur igitur neceſſariò, vt verbum lego, ad portionem, patrono à liberto debitam, relatum, hæredis inſtitutionem inducat.

Accedat quinto, ad mentem Crauettæ hic num. 371. quod vbicumque conſtat teſtatorem voluiſſe facere teſtamentum, verbum lego, relatum ad vniuerſitatem bonorum, hæredis inſtitutionem inducit, vt conſtat ex præmiſsis ſupta, & hic omnes admittuntur. At, ſi parens filio legitimam legat, liquido conſtat cum teſtamentum condere voluiſſe, cum ab inteſtato non legitima, ſed integra, & certa pars debeatur, l. Papinianus, §. Quarta, ff. de inofficioſo teſtamen. l. cum quæritur, & l. parentibus. C. eodem, vt tradit Aret. in ſuo conſil. 159. num. 22. verſicu. Quinimmo etiam, & verbum lego, refertur ad vniuerſitatem bonorum, cum legitima ſit bonorum quota, d. l. cum quęritur, & §. 1. in Authen. de trien. & ſemiſſ. igitur verbum lego, ad legitimam relatũ, hæredis inducit inſtitutionem.

Horum tamen argumentorum ratione minimè habita, quamplurimi in contrariam iuerunt ſententiam, Alexan. nimirum ad l. humanitatis, num. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in conſil. 70. num. 8. lib. 2. Iaſ. ad Authent. nouiſsima, C. de inoffic. teſtamen. num. 77. Natta ad. l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto, quęſt. 23. num. 112. cum ſeqq. C. de teſtamen. & nouiſsimè Ioan. Marcus Acquilinus ad. l. Centerio, ff. de vulgar. & pupill. in 4. par. num. 122. & Petrus Ricciard. ad Rubr. Inſtitu. hoc eodem tit. noſtro, num. 112. tenuit etiam Guilielm. de Benedictis, ad cap. Raynutius, de teſtamen. in verbo in eodem teſtamento relinquens, num. 55. cum ſeqq. vbi eandem ſequitur Didac. Couarruu. alios adducens in §. 1. num. 6. & Matthefil. ſingul. 158. quod incipit, nota quòd ſi pater, vbi idem etiam tenet Addens, & hanc ſententiam, quam tenent etiam Carol. de Guarnat. & Marcellus Berengutius hic, teſtatur eſſe ex mente omnium Socin. Iun. num. 77. &, pro hac opinione, quam verıorem eſſe arbitror, vnum, vel alterum efficax adduci poteſt argumentum.

Primum autem eſt huiuſmodi. ſi verbum lego ad legitimam relatum, induceret, in dubio, hæredis inſtitutionem, perperam facta eſſet prohibitio in d. §. aliud quoque capitulum, ne legitima per modum legati relinqueretur, ſed hoc non eſt aliquo modo admittendum, cum aduerſetur §. primo, in proęm. Inſtit. igitur nec illud admittendum eſt vnde hoc ſequitur. Nec dicatur cum Soc. Iun. non propterea vanam reddi d. prohibitionem, quia operaretur, vt teſtamentum eſset inualidum, vbi pater filio rem aliquam particularem, vel certam quãtitatem nominatim, & abſq; commemoratione legitimæ, vel portionis debitæ, per modum legati relinqueret, quia, præter quàm quòd, hoc modo, nimis d. §. 1. generalitas reſtringeretur refragantur etiam huic intellectui expreſsa eiuſdem §. 1. verba ait enim Iuſtinianus non licere parentibus liberos præterire, vel exhæredare, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſsum, vel alium quemcunque modum eis dederint legibus debitam portionem, niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas, parentes ſuo interſeruerint teſtamento. igitur, non modo non licet parentibus præterire, vel exhæredare filios, ne aliqua nominatim eis per modum legati relicta, ſed nec, ſi debitam legauerint portionem, niſi ingratitudinis cauſas nominatim interſeruerint.

26 Secundo, & vltimo omiſſis leuioribus ſic
argumentor. talis cenſetur eſse mens teſtatoris, & voluntas; qualem verba demonſtrant l.
27 labeo, §. id tubero, ff. de ſupell. leg. cum ver-
ba ſint eorum, quæ animo concipiuntur, notæ,
vt poſt Philoſophum lib. 1. de interpret. cap. 1.
docet Bal. ad l. iuris gentium, §. pactorum, ff.
de pactis num. 5. in fin. & ad l. de quibus num.
13. ff. de legib. ſed verba teſtatoris, vbi etiam
verbum lego ad legitimam refertur, legatum
ſonant, igitur mens, & propoſitum teſtatoris, referentis verbum lego ad legitimam, in-
telligitur eſse relinquendi eam per modum
28 legati, non autem iure inſtitutionis. Nec dica-
tur verbum lego, cum ſit commune, vtrumq;
poſse ſignificare, quia immo, ſui natura, diſpo-
ſitiuè prolatum, ſemper eſt obliquum, vt rectè
docent ad l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill.
Alex. nu. 91. & Ripa num. 110. tradunt etiam
Boro. conſ. 118. nu. 28. vol. 2. & D. incus Od-
dus in ſuo tract. cõpendioſè particula 4. quæſt.
2. artic. 1. in verbo lego.
29 Quibus ſic ſtantibus, Non obſtant ex ad-
uerſo adducta, & præſertim primum argumẽ-
tum, quia; quanquam illa maior, quæ habet
verba dubia, eam recipere interpretationem,
per quam actus, ex veriſimili mente teſtato-
ris, ſuſtinetur, eſt veriſſima; vera tamen illa
minor non eſt, quæ ſupponit verbum lego du-

bium

Digitized by Google

bium eſse, & commune licet enim in genere ſumptum, & enunciatiuè prolatum, poſſit etiã hæredis inſtitutionem ſignificare, in hominum diſpoſitionibus tamen, in quibus non niſi diſpoſitiuè, & in ſpecie poteſt accipi, non niſi legatum inducere poteſt, eodem enim tempore, eodem actu, & in eadem referi eadem perſona legataria, & hæres nõn poteſt, argumento l. eum qui ædes, de vſucap. contrarietas enim formarum, in cauſa eſt, vt vna ſpecies excludat alreram. Quamobrem, cum in caſu noſtro, teſtator deſcendat ad actum ſpecificæ diſpoſitionis, non poteſt niſi legatum inducere, vt paulo infra apertius demonſtrabimus.

30 Nec obſtat ſecunda ratio, quia eius quoque minor falſa eſt, quandoquidem, verbi lego, & verbi relinquo, eadem non eſt vis, verbum enim relinquo commune eſt, & poteſt, in ſpecie ſumptum, tam ad hæredis inſtitutionem, quàm ad fideicommiſſum referri. Verbum autem lego generale quidem eſt, commune autem nequaquam, etenim differentiam conſtituo inter verbum commune, & generale, propterea quòd verbum commune illud eſt, quod ſpecificè, tam hæredis inſtitutionem directam, quam diſpoſitionem obliquam poteſt inducere, & tale eſt verbum relinquo, verbum autem generale illud eſt, quod licet generaliter, tam obliquam, quàm directam enunciet, & ſignificet diſpoſitionem, in ſpecie tamen non niſi vnam poteſt inducere diſpoſitionem, cuiuſmodi eſt verbum lego, quod, ſi enunciatiuè proferatur, poteſt quemcumque actum diſponendi, ſtatuendi, & decernendi poſt mortem ſignificare, vt in l. verbis, ff. de verb. ſignific. licet ergo enunciatiuè prolatum poſſit etiam hæredis inſtitutionem ſignificare, non poteſt tamen vbi diſpoſitiuè ſit prolatum, in dubio, hæredis inſtitutionem inducere, cum ſit verbum merè obliquum, vt ſupra dicebamus. cumq; ſignificet certum titulum, vt rectè conſiderat Berengarius, quod de verbo relinquo dici non poteſt.

31 Nec obſtat tertium argumentum, quia diſpoſita per teſtatorem in teſtamento, cenſentur diſpoſita, ſecundum quod iuris neceſſitas requirit, vbi verba hoc patiuntur, ſed, in caſu noſtro repugnant, cum, vt mox dicebamus, verbum lego, licet poſſit enunciatiuè prolatum etiam hęredis inſtitutionem ſignificare, vbi tamen prolatum ſit diſpoſitiuè, non niſi legatum, vel fideicommiſſum, in dubio, poteſt inducere.

32 Nec facit negocium quartum, quia negamus deberi portionem à liberto patrono iure inſtitutionis, poteſt enim relinqui quoquo relicti titulo d. §. ſi debita, iuncta gloſſ. in verbo ſatisfactum eſt. Nec obſtat d. §. totiens, vbi inquit l. C. totiens ad bonorum poſſeſſionem contra tab. inuitatur patronus, quoties non eſt hæres ex debita portione inſtitutus, quia locum habet ille tex. vbi cum non ſit hæres inſtitutus, nec etiam alio relicti titulo debitam portionem habet, vt docet gloſſ. ibi, in verſic. non eſt hæres, per d. §. ſi debita, nam ſi ſaltem debita portio eidem legetur, ſatis nihilominus dicitur ei factum. Nec dicatur, eo loci, verbum lego hæredis inſtitutionem ſignificare, & propterea intelligi ei ſatisfactũ, quia, ſi hoc eſſet, non poſſet dicta portio, legati titulo relinqui, vt ſupponit ille text. dum dicit, ſi debita patrono portio legata ſit, & ſi ſcriptus hæres ipſe patronus non fuerit, ſatiſfactum eſt ei; etenim, ſi verbum lego induceret, eo loci, hæredis inſtitutionem, ſcriptus hæres intelligeretur. Sed cum ita ibi legata ſit debita portio, vt ſcriptus hæres non intelligatur, conſequitur, vt per dictum verbum lego, titulo legati, non iure inſtitutionis fuerit relicta.

Nec facit negocium quintum, & vltimum argumentum, quia tunc is, cui propoſitum eſt facere teſtamentum, referendo verbum lego ad vniuerſitatem bonorum, cenſetur hę redem facere, quando nullus alius eſt hæres inſtitutus, ita vt expediat ei, cui legatum eſt, valere teſtamentum, ſecus vbi alius ſit hæres inſtitutus, vt ſupponendum eſt in caſu noſtro; expedit enim filio, cui legata eſt legitima, vt teſtamentum corruat, vtque poſſit ab inteſtato ſuccedere, quod ſi nullo alio hærede inſtituto, filio portio iure naturæ debita legetur, facile admitteim valere in vim inſtitutionis, & trahi ad vniuerſam hæreditatem iuxta l. 1. ff. de hæred. inſtit.

33 Verum, quia non indiſtinctè verum eſt, verbum lego, relatum ad legitimam, hæredis inſtitutionem non inducere, propterea, pro exacta huius articuli explicatione, adhibenda eſt huiuſmodi diſtinctio. Aut conſtat de teſtatoris voluntate, quia expreſſit ſe legare iure inſtitutionis, vel quia legauit legitimam filio in teſtamento nullo alio hærede inſtituto. Aut non conſtat, ſed verſamur omnino in dubio, ſi conſtat, valet in vim inſtitutionis, quæ poteſt fieri hodie qualibet loquẽdi forma, ſi per eam liqueat voluntatis intentio, l. quoniam indignum, C. de teſtam. Si vero

rò non conſtat, Aut eſt appoſita in teſtamẽto clauſula, omni meliori modo, Aut nõ eſt appoſita; ſi eſt appoſita habet vim inſtitutionis. Bald.ad.l.quoties.C.de hæred.inſtit. Cumanus ad.l.his verbis,ff.eodem. Imola,& Alex. ad.l.nam quod,§.non omnes,ff.ad Senat.Cõſult.Trebell. Iaſ. ad Authent. nouiſſima, C. de inofficioſo teſtamento, num.26. Ioan.Dilectus, plures adducens, de arte teſtãdi,tit.3. de liberis inſtit.vel exhæred.cautela 1. nũ.6. Dec.conſil.228. Pariſ.conſil.50.num.9.& ſequen.volum.2. Bellon. conſil.85.num.2.& alij, quos citat,& ſequitur Vaſquius de ſucceſſ.creat.lib.2.§.20.part.4.requiſit.42.num. 247.& 268. Si verò non eſt expreſſa dicta clauſula, Aut verſamur in teſtamẽto, in quo tacitè ſubintelligitur, & habetur pro expreſſa, Aut non, primo caſu, vt puta, quãdo teſtamentum eſt iuratum, iuramentum enim habet vim clauſulæ, omni meliori modo, l.cum patre,§.filius matrem,ff.de legat.2.tradit Semph.de priuileg.iuram.priuil.98. pariter ha-
34 bet vim inſtitutionis; taciti enim, & expreſſi par eſt virtus.l.cum quid,ff.ſi cert.pet. Secundo autem caſu, arbitror inſtitutionis vim non habere, per tex.in §.aliud quoque capitulum in Authent.vt cum de appell.cognoſc.& per alia quæ ſupra adduximus, & latius tradidimus in prima Centuria ſelectarũ diſtinctionum, diſtinct.51.num.8.cum ſeqq.
35 Subſequitur modo ſecundus articulus, in quo pariter ſunt contrariæ opiniones, quarum altera eſt affirmatiua, exiſtimantium, verbum lego, relatum ad vniuerſitatem bonorum, nullo alio hærede inſtituto, hæredis inſtitutionem inducere, hanc autem opinionem probauit Bal.ad.l.vlt.C.famil.erciſcun. num.11. Alexan.ad Rubr.de noui oper.nunciat.num.31.Lancellot.Galiaula ad l.Centurio,ff. de vulg.& pupill. num.326. Lancellot. Polit.in trac.ſubſtitutionum, in materia compendioſæ, num.27. Anton.Gomez. tomo 1. variarum reſolut.cap.10. num.12. in fin. Zabarel.& Abbas, ad cap.Raynaldus, de teſtament. ſequuntur etiam nonnulli hic, & præſertim Ludou.Aluar.nu.76.Iacob.de Nigris, nu.35.Petr.Paul.Pariſ.num.51.verſic.Sextus caſus, nec nõ Bellarmat.nu.12.& Carolus de Guarnatijs, qui decem pro hac opinione adducit argumẽta, ego tamen, eligendo potiora.

Primum pro hac opinione ſic argumẽtor, ſi verbum lego, nullo alio hærede inſtituto, ad bonorum vniuerſitatem relatum, non induceret hæredis inſtitutionem, profectò ob nullam aliam cauſam fieri hoc poſſet, niſi, quia verbum lego non eſſet aptum ad ſignificandam, & inducendam hæredis inſtitutionem, ſed hoc conſequens eſt falſum, & iuribus repugnans, ergo falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur. Minor autem propoſitio, & conſequentis falſitas, probatur, quia Lex duodecim tabul.per verbum lego, tribuebat diſponendi facultatem, & edictum de legatis preſtandis ſolummodo de legatis mentionem faciebat, & tamen, tàm lex duodecim tabul. quàm Prætoris edictum, compræhendebat hæredis inſtitutionem; cum illa facultatem hæredis inſtituendi tribueret, hoc hæredis quoque inſtitutionem conſeruaret, illud enim liquet ex l.verbis legis, de verb.ſignific. & ex §.diſponat; in Authent.de nupt. hoc autem ex l.1.iuncta l.filium, in §.ſed ſi portio, ff.de legat. preſt. igitur verbum lego, aptũ natum eſt ad hæredis quoque inſtitutionem ſignificandam, & inducendam.

Secundo pro hac eadem opinione adducitur text.in cap.Raynaldus, extra de teſtam. in verſic.porro.qui poteſt ſic, pro hac opinione, omiſſa longiore facti illius relatione, induci, ſi verbum lego, relatum ad vniuerſitatem bonorum hæredis inſtitutionem non induceret, ille patruus, cui Raynaldus in dict.verborum cõtextu, per verbum lego, dimidiam hæreditatis partem, & reliqua bona paterna reliquerat, hæres fieri nullo modo potuiſſet, at ex præfata Raynaldi diſpoſitione, hæres factus eſt, vt patet ex illis verbis, ac vno ex patruis hæreditatem adeunte, igitur verbum lego, relatum ad vniuerſitatem bonorum hæredis inſtitutionem inducit. Corroboratur etiam argumentum, quia ſi per verbum lego, ad vniuerſitatem bonorum relatum, hæres fit, qui cohæredem habet, vt in dict.cap. Raynaldus, ergo multo magis fit, per verbum lego, hæres is, qui nullum cohæredem habet.

Tertio pro hac eadem opinione adducitur text. in l. qui filium, ff. vbi pupill.educari debeat, & in l.cum vnus, §.vlt. ff. de aliment. & cibar. legat. quibus in iuribus ſupponitur valere illud teſtamentum, in quo filiæ ſuæ quidam teſtator dotem duntaxat, & alimenta, pro modo dotis, legauerat, quod, cum ita ſit, eiuſmodi, ex prolatis iuribus, ſuboritur, pro hac opinione argumentum, ſi verbum lego hæredis inſtitutionem non induceret, illud non valeret teſtamentum; in quo, per verbum lego, aliquid eſſet ibi relictum, cum de
36 neceſſitate, etiam filia inſtitui debeat, vel exhæredari in teſtamento, l.maximum vitiũ,

37 C.de liber.præter.cumque legitima,in cuius locum dos ſuccedit,iure inſtitutionis debeatur,§.aliud quoque capitulum, in Authen.vt cum de appell.cognoſc.Sed teſtamentum,in quo dos filiæ, per verbum lego eſt relicta, eſt validum, vt patet in prolatis iuribus,conſequitur ergo,vt verbum lego, in illis caſibus, hæredis inſtitutionem ſignificauerit, & induxerit.

38 Quarto ſic poſſumus,ad mentem interpretum,ratiocinari, ſi,de quo minus videtur ineſſe,& ineſt,ergo,& de quo magis,Authent. multo magis.C.de Sacroſan.Eccleſ.cum vulgaribus.Sed minus videtur ineſſe,vt quando quis dicit Titius hæres,ſubaudiatur, Eſto, & ſic, addito verbo principali, ſuppleatur, & compleatur imperfecta hæredis inſtitutio, quàm,vt fingatur verbum lego, tamquam ſuperuacaneum,non appoſitum,aut loco illius, fingatur appoſitum verbum aptum ad hæredis inſtitutionem inducendam, argumen.l.1. §.1.C.de rei vxor.actio. & tamen ineſt, quia verbum illud, Eſto, vbi fuerit omiſſum,ſubauditur,& intelligitur appoſitum,l.1.in fin.ſ de heredib.inſtit.ergo multo magis,vbi verbum lego,ad vniuerſitatem bonorum eſt relatum, fieri debet interpretatio, vt,tamquam ſuperuacaneum,habeatur pro non appoſito,vel,loco illius, fingatur appoſitum verbum idoneum.

Quinto adducitur text. in l.cum ex filio, ſupra de vulgari, & pupill. vbi quidam, cum duos haberet nepotes impuberes,alterum in poteſtate, alterum non, & vellet vtrumque ex ęquis partibus hæredem habere,&,ſi quis impubes deceſſiſſet ex ijs, alterum alteri ſuccedere,cõſilio,Labeonis,Offilij,Caſellij,Trebatij,eum,quem in poteſtate habebat, hæredem fecit,alteri verò dimidiam partem hæreditatis legauit,cum in ſuam tutelam veniret, ideſt cum fieret pubes, iuxta text. in princip. Inſtit.de pupill. deinde verò,ſi nepos in poteſtate,in pupillari ætate decederet,illum ſubſtituit,& hoc modo,ex conſilio peritorum teſtator,vt ſupponitur in d.text.intentum habuit, quod cum ita ſit, inducitur hic text. pariter à minori,hoc modo,ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt ergo, & de quo magis, ſed minus videtur ineſſe, vt verbum lego inducat inſtitutionem hæredis, altero hærede inſtituto in eodem gradu,quàm nullo alio hęrede inſtituto,vt omnes admittunt, Et tamen ineſt, quia hæredis inſtitutionem inducit,vt mox probabo,per d.l.cum ex filio, ergo multo magis debet inducere hæredis inſtitutionem, vbi nullus alius in eodem gradu eſt hæres inſtitutus. Probatur minor,nempe verbum lego inducere,in caſu d.l. hæredis,inſtitutionem, hoc modo videlicet,qui duos vult habere nepotes hęredes, non dicitur ſuæ voluntati ſatisfacere, niſi vtrumque hæredem in ſuo teſtamento inſtituat. At teſtator,de quo in d.l.cum ex filio, cum ambos vellet habere nepotes hæredes, alterum inſtituendo,& alteri dimidiam hæreditatis legando, dicitur ex conſilio peritorum ſatisfacere ſibi, ita vt habeat intentum, ergo neceſſe eſt, vt alter ex nepotibus per verbum lego,ad bonorum vniuerſitatem relatum, vocatus,intelligatur hæres inſtitutus.

Sexto,& vltimo loco DD.ſic ratiocinantur vbicumque aliquod verbum commune eſt, ita vt directè, & obliquè intelligi poſſit, directam,in dubio,in vltimis voluntatibus,recipit interpretationem, text.eſt in cap. ſi pater,huius initij primo,de teſtament.lib.6. facit l.1.in §.1.ff.ſi ager vectigal.vel emphyt.petatur. At verbum lego,vbi refertur ad bonorum vniuerſitatem, tam hæredis inſtitutionem, & ſic diſpoſitionem directam, quàm legatum, & fideicommiſſum, & ſic diſpoſitionem obliquã, poteſt ſignificare, vt omnes admittunt, alioquin enim articulus hic non eſſet diſputabilis, igitur verbum lego,relatum ad vniuerſitatem bonorum in dubio,nullo pręſertim alio hærede inſtituto, ſecundum terminos quæſtionis noſtræ,eam debet recipere interpretationem, vt hæredis inſtitutionem ſignificet, & inducat.

His tamen argumentis minime negocium facientibus, plerique iuerunt in contrariam ſententiam,opinantes verbum lego,relatum ad vniuerſitatem bonorum, nullo etiam alio hærede inſtituto,hæredis inſtitutionem non inducere, ſed legatum, vel fideicommiſſum vniuerſale.Huius opinionis fuit Bar.ad.l.Centurio,ſupra de vulgari,& pupil.num.19.quem ibi ſequuntur Alexan. nu.91. Iaſ.qui de communi teſtatur, nu.37. & Ripa nu.98. ſequuntur etiam DD.ad cap.Raynaldus, extra de teſtament.& præſertim Imola,& Bero. nec non idem Imola, & Salyc. ad l.vlt. C.famil.erciſc. eandem tenent Barthol.Romul.ad l.nemo poteſt,ſ eodem,num.20. & Nicol.Gratian.ad.l. 1.ſ eodem,num.32. nec non Ioan.Dilect.de Arte teſtandi,in tit.de legat.cautel.44.num.1. Vacon. lib. 4. declarat. Iuris Ciuilis declarat. 55.in fin.& Corn.conſil.185.lib.1.qui pariter de communi teſtatur, ſequuntur etiam nonnulli hic, & præſertim Carol.Ruin. num.12. & Hierony.Torniel.num.10.tenuerunt etiam

hanc

hanc eandem Franciſc. Duaren. hic, Marcell.
Beringut. & D. meus Oddus, ita vt hæc ſine du
bio ſit communis, & receptiſſima Doctorum
opinio, vt de communi teſtantur hic Soc. Iun.
num. 87. Iac. de Nigris, num. 83. & Ioan. Bolog.
num. 99. & hanc ego quoque veriorem eſſe
arbitror.
38 Primum quia verbum lego eſt verbum me-
39 rè obliquum, ſed verba merè obliqua num-
quam poſſunt trahi ad hæredis inſtitutionem,
vt omnes admittunt ad d. l. Centurio, ſupra de
vulgari, & pupill. igitur verbum lego, relatum
ad vniuerſitatem bonorum etiam nullo alio
hærede inſtituto, non poteſt hæredis inſtitu-
tionem inducere. Maior propoſitio, præterquã
quod vera eſt, ex ſententia Alexan. ad d. l. Cẽ-
turio, num. 19. & Ripæ nu. 100. quę fuit etiam
Barto. & aliorum communiter, vt de commu-
ni teſtatur Hieronym. Torniel. hic nu. 10. pro-
batur etiam ratione, quia, aut verbum lego cõ
ſideratur in genere, aut in ſpecie, in genere te-
ſtatores diſponendo eo non vtuntur, cum de-
ſcendant ad particulares, & ſpecificas diſpoſi-
tiones, in ſpecie autem nullibi reperitur ſigni-
ficare aliud, quam legatum, & fideicommiſ-
ſum, quemadmodum enim verbum adoptio
in genere, tam adoptionem ſpecificam, quàm
arrogationem ſignificat, in ſpecie verò ſum-
ptum, arrogationem, quæ eſt ſpecies oppoſi-
ta, ſignificare non poteſt, ita quoque verbum
lego, quamquam in genere, & magiſtraliter
acceptum, tam hæredis inſtitutionem, quàm
legatum, & fideicommiſſum, cæteraſque, de
quacumque re, diſpoſitiones ſimul ſignificet,
& enunciet, in ſpecie tamen, & diſpoſitiue ac-
ceptum, non niſi obliquam diſpoſitionem ſi-
gnificare, & inducere reperitur, nempè lega-
tum, & fideicommiſſum, licet enim vtrumque
ſignificet, quando, tamquam nomen genera-
le, vtrumque ſimul comprehendit, quando ta
men diſpoſitiuè accipitur, commune verbum
non eſt, quod poſſit vtramque diſpoſitionem
ſignificare, & inducere, & teſtatores, non niſi
diſpoſitiuè, & in ſpecie eo vtuntur; in vltimis
40 ergo hominum diſpoſitionibus, ſemper obli-
quum eſt, reſpectu inſtitutionis hæredis, quã-
quam vbi ita accipitur, vt contra diſtinguatur
à fideicommiſſo, reſpectu illius videatur eſſe
directum. vt colligitur ex l. 2. in princ. C. com-
munia de legat. etenim ante factam æquipara-
tionem, licet per legatum recta via tranſiret
rei legatæ dominium ad legatarium, à die mor
tis teſtatoris. l. à Titio, ff. de furt. per fideicom-
miſſum tamen non tranſibat dominium, niſi
facta præſtatione, & reſtitutione: & ad hoc re-
ſpexit Barto. ad l. Centurio, num. 19. quem re-
fert hic Torniel. num. 13. dum dixit, verbum
lego, in dubio, dici directum, l. Lucio, de leg. 2.
vt patet ex eo, quia ſe ipſum paulò infra decla
rat dicens, non dico, quòd ſit directum, quo
ad hęredem, ſed directum quo ad ipſum lega-
tarium; & in hoc decipiuntur DD. ſentien-
tes verbum hoc commune eſſe. Nec faciunt
in contrarium d. l. verbis legis, & d. §. diſponat,
quia vendicant ſibi locum, quando verbum
hoc, in genere, & enunciatiuè profertur, ſecus
ſi in ſpecie, & diſpoſitiuè, vt in caſu noſtro.
Præterea poteſt hęc propoſitio pluribus etiam
iuribus comprobari, in quibus verbum hoc,
relatum ad vniuerſitatem bonorum alio hæ-
rede inſtituto, fideicommiſſum vniuerſale, vel
legatum portionis inducit, non hæredis inſti-
tutionem, vt in l. mulier, §. vlt. infra ad Senat.
Conſult. Trebell. in l. ſi quis ſeruum, §. vltimo,
infra de legat. 2. in l. quoties, §. vltimo, ſupr. de
vſufruct. in l. cum ex filio, ſupra de vulgari, &
pup. cum ſimilibus, hoc modo videlicet indu-
cendo, ſi verbum lego commune eſſet, nõ me-
rè obliquum, vtique relatum ad vniuerſitatem
bonorum, etiam vbi alius eſſet hæres inſtitu-
tus, induceret, in dubio, hæredis inſtitutio-
nem, ſed hoc conſequens eſt falſum, per iura
ſupra adducta, ergo falſum eſt etiam illud, vn-
41 de hoc ſequitur, probatur maior, quia verba
communia, in dubio, eam recipiunt interpre-
tationem, vt diſponant directè, non autẽ obli-
què, vt ſupra dicebamus, per text. in cap. ſi pa-
ter, primo, de teſtamen. lib. 6. Sed, quando ali-
quis, ita diſponit, vt alterum hæredem inſti-
tuat, alteri dimidiam hæreditatis leget, dubiũ
eſt, An teſtor, cum plures poſſit facere hære-
des, §. & vnum, Inſtitut. de hæredib. inſtit. velit
eum, cui legat partem hæreditatis, legatarium
facere, vel hæredem, cum vtatur verbo com-
muni, ſecundum communes Doctorum tra-
ditiones, igitur deberet fieri etiam hoc caſu
interpretatio, per quam directè teſtator diſpo-
ſuiſſe cenſeretur. At interpretatio eiuſmodi
non fit, ſed contraria, igitur cogimur fateri,
verbum lego obliquum eſſe, non autem com-
mune. Nec dicatur caſum hunc dubium non
eſſe, quia ſufficiens coniectura ſit teſtatorem
velle facere fideicommiſſarium vniuerſalem
eum, cui partem hæreditatis legat, ſi hæredem
42 alium expreſſe inſtituat, cum teſtamentum
per hæredem expreſſe inſtitutum, ſuum habe-
re caput, & fundamentum dicatur, §. ante hæ-
redis, Inſtitut. eodem, ita vt minime neceſſa-
rium ſit trahere verbum lego ad hæredis in-
ſtitutionẽ, vt teſtamentum ſuſtineatur, quem-

admodum quando nullus alius eſt hęres inſti-
tutus, vt in caſu noſtro, nam replicamus, ne-
que in hoc caſu neceſſarium eſſe trahere ver-
bum lego ad hæredis inſtitutionem, vt teſta-
mentum ſuſtineatur, propterea quòd, de hoc
dubitamus, An teſtamentum, ſcilicet facere
voluerit, in dubio autem, fauore venientium
ab inteſtato, & verborum proprietate ita ſua-
dente; credendum eſt noluiſſe eum, qui vſus
fuit verbo lego, teſtamentum facere, ſed vni-
uerſale fideicommiſſum; codicillis ab inteſta-
to, cum per verbum obliquum loquutus fue-
rit.

Secundo loco perpendit Ruin. pro hac opi
nione tex. in l. 2. C. communia de legar. in fin.
quatenus generaliter ſtatuit eo loci Impera-
tor, eum, qui vtitur verbis ad legata dumtaxat
pertinentibus, facere etiam fideicommiſſum,
43 quia qui legat etiam per fideicommiſſum re-
linquit, & econtra, poteſt igitur hic text. cui,
vt dicunt hic DD, neſciuit in circulis Crotus
reſpondere, hoc modo induci, quicumque le-
gat, fideicommiſſum facere dicitur. At qui re-
fert verbum lego ad vniuerſitatem bonorum,
dicendo lego tibi hæreditatem meam, ſine
dubio legat, igitur fideicommiſſum inducere
dicitur, non autem hęredis inſtitutionem. Nec
dicas cum Socin. Iun. hic num. 91. & cum alijs
recentioribus, qui eum ſequuntur, hoc eſſe in
d. text. quia præſupponatur alius inſtitutus
hæres, & ſic factum teſtamentum validum,
nos autem loqui in caſu; vbi nullus alius ſit
hæres inſtitutus, quia replico, tex. illum,
indifinitè, generaliter, & indiſtinctè loqui,
Et ideo generaliter eſſe intelligendum, l. de
pretio, ff. de public. ſiue ſit alius inſtitu-
tus hæres, ſiue non, cum fideicommiſſa,
& legata, etiam ab inteſtato, vt diximus, ver-
bi proprietate, ita ſuadente; potius videatur
facienda interpretatio, vt ſit factum fideicom
miſſum vniuerſale, quàm hæredis inſtitutio:
Nec tollit difficultatem reſponſio quorundam
hic, intelligentium æquiparationem factam eſ
ſe in d. l. 2. C. communia de legat. augumenta-
tiuè, non diminutiuè, vt colligitur ex §. ſed non
vſque. Inſtit. eodem. quia ex eo, quòd verbum
lego inducat fideicommiſſum, & non hæredis
inſtitutionem, non minuitur natura legati, im-
mo conſeruatur, vbi, ſi hæredis inſtitutionem
induceret, deſtrueretur, contra verbi proprie-
tatem, & contra veriſimilem teſtatoris men-
tem, qui non videtur dixiſſe cuius non ſuo no-
mine vſus ſit. l. Labeo, circa fin. ff. de ſupellect.
legat.
44 Tertio in quæſtionibus voluntatis defun-
cti, quæ in arbitrio Iudicis eſſe dicitur. l. vo-
45 luntatis. C. de fideicommiſſ. ea in dubio debet
fieri interpretatio, per quam potius vtrique ex
litigatoribus aliqua ex parte ſatisfit, quàm in
totum vni, §. vlt. Inſtit. de vulgar. At quæſtio,
quam præ manibus habemus, eſt voluntatis,
verſamur in dubio, &, ſi interpretamur verbũ
lego, non inducere hæredis inſtitutionem, ſed
legatum, vel potius fideicommiſſum vniuerſa-
le, vtrique parti, inter quas, occaſione huius re
licti, poteſt oriri controuerſia, aliqua ex parte
ſatisfit, venientibus, ſcilicet ab inteſtato, qui
gaudent beneficio Falcidiæ, & illi, cui per ver-
bum lego, relictum eſt, qui fideicommiſſariam
hæreditatem cõſequitur, igitur non eſt ab hac
interpretatione recedendum.
46 Quarto, & vltimo, omiſſis leuioribus, ad mẽ
tem Torniel. hic num. 11. cum ſeqq. ſic poſtu-
mus, non inefficaciter, quicquid dicat Bologn.
qui eius mentem, ni fallor, hic num. 101. aſſe-
quutus non eſt. argumentari. hæredis inſtitu-
tio non poteſt induci, niſi verbis aptis ad di-
ſponendum, non modo de rebus, ſed etiam de
ſucceſſore iuris, qui perſonam defuncti reprę-
ſentat, iuxta text. in Authent. de iure iuran. à
47 morien. præſt. At, verbum lego, aptum non
eſt ad ſignificandam talem diſpoſitionem, cir-
ca iuris ſucceſſorem, argumento §. legatarijs
autem, Inſtit. de teſtamen. cum verbum lego,
etiam generaliter acceptum, non ſignificet ple
nam hæredis inſtitutionem, hinc in lege duo-
decim tabul. dicebatur. vti quiſque legaſſit ſuę
rei, ita ius eſto, rei, inquam, ita ius eſto, quaſi
eſſet ſenſus, vt ſolummodo de rebus, per ver-
bum lego, & de ſucceſſore ſingulari diſpone-
retur, non de perſona, & de vniuerſali iuris ſuc
ceſſore, igitur per verbum lego, etiam relatũ
ad bonorum vniuerſitatem, non poteſt hære-
dis inſtitutio induci.

Nec obſtant adducta ex aduerſo, & præſer
tim primum argumentum, petitum à d. l. ver-
bis legis, & à d. §. diſponat, nec non à d. l. 1. iun-
cta l. filium, in §. ſed ſi portio, in quibus vide-
tur probari verbum, lego, ſignificare etiam hę
redis inſtitutionem, quia, omiſſa Doctorum
reſponſione, conſiderantium, coarctatam eſſe
hodie ſignificationem verbi lego, vt videtur
dici in fine dictæ l. verbis legis, quod non faci-
le admitto, quia arbitror I. C. eo loci loqui de
coarctatione poteſtatis legandi, vt colligitur
ex princip. Inſtit. de lege Falcidia, non autem
de coanguſtatione ſignificationis verbi lego.
Reſpondeo ego imprimis non tenere hanc cõ-
ſequentiam, verbum lego, poteſt quandoque
etiam ſignificare hæredis inſtitutionem, ergo
in

Digitized by Google

in caſu noſtro ſignificat, nec tenet alia conſequentia, ſi non ſignificaret in caſu noſtro hæredis inſtitutionem, vbi refertur ad bonorum vniuerſitatem, numquam ſignificaret, quia talem vim non haberet; nam reſpondeo ſatis poſſe ſignificare hæredis inſtitutionem verbũ lego, vbi conſtet de mente teſtatoris; vel aliqua ſaltem coniectura ſuadeat, eum voluiſſe, per tale verbum, hæredis inſtitutionem inducere, ſed quando ſumus omnino in dubio, vt in caſu noſtro, rationibus ſupra allegatis, debet fieri interpretatio, vt non inducat, præterea, idcirco illud verbum comprehendit, in dictis iuribus, hæredis inſtitutionem, quia accipitur magiſtraliter, & in genere, & enunciatiuè, quo caſu admittimus poſſe ſimul ſignificare omnes vltimas rerum diſpoſitiones, ſed in caſu noſtro, vbi diſponens deſcendit ad actualem, & ſingularem rerum ſuarum diſpoſitionem, in ſpecie accipitur, quo caſu, non niſi legatum ſignificare poteſt, argumento eorum, quę ſupra dicebantur de adoptione, vſucapione, iuriſdictione, & ſimilibus verbis, quæ in genere, & in ſpecie poſſunt accipi; præterea in d. l. 1. iuncta l. filium, in §. ſed ſi portio, edictum loquens de legatis, vi verborum, hęredis inſtitutionem non compræhendit, ſed ad eam extenditur à Iuliano I.C. ratione ſimili, vt rectè ſentit etiam Io. Bologn. hic nu. 104.

48 Nec facit negocium capitulum Raynaldus extra de teſtamen. quia, præterquam quod, ex ſententia Ripæ, ad l. Centurio, ſ. de vulgari & pupill. num. 99. nec non, ex ſententia Ruini, & Socini Iun. dicere poſſumus in d. cap. verbum lego, non inducere hęredis inſtitutionẽ, quandoquidem ille patruus, qui hæreditatem Raynaldi adiuit, non fuit ille, cui Raynaldus legauit, ſed alius, quod ſatis fit veriſimile, quia in princip. ille text. meminit de patruis in numero plurali, deinde verò vni legaſſe dicitur dimidiam portionis ſuæ, & reliqua bona paterna; deinde paulo infra dum facit mentionem de hærede; non ſupponit eundem patruum, cui legauerat adiuiſſe hæreditatem, ſed dicit ac vno ex patruis, quos ſcilicet hæredes inſtituerat adeunte hæreditatem; & ſi hoc modo intelligatur verbum, lego, eo loci, non importat hæredis inſtitutionẽ, dicere ẽt poſſumus, vltra iſtos; vel eundem patruum, cui legauerat, vel alium, adiuiſſe quidem hæreditatem, ſed non virtute diſpoſitionis ipſius Raynaldi, qui legauerat ab inteſtato, & hic intellectus videtur probari in illis verbis. adijciens, vt bona, in quibus ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti hæredes Raynaldi poſſent ſuccedere, ſi venirẽt contra legatum, dictis Auunculis ſuis debitum, ad ipſos, pro determinatis portionibus, deuenirent, in quibus ſupponit manifeſtè Raynaldus fieri poſſe, non obſtante diſpoſitione iam facta, rata manente, ſe inteſtatum decedere poſſe, vel cum teſtamento, quod condere ante mortem, ſcilicet poſſet, & hic, ni fallor, eſt verus intellectus illius text. in quo abſurdum eſſet, idem verbum lego, reſpectu Auunculorum importare legatum, reſpectu patrui, hæredis inſtitutionem, contra regulam l. iam hoc iure, de vulgar. & pupill. Præterea poſſumus reſpõdere d. text. nullo modo obſtare, cõtra communem opinionem, etiam ſi admittatur communis intellectus, quandoquidẽ illud verbum, legauit, non eſt verbum Raynaldi, ab eo vſurpatum in ſpecie, in actu diſponendi, ſed verbum Summi Pontificis, magiſtraliter, & in genere vſurpatum, ad ſignificandam vniuerſam, de rebus Raynaldi diſpoſitionem, qui legauit, ideſt diſpoſuit de vniuerſis bonis, legando, ſcilicet, verbis aptis, Auunculis, Patruum autem verbis pariter habilibus, (quod ſemper ſupponendum eſt gloſſ. eſt in §. 1. in fin. Inſtit. de verb. obligat.) hæredem inſtituendo, vt ex ſequentibus S.P. verbis colligere eſt, quod cum ita ſit, non obſtat dict. cap. Raynaldus, quia fatemur, vt ſupra dicebamus hoc verbum, generaliter vſurpatum; referri etiam ad hæredis inſtitutionem, & ad alias vltimas voluntates, ſed vbi accipitur in ſpecie, prout neceſſe eſt accipi à teſtatoribus; in actu diſponendi non niſi legatum, & fideicommiſſum ſignificat, quando enim aliquod verbum accipitur in genere, & in ſpecie; quamquam ſi generaliter vſurpetur, ſiue ab homine, ſiue à lege, ſpecies omnes amplectitur, vbi tamen in ſpecie ponitur, non niſi ad vnam referri poteſt vt per exemplum adoptionis, vſucapionis, iuriſdictionis, & cognationis facile probari poteſt. Accedat etiam quod Summus Pontifex ſupponit ibi Rainaldũ teſtamentũ condidiſſe.

49 Nec facit negocium tertium argumentum petitum à l. cum vnus. §. vlt. ff. de alimen. & cibar. legat. & à l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debeat, quia, in dictis iuribus, non eſt neceſſe legatum dotis, & alimentorum inducere hæredis inſtitutionem, nulla enim ratio hoc nos reſpondere compellit, non illa, quia corrueret teſtamentum, nam hoc eſſet, vbi in eodem teſtamento filia, cui dos legata eſt, non eſſet inſtituta, vel exhæredata, ſed in d. §. vlt. erat exhæredata, vt text. ipſe exprimit in l. qui filium, pariter neceſſe eſt ſupponere vna cum gloſ. ibi exhæredatam, vel inſtitutam fuiſſe, vt den-

tur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tür termini habiles, nec poſſumus dicere ſu-
ſtineri teſtamentum; quia legatum illud vim
habeat inſtitutionis hæredis, cum contrarium
dicat expreſſe text. dum vult pupillum pube-
rem factum, ſorori ſuæ iam factæ puberi, du-
centa, legati cauſa, ſoluiſſe. Nec obſtat conſi-
deratio, quę habet dotem ſuccedere in locum
legitimæ, & propterea in dictis iuribus legati
nomen hæredis inſtitutionem ſignificare, &
inducere, ſecundum quod exigit iuris neceſſi-
tas, §. aliud quoque capitulum, in Authent. vt
cum de appell. cognoſc. primum, quia in di-
ctis iuribus fuerat filia in alijs rebus inſtituta
vel exhæredata, vt in d. §. vltim. Præterea, non
ſemper ſuccedit dos loco legitimæ, ſed tātum-
modo in filia, iure municipali maſculos præ-
ferente, à paterna ſucceſſione excluſa, tunc e-
nim filia debet dotari, & dos ſuccedit loco le-
gitimæ, quæ iure naturæ filiæ debetur per ſta-
tutum excluſæ, & tunc nulla deſideratur in-
ſtitutio illius filiæ, ſed poteſt impunè præteri-
ri, nam, cum per ſtatutum excludatur à ſuc-
ceſſione ab inteſtato, deſinit filia illa eſſe ſuus
hæres, vt per Bart. ad. l. 1. in §. ſciendum. num.
3. ff. de ſuis, & legitimis. igitur fruſtra quæritur
nunquid ſit dos relicta iure inſtitutionis præ-
terquam, quòd verſamur etiam extra caſum
hunc, & quod dicitur dotem ſuccedere loco
legitimæ, intelligi debet quoad quantitatem
dotis, vt ſaltem debeat filiæ aſſignari dos, quæ
aſcendat ad quantitatem legitimæ, & ſic non
reſpectu tituli inſtitutionis, cum in caſu ſtatu-
ti, filiam excludentis, poſſit impunè præteriri.
50 Quartum quoque argumentum leue eſt,
nam verbum omiſſum facilè poteſt ſubintel-
ligi, vt rectè ſentit Ioan. Bologn. hic nu. 104.
in fin. vbi illud teſtator ſubintelligebat, quod
fortè, per figuram eclipſim, vt fieri ſolet, non
imprudens omiſit, ſed vbi profertur ineptum,
niſi fingatur expreſſè, aptum appoſitum, à le-
ge, vt in l. 1. C. de rei vxor. actio. à nobis fingi
non poteſt, præterea, in propoſito, eſt appoſi-
tum verbum aptum ad inducendum fideicō-
miſſum vniuerſale, cur igitur in dubio non cre-
dimus teſtatorem illud facere voluiſſe, cum ta-
lis cenſeatur eſſe cuiuſcumque voluntas, qua-
lis eſt verborum ſignificatio. l. Labeo. §. id Tu-
bero. ff. de ſupellect. legat. cum igitur hoc caſu
51 verſemur in claris, verbi proprietate inſpecta,
non eſt opus coniecturis, iuxta l. continuus, §.
cum ita, de verb. obligat. & prouiſio certa ho-
minis, facit ceſſare prouiſionem legis, l. fin. C.
de pact. conu. Præterea in d. l. 1. in fi. de hæred.
inſtit. conſtabat teſtatorem velle facere teſta-
mentum, & ideo, ad hoc, vt ſubſtineatur, lex
intelligit appoſitum verbum omiſſum, ſed, in
caſu noſtro, non conſtat; An legans vniuerſi-
tatem bonorum velit teſtamentum facere, vel
ab inteſtato fideicommiſſum vniuerſale relin-
quere, & ideo tutius eſt, fauore venientium ab
inteſtato, in dubio, ſine aliqua improprietate,
vel ſubauditione, interpretari, teſtatorem vo-
luiſſe fideicommiſſum vniuerſale facere ab
inteſtato, prout verba clarè, & propriè ſonant;
nec vniuerſalitas bonorum repugnat huic in-
terpretationi, cum legata quoque & fideicom-
miſſa vniuerſalia fieri poſſint, ſecundum com-
munes traditiones, vt neminem latet.
52 Ad quintum quoque argumentū, de d. l. cum
ex filio, ff. de vulgar. & pupill. facile eſt reſpon-
dere, negando, ſcilicet eo loci, alterum nepo-
tem, in poteſtate Aui minimè exiſtentem, fa-
ctum fuiſſe hæredem, per verbum lego; con-
trarium enim probatur in eadem lege, quæ di-
cit eum, quem in poteſtate habebat, ſolum hæ-
redem fecit, ergo alterum, cui legauit dimi-
diam hæreditatis, hæredem non fecit. Præte-
rea idem colligitur ex verbis illis, & ab eo, ſci-
licet nepote in poteſtate conſtituto, & hærede
inſtituto, alteri dimidiam hæreditatis, cum in
ſuam tutelam veniſſet, legauit, nō poteſt enim
hæres eſſe directus is, qui à manu alterius hæ-
reditatem, vel partem conſequi debet; vt col-
ligitur ex tit. Inſtit. de fideicom. hæred. & ex
tit. ff. & C. ad Senat. Conſult. Trebell. ſed ille
nepos ab alio debet conſequi dimidiam hære-
ditatis, ſibi legatam; igitur legatarius eſt, vel
fideicommiſſarius vniuerſalis, non autem hæ-
res. Nec obſtat illa conſideratio, teſtator vo-
lebat ambos hæredes, & hoc volens, ita, ex pe-
ritorum conſilio, diſpoſuit, & ſibi ſatisfecit; er-
go ambos hæredes habuit, quia nullibi dici-
tur in d. l. teſtatori, hoc propoſitum fuiſſe, nec
poterat velle, quod iure fieri non poterat, al-
terum ſcilicet alteri ex nepotibus pupillari-
53 ter ſubſtituere. non poteſt enim ei, qui in po-
teſtate teſtatoris non eſt, pupillariter ſubſtitui.
Inſtit. in princip. de pupill. conſilium autem
peritorum ad illud tendebat, vt teſtator, qui
ſuæ non poterat voluntati, quo ad modum ſa-
tisfacere, ſatis, quoad effectum, faceret, fuit
ergo neceſſarium, ad hoc, vt nepos in poteſta-
te totam conſequeretur hæreditatem, mo-
riente altero, qui ſui iuris erat, in pupillari æ-
tate, iuxta teſtatoris voluntatem, vt inſtitue-
retur in totum, & grauaretur dare dimidiam
alteri in poteſtate non exiſtenti, ſi in ſuam tu-
telam veniret, id eſt, maior quattuordecim an-
nis efficeretur, & ſic intentum habuit, quoad
effectum, non autem quo ad modum.

Nec facit negocium ſextum, & vltimum argumẽtum, quia falſa eſt illius minor, verbum enim lego commune non eſt, licet, generaliter, & enunciatiuè prolatum, poſſit ſimul actũ inſtituendi, legandi, & alio modo, per vltimam voluntatem diſponendi, ſignificare, vt in d. l. verbis legis, de verb. ſign. vt ſupr. latius docuimus.

54 Subſequitur modo tertius articulus, An, ſcilicet maritus, Iure municipali prohibitus legare vxori, intelligatur etiam prohibitus eam hæredem inſtituere.

In hac iuris controuerſia diſſentiunt Interpretes, propterea quòd Corneus (cuius ſententiam ſequutus eſt Carol. de Guarnat. hic) in ſuo conſil. 285. lib. 2. reſpon lit, virum, ſtatuto prohibitum legare vxori, non cenſeri prohibitum eam hæredem inſtituere.

55 Primum, quia ſtatuta ad caſus non porriguntur, qui ſub ſtricta, & propria verborum ſignificatione non compræhenduntur, cum ſtrictè; & propriè ſint intelligenda. l. non aliter, in princip. ff. de legat. 3. l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. geſt. l. 1. §. ſi quis nauim. ff. exercit. act. Sed caſus inſtitutionis hæredis, propriè, & ſtrictè non compræhenditur verbis ſtatuti, prohibentis virum legare vxori, igitur ſtatuti diſpoſitio, in controuerſia poſita, non porrigitur ad hæredis inſtitutionem, & illius prohibitionem non includit.

56 Secundo, ſi vir, ſtatuto prohibitus legare vxori, intelligeretur etiam prohibitus eam hęredem inſtituere, illud ſequeretur incommodum, vt tolleretur libera teſtandi facultas, quæ in hæredis inſtitutione conſiſtit, §. ante hæredis. Inſtit. eodem, §. vlt. Inſtit. de codicill. & l. 1. ꝟ de hæred. inſtit. Sed hoc non eſt aliquo modo admittendum, cum ſit contra l. ex facto, vbi Caſtrenſ. ꝟ de vulgar. & pupill. & contra tradita per DD. ad l. ſtipulatio hoc modo concepta, ꝟ de verb. oblig. ergo nec illud debet admitti, vnde hoc ſequitur.

57 Tertio, quia verba ſtatuti intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi, l. librorum, §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. Barto. ad l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. num. 58. & ad l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. num. 4. At verbum lego, ſecundum communem vſum loquendi, hæredis inſtitutione non ſignificat, igitur ſtatutum, prohibens virum legare vxori, non includit hæredis inſtituendi prohibitionem, minor probatur auctoritate Barto. in dict. l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. vbi ſub n. 19. teſtatur, ex communi vſu loquendi, verbum lego ad hæredis inſtitutionem nõ trahi.

Quarto, quia, ſi ſtatutum prohibens maritum legare vxori, porrigeretur etiam ad caſum inſtitutionis, Aut hoc eſſet per modum compræhenſionis, Aut per modum extenſionis, neutrum eſſe poteſt, igitur abſolutè ſtatuto prohibitus legare vxori, non intelligitur prohibitus eam hæredem inſtituere, probatur aſſumptum, quoad compræhenſionem, quia repugnat, tàm verbi proprietas, quàm communis loquendi vſus, vt patet ſupra. probatur etiam quo ad extenſionem, quia ſtatuta exorbitantia, & odioſa, cuiuſmodi eſt hoc, neque ex identitate rationis, extẽſionem admittunt, ex notatis ad Authẽt. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccl.

In contrarium tamen eſt veritas, & communis opinio, quam tenent hic Carol. Ruin. num. 17. Socin. Iun. num. 115. & Io. Bologn. num. 113. ſequitur etiam latè diſputans Barthol. Romul. ad l. nemo poteſt, infra eodem, num. 24. & hanc ego quoque probaui in prima Centuria ſelect. diſtinctionum, diſtin. 50. num. 5.

Primũ, quia ſtatuti diſpoſitio, quantumuis exorbitans, & odioſa, ob rationis idẽtitatem, extenditur ad caſus, quibus poſſunt eiuſdem ſtatuti verba, ſaltem ſecundum largam, & impropriam ſignificationem accommodari. l. filium habeo. ff. ad Senat. Conſul. Macedon. vbi Bart. gloſ. eſt in Authen. minoris debitor. C. qui dar. tut. poſ. Dec. ad l. qui ſe patris. nu. 26. C. vnde liberi. Alexan. conſil. 190. num. 19. lib. 2. vbi, ex identitate rationis, etiam preſumptæ, extenſionem, de ſtricta, ad largam ſignificationem admittit, & ſequitur eum Crauetta conſil. 155. num. 8. Sed verba ſtatuti, prohibentis virum legare vxori, ſecundum largam, & generalem ſignificationem, accom-
58 modantur etiam hæredis inſtitutioni, cum is, qui inſtituit hæredem, dicatur legare, & relinquere. l. verbis legis. ff. de verb. ſignific at. §. diſponat. in Authent. de nupt. & eadem ſtatuti ratio, & maior viget in hæredis inſtitutione, quàm in legatis, cum ratio memorati ſtatuti fuerit, ne viri, vxorum blanditijs inducti, priuarent proprijs bonis filios, agnatos, & coniunctos, ab inteſtato ſucceſſuros, & ſic ad tollendas vexationes, quibus vxores ſolẽt maritos afficere, dũ vltima condunt elogia, vt conſiderat Cardin. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 4. titu. 11. numero 14. igitur prohibitio iuris municipalis, ne vir leget vxori, debet extendi etiam ad hæredis inſtitutionem.

Secundo loco probat hanc opinionẽ text. in

in l.filium. §.ſed ſi portio. de legat.præſtand. hoc modo inducendo à proportione, iuxta tex.in l.ſufficit.ff.de condit.indeb.eodem modo ſe habet hæredis inſtitutio, ad ſtatutum in controuerſia poſitum, quo modo ſe habet ad edictum de legatis præſtandis, quod & ipſum, non niſi de legatis loquebatur, vt patet in l.1. ff.de legat.præſtand.ſed, memoratum edictū, habet locum etiam in hæredis inſtitutione d.l.filium.§.ſed ſi portio.eod.tit.de legat.præſtand.igitur ſtatutum, quoque, de cuius interpretatione agimus, debet habere locum in hæredis inſtitutione.

59 Tertio loco illa non debet admitti interpretatio, per quam fit fraus legi. l.contra legem, & l.fraus.ff.de legib.l.ſed Iulianus.§.mutui dationem.ff.ad Senat.Conſult.Macedon. facit.cap.ſi ciuitas, cum ibi notatis, de ſenten.excommuni.ſed huiuſmodi eſt interpretatio, per quam excluditur hæredis inſtitutio à prohibitione legandi ſtatuti, de quo agimus, cum facilè poſſit vir vxorem in cohæredem inſtituere, quod volebat illi legare, igitur interpretatio eiuſmodi non eſt aliquo modo admittenda.

60 Quarto, quicquid per verbum lego conceditur in diſpoſitione permiſſiua, debet per idē verbum lego, intelligi prohibitum in diſpoſitione prohibitiua.argumento regulæ. l.vlt. in §.vlt.ff.de legat. 3.Sed in diſpoſitione permiſſiua legis duodecim tabul. per verbum lego, intelligebatur conceſſa etiam facultas hæredis inſtituendi, d.l.verbis legis. & d.§.diſponat, igitur diſpoſitio quoque prohibitiua ſtatuti noſtri, ita intelligenda eſt, vt per verbum

61 lego adimat etiam facultatem hæredis inſtituendi, præſertim cum iura municipalia recipiant interpretationem à iure communi, iuribus vulgaribus.

62 Quinto, & vltimo loco, ſtatuti diſpoſitio omnes caſus ſine dubio compræhendit, quibus poſſunt verba diſpoſitionis accommodari, ſecundum propriam illorum ſignificationem.l.non aliter.in princ.de legat.3. l.Labeo. §.id Tubero.de ſupellect.legat.cum ſimilibus ſed caſui inſtitutionis hæredis, verba ſtatuti prohibentis, ne vir leget vxori, ſecundum propriam ſignificationem competunt, igitur prohibitione illius, ſine dubio, hæredis etiam inſtitutio comprehenditur. Minor propoſitio probatur, quia verbum lego, enunciatiuè prolatum, æquè propriè ſignificat actum legandi, per fideicommiſſum relinquendi, & hæredis inſtituendi. d.l.verbis legis.& d.§.diſponat, ſed verbum lego in ſtatuto, in controuerſia poſito, enunciatiuè prolatum eſt, cum per illud non diſponatur, legando, vel fideicommittendo, ſed enuncietur quid diſponendo prohibeatur, quemadmodum in l.duodecim tabul.per illud enunciabatur quid diſpoſitiuè permitteretur, non intelligimus enim diſpoſitiuè verbum lego proferri, niſi ab iis, qui legant, vel per fideicommiſſum, relinquunt, igitur, verbis prohibitiuis ſtatuti noſtri, comprahenditur etiam, & includitur hæredis inſtitutio, præſertim, cum nulla poſſit probabilis reddi ratio, cur potius vir debeat prohiberi vxori legare, quàm eam hæredem inſtituere.

Non obſtat primum argumentum ex aduerſo allatum, primum quia falſum eſt ſtatutum non extendi, ob identitatē rationis, ad caſus, quibus poſſint ſaltem largè, & impropriè verba eiuſdem ſtatuti accommodari d.l.filium habeo. Præterea, negamus, verbum lego propriè non ſignificare hæredis inſtitutionem, vbi enunciatiuè ſit prolatum, vt mox diceba-mus.

63 Nec facit negocium ſecundum, quia non tollitur libera teſtandi facultas, ex eo quod certa aliqua perſona prohibeatur hæres inſtitui, cum cæteræ aliæ omnes, non incapaces, inſtitui poſſint, coarctari autem legandi, & inſtituēdi facultas poteſt, non ſolum quoad res, vt in d.l. verbis legis, in fin. ſed etiam quoad perſonas.

Non obſtant tertium argumentum, quia verbum lego, diſpoſitiuè prolatum, nec propriè, nec ſecundum communem vſum loquēdi, ad hæredis inſtitutionem refertur, ſecus ſi enunciatiuè ſit prolatum, vt in ſtatuto, de cuius interpretatione agimus, vt ſ latius declarauimus.

Quartum autem argumentum retorquetur, quia caſus inſtitutionis compræhenditur ſub ſtatuti diſpoſitione, quæ prohibet legare, cum verbum lego enunciatiuè prolatum, etiā hæredis inſtitutionem ſignificet, tàm ſecundum proprietatem, cum generale ſit, quàm ſecundum communem vſum loquendi, quod quando non eſſet, admitteret extenſionem, licet exorbitans ſit, cùm re vera ſit fauorabile vt ſentiunt communiter DD. hic, cumque etiam in exorbitantibus, & odioſis admittatur extenſio, vbi eadem eſt ratio, & verba ſaltem largè poſſunt conuenire, vt ſupra tradidimus.

64 Supereſt modo quartus, & vltimus articulus. An, & quando, & quomodo verbum lego hæredis inſtitutionem ſignificet, vel inducat.

Altius

Altius igitur repetendo materiam. Aut verbum lego prolatum eſt in genere, & enunciatiuè, quòd fieri intelligo, vbicumque per verbum lego non diſponitur relinquendo aliquid alicui, licet in cæteris oratio ſit diſpoſitiua. Aut prolatus eſt in ſpecie, & diſpoſitiuè. Primo caſu poteſt ſignificare hæredis inſtitutionem d. l. verbis legis. ff. de verb. ſignific. & d. §. diſponat, in Authent. de nupt. Sic etiam poſſet intelligi dictum Notarij, vel alterius teſtantis, vel narrantis, aliquem bona ſua legaſſe, & in hunc ſenſum poteſt etiam accipi. cap. Raynaldus, extra de teſtament. vt ſentit etiam Io. Bologn. hic num. 108. verſicu. tertius caſus, quomodo etiam intelligitur à nobis ſtatutum prohibens virum legare vxori, vt mox in præcedenti articulo docuimus. Secundo autem caſu, quando in ſpecie, & diſpoſitiuè profertur, in actu, ſcilicet diſponendi per vltimam voluntatem, rurſus diſtinguendum, quia Aut loquimur de iure antiquo, ante latam l. quoniam indignũ. C. de teſtament. Aut de iure nouo, poſt dictam legem latam, primo caſu, ſine dubio, verbum lego diſpoſitiuè prolatum, numquam poterat inducere hæredis inſtitutionem, etiam ſi teſtator eam per dictum verbum facere voluiſſet; quia inſtitutio hæredis certam formulam habebat à qua recedere teſtatores non poterant: fieri .n. debebat verbis rectis, cuiuſmodi ſunt, hæres eſto, dominus eſto, non inflexis, cuiuſmodi ſunt hæredem inſtituo, lego hæreditatem, vt rectè docet Vacon. lib. 4. declarationum iur. ciu. declarat. 55. & ſentit Bologn. hic num. 106. ſecundo autem caſu adhuc diſtinguendum eſt, quia, Aut refertur immediatè ad perſonam, cum qualitate hæreditaria, Aut ad rem, ſi ad perſonam, vt puta, quia dicat teſtator, lego Titium hæredem omnium, vel partis meorum bonorum, ſine dubio induceret hæredis inſtitutionem, vt rectè docet Alc. ad l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. num. 73. verſic. quid iuris; quem ſequitur ibi Io. Marc. Aquil. num. 114. facit. l. quoniam indignum. C. de teſtament. Si verò immediatè refertur ad rem, Aut refertur ad ſpeciem, vel ad vniuerſitatem facti particularem, cuiuſmodi eſt dos, peculium, grex, & Mæuiana, puta, hæreditas à nobis adita, Aut ad vniuerſitatem iuris, ideſt, ad hæreditatem, vel ad bonorũ vniuerſitatẽ, ſi ad ſpeciem, vel vniuerſitatem facti, niſi teſtatoris voluntas expreſsè refragetur hæredis inſtitutionem non inducit, vt colligitur ex titulis, de dote prælegata, de peculio legato, de ſupellectili legata, de auro, & argento legato, & ſimilibus, nec non ex. l. cum filius. §. 1. de legat. 2. ſi ad vniuerſitatem iuris, & bonorum. Aut conſtat de voluntate diſponentis, quoad ſpeciem vltimæ voluntatis, in qua facit, legatum, Aut verſamur in dubio, ſi conſtat, Aut vult codicillos facere, Aut teſtamentum, ſi codicillos ſine dubio hæredis inſtitutionem non inducit, cum in codicillis, nec dari, nec adimi poſſit hæreditas. §. vlt. Inſtit. de codicill. qua in re conſentiunt omnes hic, & præſertim Crot. num. 13. Si teſtamentum, Aut nullus datus eſt cohæres, Aut eſt datus, ſi datus non eſt, hodie, poſt latam legem quoniam indignum. C. de teſtament. ſecundum Vaconium lib. 4. declarationum iur. ciu. declarat. 55. num. 6. inducit ſine dubio hæredis inſtitutionem, ſine qua valere teſtamentum non poteſt. §. ante hæredis. Inſtit. de legat. l. proximè. ff. de his quæ in teſtamento delentur, etenim, in re dubia, ea capi debet coniectura, per quam actus potius valeat, quàm pereat. l. quoties. 2. vbi Soc. de reb. dub. l. quoties, vbi Iaſ. ff. de verb. oblig. Alc. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 34. & ne videatur teſtator viam eligiſſe ad ſua iudicia impugnanda. l. 3. ff. de milit. teſtamen. Alciat. in d. reg. 3. præſump. 35. & rationi conſentaneum eſt, vt verba intelligantur ſecundum naturam actus, in quo proferuntur. l. ſi vno. in princ. vbi gloſ. Bart. Bald. & DD. communiter. & l. ſi in lege. ff. locati. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. cum alijs adductis per Tiraquel. ad. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. in verſic. reuertatur. num. 37. Si verò datus eſt cohæres, ad hæredis inſtitutionem non trahitur. l. mulier. §. vlt. ff. ad Sen. Conſult. Trebell. l. ſi quis ſeruum. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de legat. 2. vbi autem penitus verſamur in dubio, an voluerit diſponens teſtari, vel codicillos ſcribere, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut ex coniecturis conſtare poteſt voluiſſe diſponentem, vel noluiſſe eum hæredem facere, ad quem verbum lego dirigebat, & ſecundum coniecturatã illius mentem, fieri debet interpretatio Affirmatiua, vel negatiua, argumento §. diſponat. in Authen. de nupt. & l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtrat. iuncta. l. quoniam indignum. C. de teſtament. Quòd ſi ceſſat omnis mẽtis, & voluntatis probabilis coniectura, iterum eſt diſtinguendum, quia, Aut non fuit vniuerſa hæreditas diſtributa, per verbum lego, Aut fuit diſtributa vniuerſa, Si non fuit vniuerſa diſtributa hæreditas, concludunt DD. omnes, poſt Barto. ad l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. hæredis inſtitutionem non inducere, facit d. l. mulier. §. vlt. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. tradit Soc. Iun. hic num. 105. Si verò vniuerſa fuit diſtributa,

controuerſi iuris eſt, an hæredis inſtitutionem
inducat, communis tamē opinio eſt negatiua,
vt vidimus ſupra in 2. artic. quam veriſſimam
arbitramur.

Nunc autem, diſcuſſis omnibus articulis,
qui ad ſecundam de legato quæſtionem prin-
cipem pertinebant, venio ad tertiam, qua quę-
rebamus, quo iure legatū eſſet introductum,
& diuerſæ ſunt, in propoſita quoque quæſtio-
ne, opiniones, quarum altera eſt Riminaldi Iu
nioris, ad princ. Inſtit. de teſtament. num. 235.
cum ſeqq. Sentientis legatorum originem eſſe
ad Ius gent. referendam. quam defendit diſpu
tando etiam Carol. de Guarnat. hic.

66 Primum, quia, niſi legatorum origo eſſet
referenda ad Ius gent. religio legatorū, no vio
landorum, iuri gentium non adſcriberetur, ſed
religio legatorum non violandorū iuri gentiū
adſcribitur, Can. Ius gent. prima diſtinctione.
igitur legatorum origo ad ius gentium eſt re-
ferenda.

67 Secundo, quia legata, quæ olim non niſi in
teſtamento fieri poterant. §. præterea. Inſt. de
fideicomm. hæred. neceſſe eſt, vt ab eodem iu
re originem habuerint, à quo teſtamenta ha-
buerunt. l. ſi teſtamentum, C. de teſtamen. vbi
DD. communiter, facit reg. l. quæ de tota. ff.
de rei vendic. Sed teſtamenta ipſa à iure gen-
tium originem habuerunt, igitur cogimur fa-
teri ab eodem iure legata originem habuiſſe.

68 Tertio, quia ea omnia, quorum ſerui ſunt
capaces, iuris gentium eſſe dicuntur, cum ſer-
ui iure ciuili inſpecto pro mortuis habeantur.
l. quod attinet. & l. ſeruitutem. ff. de regul. iuri
69 Sed ſerui legatorum ſunt capaces. l. ſi depor-
tati. ǰ de leg. 3. igitur legata iuris gent. eſſe di-
cuntur.

70 Quarto, quia donatio ſine dubio eſt de iure
gentium, vt per Bart. ad l. ædibus. ff. de donat.
faciunt tradita per gloſ. & DD. ad. l. ex hoc iu-
71 re. ff. de iuſt. & iur. At legatum eſt donatio. §. 1.
Inſtit. de legatis. l. legatum eſt. infra de leg. 2.
igitur legatum eſt de iure gentium.

Quibus non obſtantibus, ferè omnes lega-
ti originem, ad ius ciuile referendam eſſe ar-
bitrantur, nimirum ad. l. 1. ǰ. eodē. Caſtrenſis
num. 3. Alexan. num. 8. Herculanus col. 3. ver-
ſic. præmitte etiam, & alij hic, & præſertim Ri
pa num. 13. & Ioan. Bolognet. num. 135. ſentit
Hugo Donell. lib. 8. comment. de iure ciuil.
cap. 1. in fin. eandem probat eruditus Iuris In-
terpres, & omni doctrinarum genere excultus
Paulus Bellonus, mihi officijs pluribus, & fa-
miliaritate coniunctiſſimus, ad princip. Inſtit.
de teſtament. num. 54. quam opinionem ego
quoque veriſſimam eſſe arbitror. Nec diſſen-
tit Alex. Turam. in ſuo lib. ſingul. de exæqua-
tione legatorum, & fideicommiſſorum cap. 1.
nu. 1. licet legata ad ius, legib. duodecim tab.
vetuſtius, referre videatur.

72 Primum, quia legata illi iuri ſunt adſcriben-
da, à quo legandi facultas eſt tributa, ſed legā-
di facultas fuit hominibus à lege duodecim ta
bularum tributa. l. verbis legis. ff. de verb. ſi-
gnific. §. diſponat. in Authent. de nupt. & ſic à
Iure ciuili, Inſt. in princ. iuncta glo. de vſucap.
igitur legata non iuri gentium, ſed iuri ciuili
ſunt adſcribenda.

73 Secundo, quia vnumquodque illius iuris eſ
ſe dicitur, a quo formam habuit, cum forma
ipſa det eſſe rebus. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff.
74 ad exhibendum, cumque vnumquodque de-
nominetur à ſuo eſſe ſpecifico, non autem à ge
nerali, & indefinita materia, vt rectè docet Bal.
ad. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. num. 43. Sed
75 legatum habuit formam verborum legalium,
& præceptiuorum à iure ciuili, qua diſtingue-
76 batur olim à fideicommiſſis, quæ verbis obli-
quis, & præcarijs concipiebantur, vt colligitur
ex Vlpiano in fragment. tit. 24. & 25. & ex l. 2.
C. communia de leg. igitur legatum iuris ciui
lis eſſe dicitur.

77 Tertio, quia quilibet modus dominij
ciuilis, acquirendi, Iuris ciuilis eſſe dicitur
Inſtit. in princip. de vſucap. At legatum eſt mo
dus ciuilis dominij acquirendi, quod recta
78 via, & nulla prævia traditione, tranſit à teſta-
tore in legatarium. l. legatum ita. ǰ. de legat. 2.
l. à Titio. ff. de furt. igitur legatum iuris ciuilis
79 eſſe dicitur.

Quarto & vltimo, quia omnes modi acqui-
rendi, de quibus agitur poſt tit. Inſtit. de vſu &
habitatione, ad Ius ciuile referuntur. §. vltim.
eod. tit. iuncto §. ſingulorum. Inſtit. de rerum
diuiſ. At de legatis, quæ ſine dubio ſunt modi
acquirēdi titulo particulari. §. vlt. Inſt. p quas
perſonas nobis acquiritur. iuncto princ. Inſt. de
leg. agitur poſt d. tit. de vſu & habit. igitur le-
gata ad ius ciuile ſunt referenda.

80 Nec faciunt negocium adducta ex aduer-
ſo, & præſertim primum argumētum, petitum
à d. Can. Ius gent. quia non loquitur de lega-
tis neutri generis, quæ ad res referuntur, ſed
de legatis maſculini generis, hoc eſt de nun-
cijs, & Oratoribus, qui à Sūmis Principibus
ad amicos Principes, vel ad hoſtes mittun-
tur, quos offendere, & violare ius gent. vetat,
vt obſeruat etiam excellentiſs. D. Paulus Bel-
lonus, irridens ineptum, Rimin. iun. pro alleg. in
loco, argumentum

Nec

Nec obſtat ſecundum, quia immò teſtamē-
81 tum, ſecundum veriorem opinionem, ad Ius ciuile eſt referendum, à quo formam habuit, quæ conſiſtit in hæredis inſtitutione, vt colligitur ex princip. Inſtit. de teſtamen. ex l. obuenire. de verb. ſignifi. & ex d. l. verbis legis, eodem tit.

Non obſtant tertium deductum ex dict. l. ſi deportati, quia Seruus, eo loci, non ſibi acquirit ex cauſa legati, ſed fiſco à quo capacitatem habet.

Nec obſtat quartum, quia Bart. ad d. l. ædibus, loquitur de donat. inter viuos, quam admittimus ad Ius gent. referendam eſſe, non de legato, quæ eſt donatio quædam à iure ciuili inuenta, rationibus ſupra adductis, non enim donatio eſt iuris gent. & conſequenter, cum maior propoſitio non ſit vniuerſalis, argumentum non concludit.

82 Ad quartam autem, de legatis, principem quæſtionem, quæ ad rationem pertinent, ob quam fuerunt introducta, breuiter reſpondeo eam ob cauſam fuiſſe inuenta, vt teſtator ſuam delibando hæreditatem, gratitudinem erga perſonas dilectas, poſt mortem exercere poſſet, & liberalitatem, facit l. legatum eſt. infra eodem. & §. primus. Inſtit. eod. iuncta l. 1. ff. de donat.

83 Quod attinet autem ad quintam quæſtionem, quę ad eiuſdem legati definitionem pertinet, reſponderur tres reperiri in iure noſtro legati definitiones, quarum Altera eſt Florentini I. C. in l. legatum eſt. infra eodem. Altera Modeſtini in l. legatum eſt donatio. infra tit. prox. & tertia Iuſtiniani in §. 1. Inſt. eodem. Reperitur etiam, ſecũdum aliquos, definitum legatum ab Vlpiano in fragmentis, tit. 24. his verbis. legatum eſt id, quod legis modo, ideſt, imperatiuè, teſtamento relinquitur, quàm definitionem miratur Alexan. Turam. lib. ſingul. de exæq. leg. & fideicomm. cap. 1. num. 12. Tribonianum omiſiſſe, & tres eiuſdem legati definitiones deteriores in corpore iuris inſeruiſſe, ſed ceſſare debebat omnis admiratio, quia non fuit Vlpiani conſilium, præallegato in loco, legatum definire, vt patet ex intercluſa illa particula expoſitiua. legis modo, ideſt imperatiuè, ſed differentiam inter legatum, & fidei commiſſum recenſere, & legati naturam demonſtrare, & propterea ſtatim ſubditur. nam ea, quæ præcatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur, & licet poſſint Vlpiani verba vim definitionis habere, quatenus per id quod teſtamento relinquitur, circumſcribitur genus, & per verba illa legis modo differentia aſſignatur, non habent tamen elegantem illam definitionis ſpeciem, quam habent receptę à Triboniano, cùm expoſitiua illa particula ingredi definitionem non debuerit. Accedat etiam, quod Florentini, & Modeſtini definitiones, quę non fuerunt in principio alicuius Tit. de legatis poſitæ, quemadmodum Iuſtiniani definitio, in §. 1. Inſtit. de leg. non, tamquam definitiones, ſed tamquam regulæ fuerunt allatæ, ratione enim conſentaneum minime videbatur, vt vnius, & eiuſdem rei, cui vnica eſt eſſentia plures afferrentur definitiones, licet verbis tantum, non ſententia, inter ſe diſſentientes, vt videtur ſentire etiam Angel. Mattheac. in Epit. legat. & fideicomm. cap. 1. num. 3. perpendam igitur ego ſolummodo inſertas in corpore iuris, quatum quælibet facilè defendi poteſt, ex his, quæ ſcribunt DD. hic, & præſertim Ioan. Bolognet. num. 115. & Socin. Iun. nu. 54. cum pluribus ſeqq. quibus in locis latiſſimè, & per plures columnas memoratas definitiones, à Doctorum calumnijs vindicare conantur. ego verò ſingulas explicabo, & tertiam in quæſtionem vocabo, ita, vt quattuor ſit habitura, Quinta hæc quæſtio articulos.

Primus erit, de explicatione definitionis Florentini I. C.

Secundus, de explicatione definitionis Modeſtini.

Tertius, An recte fuerit definitum legatum à Iuſtiniano.

Quartus, & vltimus, An condens teſtamentum, ſi dicat præſenti, & acceptanti, dono tibi fundum, dicatur illum inter viuos donare, vel legare.

84 Quod attinet ad primum, definitur legatum à Florentino I. C. in lege legatum eſt, inf. eodem. vt ſit delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret alicui quid collatum velit, ſic legitur in omnibus ferè Codicibus, & imprimis in Pandect. Floren. ita legit etiam Oloander, quem refert hic Socin. Iun. nu. 54. aliqui tamen, loco illius nominis delibatio, legunt delibratio, alij verò deliberatio, & quælibet lectio, vt colligere eſt ex interpretibus hic probabilis eſt, & facilè defendi poteſt, & præſertim illa, quæ habet deliberatio, tùm quod lectionem hanc ex antiquis monumentis accepiſſe, teſtatur Socin. Iun. hic num. 54. qui dicit eandem litteram recepiſſe Cumanum, quã amplectitur etiam Duaren. tùm quod ego, vltra alios, obſeruaui non reperiri apud Latinos ſcriptores nomina illa verbalia, delibatio, & delibratio, quamquam ver-

ba delibo, & delibro, apud eos in vſu ſint, vbi verbum deliberatio Latinum nomen eſt, & vſitatum, quo ſæpe vſus eſt etiam M. Tul. quapropter credendum eſt Florentinum I.C. qui Latino, & exculto ſermone, quemadmodum cæteri I.C. omnes vtebãtur, Latino, & vſitato verbo, non autem nouo, & minimè apud Latinos vſu recepto, vſum fuiſſe, preſertim, cum, ex ſententia Socin. Iun. nihil magis conueniat vltimæ voluntati, quàm deliberatio, quæ ad illas, tamquam ad ſummum quoddam genus refertur. Nec reijcienda eſt hæc lectio, vt ſentit Ioan. Bolognet. num. 115. ex eo, quòd maior cum requiratur deliberatio in hæredis inſtitutione, quàm in legatis, magis propriè ponatur loco generis in definitione teſtamenti, quàm alterius vltimæ voluntatis, quia, licèt re vera pluribus de rebus, & maior quodammodo deliberatio ſit teſtamentum, & hæredis inſtitutio, quàm legatum, quemadmodum maior eſt animal Elephas, quàm Formica, magis tamen deliberatio teſtamẽtum non eſt, quam legatum, quemadmodum maius non magis eſt animal Elephas, quàm Formica. Nec dicatur cum eodem Bolognet, ineptam eſſe hanc litteram, quia deliberationem ad hereditatem referat, quæ mente, & conſultatione caret, propterea quòd, in hac definitione, nomen deliberatio, non ad hæreditatem, vt opinatur Bolognet. ſed ad teſtatorem refertur, vt patet ex verbis illis, qua teſtator, ſenſus enim eſt legatum eſt delibetatio hæreditatis, ideſt de hæreditate, qua, ſcilicet, deliberatione, Teſtator, ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

Verum quia in Pandect. F. & in vulgatis Codicib. legitur, delibatio, quod nomen potuit, ſummæ auctoritatis vir, Florentin. I.C. à verbo Latino, delibo, formare, propterea, ſecundum hanc receptiorem lectionem, quæ mihi quoque magis placet, definitionem hanc interpretabor. Conſtat igitur definitio hæc ſuo genere, & differentijs, iuxta tradita per Barto. ad. l. 1. ſ. de teſtament. nomen enim illud delibatio, cum generaliter poſſit referri ad omnẽ cuiuſcumque rei diminutionem, loco generis ponitur, aliarum autem rerum diminutio excluditur, per verbum illud hæreditatis, quæ differentia optimè, ni fallor, excludit etiam, tàm donationem cauſa mortis, quàm fideicommiſſum, quandoquidem donatio cauſa mortis, potius eſt delibatio patrimonij, quàm hæreditatis, præſertim quando fit extra teſtamentum, per modum contractus à præſente præſenti, etiam per ſtipulationem. l. mortis cauſa. & l. ſi mortis cauſa. de donat. cauſa mortis, & per eam in vita etiam teſtatoris, ſi à traditione incipiat, dominium transferatur, excluditur etiam fideicommiſſum, cum per illud non minuatur hæreditas, quæ integra, cum omnibus defuncti Iuribus tranſit ad hæredem, ſed patrimonium hæredis, quod fideicommiſſi reſtitutione minuitur, vt ſentit etiã Bolognet. hic num. 117. Accedat etiam quòd legatum, ante heredis inſtitutionem, olim fieri non poterat. §. ante hæredis. Inſtit. de legat. & propterea iure optimo legatum tantummodo dici poterat conſtitutæ, & præexiſtentis hæreditatis delibatio, non autem donatio cauſa mortis, & fideicommiſſum, quæ ẽt ante hæredis inſtitutionem fieri poterant, vt latè, poſt alios, docet Ioan. Bolognet. ad. l. 1. infr. eodem, nu. 7. in duodecima differentia inter legatum, & fideicommiſſum. Subdit deinde I.C. qua teſtator, ex eo, quòd vniuerſum hæredis foret, & ſic videtur ſupponere factum eſſe hæredem, alicui quid collatum velit, quòd, ſcilicet eo modo ex præexiſtenti hæreditate delibatũ eſt, & hæc pars, ita plana eſt, vt expoſitione alia non indigeat, ea autem quæ aduerſus diffinitionem hanc obijciuntur, partim ex ijs, quę in illius declaratione modo diximus, partim à Ioan. Bolognet. hic à num. 115. ad num. 118. ad quem me refero, diluuntur, & quod dicit Turam, in d. cap. 1. genus in hac definitione poſitum in eo peccare, quòd magis hæreditatis diminutionem, quàm legatarij acquiſitionem, & ſic priuationem magis, quàm habitum exhibere videatur, nihil eſt, ſi vel propoſitionem, & regulam hanc eſſe de legato, vel deſcriptionem, intelligamus, aut per hæreditatis delibationem, quòd de hæreditate delibatur, & eligitur, vt in aliquem conferatur accipiamus.

85 Secunda autem Modeſtini definitio, vt ad ſecundum articulum veniamus eſt eiuſmodi. legatum eſt donatio teſtamento relicta, vt habetur in. l. legatum eſt. infr. tit. proxi. verbum illud, donatio, quòd etiam de donatione cauſa mortis, & de donationibus inter viuos, dicitur eſt genus, verba autem illa, teſtamento relicta, conſtituunt differẽtiam, qua excluditur inſtitutio hæredis, quæ teſtamentũ eſt. l. 1. ſupra de hered. Inſtit. non autem donatio teſtamento contenta, excluditur etiam donatio cauſa mortis, quæ neceſſario teſtamento non relinquitur, & ſi teſtamento relinquatur, à legato non differt. Item excluditur fideicommiſſum, tùm quod de neceſſitate in teſtamento non fit. §. præterea. Inſt. de fideicomm. hæred.

red.

1ed.tum quòd fideicommiſſum non recipit do
nationis appellationem,vt infra in declaratio-
ne tertiæ definitionis mox manifeſtum fiet.
86 Tertia igitur legati definitio, vt ad tertium
attic. ſecundum propoſitum ordinem, acce-
damus,eſt Iuſtiniani in §.1.Inſt. de legat. hoc
modo concepta videlicet, ſecũdum vulgatos
Codices.legatum eſt donatio quædam, a de-
functo relicta,ab hærede præſtanda. Verùm
quia varias hæc quoque definitiò patitur dif-
ficultates,ita,vt nec deſint qui eam improbare
audeant, inter quos eſt, eruditus vir Alex.
Turamin. in ſuo libro ſingulari de exæquatio-
ne legatorum,& fideicommiſſorum,cap.1.nu.
16. propterea eam in quæſtionem vocare mi-
hi propoſitum eſt, vt intelligamus, an digna
ſit,quæ à nobis recipiatur, qua in re,pro intel-
ligentia terminorum prænotare imprimis li-
bet,definitionem non accipi in propoſito à no
bis propriè,& pro exacta,ſecundum Ariſtote-
lis, & Philoſophorum præceptiones, defini-
tione,ſed pro diligenti quadam deſcriptione,
quæ ſaltem cum re deſcripta conuertatur.
Videtur ergo Iuſtiniani definitio,in cõtro-
uerſia poſita pluribus nominibus reijcienda.
87 Et primum quia,ſi hęc eſſet benè concepta,
cogeremur fateri, malè conceptas eſſe Floren
tini,& Modeſtini definitiones,ſ̃ relatas,cum;
quemadmodum vnius, & eiuſdem rei plures
eſſe non poſſunt eſſentiæ,ita quoque,nec plu-
res poſſint eiuſdem rei dari definitiones, vt eſt
auctor Ariſt.lib.6.Topic.cap.1.ſẽtit,ẽt Angel.
Matthea.in ſua epitome legat. & fideicõmiſs.
cap.1.num.3. ſed hoc conſequens non eſt ali-
quo modo admittẽdum, ergo nec antecedẽs.
88 Secundo quia definitio illa, quæ ex gene-
re, & differentijs non conſtat, in repræhenſio-
nem incidit,vt,poſt Ariſt. in præallegato loco,
docet Bart. ad.l. 1. ſ̃ de teſtam. ſed eiuſmodi
definitio per rei definite genus non eſt tradi-
ta,igitur incidit in repræhenſionem. Minor
probatur, quia ſi rei definitæ genus eſſet in
hac definitione poſitum, ſine dubio eſſet do-
natio, ſed donatio verum legati genus non
eſt, igitur verum genus eſt in ea omiſſum,do-
89 nationem autem non eſſe genus ad legatum
probatur, quia genus prædicatur æquè pro-
priè de omnibus ſuis ſpeciebus, vt poſt Por-
phir. in ſuis vniuerſalibus cap. de genere do-
cet gloſator in §.conſtat in verſic. plebs. Inſt.
de iur.nat.gent.& ciu.eſt tex.in l.ſi quid earũ
in §.interemptum ĵ de legat.3.in.l.inter agna-
tos ĵ vnde legitimi tradit Bart.ad.l.1.ff.ſi certi
pet.nu.2.ſed de legatis omnibus non prædica-
tur,& non dicitur donatio,igitur non eſt defi-
niti legati genus. donationem autem dele-
gato quolibet non dici, pluribus modis pro-
bari poteſt ex ſententia Doctorum, & præſer-
tim Io. Bologn. hic num.120.
Et primũ de legato in communi,quia ſi le-
gatum eſſet donatio, aut eſſet donatio inter
viuos, aut donatio cauſa mortis, cum in hæc
duo ſumma genera deducatur donatio Inſt.in
princ.de donat. ſed neutrum eſt legatum, igi-
tur legatum non eſt donatio.
Secundo illud, de quo non agitur in titulis
generalibus de donat. donatio non eſt,alioqui
tituli illi eſſent diminuti,ſed in titulis genera-
libus de donat. de legato non agitur,igitur le-
gatum non eſt donatio.
90 Tertio omnis donatio eſt doni datio.l.hoc
iure §.Senatus,ff.de donat. At legatum nõ eſt
doni datio,cum per illud nõ detur aliquid,ſed
dandum relinquatur,vt liquet ex eadem lega-
ti definitione,igitur legatum non eſt donatio.
91 Quarto nulla poteſt donatio fieri ſibi ipſi,
tot. tit. ff. C.& Inſtit. de donat.actio enim,&
92 paſſio non dantur in eodem ſubiecto, & nulla
93 ratio patitur vt idẽ ſit donans, & donatarius,
At aliquod legatum fit ſibi ipſi, vbi,ſ.quis dã-
nat hæredem,vt ſibi ſtatuam ponat,vel ſepul-
crum conſtruat.l.quintus §.1.ĵ de ann. legat.
igitur legatum quodlibet non eſt donatio, &
conſequenter donatio non poteſt eſſe genus
ad legatum.
94 Quinto remiſſio pignoris,in teſtamento fa-
cta,eſt legatum. l.1. de liberat. legat. ſed talis
remiſſio non eſt donatio.l.ſi pignus, ff. quæ in
fraud. credit. igitur aliquod legatum non eſt
donatio.
95 Sexto relictum eius,quod debetur credito-
ri eſt legatum.l.ſi creditori cum.l. ſequ. ĵ eod.
96 ſed relictum eiuſmodi non poteſt eſſe dona-
tio, tùm quòd in neceſſitatibus nemo liberalis
exiſtit. l. rem legatam, ff. de adim. legat. tùm
quòd donationis appellationem recipere non
poteſt, quod nullam affert vtilitatem, cuiuſ-
modi eſt legatum eius quod debetur,ſi viuẽte
teſtatore incipiat cum effectu deberi. l. debi-
tor decem in princ. ĵ tit. proximè igitur lega-
tum aliquod non eſt donatio.
97 Septimo relictum alicui vt ſtatim reſtitua-
tur,ſine dubio, eſt legatum. l. Imperator, in
98 princ. de legat. 2. ſed relictum eiuſmodi do-
natio eſſe non poteſt, cum donatio non conſi-
ſtat in vtilitate momentanea,l.vlt.C.de bonis
quæ liber.igitur aliquod legatum non eſt do-
natio.
99 Octauo relictum ex neceſſitate in teſtamẽ-
to factum ſine dubio eſt legatum.l.3.§. ſi de-
bita,

Digitized by Google

bita,ff.de bon.libert. At datum ex neceſſitate donatio eſſe non poteſt argumento d. l. rem legatam de adim.legat. igitur tale legatum do natio eſſe non poteſt.

100 Nono rei ictum eius quod naturaliter debetur ſine dubio eſt legatum. l. ſi creditori, cū l.ſeq.inf.eod. At rei naturaliter debitæ donatio eſſe non poteſt. l. hoc iure §. ſi quis ſeruo ſup.de donat.igitur legatum eiuſmodi non eſt donatio.

101 Decimo eorum, quæ diuerſa habent nomina, vnum non poteſt eſſe alterum. l. ſi idem C. de codicillis, ſed legatum, & donatio diuerſa habent nomina, vt patet, igitur legatum non poteſt eſſe donatio.

102 Secundo principaliter, contra hanc definitionem ſic argumentor, illa non debet recipi definitio quæ cum ſuo deſinito non conuertitur, l. 1. §. dolum ff. de dolo talis eſt legati definitio à Iuſtiniano tradita, igitur indigna eſt, quæ à nobis recipiatur. Minor propoſitio probatur.

Primo, quia definitio illa, quæ alteri rei competit, quam definitæ, cum definito non conuertitur. d. §. dolum. gloſ. eſt. in princip. Inſtit. de oblig. Sed hæc definitio alteri rei competit, quàm definitæ, nimirum donationi cauſa mortis, quæ & ipſa à defuncto relinquitur, & ab hærede præſtatur, quando incipit à promiſſione, & res donata ab ipſo donatore, in actu donandi, donatario non traditur, item cō petit etiam fideicommiſſum, quod & ipſum eſt donatio quædam, à defuncto relicta, ab hærede præſtanda, vt patet ex tit. C. de fideicom. & ex tit. Inſt. de ſingul. reb. per fideicom. relict. igitur hæc definitio alteri rei, quàm definitæ competit, & conſequenter cum definito non conuertitur.

Secundo probatur eadem Minor ſecundæ principis argumentationis. Primum, quia definitio, quæ omnibus rei definitæ ſpeciebus non competit, pariter cum definito non conuertitur, ſed legati definitio eſt eiuſmodi, igitur cum definito non conuertitur. Definitionem autem hanc non competere omnibus ſpeciebus rei definitæ, pluribus iiſdemque validiſſimis argumentis comprobari poteſt.

103 Et primum, quia id quod relinquitur præſtandum à legatario ſine dubio hodie eſt legatum, vt ſentiunt communiter omnes per. l. 1. in §. & hæc diſpoſuimus, iuncta. l. 2. C. communia de legat. per text. in §. ſed non vſque. Inſtitut. de legat. ſed huic legato, quod ab hærede non præſtatur, Iuſtiniani definitio non competit, vt patet, igitur hæc Iuſtiniani legati definitio, omnibus ſpeciebus rei definitæ non competit.

104 Secundo id, quod venit præſtandum ab eo, qui aliquid cauſa conditionis implendę accipit, eſt legatum. l. quidam teſtamento. §. vlt. infra eodem, huic tamen legato Iuſtiniani definitio non competit, igitur non poteſt omnibus rei definitæ ſpeciebus accommodari.

105 Tertio illud legatum, quòd preſtatur à teſtatore verè legatum eſt, nec deſtruitur à prę natura teſtatoris præſtatione. l. Lucius. 1. infra tit. prox. & l. Lucius. 2. ǰ. de leg. 3. Sed nec legato eiuſmodi poteſt Iuſtiniani definitio accommodari, cum ab hærede non præſtetur, igitur non omnibus competit rei definitæ ſpeciebus.

106 Quarto legatum, quod ex diſpoſitione teſtatoris poteſt legatarius propria auctoritate apprehendere, legatum eſt. l. etiam cum teſtamento §. Lucius vbi gloſ. inf. tit. proximo. At legatum eiuſmodi Iuſtiniani definitione non comprehenditur, cum ab hærede non veniat præſtandum, igitur illius definitio non omnes legati ſpecies amplectitur.

Quinto legatum liberationis legatum eſt, vt colligitur ex Rubr. de liberat. legat. & ex. l. 3. §. nunc de effectu eod. tit. ſed neq; hoc legatum Iuſtiniani definitione comprehenditur, cum ab hærede non præſtetur, igitur illius definitio non omnes comprehendit legati ſpecies.

Sexto relictum nominis debitoris verè legatum eſt, l. ex legato, C. de legat. huic tamen legato Iuſtiniani definitio non competit, cum excludatur à particula illa ab hærede præſtanda, igitur illius definitio omnibus rei definitæ ſpeciebus adaptari non poteſt.

Septimo, & vltimo, vbicunq; libertas directa teſtamento relinquitur, vt in §. qui autem Inſt. de ſingul. reb. per fideic. relict. ſine dubio inducitur libertatis legatum. l. cum in ſubſtitutione infr. de leg. 3. & eſt communis opinio, ſed neque hoc legatum libertatis Iuſtiniani definitione comprehenditur, cum libertas directa non præſtetur ab herede d. §. qui autem, igitur illius definitio non omnes comprahendit rei definitæ ſpecies, & conſequenter cum re definita non conuertitur.

107 His tamen argumentis vrgentiſſimis, & quàmpluribus, minimè negocium facientib. arbitror ego, definitionem hanc ab impugnationibus Doctorum facilè defendi poſſe, vtpotè, quæ ſuo genere, & differentia conſtet, & cum ſuo definito, vel deſcripto conuertatur, genus enim in hac definitione eſt donatio,

quæ

quæ generaliter dicitur, non modo de legato, ſed etiã de inter viuos, & mortis cauſa donationibus, legatum autem eſſe donationẽ, non modo probatur Iuſtiniani auctoritate hic, ſed I.C. etiam auctoritate in d.l. legatum eſt, infr. tit. prox. & ratione ipſa, quia vbicumque datur gratuita rei alicuius datio, datur etiam donatio, ſed in legato datur gratuita, & ſine onere, rei legatæ datio, cum ipſo iure à die mortis teſtatoris tranſeat dominium rei legatæ in legatarium. l. legatum ita, infra titu. proximo, & l. à Titio, infra de furt. ergo legatum eſt donatio, & licet non ſit ita propriè donatio, & per prius, vt eſt donatio inter viuos; quia aliquam recipit conditionem, per dilationem, iuxta tex. in l. 1. ff. de donat. eſt tamen donatio quemadmodum donatio ob cauſam, & donatio cauſa mortis, quæ nec ipſę ita propriè ſunt donationes. quemadmodũ ſimplex donatio inter viuos, potius habita tõne minoris liberalitatis, quàm reſpectu vſus vocabuli, quod ad omnes donationes refertur. Accedat etiam, quod Iuſtinianus, ſentiens fortè, nõ per prius, & non omnino propriè legatum eſſe donationem, addidit, ad tollendam omnem difficultatẽ, illud verbum, quædam, per quod improprietatem quandam ſignificaret, id quod fecit etiam in ſua definitione Modeſtinus, ſi vulgatam lectionem recipimus, nam in Pandectis Florẽtinis abeſt particula quædam ab illius definitione; differentia autem in hac definitione conſiſtit in verbis illis, à defuncto relictá; quæ non modo donationem inter viuos, tàm ſimplicem, quàm ob cauſam excludunt, ſed excludit etiam donationem cauſa mortis, quæ non poteſt dici à defuncto relicta, ſed à viuente, mortis, cauſa facta, cũ, donatio cauſa mortis, ſtatim, licèt reuocabiliter, ſuum ſortiatur effectum, & transferat, ante mortem donatoris, rei donatæ dominium in donatarium, & verbum relinquo, ſolummodo ad ea refertur, quæ poſt mortem præſtanda relinquuntur, vt rectè animaduertit Hugo Donel. lib. 8. Commen. I. C. cap. 1. verſic. legatum ſic definitur, per tex. in l. 1. §. vlt. ff. de tabul. exhibend. & ex his verbis tantummodo, conſtare arbitror, Iuſtiniani definitionem, quàm accepit a Modeſtino, modica adhibita variatione, dum loco illius particulæ, teſtamento relicta, dixit à defuncto relicta, vt eà quoque legata comprehenderet, quæ hodie etiam in codicillis ab inteſtato relinqui poſſunt, vt ſuo loco videbimus. Hæc autẽ definitio, ſine alia additione, vt patet ex ſupra traditis, cauſa mortis donationem excludit, nec poteſt competere hæredis inſtitutioni, quæ donatio non eſt, ſed ſucceſſio in vniuerſum Ius defuncti, cuius virtute, cum eadem ſit perſona teſtatoris, & hæredis, non poteſt inter eos locum habere donatio, nec poteſt fideicommiſſo accommodari, quod quidem, cum non ſit modus transferendi dominij, quatenus à legato differt, non poteſt dici donatio, vt rectè ſenſit Socin. Iun. hic num. 62. Arbitramur igitur verba illa, ab hærede præſtanda, ſpuria eſſe, & adulterina, vt rectè ſentiunt Franciſc. Balduin. Syluestr. Aldobrand. & alij ad §. 1. Inſtit. de legat. Barthol. Romul. ad l. nemo poteſt. de leg. 1. num. 4 Crot. Torniel. & alij, de quibus Bolognet. hic num. 125. & paſſim repetiuntur DD. teſtantes, ab antiquis Codicibus, & emendatioribus particulam, ab hærede præſtanda, abeſſe & imprimis Soc. Iun. hic, num. 70. verſi. vnum tamen, id, quod fit etiam probabile ex pluribus. Primum, quia Accurſ. nullum ſuper his verbis, quę maiorem difficultatem patiuntur, ſcolium appoſuit. Secũdo, quia eandem particulam Armenopolus omiſit in Iuris Epitome. Tertio, quia Theophyl. qui in alijs definitionibus, nimirum Iuſtitiæ, Iuriſprudentiæ, Tutelæ, Obligationis, Actionis, nihil addidit, vel prætermiſit, in hac tamen diffinitione, particulam hanc non poſuit, & Lelius Taurel. in ſuis Iuris ciuil. Inſtitutionibus, vna cum Pandectis Florent. typis excuſſis, particulam hanc lineis quibuſdam incluſit, quaſi ſuſpectam haberet. hanc perfecto particulam addidit, vt non temere conijcio huic definitioni Azo, qui in Summa Codicis, de legat. num. 1. ponit hanc definitionem, ſubdens ſtatim, dixi, ab hærede præſtanda, vt differat à donatione cauſa mortis, & ſic loquitur in prima perſona, deinde vero explicans verbum, quædam, loquitur in tertia perſona, inquiens, & bene dicit, quædam, tres enim ſunt donationes, &c. ſi quis tamen velit memoratam particulam recipere, poterit dicere, per eam excludi apertius hæredis inſtitutionem, donationem cauſa mortis, & fideicommiſſum, quę non de neceſſitate ab hærede præſtantur; cum mortis cauſa donatio; plerumque à donatore pręſtetur, & fideicommiſſum, non ab hærede dumtaxat, ſed à fideicommiſſario, à legatario, & ab eo etiam interdum, qui aliquid accipit cauſa conditionis implendę, & quatenus differt à legato, etiam ab hærede hæredis. §. cum poſt mortem. Inſtit. eodem. Sed, vt melius intelligatur, quemadmodum per hanc particulam donatio cauſa mortis excludatur, non eſt ignorandum, duobus modis aliquid ab hærede

de præſtari, vno modo quando aliquid ſimpliciter præſtat, vt hæres repræſentans perſonam defuncti, & illud impleus, ad quod defunctus tenebatur, & hoc modo præſtatur ab hęrede res donata cauſa mortis, ante mortem enim donator tenebatur tradere cum effectu tranſlationis dominij, quandoque autem pręſtat hæres aliquid, non quia teſtator teneretur, ſed quia iuſſus eſt à teſtatore non obligato, præſtare, & boc modo dicitur præſtari legatum, & hæc propriè præſtatio eſt relicti à defuncto, quæ fit ab hærede, nam quando præſtat, quod à defuncto debebatur, & quatenus perſonam obligati defuncti repræſentat, videtur fieri præſtatio ab ipſomet defuncto; quapropter, dum dicitur à defuncto relicta, intelligi debet à defuncto relicta, vt ab hęrede pręſtetur, & hoc modo excluditur manifeſtiſſimè donatio cauſa mortis, quæ, vel non præſtatur ab hærede, vel, ſi præſtatur, non præſtatur ratione relicti, vt legatum, ſed ratione obligationis, quàm viuens teſtator contraxit, poſſumus etiã addere fuiſſe hanc particulam adiectam, ab hærede præſtanda, vt demonſtraretur, nec legatum per vindicationem poſſe hodie amplius capi propria auctoritate, poſt quã omnis multiplici generis legatorum differentia ſublata eſt. §. ſed olim. Inſtit. de legat. l. 1. C. commun. de leg. vt non inſubtiliter conſiderat Anton. Faber, lib. 6. coniect. cap. 1.

108 His ſic ſtantibus, facilè eſt ſoluere argumẽta ex aduerſo adducta, & præſertim primum vendicat enim ſibi locum in definitione exacta, & eſſentiali, quæ non niſi vna eſſe poteſt, cum vnica ſit rei eſſentia, ſecùs autem in definitione cauſali, & deſcriptiua, ſeu accidentaria, vt Dialectici appellãt, poſſunt enim vnius, & eiuſdem rei plures fieri deſcriptiones, quẽadmodum plures ſunt effectus, accidentia, paſſiones, & proprietates, à quibus petuntur, nullum igitur eſt inconueniens, vt plures legati deſcriptiones reperiãtur, pręſertim, cum varijs temporibus legata naturam variauerint. Accedat etiam quod definitiones legati Florẽtini, & Modeſtini ſunt inſertæ in corpore iuris tamquàm Regulæ, & pronunciata de legatis, nõ tamquàm definitiones vt ſ. dicebamus, & verbis potius, quàm ſententia differũt inter ſe, vt omnes ſentiunt hic, & ad. l. 1. ÿ cod. & Angel. Mattheac. in epitome leg. & fideicom. cap. 1. nu. 3.

Nec facit negocium Secundum, quia falſum eſt, definitionem hanc, genere, & differentijs non conſtare, legati enim genus eſt donatio, ad quod probandum, ſatis eſſe deberet Iuſtiniani, & Theophili auctoritas in d. §. 1. Inſt. eod. & Modeſtini in d. l. legatum eſt infra titulo proximo.

Nec obſtat prima probatio minoris dicti ſecundi argumenti, propterea quod in d. princ. Inſt. de donat. enumerantur donationes abſolutæ, & per ſe conſiſtentes, quæ ad contractus, & ad actus inter viuos referuntur, non autem donationes, quę referuntur ad vltimas voluntates, & non fiunt, niſi in codicillis, & teſtamentis, cuiuſmodi eſt legatum.

Nec obſtat ſecunda probatio, quia eodem modo reſpondemus in titulis generalibus de donat. propterea de legatis non tractari, quia compilatoribus conſilium fuerit agere in dd. titulis, non de omnibus donationibus, ſed de abſolutis duntaxat, & habentibus formã contractus, quandoquidem de donationibus pendentibus à teſtamento, vel codicillis, quæ à defunctis relinquũtur, agitur oportunius poſt teſtamentorum, & codicillorum tractationẽ, in quibus relinquuntur, vt colligitur ex princ. Inſt. de legatis, & ex ſubordinatione titulorũ noſtrorum, ad legata pertinentium, qui poſt materiam codicillorum, & teſtamentorum ſequuntur.

109. Non obſtat tertia probatio, primum quia illa vniuerſalis propoſitio. omnis donatio eſt doni datio, non eſt vera ſimpliciter, ſed in donationibus tantummodo abſolutis, de quibus agitur in toto tit. de donat: &, in ſumma, in donationibus tantummodo, quę incipiunt à traditione, quæ ſolæ donationes olim appellabãtur. Præterea nihil fortè impedimento, eſt quominus, & legatum doni datio poſſit dici, cum teſtator, ſine facto hæredis, transferendo dominium, à die mortis dare videatur, l. à Titio ÿ de furt. Accedat etiam quòd, dando hæres, teſtator qui ab eo repræſentatur dare videtur, præterquàm quòd generalitęr qui per alium facit per ſe facere videtur.

110 Nec alicuius roboris eſt quarta probatio, quia falſum eſt poſſe quemquàm ſibi ipſi legare, nec cõtrarium probat d. l. Quintus, quia quatenus cogitur hæres ex diſpoſitione teſtatoris conſtruere illi monumentum, non dicitur legatum defuncto præſtare, ſed vltimam voluntatem innominatam, & diſpoſitionem reſpicientem ſolam defuncti auctoritatem adimplere, vt expreſsè habetur in d. l. Quintus.

Nec obſtat quinta probatio, quia falſa eſt illius minor, propterea quòd remiſſio pignoris eſt quidem donatio illius iuris pignoris, quod eſt Ius reale, ſed ſi exempli gratia opignoraſti mihi librum pro. 10. quæ mutuo dedi,

di, non propterea pignoris remiſſio inducit donationem debiti principalis, & liberationẽ à ſolutione dictorum decem, & ita intelligendus eſt tex. in d. l. ſi pignus.

Ad ſextam quoque probationem reſpondeo, negãdo minorem propoſitionem, falſum eſt enim legatum illud, quod fit de quantitate debita creditori, non eſſe donationem, donatio enim conſiſtit in illa commoditate, quã creditor, propter repræſentationem, conſequitur, &, licèt potuiſſet cogi, tanquam debitor, eandem quantitatem ſoluere, non poterat tamen cogi, vt, eandem rem legando, meliorem ſui creditoris conditionem faceret, commodius enim eſt legatũ, quàm actio ad quantitatem debitam, in eo igitur, in quo liberalis eſt teſtator, non ex neceſſitate, ſed ex voluntate operatur. Nec dicatur ceſſare hanc rationem, ſi ante mortem Teſtatoris veniat dies ſolutionis ex prima cauſa, quo caſu, cum legatum fiat inutile, vt habetur in d. l. debitor in princ. ∫. eod. donationis appellationem recipere non poteſt, quia reſpondetur adhuc eſſe vtile legatum creditori, nõ ratione repræſentationis, ſed ratione duplicis actionis, cum eo caſu peti poſſit creditũ, de quo ibi, & actione perſonali ex teſtamento, vt per gloſ. in d. l. debitor, in verſic. inutile, & eſt etiam tex. in §. ſi
111 quis debitori, verſ. ex contrario Inſt. eo. Preterea, eſto quod legatum illud efficiatur omnino inutile, & deſinat eſſe donatio, non propterea aliquid ſequitur contra Iuſtiniani definitionem, cum non debeant legata omnino inutilia, quæ legata non ſunt, legati definitione comprehendi.

Nec ſeptima probatio alicuius eſt roboris, quia, omiſſis aliorum reſpõſionibus, dicimus, ex ſententia Petri Criſpi hic, non eſſe omnino momentaneam legatarij illius vtilitatem, qui ſtatim reſtituere rogatur, cum poſſit vſu venire, vt, vel non poſſit, vel nolit fideicõmiſſarius relictum ipſum agnoſcere, quamobrem, ſaltẽ in potentia, dominij tranſlatio in legatarium, & vtilitas, quæ poteſt conſiderari in dominij tranſlatione, non eſt momentanea.

Ad octauam autem reſpondeo, aliquem dare alicui ex neceſſitate duobus potiſſimum modis, Aut quia ſit obligatus ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi, & ſic obligatione hominis; & hæc neceſſitas ſine dubio donationem deſtruit, & excludit, niſi in ea maius aliquod commodum ſit, & in his terminis habet locum contrarium, Aut quia teneatur ex præcepto legis, vt pater ad relinquendam legitimam filijs, & libertus ad relinquendam portionem debitam patrono, & ſic, non obli-
112 gatione hominis, ſed obligatione legis, & in his caſibus, quia mitius agitur cũ lege, quàm cũ homine. l. ſi cũ dies §. ult. cum. l. ſeq. ff. de arbitr. res, obligatione legis debitæ, donari poſſunt, vt, de legitima, eſt tex. in §. vltimo Inſt. de inoffic. teſtamento, facit Auth. nouiſſima C. eod. & §. 1. in Auth. de trient. & ſemiſſ. & ratio fortè eſt, quia expedit habere per legatũ portionem iure debitam, cum legati virtute ceſſet litium moleſtia, poterat enim teſtator non relinquere aliquo titulo, aliquam allegando exhæredationis cauſam, quo caſu neceſſariũ fuiſſet filio querelam inofficioſi inſtituere, & litigare.

113 Leuis eſt etiam nona probatio, quia falſum eſt non valere donationem eius, quod quis naturaliter debet, nec contrarium probatur in d. §. ſi quis ſeruo, quia quod ſoluebat ſeruus, non modo naturaliter debebat, quia acceperat, quando erat in ſeruitute conſtitutus, ſed etiam ciuiliter, quia liber factus promiſerat, vt dicit text. eodem quoque modo pupillus, de quo ibi, nõ modo naturaliter debebat, quia ipſe acceperat, ſed etiam, quia deinde promiſerat cum tutoris auctoritate, ciuiliter quoque tenebatur, mirum ergo non eſt, ſi ſoluendo quod debebant, donare non intelliguntur, ſed debitum, tàm naturale, quàm ciuile agnoſce-
114 re. Præterea poſſumus etiam, ex abundanti, concedere, rei naturaliter debitæ non valere donationem, quæ fit à viuente, qui naturaliter eſt debitor, ſed donatio, quæ fit à defuncto per legatum, cum conferatur in tempus poſt mortem, quãdo ipſe amplius debitor non eſt, (naturale enim debitum ad hæredes nõ tranſit, & morte ſoluitur) valet.

115 Ad decimam tandem, & vltimam probationem reſpondeo, maiorem propoſitionem non habere locum in ijs, quæ ſe habent ad inuicem, vt genus, & ſpecies, nam licet genus differat à ſpecie, quia tamen genus ineſt in qualibet ſpecie. l. ſi quid earum. §. inter emptum. infr. de leg. 3. poteſt de illa prædicari; Quemadmodum enim licet inter hominem, & animal differentia ſit, poteſt tamen homo animalis recipere appellationẽ, ita quoque licet donatio à legato differat, poteſt nihilominus legatum, quod differt à donatione, tamquam
116 ſpecies à ſuo genere, donationis recipere appellationem, cum genus, & ſecundum nomen, & ſecundum diffinitionem, de omnibus ſuis ſpeciebus prædicetur. d. §. inter emptum.

Nec facit negocium ſecundum princeps argumentum quo probare conabamur, Iuſti-

Digitized by Google

niani definitionem non conuerti cum ſuo definito, quia etiam donationi cauſa mortis, & fideicommiſſo competeret, cum hoc falſum eſſe, in explicatione eiuſdē definitionis, apertiſſime demonſtrauerimus.

Tertium quoque argumentum, quo principaliter demonſtrare conabamur, eandem Iuſtiniani definitionem, cum ſuo definito non conuerti, quia non omnibus rei definitæ ſpeciebus competeret, facile ſolui poteſt, negatione huius aſſumpti, nullum enim reperitur legatum à fideicommiſſo contradiſtinctum, cui definitio, in controuerſia poſita, non poſſit ſaltem accommodari.

Nec prima probatio, quæ ex aduerſo conficiebatur negocium vllum facit. Primum, quia particula illa, ab hærede præſtanda, quæ difficultatem facit à nobis non recipitur. Secundo, quia legatum, ante æquiparationem à legatario non prēſtabatur. Inſtit. in princip. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. Tertio, quia legatum, quod immediate prēſtatur a legatario, mediate præſtatur ab hærede.

Ad ſecundam autem probationem reſpondeo, ſi velimus dictam particulam recipere, negando id quod relinquitur præſtandum ab eo, qui aliquid accipit cauſa conditionis implendæ, eſſe legatum, eſt enim fideicommiſſum, ita illud appellat I.C. in d.l. quidam teſtamento, in §. vlt.

117 Tertia quoque probatio leuis eſt, quia, licet teſtator, prēueniēdo viuens, rem legatam præſtet, non propterea tollitur, quin legatum ſit donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda, cum eo animo fuerit factum legarum, vt præſtaretur ab hērede, quòd, ſi ab initio alio animo feciſſet teſtator, vtique legatum non feciſſet, illa enim verba reſpiciunt affectum, & animum, non autem effectum, vt dicitur in ſimili in definitione matrimonij, quod eſt viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, quoad affectum, ſcilicet, non quoad effectum, cum ſæpenumero accidat, vt vir diuertat ab vxore, ita tamen, vt diuortium non tollat, quin illud fuerit matrimonium, immo diuortium ſup-
118 ponit matrimonium, quemadmodum priuatio ſupponit habitum, & illud, quod dicitur de perpetua vitæ conſuetudine, intelligitur de intentione ab initio, ſine qua legitimum matrimonium non contraheretur, ita intelligitur etiam illud in l. 2. ff. ſi cert. pet. mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem, ideſt animo non recipiendi eandem, quod, ſi quoad effectum, volente debitore, recipiatur, non propterea tollitur, quin illud fuerit mutuum, vt tradunt DD. melius ſentientes ad d. l. 2. & in princip. Inſtit. quibus mod. re contrahitur obligatio, quibus in locis nos quoque diximus.

119 Quarta quoque probatio facile ſoluitur, quia hæres, qui patitur legatarium accipere rem legatam propria auctoritate, præſtare videtur, cum res illa hæreditatem minuat. l. legatum eſt. infr. eod. & patientia habeatur pro traditione, §. interdum. Inſtit. de rerum diuiſ. Præterea d. §. Lucius, non loquitur de legato, ſed de fideicommiſſo, hic autem dicimus definiri legatum, prout differt à fideicommiſſo.

120 Ad quintum quoque argumentum reſpondeo, negando liberationem legatam non eſſe præſtandam ab hærede debitori, cum liberationis præſtatio conſiſtat in acceptilatione, quam tenetur facere hæres debitori legatario, vt probatur in d. §. nunc de effectu, cumq; ipſo iure, & ſine facto hæredis, non liberetur, ſed aut neceſſe ſit hæredem acceptilationem facere, aut eundem hæredem petentem exceptione excludi, vt in d. text.

121 Sexta quoque probatio facile ſoluitur, quia legatum quoque nominis præſtatur ab hærede, cedente actiones directas, quod ſi abſque ceſſione patiatur legatarium vtiliter agere, eodem modo per patientiam dicitur præſtare. d. §. interdum. Inſtit. de rerum diuiſio. hæredem autem debere dictam patientiam præſtare, vel actiones cedere colligitur ex, d. l. ex legato.

122 Septima tandem, & vltima probatio non eſt alicuius roboris, quia, vbi directo in teſtamento liberatur ſeruus, non expectata hæredis manumiſſione, non eſt legatum libertatis, quod nuſquam datum eſt, vt ſuo loco videbimus, ſed manumiſſio teſtamentaria, de qua in §. 1. Inſtit. de libertin. libertas enim res eſt, quæ legari non poterat, ſed ſolummodo per fideicommiſſum relinqui, vt docebimus vna cum Soc. Iun. & nonnullis alijs recentiorib. ad l. 1. ĵ. eod.

Accedat etiam, quòd quartum princeps argumentum, & ſeptem aſſumpti illius probationes, quibus poſtrema illa definitionis pars impugnatur, ab hærede, ſcilicet prēſtanda. corruunt, ſi negemus verba illa ad definitionem pertinere; prout conſtanter negamus, opinamur, etiam hac definitione, voluiſſe Iuſtinianum, tàm legata, quàm fideicommiſſa, ideſt, ſingulas res per fideicommiſſum relictas, compræhendere.

Primum quia hodie, ſequuta vltima Iuſtinia-

niani exæquatione, de qua in.l.2. C.communia de leg. nulla ſupereſt inter hæc relicta differentia. §.ſed non vſque. Inſt.eo.

Secūdo, quia, ſi voluiſſet Iuſtinianus excludere fideicommiſſa, non dixiſſet, alterando Modeſtini definitionem, à defuncto relicta, ſed teſtamento relicta.

Tertio, quia ſi voluiſſet definire legatum, quatenus a fideicommiſſo differt, ante proteſtatus fuiſſet ſe tractaturum de legatis, quatenus ſunt quid ſeparatum à fideicommiſſis; & deinde legatum ſecundum propriam, & antiquam naturam ſuam circumſcripſiſſet, non autem poſt traditam generalem, & communem definitionem, memoratam proteſtationem, & declarationem feciſſet. in §.ſed ne in primis. Inſt.eo.

Nunc autem, cum legatum nihil aliud ſit, quàm donatio quædam, vt patet ſupra ex duabus poſterioribus declaratis definitionibus, & conſequenter verbum dono, ita generale ſit, vt poſſit, tàm ad legatum, quàm ad donationem inter viuos referri, ſupereſt, vt, vna cum Croto hic num.20.& cum alijs interpretibus, quartum, & vltimum articulum diſcutiamus, & inueſtigemus, An condens teſtamentum, ſi dicat præſenti, & tacenti vel etiam acceptanti, dono tibi equum, vel fundum, intelligatur illum donare inter viuos, vel legare, & quia huius iuris controuerſiæ termini ſunt notiſſimi, propterea, exemplo dumtaxat illius allato, deueniam, ſine alio apparatu, ad concertationem ipſam. Exemplum igitur eſt hoc, quidam, cum teſtamentum conderet, dixit cuidam præſenti, & acceptanti, dono tibi equum meum, quæritur, An equus eiuſmodi irreuocabiliter inter viuos intelligatur donatus, vel legatus, ita, vt poſt mortem teſtatoris, niſi adimatur, ſit præſtandus ab hærede.

Cæterum, quia non ſatis conſtat inter interpretes, An contractus fieri poſſit in teſtamento, propterea duas faciam inſpectiones.

Altera erit, An contractus fieri poſſit in teſtamento.

Altera, cum quis in teſtamēto aliquid præſenti, & acceptanti donat, An ſit legatum, vel inter viuos donatio.

Quod attinet ad primum ſunt contrariæ Doctorum opiniones. prima eſt Affirmatiua, quam tenuerunt gloſſ. Barto. Alberic. qui de communi teſtatur, Bal. Cuman. & cæteri communiter ad l.hæredes palam. in §.vlt. ff.de teſtament. Dyn. ad cap. quod ſemel placuit. de reg.iur.lib.6. Cyn. ad.l.cum antiquitas. C.de teſtament. & alij alibi, & præſertim Duaren. ad tit.de teſtam. in c.de teſtamento nuncupatiuo, verſic.ſuperius cæpimus.

Primum, quia, vt dicitur in d.§.vltim. quicquid pertinet ad teſtamentum, fieri in eodem teſtamento poteſt, abſque eiuſdem teſtamenti corruptione, ſed poteſt contractus aliquid ad teſtamentum pertinere, vt nemo negat, igitur nihil prohibet aliquem fieri, in teſtamento, contractum, ex quo teſtamentum ipſum non infirmetur.

123 Secundo, quia qui poteſt facere cōſequens poteſt facere etiam antecedens. l. illud, ff. de acquiren. hæred. ſed poteſt teſtator, in actu teſtandi, ordinare ſolutionem ex cauſa antecedentis contractus, vt patet in l.cum quis decedens, in §.codicillis, ÿ de legat.3. ergo poteſt etiam contractum, qui antecedit ſolutionem, in teſtamento ordinare.

124 Tertio quia, ſi in teſtamento contractus, & actus inter viuos fieri non poſſent, illud ſequeretur incommodum, vt nec libertorum aſſignatio fieri in teſtamento poſſet, quæ ad actus inter viuos refertur, cum etiam extra teſtamentum fieri poſſit, §. vlt. Inſt. de aſſignatione libertorum, ſed hoc conſequens eſt falſum, poteſt enim libertorum aſſignatio fieri in teſtamento. l. aſſignatio, ff. de aſſignandis libertis. ergo falſum eſt etiam antecedens.

125 Quarto, quia pignus ſine dubio eſt contractus, §. vlt. Inſtit. de obligat. iuncto §. vlt. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio; At in teſtamento fieri pignus, & conſtitui poteſt. l. non eſt mirum, ff. de pignorat. act. igitur contractus poteſt fieri in teſtamento.

126 Quinto, & vltimo, quicquid dicitur de quaſi contractu, videtur etiam poſſe de contractu affirmari, æquiparantur enim, §.penul. Inſt. de obligat. & ſæpe numero contractus appellatione venit etiam quaſi contractus, §. 1.

127 Inſtit. de act. At in teſtamento fieri poteſt aditio hæreditatis. l. ſi Auia, C.de iur. deliber. quæ ſine dubio eſt quaſi contractus, §. hæres quoque. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, ergo fieri poteſt contractus in teſtamento.

His tamen rationibus minimè negocium facientibus, in contrariam opinionem iuit Oldrad. quem refert Alberic. ad d. l. hæredes palam, in §. vlt. vbi propendere etiam videtur in hanc ſententiam Caſtrenſ. nu. 7. quam expreſſe firmat Andræas Fachin. lib. 5. controuer. iur. cap. 32. hāc probat etiam Stephan. Bodeus, ad princ. Inſt. de teſtam. in verſ. ſed cum paulatim, & in §.1. Inſt. de legat. & hanc ſententiam, quam ego quoque veriorem eſſe

arbitror, vno, vel altero dumtaxat probabimus argumento.

128 Et primum, quia nullus poteſt in teſtamento actus extraneus intermiſceri, vt habetur in d.l.hæredes palam, in §. vlt. ff. de teſtament. & in l. cum antiquitas. C.eod. At contractus omnis extraneus, & alienus à teſtamento ſemper dicitur, cum opponatur vltimæ voluntati, cumque contractus duorum, vel plurium requirat conſenſum. l. 1. in princip. ff. de pact. vltima autem voluntas ab vnius pendeat voluntate, vt colligitur ex l. 1. ff. de teſtam. contractus etiam ab initio ſunt voluntarij, ex poſt facto neceſſarij. l.ſicut initio, vbi Bald. C.de act. & obligat. teſtamentum autem, & vltima volũtas ambulatoria, eſt vſque ad mortem. l. 4. ff. de adim. legat. igitur abſolutè contractus, in teſtamento fieri non poteſt.

129 Secundo, tunc demum poſſet contractus fieri in teſtamento, quando ſaltem ratione verborum poſſet ad teſtamentum pertinere, argumento d.l.hæredes palã. in §.vlt. At nec ratione verborum contractus dicitur ad teſtamentum pertinere. l.verba. ff. de verb. ſignific. vbi inquit I.C. verba contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad ius teſtandi, igitur nulla ratio patitur, vt contractus fiant in teſtamento.

Tertio, quia, ſi contractus poſſet fieri in teſtamento, aut pars fieret illius, aut acceſſoriũ; ſed neutrum fieri poteſt, non pars, quia abſimilis, non acceſſorium, quia naturam ambulatoriam illius ſequi non poteſt. l.ſicut in initio. C.de act.& oblig. igitur abſolutè fieri in teſtamento non poteſt.

Non obſtant ea, quę afferebantur ex aduerſo, & præſertim primum argumentum, quia admittimus fieri poſſe in actu teſtandi, quę ad teſtamentum pertinent, veluti rerum, quæ relinquũtur, repertorium, pecuniarum enumerationem, vel aliquam rerum æſtimationem, & cætera id genus, contractus autem nequaquam, quia ſemper alieni ſunt, & extranei à teſtamento, vt oſtenſum eſt.

Non obſtat ſecundum, quia licet neceſſarium ſit, vt qui poteſt facere conſequens, poſſit etiam facere antecedens, tamen nihil neceſſe eſt, vt debeat, vel poſſit eodem modo facere, præſertim quando diuerſa eſt ratio, vt in caſu noſtro; accipere enim depoſitũ eſt actus extraneus, reſpectu teſtamenti, ordinare autem in teſtamento, vt pecunia depoſita ſoluatur cum vſuris, eſt actus pertinens ad teſtamẽtum, tùm quia hæres tenetur ſatisfacere creditoribus teſtatoris, tùm quòd illa ordinatio poteſt tranſire in legatum ratione maioris vtilitatis, argumento §.ſed ſi vxori. Inſtitut. de legat. & l.ſi creditori, cum ſeq. ꝗ. eo.

130 Nec obſtat tertium, quia aſſignatio libertorum, cum ſit actus indifferens, dicitur etiam ad teſtamentum pertinere, cumque ſit expreſſum in iure, vt fieri in teſtamento poſſit, quod de contractibus non reperitur cautum, & propterea locum habet argumentum a l.ceſſante, iuxta §.conſideremus. in Authent. de trien. & ſemiſſ.

131 Nec obſtat quartum, quia ſpeciale eſt in pignore, vt, & nudo pacto, & magiſtratus auctoritate, & teſtamento fieri poſſit, vt conſtat ex d.l.non eſt mirum, & ex l.ſi tibi, §. de pignore, ſupra de pact. quod igitur dictum eſt in pignore, quod ſola voluntate teſtatoris expreſſa, pro alicuius relicti implemento, conſtitui poteſt, non debet ad alios contractus trahi, quinimmo incluſio pignoris, ideſt, hyppothecæ (ita enim intelligitur ille text.) excludit cæteros omnes contractus, arg. l.cum prætor, de Iudic. Accedat etiam, quod non ſemper pignus eſt contractus.

132 Nec obſtat quintum, quia facilius eſt, vt in teſtamento fiat quaſi contractus, quàm contractus, cuiuſmodi eſt aditio hæreditatis, quæ ſola adeuntis voluntate perficitur. §.vlt. Inſtit. de hæred. qualit. & differentia, & quæ neceſſario pertinet ad teſtamentum, quatenus hæres inſtitutus à Meuio, non poteſt de Meuiana hæreditate, in ſuo teſtamento, diſponere, niſi in neceſſariam antecedentiam eam adeat, non eſt mirum ergo ſi hæreditatis aditio, in actu teſtandi, fieri poteſt, cum, ex ſola diſpoſitione de hęreditate adeunda, adiri intelligatur, & diſpoſitio illa immediate ad teſtamẽtum pertinet, &, hac retenta opinione, mens teſtatoris donantis præſenti, & acceptanti, eam reciperet interpretationem, vt legatum eo modo factum, non donatio intelligeretur, ne alioquin teſtamentum corrueret, quoties enim ambigua eſt oratio, commodiſſimum eſt id accipere, quo res, de qua agitur magis valeat, quàm pereat, vt ait I.C. in l.quoties. ff. de verb. obligation.

Quia tamen contraria opinio eſt communis, & ab ea non eſt in iudicando, & de iure reſpondendo recedendum, negari enim non poteſt, quin maiorem habeat ęquitatem, propterea, ea ſuppoſita, venio ad ſecundam inſpectionem principem, in qua pariter contrariæ ſunt Doctorum ſententiæ, quarum prima eſt exiſtimantium, inductam eſſe ab eo, qui donat, in actu teſtandi, præſenti, & acceptanti, donatio-

nationem inter viuos, non legatum; hanc probauerunt hic Ioan. Crot. num. 20. Ludou. Aluar. num. 143. & Crauett. num. 133. tenuit ante eos Imola ad l. miles. in §. ſororẽ. infra de leg. 2. ſequutus eſt Angel. Aret. ad §. 1. Inſt. de legat. num. 1. tenuit etiam Corn. conſil. 254. lib. 3. Fernand. Vaſqn. in tractat. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 23. nu. 23. & Lancellot. Gallia, in Comment. ad ſtatuta Alexandriæ, in verbo legare, num. 39. videtur etiam inclinare in hanc ſententiam Menoch. lib. 4. præſump. præſum. 103 num. 20. cum ſeqq.

133 Et primum, ad mentem Crot. ſic poſſumus pro hac opinione ratiocinari. verba dubia à teſtatore prolata, intelligenda ſunt ſimpliciter, & ſecundum potentiorem ſignificationem. l. h. legatum. C. de leg. 3. iuncto §. ius autem ciuile. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in ſpecie verbum dono, ſimpliciter prolatum, ad donationem inter viuos, in dubio, refertur. l. filius familias §. ſed enim meminiſſe, & ſic ad donationem irreuocabilem. l. Seia §. vlt. ff. de donat. At, in propoſito, prolatum eſt à teſtatore verbum dono, quod, cum dubium ſit, & ambiguum, poteſt tam ad donationem inter vi-
134 uos, quã ad legatum referri, ſimplex tamen illius ſignificatio, & potentior eſt donatio inter viuos. l. ſi maritus §. donatio ff. de donat. id quod omnes admittunt, legatum autem eſt donatio quædam ſecundum quid, & minus potens, argumento l. illud. in princ. ff. de donat. cauſa mort. & l. 1. in §. 2. C. ſi quid in fraud. patron. igitur verbum dono, à teſtatore, in caſu noſtro, prolatum, ita debet intelligi, vt inducat inter viuos donationem, nõ legatum.

135 Secundo idem Crot. ita ratiocinatur. vbi quis ita donat, vt poſſit dubitari, an reuocabiliter, & cauſa mortis, vel inter viuos, & reuocabiliter donet, cenſetur inter viuos donare, & irreuocabiliter. l. Seia §. fin. C. de donat. cauſa mortis. At qui donat in teſtamento præſenti, & acceptanti, ita donat, vt poſſit dubitari, an inter viuos donet, & irreuocabiliter, vel donet legando, & ſic reuocabiliter, tot. tit. de adim. legat. igitur debet intelligi, vt donet inter viuos, & irreuocabiliter.

136 Tertio, ad mentem eiuſdem Croti, ſic argumentor. vbicumque verba teſtatoris duplicem ſignificare poſſunt teſtatoris diſpoſitionem, quarum altera ſit plenior, in dubio, eam recipiunt interpretationem, vt pleniorem ſignificent, & inducant. c. ſi pater, de teſtamentis, libro 6. l. ſi ita ſcriptum. l. ſi Titius, ff. hæredib. inſtit. ſed verbum, dono, prolatum à teſtatore in teſtamento, de quo diſputamus, duplicem poteſt ſignificare diſpoſitionem, legatum nempe, quod, cum ſit reuocabile, non ita plenum eſt. l. quod ſi iterum, infra de adimen. legat. & donationem inter viuos irreuocabilem, & pleniſſimam §. 1. Inſtit. de donat. igitur eam debet recipere interpretationem, vt ſignificet, & inducat donationem inter viuos.

137 Quarto, verba æquiuoca illa recipiunt interpretationem, quæ magis contra proferentem facere, videtur. l. veterib. ff. de pact. l. Labeo, ff. de contrahend. empt. At verbum, dono, eſt æquiuocum, &, quatenus ſignificat donationem inter viuos, magis eſt contra teſtatorem proferentem, qui eo modo adimit ſibi facultatem amplius diſponendi de re donata, igitur hanc debet recipere interpretationem, vt donationem inter viuos ſignificet potius, quàm legatum, quod reuocabile eſt. l. 4. & tot. tit. C. de adim. legat.

138 Quinto, quicquid dicitur de cõtractibus, de vltimis quoque voluntatibus dicẽdum eſt; vt habetur in tit. Inſtit. de lege Fuſ. Can. toll. ſed, in cõtractibus, verbum, dono, refertur, in dubio, ad donationem inter viuos; igitur eodem modo in teſtamento, quod eſt vltima voluntas, ad donationem inter viuos debet referri. Probatur minor in l. filius familias, in §. ſed enim meminiſſe, C. de donat. vbi mandatum de donando filiofamilias factum, intelligitur de donatione inter viuos.

139 Sexto, tunc demum non intelligeretur inducta verbis, in controuerſia poſitis, donatio, quando, vel contractus, in vltima voluntate, fieri non poſſent, vel prolatio verborum de quib. agimus, in teſtamento facta, non magis includeret circunſtantias, & requiſita donationis, quàm legati, ſed neutrum eſt; propterea quod cõtractus fieri poſſe in teſtamento ſupponendum eſt, ex cõmuni interpretum ſententia per tex. in d. l. hæredes palam in §. ſi nõ tamen ſ. de teſtam. diſpoſitio autem, concepta verbis, in diſceptatione poſitis, accedit ſine dubio magis ad contractum, quàm ad legatum, tum quod verbum dono propriè refertur ad donationem inter viuos, non autem ad legatum. l. 1. C. de donat. tum quòd ſupponimus interueniſſe præſentiam, & conſenſum eius, cui donabatur, quę ad conficiendam donationem concurrere debent, non ad legatum inducendum, igitur potius cenſeri debet eo modo inducta donatio, quam legatum.

Septimo, ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt ergo, & de quo magis. l. 3. §. ſi cui autem. ff. de bon. eorum. l. de acceſſionibus. in princip. ff. de

de diuerſ.temp. præſcript. cum alijs adductis per Vigell.in ſua Dialectica iuris,lib.2. in loco à comparatis,reg.3. Sed minus videtur ineſſe, vt,ſi teſtator legauit, & tradidit rem legatam in vita ſua ſimpliciter, non ſub commemoratione legati, nec donationis inter viuos, videatur donaſſe inter viuos, quàm, vbi in teſtamento dixit, præſenti, & acceptanti.dono tibi fundum, quandoquidem traditio in primo caſu relationem habet ad actum, de quo non dubitabatur, quin eſſet legatum, & tamē ineſt, quia tradens rem à ſe legatam, ſimpliciter donaſſe inter viuos intelligitur gloſſ. & Dyn.in l.legatum.ff.de legat.2. vbi Bar.num. 21. & ibi etiam Bald. ſequitur Caſtrenſ.ad.l. Lucius. de legat.2. ergo multo magis intelligitur is donaſſe inter viuos, qui præſenti, & acceptanti dixit, dono tibi fundum.

Octauo, & vltimo, quod inducitur per verbum dono, enunciatiuè in teſtamento prolatum, multo magis debet induci per idem verbum diſpoſitiuè prolatum, vt in caſu noſtro; ſed per verbum dono, enunciatiuè etiam à teſtatore prolatum, inducitur donatio inter viuos. l.ex hac ſcriptura; vbi quandoque diximus, infra de donat. eo enim loci verba eiuſmodi. ſciant hæredes mei, me veſtem meam vniuerſam, ac res cæteras quaſcunque libertis meis donaſſe inter viuos, donatio inducitur, ergo multo magis inducitur, vbi quis verbis diſpoſitiuis profitetur præſenti, vel etiam acceptanti, donare.

In contrariam tamen ſententiam iuerunt quamplurimi, ſentientes eum, qui præſenti, & acceptanti, in actu teſtandi, donat, legare, non autem inter viuos donare, hanc probauit ſententiam Ioan.Faber ad §.1.Inſtit.eodem. vbi idem tenuit Stephan. Bodeus, necnon Oinot.ad Rubr.Inſtit.eodem, num.9. & Petr. Ricciard.ad §.legatum.Inſtit.eodem,num.50 vbi alios adducit, & præſertim Gerard.Mazzolam,conſil.102. & Cardin.Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.1. qui poſt num.36. Nattam quoque huius ſententiæ aſſertorem adducit, & putat, in iudicando, & conſulendo, non eſſe ab hac opinione recedendum, quam tenet etiam Franciſc. Caldas Luſitanus ad.l.ſi curatorem. C.de in integrum reſtitutione, in verbo ſine curatore,nu.19. verſic.contrariam tamen. Probant hanc eandem ſententiam etiam nonnulli hic, & imprimis Iac.de Nigris, num.42.Petr.Paul.Pariſ.num.57. Socin.Iun. num.65. & Ioan.Bologn.num.133. quam tenet etiam hic Carol.de Guarnat. & And.Fachin.lib.5.controu.iur.cap.32.& huic ſententiæ ego quoque ſubſcribo.

140 Primum, quia verba diſponentis, in dubio, debēt intelligi, ſecundum naturam actus, qui geritur, etiam ſi eo modo intellecta fuſiore vocabulo, & impropriè accipiantur. l.inſulam, vbi Barto.ff.de præſcriptis verbis.l.ſi vno in princip. ſupra locati, vbi in ſpecie verbum, dono, capitur impropriè, vt naturæ actus accommodetur, at natura teſtamenti poſtulat, in propoſito, vt verbum dono potius, quàm ad donationem inter viuos, ad legatum referatur, quod reuocabile eſt, vt teſtamentum, & ad teſtamentum pertinet. l.legatum eſt. infra tit.proximo. igitur verbum lego, in propoſito, vt naturæ actus accommodetur, ad legatum eſt referendum, non ad donationem inter viuos.

141 Secundo, & vltimo, omiſſis leuioribus, paucis plura perſtringens, ſententiam hanc ſic probo. illa in dubio interpretatio, in qualibet diſpoſitione, omnino eſt admittenda, cui verba adſtipulantur, natura actus, iuris præſumptio, & veriſimilis diſponentis mens fauet, & nihil omnino repugnat. Sed talis eſt interpretatio, per quam volumus verba, de quibus diſputamus, ſignificare, & inducere legatum potius, quàm donationem inter viuos, igitur omnino eſt admittenda. Probatur minor, quia verbum dono, cum generale ſit, non minus

142 propriè de legato dicitur, quàm de donatione inter viuos, quandoquidem genus æquè propriè de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur.l.ſi quid earum. §.interemptum. ff.de leg. 3. legato enim, & donationis nomen competit, vt patet, tàm in legati definitione, tradita à Modeſtino in l.legatum eſt. infr.tit.proxim. quàm in ea, quæ tradita fuit à Iuſtiniano in §.1.Inſtit.eodem: in definitionibus enim non niſi propriè verba accipiuntur. Doctrina Bart. ad.l.1.ſupra de teſtament.competit etiam eidem legato, tàm definitio, quàm ethimologia donationis, quibus ex locis potiſſimum petuntur vocabulorũ proprietates.doctrina.Bar.ad l.omnes populi. ſupra de Iuſt.& iur. num.59. competit definitio, quia, nulli dubium eſt, legatum eſſe rei licitæ, gratuitam in aliquem factam tranſlationem, iuxta tradita per Azonem in ſua Summa. C. de donat. in veſtibulo cum recta via de teſtatore in legatarium rei legatæ dominium tranſeat.l.legatum ita.inſ.tit. proximo. l.à Titio. infr.de furt. ex quo fit, vt competat eidem legato donationis Ethymologia, ſeu notatio, cum doni datio, ob eandem cauſam, dici poſſit, iuxta ea, quæ ſupra tradidimus, quòd ſi ceſſaret etiam verbi proprietas,

tas, ſatis etiam eſſet legatum donationem eſ-
143 ſe, ex communi vſu peritorum, qui donationem illud appellant, communis enim loquendi vſus, in vltimis voluntatibus interpretandis, proprietati ipſi præfertur. l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. vbi Barto. num. 4. dubitari ergo non poteſt, quin minor argumentationis no-
144 ſtræ propoſitio ſit vera, quoad verba. Nec eſt dubitandum, quin natura quoque actus poſtulet, vt intelligatur potius factum legatum, quod ſui natura reuocabile eſt, quemadmodum teſtamentum, quodque in teſtamento frequentiſſimè fieri ſolet, tanquam vltima voluntas ab eo dependens, quàm donatio inter viuos, quæ contractus eſt per ſe, & ſine teſtamento conſiſtens, quæque perrarò in teſtamé-
145 to fieri ſolet. Iuris quoque præſumptiones adſtipulantur, & veriſimilis teſtatoris mens, cum longè probabilius ſit, aliquem legare,
146 quàm inter viuos donare, cum donare inter viuos ſit perdere, & ſuum iactare. l. filiusfamilias. ff. de donatio. & magis alium, quàm ſe ipſum diligere, quod præſumi, in dubio, nullo
147 modo debet, cum naturæ repugnet, & naturalis charitatis præſumptioni; cuius virtute,
148 minus præſumitur ſibi velle præiudicare teſtator, quàm fieri poſſit. l. cum de indebito. ff.
149 de prob. & minus etiam velle grauare hæredem ſuum, qui eum repræſentat. l. vnum ex familia. §. ſi rem. infra de legat. 2. nec aliquid interueniſſe proponitur, quòd naturæ legati aduerſetur, licet ille, cui donauit teſtator, præ-
150 ſens fuerit, & acceptauerit, eum legatarius quoque poſſit eſſe præſens. §. legatarijs. Inſtit. de teſtament. nec poteſt illius acceptatio alterare actum, & facere, vt tranſeat in donationem inter viuos, vt in ſimili ad Rub. ff. de verbo obligat. non ideo, dicebamus, pollicitationem, ſola promittentis oblatione perfectam, in pactum tranſire, alioqui ſemper legatum præſenti factum, cenſeretur in donationé
151 inter viuos tranſire, quandoquidem, & tacens cenſeretur conſentire legatarius, cum de ſuo commodo agatur. l. fideiuſſor. 2. §. pater. ff. de pign. vt conſiderat etiam Iac. de Nigr. hic, nu. 43. & taciti, & expreſſi par eſt virtus. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.
152 Quibus ſic ſtantibus non obſtant contraria, & præſertim primum argumentum, quia tunc demum verba ſunt accipienda in potentiori ſignificatu, & ſimpliciter potius, quàm ſecundum quid, quando natura actus, cuius virtute verba etiam improprientur. d. l. ſi vno, contrarium non poſtulat, vt in caſu noſtro.

Nec facit negocium. d. l. Seia. in §. vlt. de donat. cauſa mort. quia locum ſibi vendicat, vbi profertur verbum dono, extra teſtamentũ, & vbi nulla mortis métio facta eſt, ita vt conſtet donatorem de vltima voluntate nõ cogitaſſe.

Tertium quoque argumentum eodem modo diſſolui poteſt, quia tunc demum verba æquiuoca, ambiguæ diſpoſitionis, eam recipiunt interpretationem, per quam plenior inducitur diſpoſitio, cum natura actus non repugnat, vt in caſu noſtro, in quo aliæ etiam concurrunt coniecturę, ſuadentes vt aliam faciamus interpretationem, teſtatori voluntati magis conſonam, quæ potiſſimum attendenda eſt §. diſponat in auth. de nuptijs l. in cond. de cond. & demonſtr.

153 Ad quartum autem argumentum reſpondeo, ad mentem Iac. de Nigris hic, declarando propoſitionem illam, quæ habet verba æquiuoca in dubio recipere interpretationem contra proferentem, vt procedat in contractibus, & in actibus inter viuos, ſecus autem in vltimis voluntatibus, in quibus fit ſemper interpretatio ad fauorem teſtatorum, & diſponentium ex doctrina Bart. ad l. liberorum ff. de verb. ſignif.

154 Ad quintum argumentum reſpõdeo, non valere in propoſito argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, quia eſt diuerſa ratio, cum in vltima voluntate poſſit fieri interpretatio, vt verba teſtatoris ſignificent legatum, & fieri debeat talis interpretatio ex pluribus ſupra adductis, ſed, in contractu mã-
155 dati, non poteſt fieri interpretatio hæc, cum alius pro alio, nec ex mandato legare poſſit,
156 vltimæ enim voluntates pendere ab alieno arbitrio non poſſunt, faciunt tradita per DD. ad l. 2. infra de teſtamentis. Præterea in d. §. Sed enim meminiſſe natura actus non poſtulat, vt per donationem in d. mandato, vel permiſſione, intelligatur aliud, quàm donatio quæ potentior, & ſimpliciter, eſt donatio, non ſecundum quid, argumento dictæ l. legatum de legat. 3. & §. ſed ius quidem ciuile Inſtit. de iure naturali gentium, & ciuili.

Nec obſtat ſextum, quia non dubitamus, an teſtator potuerit facere in teſtamento contractum, ſed, an fecerit, facere enim teſtator potuiſſe ſi voluit, & expreſsè de illius voluntate conſtat, admittimus in hac diſputatione, & ſic intelliguntur DD. communiter in d. l. hæredes palam, in dubio autem quod poteſt referri, tam ad contractum, quàm ad vltimam voluntatem, potius eſt ad vltimam voluntatem referendum, niſi teſtator, exprimat illud quod agit, velle in vim contractus valere. l.

que-

Digitized by Google

quidam. cum filium ff. de hæred. inſtituend. Iaſ. in l. ſi quis filium. C. de lib. præteritis. ita enim ſuadentur, tam ex natura actus, quàm etiam ex alijs coniecturis.

Non obſtat ſeptimum, quia in caſu Cyni Bart. & aliorũ, traditio ſimplex, extra actum teſtandi, cuius proprium eſt dominium transferre. l. traditionibus C. de pact. §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſ. potuit eſſe in cauſa, vt legatum in donationem inter viuos tranſiret; ad quod non ſufficit præſentia, & acceptatio eius, cui in actu teſtandi donatur.

157 Nec facit negotium octauum, quia in dicta l. ex hac ſcriptura, non dubitabatur de legato, ſed an verba enunciatiua, quæ ſonabant in donationem, inducerent diſpoſitionem, & reſponſum eſt inducere, quod intelligendum eſt de legato, & donatione cauſa mortis, vt per Gloſſ. ibi. non de donatione inter viuos, præterea dubitari etiam poteſt an verba illa ſint enunciatiua, vel diſpoſitiua, ex his quę diximus in noſtris ad l. illam commentarijs, nec igitur argumentum huiuſmodi ad rem facit.

158 Ad ſextam autem quęſtionem reſpondeo ſecundum communes traditiones. Duplex eſſe legatum, quoddam ſpeciale, quoddam vniuerſale, & ſpeciale, aut fit vni ex cohęredibus, & dicitur prælegatum, vel legatum per pręceptionem; aut alteri, & tunc, aut eſt legatum, pro quo competit actio in rem, quod dicitur legatum vendicationis, aut legatum pro quo competit actio perſonalis, Et hoc duplex eſt, aut per ſinendi modum, quo ſolummodo teſtatoris, & hæredis res legabantur, Aut per damnationem, quo res quęlibet, dummodo eſſet in cõmercio, etiam aliena, legabatur, & quodlibet ex his legatorum generibus, de quibus in l. 1. C. communia de leg. & in §. ſed olim. Inſt. de leg. ſua propria verba habebat, quibus cõcipiebatur, vt per Theophylum in §. 1. Inſtit. eodem. per Caium in ſuis inſtit. tit. 5. de legat. & per Vlpian. in fragmentis, tit. 24. hodie autem ſunt confuſæ huiuſmodi legatorum ſpecies, ita vt vnicum ſit legatorum genus, & quo ad effectus, & quoad formam verborum quibus cõcipiuntur d. l. 1. & d. §. ſed olim. Legatum autẽ vniuerſale, quoddam eſt totius hæreditatis, quoddam portionis, totius hæreditatis, ſi tota legetur hæreditas, portionis illud eſt, de quo in §. ſed quia. Inſtit. de fideicomm. hæred. vbi Theophyl. & Vlpian. in fragmẽtis, tit. 24. verſic. ſicut ſingulæ. eſt tex. in l. non amplius. in §. vlt. cum ſeq. infra eodem. in l. mulier. §. vlt. infra ad Senat. Conſult. Trebell. in l. cum ex filio, ſupra de vulg. & pupill. in l. ſi quis ſeruum. §. vlt. infra de legatis. Sed quia totius hæreditatis legatum vniuerſale numquam datum eſſe aduerſus vulgo receptam ſententiam arbitramur, vt de huius opinionis veritate cõſtet, libet, huius ſextæ quæſtionis occaſione,
159 vnicum hunc articulum diſputare, an ſcilicet olim, ante factam exequationem legatorum, & fideicommiſſorum aliquod daretur legatum vniuerſale totius hæreditatis, quemadmodum vniuerſale totius hæreditatis dabatur fideicommiſſum.

In propoſita igitur difficultate ſunt contrariç DD. ſententię; altera eſt affirmatiua, quam ſupponunt interpretes omnes, ſine alicuius cõtradictione. in l. 1. j. eodem. dum, poſt Bar. affirmant, illius legis virtute, legata particularia eſſe particularibus fideicommiſſis, vniuerſalia autem legata fideicommiſſis vniuerſalibus æquiparata, & hanc probauerunt ad l. 1. C. com. de leg. Iac. de Rauen. Petr. & Cyn. nu. 6. & alij communiter; &, pro hac opinione receptiſſima, plura poſſumus, non inſubtilia, conſicere argumenta.

160 Primum autem poſſumus hoc pacto ratiocinari, tunc demum non potuiſſent olim teſtatores, vniuerſale totius hæreditatis legatum conſtituere, quando illis non fuiſſet à lege latiſſima conceſſa facultas, rei ſuæ legandæ. At eiuſmodi facultas latiſſima fuit olim teſtatoribus lege duodecim tabul. conceſſa, quia cauebatur. Vti quiſque legaſſit rei ſuæ, ita ius eſto. l. verbis legis. ff. de verb. ſignif. §. diſponat. in Authent. de nuptijs. facit l. in conditionibus. ff. de cond. & demonſt. Igitur nihil erat impedimento, quo minus olim vniuerſale totius hæreditatis fieret legatum.

161 Secundo quidquid poteſt fieri de parte, reſpectu partis; poteſt etiam fieri de toto, reſpectu totius, argumento regulæ legis, quæ de
162 tota. ff. de rei vendic. Sed dabatur, & fieri poterat legatum, & nunc poteſt, partis hæreditatis. l. non amplius. §. vlt. cũ l. ſeq. infr. eodem. l. ſi quis ſeruum. §. vlt. cum l. ſeq. infra tit. proximi l. cum ex filio. ſupra de vulg. & pupill. l. mulier. §. vlt. infra ad Senat. Conſul. Trebellian. Igitur totius etiam hæreditatis poterat vniuerſale fieri legatum.

163 Tertio, quia rationi conſentaneum videtur, vt quidquid fieri poteſt per fideicommiſſum, fiat etiam per legatum, cum eiuſmodi relicta ſint ſimilia. §. ſed quia. Inſtit. de fideicom
164 miſſ. hæred. Sed totius hæreditatis fideicommiſſum vniuerſale fieri ſemper potuit, dicto §. ſed quia, & paſſim habetur in tit. ff. ad Senat.

Digitized by Google

nat. Conſult. Trebellian. ergo & legatum.
165 Quarto, quia datur ſine dubio legatum
vſusfructus totius hæreditatis.l.quoties.§.vlt.
ff.de vſufruct. ſed huiuſmodi legatum eſt vni-
uerſale,igitur datur legatum vniuerſale.
166 Quinto, vbicumque fuerim à Mæuio hæ-
res inſtitutus,& eiuſdem Mæuij hæres extite-
rim,certo certius eſt,poſſe me omnem Mæuia-
nam hæreditatē legare, tex. eſt apertiſſimus,
in l.cum filius.§.1.infra tit.proximo. Sed hu-
iuſmodi legatum eſt vniuerſale, cum hæredi-
tatis commoda, & incommoda includat, vt
aperte probat d.§.1.& ibi tradunt Bar.& DD.
ergo dubitare non poſſumus,quin detur lega-
tum vniuerſale.
167 Sexto, niſi daretur legatum vniuerſale,
eam diſtinctionem legatum ipſum non pate-
retur,vt aliquod vniuerſitatis,aliquod ſpecia-
le diceretur,ſed patitur ipſum quoque legatū,
quemadmodum fideicommiſſum, diſtinctio-
nem hanc,vt patet in l.vlt.§.ſin autem ſub con.
ditione.C.communia de legat.Sin autem ſub
cōditione inquit tex. vel ſub incerta die fuerit
relictum legatum,vel fideicommiſſum vniuer-
ſitatis,vel ſpeciale, ergo legatum quoque vni-
168 uerſale datur. Corroboratur etiam hoc argu-
mētū, quia vna determinatio reſpiciens plura
determinabilia, debet ea pariformiter deter-
minare,vulgata l.iā hoc iure.ff.de vulg.& pu-
pil.ſed diſtinctio,de qua agimus,veluti quod-
dam determinans,reſpicit, in d.§.ſin autem,
veluti plura determinabilia,legatum,& fidei-
commiſſum, igitur vtrumque pariformiter
determinat,ſpeciale eſſe,& vniuerſale.
169 Septimo,nulli dubium eſt hæreditatis por-
tionem legari poſſe,d.§.ſed quia. Inſt.de fidei-
comm.hæred.l.non amplius.§.vlt.cum ſeq.in-
fra eodem.l.mulier.§.vlt.infra ad Senat.Con-
ſult. Trebellian.l.cum ex filio.ſ.de vulgar.&
pupil.l.cum ſimilibus, ſed legatum huiuſmodi
eſt vniuerſale,cum contineat etiam onera, ni-
mirum impēſas funeris, & precium ſeruorum
manumiſſorum.l.ſi quis ſeruum.§.vlt.infra ti-
tulo proximo,ergo datur legatum vniuerſale.
Octauo,nemo eſt,qui non admittat,gregem,
peculium,& cætera id genus,legari poſſe.§.ſi
grex.& §.ſi peculium.Inſt.de legat.eſt etiam ti-
tulus.ff.de pecul.legato,ſed legata huiuſmodi
ſunt vniuerſalia,cum ſint vniuerſitatum,ergo
datur legatum vniuerſale.
170 Nono, quia vbicumque datur vnum ex
contrarijs,neceſſe eſt,vt detur & alterum, Ari
171 ſtot.lib.2.Rethoricap.19.Sed datur legatum
ſpeciale, ſeu particulare, vt omnes admittunt
in l.vnij ſ.eodem.& probat text.in d.l.vlt.§.ſin
autem.C.commun.de leg.Ergo neceſſe eſt, vt
detur etiam legatum vniuerſale,quod particu
lari opponitur.
Decimo,niſi legatū vniuerſale daretur, le-
gatarius dari non poſſet per vniuerſitatem ho
noratus,per locum à coniugatis,facit etiam §.
vlt.Inſt.per quas perſon.nob.acquir.At datur
legatarius per vniuerſitatem honoratus.§.ete
nim in legatarijs,cum duobus ſequentibus,in
Auth.de hæred.& falc.igitur datur etiam lega
tum vniuerſale.
172 Vndecimo,& vltimo,niſi fuiſſet datum le
gatum vniuerſale,ante l.Falcidiam,nō potuiſ-
ſet teſtator, legando, vniuerſum erogare pa-
trimonium,quod onera etiam includit,& con-
ſequenter eſt quid vniuerſale,ſed potuit.Inſt.
in princ.de l.Falcidia,ergo datur legatum vni-
uerſale.
His tamen, & ſimilibus rationibus minimè
negotium facientibus, in contrariam opinio-
nem iuit primus Hieronym. Beneuolentius, vir
doctiſſimus,Iuriſconſ.Senenſis, cuius opinio-
nē explicat, & ſequitur,nonnullis eā compro-
bādo argumētis eruditus iuris Interpres Alex.
Turamin.in ſuo libro ſingulari,de exæquatio-
ne legatorum,& fideicomm.cap.2.præſertim
num.unde, horum ſententiæ ego quoque ter-
tius libentiſſimè ſubſcribo,eamque non vulga-
ribus rationibus probabo.
173 Et primum,ad mentem illorum, hoc mo-
do ratiocinando,ſi daretur legatum vniuerſa-
le,legata ipſa,non enumerarentur abſolutè in-
ter modos acquirendi titulo particulari, ſed
abſolutè,& ſimpliciter,inter modos acquiren-
di titulo particulari enumerantur, ita vt inter
vniuerſales acquiſitiones, extra propoſitam
materiam tractari videantur.§.vlt.Inſt.per quas
perſonas nobis acquiritur,iuncto princ.Inſt.de
legatis. Igitur legatum vniuerſale non datur.
Secundo, quia, ſi hoc vniuerſale legatum
daretur, vtique alicubi de vniuerſali legato
fieret mentio,vel de legataria hæreditate,&
de remedio legatariæ hæreditatis, &, in ſūma,
caſus totius legatæ hæreditatis alicubi reperi-
retur, quemadmodum, & totius hæreditatis
vniuerſale fideicommiſſum,& fideicommiſſa-
ria hæreditas,& fideicommiſſaria hereditatis
petitio reperitur,toto tit.Inſt.de fideicommiſſ.
hæred.toto tit. ff.de fideicommiſſaria hæredi-
tatis petitione,& paſſim in tit.ff.ad Senat.Con
ſult.Trebell. At mentio aliqua de vniuerſali le
gato, vel de legataria hæreditate, aut de lega-
taria hæreditatis petitione, nullibi reperitur,
Igitur legatum vniuerſale non datur.
Tertio, quia, ſi potuiſſet totius hæreditatis

Digitized by Google

vniuerſale fieri legatum, non benè fuiſſet de-
finitum legatum eſſe delibationem hæredita-
tis,qua teſtator,ex eo,quod vniuerſum hære-
dis foret,alicui id collatum velit.Sed hoc non
eſt dicendum, cum repugnet. l.legatum eſt,
ĵ.eo.ergo nec illud,vnde hoc ſequitur.

Quarto, quia, ſi fuiſſet datum olim huiuſ-
modi legatum vniuerſale totius hæreditatis,
fuiſſet inter genera legatorum enumeratum,
in §.ſed olim.Inſt.de leg.& in l.2.C.commun.
de leg. Sed nec in dictis locis,nec à Theophy-
lo in §.ſed quia.Inſt.de fideicomm.hæred.nec
ab Vlpian.in fragmentis.tit.24.qui,vltra qua-
tuor genera legatorum, de quibus in d.§.ſed
olim.& in dict.l.2.non niſi legatum portionis,
tamquam quintum genus,admittunt, Igitur
totius hæreditatis vniuerſale legatum non
datur.

174 Quinto, incluſio vnius eſt excluſio alte-
rius.l.cum prætor.de iud.ſed in l.mulier.§.vl-
tim.infra ad Senat.Conſul.Trebellian.vix in-
cluditur,vt portio hęreditatis poſſit legari,igi-
tur excluditur à legato tota hæreditas, impli-
cat enim, vt legatum contineat onera,l.ſi hæ-
reditatem.ff.mandati.

175 Sexto, ſi daretur legatum vniuerſale to-
tius hæreditatis, ſequeretur illud inſtammo-
dum,vt legatarius poſſet ſuccedere in vniuer-
ſum ius defuncti, ſed hoc conſequens eſt fal-
ſum, confunderetur enim hæres cum legata-
176 rio; & patet etiam legatarium non eſſe iuris
ſucceſſorem, ex §.legatarijs. Inſtitut.de teſta-
men.ergo falſum eſt etiam illud,vnde hoc ſe-
quitur.

177 Septimo, Vtor ego hac ratione,ſi ante le-
gatorum, & fideicommiſſorum æquiparatio-
nem habuiſſet locum legatum vniuerſale to-
tius hæreditatis, aut in teſtamento, aut in co-
dicillis fuiſſet relictum, ſed neutro modo fieri
potuit, igitur nullo modo. Minor propoſitio
probatur, quia extra teſtamenta fieri legata
olim non poterant.§.præterea.Inſtit.de fidei-
comm.hæred.l.legatum eſt.infra tit.proximo.
Igitur legatum eiuſmodi in codicillis fieri non
poterat. Nec in teſtamento fieri potuiſſe in-
dubitati iuris eſt,tum quòd incompatibile eſt
cum hærede,ſine cuius præuia inſtitutione te-
ſtamentum nullum eſt,tum etiam,quia,ſi ad-
mittimus valere teſtamentum, in quo aliquis
ſimpliciter ſit inſtitutus hæres, & hæreditas
vniuerſa alteri legata,legatum huiuſmodi non
eſt vniuerſale, ita vt eo modo legatarius non
titulo vniuerſali ſuccedat,ſed titulo particula-
ri, vniuerſitatem acquirat, quod aliud eſt, vt
mox in ſolutione contrariorum manifeſtum
178 fiet. Accedat etiã, quod vbi vnus poſset in-
ſtitui ſimpliciter hæres,& hæreditas vniuerſa
alteri legari, darẽtur duo domini eiuſdem rei
in ſolidum, contra l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.
179 commod.cum in legatarium tranſeat domi-
nium rei legatæ à die mortis teſtatoris.l.à Ti-
tio.ff.de furt.

Octauo,fideicommiſſum vniuerſale, tale
eſt per Senat.Conſult.Trebellian.d.§.ecenim
in legatarijs, ſed in legatis non eſt locus Sen.
Conſult.Trebellian.l.2.§.Quintus.C.de vet.
iur.enuclean.ergo non datur legatum vniuer-
ſale.

180 Non obſtant nunc contraria,& præſertim
primum argumentum, petitum à d. l. verbis
legis, & ab alijs Iuribus ſimilibus, quia, præ-
terquam quòd latiſſima facultas legandi fuit
coanguſtata,vt expræſſum eſt in d.l.verbis le-
gis, in d.verborum contextu, verbum legaſſit
accipitur in genere, vt ſupra dicebamus, non
autem in ſpecie; ita, vt ad legati titulum refe-
ratur; præterea facultas latiſſima,de qua in d.
l.verbis legis,ita intelligitur conceſſa, vt alijs
legibus, & naturæ actus non repugnet, argu-
mento legis nemo poteſt, vbi DD. infra hoc
eodem tit.noſtro,Implicat enim, vt hęreditas,
quæ non niſi tit.vniuerſali,ſui natura,& vt hę-
reditas acquiri poteſt,acquiratur legati titulo,
qui particularis eſt,d.princ.inſtit.de legatis,&
toto tit.ff.pro legato. Aut igitur hæreditas le-
gari non poteſt,aut ſi legatur, non ideò lega-
tum vniuerſale eſt.

181 Nec obſtat ſecundum, quia legatum por-
tionis,cum non includeret onera, ex ſui natu-
ra,ſed ex conuentione inita per ſtipulationem
inter hæredem, & partiarium legatarium. §.
ſed quia inſtit.de fideicommiſſarijs hæreditat.
Vbi Theophylus, non potuit dici relictum
vniuerſale, hinc remedium aliquod vniuerſa-
le, & vniuerſalis actio non competebat. Præ-
terea,in propoſito, diuerſa eſt ratio inter totũ,
& partem, cum totius hæreditatis legatum ſit
incompatibile, cum hæredis inſtitutione, ſine
qua teſtamentum, in quo fiebat de neceſſita-
te huiuſmodi legatum, valere non poterat; le-
gatum autem portionis,nihil prohibet,quin
ſtare poſſit cum hæredis inſtitutione. Demon-
ſtrata igitur rationis diuerſitate, corruit argu-
mentum, quod à d.l. quæ de tota, petebatur.
Accedat etiam quòd dicta lex,quę de tota ad-
mittit argumentum de toto ad partem, ſi re-
ctè perpendatur,non è contra,de parte ad to-
tum,nos autem,eo modo,à parte ad totum ar-
gumentabamur, quod fieri nequit.

182 Non obſtat tertium, quia diuerſa quoque

ra-

ratio eſt inter fideicommiſſum, & legatum; fi-
deicommiſſum enim, quantumuis vniuerſa-
le, potuit omni tempore in Codicillis fieri, le-
gatum autem nequaquam d. §. præterea Inſt.
de fideicommiſſarijs hęreditatibus, item fidei-
commiſſum ſortitur effectum, poſt factam re-
ſtitutionem per hæredem. §. reſtituta, & d. §.
ſed quia inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat. le-
gatum autem antea, cum tranſeat dominium
in legatarium à die mortis ipſius teſtatoris. l.
à Titio ff. de furtis, nec aliqua ſimilitudo inter
legatum portionis, & fideicommiſſariam hæ-
reditatem probatur, per textum in d. §. ſed
quia, propterea quòd; eo loci, de legato por-
tionis fit mentio, non quia vniuerſali fideicom-
miſſo ſit ſimile, ſed per accidens, occaſione ni-
mirum ſtipulationum illarum, quæ inter hære-
dem, & legatarium partiarium interponeban-
tur. Accedat quòd fideicommiſſum eſt vni-
uerſale per Senat. Conſ. Trebel. quod ceſſat in
legatis.
183 Non obſtat quartum, quia legatum vſuſ-
fructus totius hæreditatis eſt legatum parti-
culare, non vniuerſale, cum hæres ſit proprie-
tarius omnium rerum hęreditariarum, vniuer-
ſalis inſtitutionis titulo.
184 Non obſtat quintum, quia in d. l. cum fi-
lius in §. 1. non tota legabatur hæreditas te-
ſtatoris, ſed alterius, cui teſtator hæres exti-
terat, & ſic pars proprij patrimonij, quæ pars
demonſtrationis gratia Mæuiana appellaba-
tur hæreditas, quia fuerat quandoque hære-
ditas, argumento §. aliquando. Inſtit. de vſu-
capionib. non quia eſſet, cum legaretur, quan
185 doquidem adita hæreditas propria amplius
non eſt hæreditas, ſed patrimonium adeun-
tis, vt ſentiunt communiter DD. ad Rubr. ff.
de acquirend. hæred. & ad l. qui Romæ. §. duo
fratres. ff. de verb. oblig. vbi Soc. Iun. num. 8.
& Paulus Leonus. num. 21. reſtantur. Tradi-
dimus latè etiam nos, ad l. poſt aditam. C. de
impuberum, & alijs ſubſt. num. 55. cum ſequ.
& in noſtro tractatu de communi vſu loquen-
186 di, in 6. q. prin. art. 5. inſpect. 14. Accedat etiã,
quòd vniuerſalis acquiſitio ea dici non poteſt
quę continet onera, non ſui natura, ſed per ac-
187 cidens, & ratione rei acquiſitæ, hinc hæres
acquirit per vniuerſitatem, quia tenetur ad
onera, vt hæres, emptor autem hęreditatis ne-
quaquam, quia ſubijcitur oneribus emptor
hæreditatis, non vt emptor, ſed ratione em-
ptæ hæreditatis.
188 Nec obſtat ſextum, quia diſtinctio vniuer
ſalis, & ſpecialis, in d. l. vltim. referenda eſt ad
proximum, nimirum ad fideicommiſſum, non
autem ad fideicommiſſum, & legatum; Præ-
terea ibi non diſtinguitur inter relictum vni-
uerſale, & particulare, ſed inter ſpeciale, & v-
189 niuerſitatis, nos autẽ negamus dari legatum
vniuerſale, inducẽs titulũ, & acquiſitionẽ per
vniuerſitatem, ſed legatum vniuerſitatis ad-
mittimus, vt puta gregis, peculij, & alterius
vniuerſitatis, quod tamen; acquiſitionem per
vniuerſitatem, non inducit, quam, ſi induce-
ret, legatum vniuerſitatis numeraretur in-
ter modos acquirendi per vniuerſitatem, in
d. §. vlt. Inſtit. per quas perſon. nobis acquirit.
& hic intellectus confirmatur, quia ibi de reli-
ctis vniuerſalibus fit ſpecialis mentio, dum
ſubdit Imperator, vel ſubſtitutione, vel reſti-
tutione, ſubſtitutione, ſcilicet directa; reſtitu-
tione, ſcilicet fideicommiſſariæ hæreditatis,
iuxta Rubric. C. de inſtitut. ſubſtitut. & re-
ſtitut.
190 Nec facit negocium ſeptimum, quia pre-
tia ſeruorum manumiſſorum, quæ hæredita-
tem minuunt ipſo iure, & funeris impenſæ
non faciunt relictum vniuerſale, ſed alia one-
ra. Hinc funeris impenſam ſuſtinet etiam vir
pro lucro dotis. l. Celſus. ff. de religioſis, & ſum
ptibus fun. quam tamen dotem ius vniuerſa-
le non eſſe, docuimus ad Rubr. ff. ſoluto ma-
trimonio. Id quod ſatis etiam conſtat, ex titu.
de vſucapione pro dote, & pluribus compro-
bauit nouiſſimè, in ſuis de dote quæſtionibus
varijs diſputatis, eruditiſſimus Iuris Interpres
& philoſophus Io. Fran. Coſteus.
191 Non obſtat octauum, quia legatum gre-
gis, & peculij, eſt legatum vniuerſitatis, non
legatum vniuerſale, alioquin cogeremur etiã
admittere, gregis, peculij, & hæreditatis ven-
ditionem, vel donationem, eſſe acquiſitionem
vniuerſalem. Quod iam abſurdum eſt, quàm
quod maximè. Vniuerſalis enim acquiſitio il-
la eſt, quæ ſemper, & ſui natura, non autem
per accidens eſt vniuerſalis, cuiuſmodi eſt ac-
quiſitio per hęreditatem, acquiſitio per bono-
rum poſſeſſionem, per arrogationem, & per
addictionem bonorum, libertatis conſeruan-
dæ cauſa, de quibus in §. vlt. Inſt. per quas per-
ſonas nobis acquiritur.
192 Non obſtat nonum, quia licet titulus, pro
legato, ſit titulus particularis, reſpectu tituli
hæreditarij, & aliorum, qui ſunt per vniuerſi-
tatem, legatum ipſum tamen vnius generis
tantũ eſt, quod neque particulare, neque vni-
uerſale dicitur, quemadmodũ titulus pro em-
ptore particularis eſt titulus emptio autem, &
venditio, neque particularis, neque vniuerſa-
lis eſt, cum hanc particularis, & vniuerſalis di-

ſtinctionem non recipiat. Hinc nullibi legatum, vt legatum, particulare reperitur appellatum, quaſi vniuerſale ſupponat, & licet hoc faciant DD.communiter.ad.l.1.infra eodem, dicimus eos, quorum opinio probabilis eſt, non neceſſaria, ex his quæ tradunt Barto. & DD.ad legē primam.ff.ſi cert.petat, Ineptè facere;& propterea eos reprobamus, nec vis ali qua eſt in d.l.vlt.§.ſin autem. C.commun. de leg. quia illud ſpeciale opponitur, ſi ad legatum refertur, legato vniuerſitatis, quod dari admittimus, non legato vniuerſali, quod non datur. Accedat etiam, quòd, licet in natura, dato vno contrario, alterum quoque dari, neceſſe ſit, nihil tamen neceſſe eſt in artificialibus,& magiſtralibus, hinc, quamquam Medici febres nonnullas acutas appellant, non propterea obtuſas compelluntur febres demonſtrare, & apud nos, licet locus purus appelletur is, qui Religioſus non ſit. §.Religioſum. Inſt.de rerum diuiſio.non ideo Religioſum locum impurum cogimur appellare, vt latè docuimus ex Duareno,& alijs ad Rub.ff.de verbor.oblig.

Non obſtat decimum, petitum à d. §. etenim in legatarijs, in Authent.de hæred.& falc. cum ſequentibus, quia non tenet ſequela datur; legatarius honoratus per vniuerſitatem, ergo datur legatum vniuerſale, quia is, cui legatur grex, vel peculiū, eſt legatarius honoratus per vniuerſitatem, legatum tamen peculij,& gregis, eſt legatum vniuerſitatis, non vniuerſale, præterea d.§.etenim in legatarijs, potius retorquetur, quatenus ex eo colligitur, nec fideicommiſſum totius hæreditatis fuiſſe vniuerſale ante Senatum Conſultum Trebellianum.

Non obſtat vndecimum, quia in d.princip. Inſtit.de l.Falcidia, poteſt erogari patrimoniū vniuerſum pluribus legatis particularibus, non legato vno vniuerſali, id eſt, inducente acquiſitionem per vniuerſitatem, licet enim detur caſus, vbi vel vniuerſa hæreditas legetur, ſemper tamen illud legatum, quod hæredem ſupponat neceſſe eſt, erit ad modum acquirendi titulo particulari referendum.

193 Subſequitur modo ſeptima princeps quæſtio, ad quam breuiter reſpondeo; quinque olim neceſſarias fuiſſe circumſtantias vt legato, quatenus à ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, differebat, locus eſſet, rei, nimirū, perſonæ, loci, temporis,& modi.

194 Primum enim rei circumſtantia deſiderabatur, propterea quòd, neque res populi, neque res ſacra, aut religioſa, neque homines liberi, neque res legatarij, vel quod creditori debebatur, ita, vt nihil amplius eſſet in legato, quam in debito, non homo mortuus, vel chimæra, non libertas, vt vidi bimus oppertu nius, in l.1.infra eodem, neque tota hæreditas, vt hæreditas, legari poteſt, vt colligere eſt ex iam dictis, nec non ex Vlpiano in fragmentis, tit.24.verſic.liber homo, ex §.ſi quis debitori, verſic.ex contrario.Inſt.eodem.& facit tex.in §.1.Inſtit.de inutilibus ſtipulationibus, ſunt

195 etiam, qui addant, nec rem alienam hodie, pontificio Iure, legari poſſe, per text.in cap.ſi lius noſter, extra de teſtament. vbi hoc expreſſè ſentit Abb. qui idem probat ad.cap.cum eſſes, eodem tit.tradunt etiam ad l.cum alienam C.de leg.glo.1.in verb.cum alienam. Alexan. num.3, Iaſ.num.11. & Ioan.Sicardus.num.9. Alij tamen diſſentiunt, & præſertim Didac. Couarruu.in d.cap.ſilius, & Cardin.Mantic. de coniect.vltim.voluntatum,lib.9.tit.10. qui, nihil iure Canonico, circa rei alienæ legatum,

196 immutatum eſſe docuerunt, præterquam in ea ſpecie, de qua loquitur Gregor.in d.cap.filius noſter. vbi ſcilicet vni Eccleſiæ teſtator, alterius Eccleſiæ rem legauerit, ſepulturæ ſuæ cauſa, & filios hæredes inſtituit, quibus non admodum amplum patrimonium relinquerat, tunc enim tantummodo, nec res legata debetur, nec eius æſtimatio, & huic declarationi quam cæteris probabiliorem appellat Andr. Fachin.lib.5.contron.iu.cap.38.Ego quoque ſubſcribo.

197 Perſonæ quoque circumſtantia deſiderabatur, tam reſpectu teſtatoris, qui debet teſtamēti factionem actiuam habere, de qua in §.in extraneis.Inſt.de hæred.qualit.& differ.quam legatarij, qui, ſaltem, vt teſtamenti factionem paſſiuam habeat, neceſſe eſt.§.legari. Inſtit.de legat. Requirebatur etiam olim, vt certa eſſet perſona legatarij, incertis enim perſonis legari olim non poterat.§.incertis. Inſt.eodem tit. de legat. Reſpectu quoque illius, à quo legatum ipſum erat præſtandum, perſonæ circumſtantia neceſſaria erat, quatenus hæres, non legatarius eſſe debebat, à legatario enim non legabatur.§.1.Inſt.de legat.& Inſt.in princ.de ſingul.rebus per fideicommiſſum relictis; ſed legari ab hærede tantum poterat, qui hæres, ex perſona propria futurus eſſet, dummodo ab hærede non eidem hæredi legaretur, vt docet Vlpian.in d.tit.24.abſurdum profectò eſt, vt hæres ſibimet legatum præſtet.

198 Loci autem,& temporis circumſtantia deſiderabatur fortè, quando fiebant teſtamenta calatis comitijs,& procinctum, quę certis quibuſdam

buſdam

buſdam locis,& temporibus fiebant. Inſtit. in princip. de teſtamentis. hodie autem non deſideratur temporis circumſtantia, niſi quatenus neceſſe eſt, vt dies legati ceſſerit toto titul. ff. quando dies legati cedit. Et loci, non niſi qnatenus fieri teſtamentum non debet in carcere, ne metn factum videri poſſit. l. quod in carcere. ff. de eo quod metus cauſa, nec in locis, in quibus ſtatuto legata ſint prohibita.

199 Requirebatur etiam quinto loco circunſtantia modi, quatenns, non niſi verbis legis, vel ciuilibus, id eſt imperatinis,& ſic directis, & latinis fiebat legatum, vt docet Vlpian. in fragmen. in ſæpius repetito, tit. vigeſimo quarto, in veſtibulo, & colligitur ex. l. ſecunda C. communia de legatis, & quatenus non niſi in teſtamento poterat fieri. §. præterea Inſtit. de fideicomm. hæreditat.& quatenus in teſtamēto, non niſi ante hæredis, inſtitutionem poterat fieri. §. ante hæredis inſtitution. de legatis. Plura etiam alia pertinebant ad hanc circunſtantiam,& præſertim, vt, non fieret poſt mortem hæredis, vt per Vlpian. in d. tit. 24. & eſt tex. in §. poſt mortem, inſtit. de legatis, non pœnę nomine §. vlt. inſtit. eod. non vltra dodrantem, toto tit. inſtitut. ff. & C. ad legem falcid. Et vbi ſeruo hæredis legabatur, non niſi ſub conditione valere poterat legatum. §. an ſeruo hæredis. inſtit. eodem Vlpian. de tit. 24. Et hęc pertinebāt ad modum neceſſario obſeruandum in legatis, nam vt legata eſſent pura, in diem, vel ſub conditione, annua, vel non annua, vt fierenc pluribus legatarijs coniunctim, vel diſiunctim, ex quibus varietatibus, varij oriebantur effectus pertinebat admodum voluntarium,& accidentale.

200 Sed iam veniendum eſt ad octauam quæſtionem, quæ pertinet ad effectus legati. legati igitur potiſſimum, effectus eſt commodum rei legatæ, ſine onere. §. ſi quis vna, Inſtitut. de fideicomm. hæred. & vt hæres rem legatā, alienare nō poſſit. l. vlt. §. ſed quia materia C. communia de legat. vt non teneatur de euictione. l. ſi à ſubſtitut. in §. fin. ∫ eod. Effectus autem ſpecificus eſt tranſlatio Dominij rei legatæ recta via a die mortis teſtatoris, vel à die àditæ hæreditatis in legatarium. l. à Titio ff. de furtis. l. legatum, ita ∫ Tit. prox. ita, vt legatum acquiratur etiam ignoranti, ipſo iure. l. cum pater §. Surdo l. ſeruo legato. ff. de leg. 2. l. ſi furioſo ff. de act.& obligat. l. magis §. fundum ff. de reb. eorum. vbi ſcilicet res purè legata, teſtatoris fuerit, nec non productio trium actionum, nimirum, perſonalis ex teſtamento, in rem, & hypothecariæ, de quibus in §. noſtra inſtit. eodem,& in l. 2. C. communia de legatis. Specialis etiam effectus legati, quod per damnationē fieri dicebatur, erat, vt olim, ſi indebitè ſolueretur, non poſſet repeti. §. vlt. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contr. naſc. nec non, vt creſceret per inficiationem, d. §. vlt.& §. ex maleficijs, verſiculo item mixta. Et §. in duplum, in fine. Inſt. de actio. ſed, poſt quam plures legatorum ſpecies fuerunt confuſæ, & vnicum effectum genus legatorum, creſcunt per inficiationem, & indebitè ſoluta non repetuntur, illa dumtaxat legata, quæ fiunt venerabilibus locis, de quibus legatis pijs, nec Falcidia detrahitur. Poteſt etiam referri ad legatum, vel potius ad modum legandi effectus iuris accreſcendi fluens ex coniunctione legatariorum, iuxta ea, quæ tradunt Interpretes ad legem re coniuncti, infra de legat. 3. Sed mihi non eſt propoſitum ſingulos hic legatorum effectus recenſere, de quibus ſummatim Vigell. in ſua Method. iur. ciuil. par. 4. lib. 12. cap. 2. ſed præcipuos dumtaxat, vt principia huius materiæ in modnm præuiæ cuiuſdam Inſpectionis explicentur, quaſi digito oſtendere.

Verum, quia videtur referri etiam ad effectum legatorum, vt debeant ſtrictè interpretari. l. nummis. ff. de lega. 3. cum alijs adductis per Dec. ad. l. in teſtamentis. ff. de regul. iuris, num. 3. vbi etiam Cagnol. num. 2. quod, an verum ſit, non ſatis conſtat inter ipſos Interpretes, vt patet ex gloſ. in d. l. in teſtamentis. propterea faciendum mihi putaui, vt, in gratiam praxis, vtilem materiam eiuſmodi, diſtinctione adhibita, explicarem. Altius igitur repetendo materiam, & plenius diſtinguendo, quam fecerim in prima noſtrarum ſelectarum diſtinctionum Centuria, diſtinct. 52. rem ita declaro. Aut ſaltem ex coniecturis conſtare poteſt de mente teſtatoris, Aut penitus in dubio verſamur, ſi conſtare poteſt, illa admittitur interpretatio, quam coniecturata mens diſponentis ſuadet, quæ vt regina dominatur, &, vt lex obſeruatur in vltimis voluntatibus. l. in conditionibus. ff. de condit.& demonſtrat. §. diſponat. in Authen. de nupr. l. quoniam indignum. C. de teſtamen. cum alijs ſimilibus. Ex quibus autem fontibus colligantur coniecturæ, plene docet Cardin. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 5. cum plurib. ſeqq. ſi verſamur in dubio. Aut verſamur in legatis factis intuitu pietatis, Aut in alijs quibuſcumque ſi in factis intuitu pietatis, vel ad pias cauſas, latiſſima fieri debet interpretatio. l. Mela. vbi gloſ. Bart. & DD. ff. de alim.& cib. legat. Afflict. deciſ. 259.

nu. 8.

Digitized by Google

nu.8. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, in præfat. & in tractat. de Nobilit. c. 20. num. 154. ſi in alijs. Aut agitur de interpretatione verborum, quibus, ſi latiſſimam facimus interpretationem, hæres magis grauatur, puta de verbis rem legatam ſignificantibus. Aut de alijs verbis ex quorum lata, vel ſtricta interpretatione hæres non magis, vel minus grauatur, vt puta de verbis ſignificantibus perſonas legatariorum. Primo caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut datur mediocritas inter ſtrictam, & latam ſignificationem, Aut non, ſi datur, Aut medium eſt certum, Aut varium, & vagum, ſi certum ſecundum illud media fit interpretatio, inter ſtrictam, & latiſſimam, & ſic lata, per text. in l. an vſusfructus. ff. de vſufruct. vbi Bal. & hoc ſentit Alexand. conſil. 60. num. 1. verſic. & per hoc apparet, lib. 1. quem citat M. Antonius Roueſcala, olim Ticini collega meus, in addit. ad Dec. in d. l. in teſtamentis, in fine, vbi ipſequoque vult, nec latiſſimam, nec ſtrictam fieri in legatis interpretationem, ſed mediocrem, ſi vero medium eſt incertum, & vagum Aut verſamur in caſibus in iure expreſſis, vt in l. plenum. §. ſed ſi pecoris. ff. de vſu, & habit. vbi gloſ. & in l. 1. vbi pariter gloſ. ff. de opt. leg. in l. 3. ff. de tritico vino, & oleo legato. & ceſſat omnis ambiguitas, quia fieri debet interpretatio ſecundum ſcriptas leges, vt in l. Mela. ff. de alimen. & cibar. legat. in l. liberorum. §. ſed Papyrius. ff. de verb. ſignific. & in l. vxorem. §. concubinæ. ff. de legat. 3. Aut verſamur extra caſus in iure deciſos, & tunc arbitror faciendam eſſe mediam interpretationem, iudicis arbitrio, ita tamen, vt medium eligatur, quod magis accedit ad id, quod minimum eſt, argumento l. plenum. §. ſed et ſi pecoris. ff. de vſu & habit. & l. 1. ff. de optione legat. facit reg. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. ſi vero mediæ interpretationi non eſt locus. Aut verſamur in prælegato facto, ſcilicet vni ex cohæredibus, Aut in legato non alicui ex hæredibus facto, ſi in prælegato, in quo hæres, cui relictum eſt, cæteris eſt prædelectus, & in reliquis æquè dilectus, arbitror latiſſimæ, & pleniori interpretationi locum eſſe, per regulam d. l. in teſtamentis, de reg. iur. facit l. Mela. de alimen. & cibar. legat. ſi verò in legato, non alicui ex hæredibus facto, ſtrictam recipere debet interpretationem, vt minus grauetur hæres, quàm fieri poſſit, iuxta tex. in l. vnum ex familia. §. ſi rē ꝫ tit. proximo facit. l. penult. in fine C. de verb. ſign. & in his terminis, vendicant ſibi locum. l. nummis. l. qui concubinam §. cum ita ꝫ de leg. 3. l. apud Iulianum, alias, idem Iulianus §. Stelo l. ſi ſcriptum in fine ꝫ eodem l. ſi ita relictum fuerit ꝫ tit. proximo l. qui lancem ꝫ de auro, & argent. legat. cum alijs adductis per Nattam conſil. 306. num. tertio, lib. 3. facit optimè regula. l. ſemper in obſcuris ꝫ de reg. iur. ſecundo autem principe caſu, quando ſcilicet agimus de interpretatione verborum, ex quorum lata, vel ſtricta interpretatione, non magis hæres, vel minus grauatur, latiſſimam ſemper facere in legatis debemus interpretationem, iuxta d. l. in teſtamentis de reg. iur. & iuxta gloſ. opinionem ibi, nec non Butrij, Corn. & aliorum, quos adducit Cagnol. in d. l. in teſtamentis num. 1. facit d. l. penult. C. de verborum ſignif. cum alijs adductis per Fachin. lib. 13. contr. iur. cap. 73. in fin. legata enim, licet minus fauorabilia ſint, quàm hæredis inſtitutio, fauorabilia tamen ſunt, vt per Bart. Socin. ad Rubr. ff. de verb. obligat. num. 23. verſ. quarto quia. tradit Roueſcala in addit. ad Dec. in d. l. in teſtamentis num. 3.

201 10. Ad nonam tandem, & vltimam de legato quæſtionem principem accedendo, dicimus legatum duobus modis finiri, fine ſcilicet perfectionis, & fine interitus, & extinctionis. fine perfectionis finitur præſtatione rei legatæ, quemadmodum, ſolutione eius, quod debetur, tollitur, & finitur omnis obligatio. Inſt. in princip. quibus modis tollitur obligat. fine autem extinctionis, & interitus, rurſus duobus modis finitur, aut ex voluntate teſtatoris, ſcilicet, aut præter ipſius voluntatem. Ex voluntate ipſius, aut ademptione, vel tranſlatione legati, iuxta tit. Inſtitut. de adm. legatis, aut rei legatæ alienatione, animo adimendi, §. ſi rem ſuam, Inſtitu. de legat. præter voluntatem autem teſtatoris, aut finitur voluntate legatarij renunciantis, & repudiantis, ſcilicet, aut caſu, qui poteſt contingere, aut in perſona legatarij, ſi moriatur ante teſtatorem. l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen. aut extra perſonam legatarij, & tunc, aut circa teſtamentum, quo infirmato, & legata infirmantur. l. ſi nemo. de reg. iur. præterquam quòd in caſu. Authent. ex cauſa. C. de liber. præter. & in caſu edicti de legatis præſtandis, & edicti ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, nec non in caſu. §. ſi quis non implens. in Authent. de hæred. & Falcid. aut contingit circa rem, vel quia, ſcilicet pereat ſine facto hæredis, quo caſu etiam legatum euaneſcit. §. ſi res legata. Inſtit. de legat. vel efficiatur religioſa, vel ſacra. §. ſi. Inſtit. de inutil. ſtipulat. vel quia efficiatur legatarij, ante mortem teſtatoris, ex cauſa lucratiua. §. ſi res aliena. Inſtit. eodem, aut quia caſus con-

tin-

tingat extra rem, & perſonam, vt puta, quia conditio legati deficiat. l. cedere diem. ff. de verb. ſign.

Nunc autem, abſolutis nouem quæſtionibus de legatis, totidem ſunt quæſtiones de fideicommiſſo examinandæ, vt altera quoque pars Rubricæ noſtræ explicetur.

202 Ad primam igitur reſpondeo, fideicommiſſum, quatenus à legato differt, duobus modis potiſſimum vſurpari, vno modo, quatenus fideicommiſſariam hæreditatem ſignificat, de qua in tit. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. & ſic quatenus ſignificat totius hæreditatis, vel partis fideicommiſſum, de quo etiam in tit. ff. & C. ad Sen. Conſult. Trebell. altero autem modo, quatenus ad ſingulas res per fideicommiſſum relictas refertur, de quibus in tit. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicomm. relictis. & de hoc genere fideicommiſſi, quod ſingularum rerum appellatur, agitur in hoc titulo noſtro, & in omnibus titulis ſequentibus, vt colligere eſt ex l. 1. in princip. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. & in tit. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.

203 Ad ſecundam autem reſpondeo, dictum eſſe fideicommiſſum, à fide, & committo; ideo enim fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, id eſt quorum fidei committebantur, continebantur, inſtitut. in prin. de fideicom. hæredit. nemo enim inuitus, vt dicit ille tex. cogebatur præſtare, id, de quo rogatus erat. tradit etiam Hugo Donell. lib. 8. comment. de iur. ciuil. cap. 2. in veſtibulo.

204 Ad tertiam reſpondeo, fuiſſe introducta fideicommiſſa à iure ciuili, non quidem ab antiquiſſimo iure legis duodecim tabul. Sed primum moribus, deinde verò iure ciuili comprobata tempore Auguſti anno circiter ab vrbe condita 800. vt colligitur ex primo. inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. & docet etiam Duaren. hic & lib. 2. diſp. Anniuerſ. cap. 9.

205 Ad quartam reſpondeo, introducta fuiſſe, ab Initio, vt quibus homines relinquere non poterant, ita relinquerent, vt fidei eorum, qui capere poterant reſtitutionem committerent, d. prin. Inſtit. de fideicomm. hæreditat.

206 Ad quintam reſpondeo, fideicommiſſum particulare, de quo agimus, eſſe onus honorato, non ciuilibus verbis, ſed precatiuè iniunctum, de rebus ſingularibus reſtituendis: dixi eſſe onus, vt ponerem genus, iuxta præceptionem Phyloſophi lib. 6. Top. cap. 1. & Barto. ad l. primam ff. de teſtamentis. Quidquid eſt fideicommiſſum eſt onus, ſed non è contra quidquid eſt onus eſt fideicommiſſum, cum & de onere materiali, & de vectigalibus, & de alijs quibuſcunque ſimilibus oneribus, tam realibus, quàm perſonalibus dici poſſit, & de vltima voluntate, quæ pendet ab auctoritate teſtatoris, de qua in l. quintus §. 1. de alim. & cib. leg. Addidi honorato, tum quia à non honorato relinqui fideicommiſſum, nõ poteſt §. primo, inſt. de ſing. reb. per fideicom. relictis, tum etiam, quia hoc genus fideicommiſſi etiã legatario, & accipienti cauſa conditionis, implendæ, & non hæredi, iniungi poteſt. l. quidam teſtamẽto in fin. ff. eod. §. 1. in Inſt. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. qua in re diſtabat à legato, cum legari à legatario non poſſet d. prin. inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. relict. Dixi etiam non ciuilibus verbis, ſed precatiuè, vt excluderem legatum ipſum, quod ante vltimam Iuſtiniani exæquationem, non niſi verbis legis ciuilibus, & imperatiuis fieri poterat, vt colligitur ex Vlpiano. in fragm. tit. 24. qui inſcribitur de legatis, dum dicit legatū eſt, quod legis modo. id eſt imperatiuè, teſtamento relinquitur, nam ea, quæ præcatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur, & in tit. de fideicommiſſis, fideicommiſſum, inquit, eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis. Id quod docet etiam Duaren. lib. 2. diſput. Anniuerſariarum cap. 9. Addidi vltimo loco de ſingulis rebus reſtituendis, vt excluderem fideicommiſſum vniuerſale, quod nõ eſt conſilium nobis, hac definitione, comprehendere, qua explicata, ad reliquas veniendum eſt.

207 Ad ſextam igitur reſpondeo, vnicum eſſe fideicõmiſſorum particularium genus, quod per differentias ſpecificas in alias ſpecies diuidi non poteſt, penes accidentia tamen poteſt diuidi in fideicommiſſum purum, & non purum, & non purum, aut in diem eſt, aut ſub cõditione, & vnumquodque ex his, aut in teſtamẽto fieri poteſt, aut in Codicillis, & tàm hæredi, quàm legatario, & cuilibet honorato iniungi poteſt. l. quidam teſtamento §. vlt. ff. eod. §. 1. inſtitut. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, alias quoque ſimiles patiuntur, fideicommiſſa particularia, diuiſiones accidentales, de quibus nihil eſt cur hic latius agamus.

208 Ad ſeptimam autem quæſtionem reſpondeo, quinque etiam circumſtantias, vt fideicommiſſo huic particulari ſit locus, eſſe neceſſarias, rei. ſcilicet, perſonæ, loci, temporis,

209 & modi. Et circumſtantia rei, eadem eſt in fidei-

fideicommiſſo, quæ, in legato, niſi, quia liber-
tas per fideicommiſſum relinqui poteſt. §. li-
bertas inſtitut. de ſingulis rebus per fideicom.
relict. & toto tit. ff. de fideicomm. libert. tradit.
etiam Vlpian. in fragm. tit. 25. in fine, per le-
gatum autem, nequaquam, vt opportunius
in interpretatione legis primæ infra eodem
docebimus, & portio hæreditatis poteſt re-
linqui per legatum, non autem per fideicom-
210 miſſum particulare. Eadem quoque circun
ſtantia perſonæ eſt, niſi quatenus à legatario,
& à quolibet honorato, etiamſi non ex perſo-
na propria, poteſt fideicomitti, vt tradit Vl-
pianus in fragmẽtis tit. 25. & habetur in l. qui-
dam teſtamento §. fin. infra eod. & in princ.
& §. 1. inſtit. de ſingul. rebus per fideicom-
miſ. relict. & quatenus latini Iuniani capere
poterant fideicommiſſum, legatum autem
211 nequaquam. Circunſtantia autem loci,
& temporis, non differt ab ea, quæ ſupra in
212 a legatis conſiderabatur. Modi verò circun-
ſtantia eſt, vt relinquatur verbis precarijs,
non directis, de quibus in §. vltimo. inſtitut.
de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relictis.
Colligitur etiam ex Vlpiano, in titulis Inſti-
tut. de legatis, & de fideicommiſſis. Illud
etiam pertinebat ad circunſtantiam modi,
quod, vltra dodrantem, fideicommitti non po-
terat §. ex ſingulis inſtitut. de fideicomm. hæ-
reditat. & palam fieri debebat, non clam, li-
cet intercesſiſſet publicatio, vel chyrographus
l. in fraudẽ ff. de ijs quib. vt indig. poterat ta-
men fieri fideicommiſſum, tam ante hæredis
inſtitutionem, quàm poſt mortem hæredis. &
non modo verbis de quibus ſupra, ſed etiam
nutu, vt colligitur ex Caio, & Vlpiano in ſæ-
pius adductis locis, & ex l. nutu infra de legat.
3. vbi gloſ. quibus nominibus conſtat plures
olim fuiſſe differentias inter legata, & fidei-
commiſſa.
213 Ad octauam autem quæſtionem reſpon-
deo, fideicommiſſorum effectum olim fuiſſe,
vt, incapaces, eorum, quæ relinquebantur in
teſtamento, res tamen per fideicommiſſum
relictas, conſequerentur ab eo, qui grauatus
fuerat, vel quia ſpõte fidem ſeruaret, vel quia
iudicis officio, non actione cogeretur, vt colli-
gitur ex princ. inſtitut. de fideicommiſ. hære-
ditat. & ex l. pecuniæ verbum. §. actionis ver-
bum verſ. perſecutionis ff. de verb. ſignif. ho-
die autem, vt is, qui tacitam fidem accommo-
dat, vt fideicommiſſum ei, qui capere non po-
teſt, reſtituat, vt in l. in fraudem. ff. de ijs, quæ
vt indignis, & in l. in tacitis ỹ eod. quartam nõ
deducat, ad fiſcum enim pertinet. l. Beneficio
ff. ad legem Falcid. tradit Vlpian. in d. tit. de fi-
deicommiſſis in fine.
214 Ad nonam, & vltimam queſtionem tan-
dem reſpõdeo, finiri fideicommiſſum particu-
lare ijſdem modis, quibus finiri legata dixi-
mus ſupra in nona queſtione principe de lega-
tis, Ita vt nõ ſit differentia, preterquam quod
in caſu legis, quia autem, in princ. verſic. ordo
igitur, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti, & qua-
tenus fideicommiſſa, quemadmodum ſola vo-
luntate cõſiſtunt, ſola quoq; contraria volun-
tate, etiam præſumpta, & non expreſſa ipſo iu-
re infirmantur. l. ſi iure teſtamento facto ỹ de
leg. 3. & propterea, ob ſuperuenientes quoq;
grauiſſimas inimicitias, quæ inter teſtatorẽ, &
fideicommiſſarium interceſſerint, ipſo iure re-
uocata videntur l. 3. §. vlt. ỹ de adim. leg. quod
tamen, in legatis, aliter ſe habere, non enim
niſi, vel teſtamento, vel codicillis teſtamento
confirmantis adimi poteſt, & eodem modo,
quo datum eſt, ideſt verbis, vt ex Vlpian. in d.
tit. 24. de leg. rectè obſeruat. Turamin. in ſuo
libro ſingul. de æxeq. legat. & fideicomm. cap.
4. num. 24. ope tamen exceptionis etiam lega-
tum infirmaret. d. l. 3. in fine. Et ex ſuis expli-
cauimus hactenus ſatis exactè vtramque Rubr.
noſtræ partem, tam eam, ſcilicet quæ ad legata
refertur, quàm eam, quæ refertur ad fidei-
commiſſa.
215 Sed quia hæc rubrica inſcribitur de lega-
tis, & fideicommiſſis, primo, & illud, primò
habet relationem infra ad ſecundum, & ter-
tium titulum de legatis, nimis curioſè quæ-
runt. Accurſ. & DD. hic, quàm ob cauſam hic
legatorum tractatus, fuerit in tres partes di-
ſtributus, cui quæſtioni varijs modis DD. re-
ſpondendo ſatisfaciunt, vt apud ipſos obſer-
uare eſt.
Ego autem, omiſſis eorum ſolutionibus, di-
co vna cum Duaren. hic factam eſſe talem di-
uiſionem ob materiæ prolixitatem, quemad-
modum, eandem ob cauſam, in Pandectis Flo
rentinis, in duas partes reperitur diuiſus ti-
216 tulus etiam de verborum obligationibus, etenim
partitio animum legentis incitat, mentem
intelligentis præparat, memoriam artificioſè
reformat, vt docet Accurſ. in §. igitur in verbo
earundem in procemio Inſtitut.
217 Quærunt etiam, ſatis curioſè, interpretes
hic, cur in hoc pandectarum volumine per-
mixtim agatur de legatis, & fideicom. vt pa-
tet ex hac Rubr. & duabus ſequentibus, Impe-
rator autem, in ipſis inſtitut. & in C. ſeparatim
de illis tractauerit.
Et quod attinet ad id, quod factum eſt in
ipſis

ipſis inſtitutionibus, rationem reddit, ipſemet Imperator, in §. ſed non vſque iuſtitut. de legatis, dicens, ſed ne, in primis legum cunabulis, permixtim de ijs exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus, quamdam introducamus difficultatem, opere pretium eſſe duximus, interim ſeparatim prius de legatis, & poſtea de fideicommiſſis tractare, vt natura vtriuſque iuris cognita, facilè poſſint permixtionem eorum, erudi:i, ſubtilioribus auribus accipere.

In Codice autem, arbitror ſeparatim tractatum eſſe, ne immutaretur ordo Codicis Iuſtinianei, in quo ſeparatim fuerat neceſſarium tunc agere de legatis, & fideicommiſſis, cum non eſſent omnino æquiparata. Id quod ſentit etiam Socinus Iunior, hic, numero ſexageſimo tertio.

Præterea puto de æquiparatis arbitrarium eſſe agere permixtim, vel ſeparatim, quatenus enim æquiparata differebant, &, poſt æquiparationem, nec omnino quidem ſũt eadem, congruè de illis ſeparatim agitur, quatenus verò per æquiparationẽ coniunguntur, æquiparatorum naturæ, non incongruit, vt eorũdem tractatus coniungantur. Et hæc ſatis, quoad primam partem principem huius interpretationis.

218 Supereſt modo, vt veniamus ad ſecundam partem, quæ ad Rubricæ continuationem pertinet.

Quæro igitur primum, quo Pacto rubrica hæc noſtra cum præcedentibus coniungatur? & reſpondeo, cum Accurſ. § dictum eſſe de teſtamentis, nunc de acceſſorijs teſtamenti. i. de legatis. ceterum, quia hæc gloſſatoris continuatio in quæſtionem ab interpretibus vocatur, idcirco mihi quoque propoſitum eſt eã in dubium reuocare, id, quod faciam de duobus potiſſimum dubitando.

Primum quidem, an memorata Accurſij continuatio digna ſit, quæ à nobis recipiatur.

Secundò an veræ ſint concluſiones, quæ ex eadem continuatione colliguntur ab interpretibus.

219 Quod attinet ad primum caput, quãquã probabilis, videatur hæc gloſſatoris cõnexio ea ratione, quia id quod præcedit, vel ſubſequitur tempore, vel natura, præcedere etiam, vel ſubſequi debet tractatione. §. ſingulorum Inſt. de rerum diuiſ. teſtamentum autem, tãquam principale, præcedit natura, legata vero veluti acceſſoria ſubſequuntur. l. cum principalis de reg. iur. cap. acceſſorium eod. tit. lib. 6. ea propter rationi conſentaneum videtur, vt teſtamentorum tractionem legatorum tractatio ſubſequatur, patitur tamen nonnullas difficultates non leues.

220 Primum enim aduerſus eam obijciunt DD. continuationem ad proxima fieri debere. l. 2. ſupra de ſtatu hominum, hæc autem continuatio ad proximum de codicillis, titulum non refertur, ſed ad titulum remotiſſimum de teſtamentis, conſequitur igitur, vt digna non ſit, quæ à nobis probetur.

221 Huic autem obiectioni pluribus modis conantur ſatisfacere interpretes, & in primis conſiderando teſtamentum duobus modis accipi, vno modo videlicet in ſpecie, vt accipitur in tit. § de teſtam. altero autem modo in genere, quatenus dicitur, & prędicatur de omnibus vltimis voluntatibus, & conſequenter etiam de codicillis, & hoc modo dicunt eſſe vſurpatum teſtamentum ab Accurſ. hic, quod, cum ita ſit, continuatio facta eſt ad proxima, cum precedat tit. de codicillis, qui & ipſi, tamquam teſtamenti ſpecies, teſtamenti appellatione continentur. Verùm quia pluribus modis redditur dubia hæc reſponſio, cum non ſatis conſtet apud Iuris interpretes, an detur hoc teſtamentum in genere, cuius appellatione veniant etiam codicilli, & ab eiuſmodi Articuli reſolutione pendeat, non modo veritas ſolutionis ad argumentũ contra acurſianam continuationem conſtatum, ſed determinatio etiã alterius dubitationis pertinentis ad difficilem quæſtionem illam. Vtrum legatum ſit pars teſtamenti, quam infra vna cum DD. latiſſimè, Deo fauente, diſputabimus, propterea libet hic incidenter dubitare.

222 An codicilli veniant teſtamenti appellatione.

Cuius dubitationis termini ante omnia ſunt declarandi, & quia etiam tironibus quid teſtamentum, quid codicilli ſint, ſatis liquet, ſufficit declarare, de qua appellatione noſtra futura ſit diſputatio, ne verſemur igitur in æ-

223 quiuoco, prænotare libet, multiplicem conſiderari cuiuſcumque rei appellationem, ſed in propoſito duplex eſt, aut generica ſcilicet quam latam noſtrates appellant, aut ſpecifica, quam ipſi anguſtam nuncupant, ſeu ſtrictam, ſpecificè enim, & ſtrictè vnuſquiſque noſtrum homo appellatur, genericè verò, ſeu largè animal, quæquidem animalis appellatio, quamquam lata, non eſt tamẽ impropria, quia animal hominis genus eſt, genus autem de omnibus ſuis ſpeciebus non impropriè, & abuſiuè, ſed propriè prædicatur. l. ſi quid earum §. inter emptum ✝. de legat. 3. hinc largam

G quo-

Digitized by Google

224 quoque, ſeu latam verborum ſignificationē,
propriam eſſe ſcripſit Nicol. Bellon. lib. 2. ſuarum ſupput. cap. 2. Abbas ad cap. cum dilectus nu. 13. extra de conſuet. Alciat. lib. 1. in princ. de verb. obligat. facit gloſ. ad l. cum lege de teſtam. quod, cum ita ſit, dum dubitamus, an codicilli veniant teſtamenti appellatione, vtique non intelligimus de ſpecifica appellatione, ſpecificè enim non niſi codicilli appellantur, ſed de generica, & lata, quaſi ſenſus diſputationis ſit, an codicilli, tanquam teſtamenti ſpecies, teſtamenti veniant appellatione, quæ tamen appellatio propria eſt, licet lata, & proptcrea, quamquam Io. Bologn. hic nu. 48. & in tractatu de multiplici ſignif. & diff. iur. & fact. num. 97. profiteatur, dum concludit codicillos teſtamentorum appellatione propriè venire, opinari aliquid diuerſum à communi ſententia, quæ largè codicillos teſtamenti appellationem recipere arbitratur, re vera idem ſentit, cum, & larga ſignificatio, propria eſſe poſſit.

In propoſita igitur difficultate, non tres, vt nouiſſimi quidam arbitrantur, ſed duę dumtaxat, & inuicem pugnantes reperiuntur opiniones, quarum altera fuit exiſtimantium codicillos, tamquam teſtamenti ſpecies, venire appellatione teſtamenti, in quam ſententiam videtur in primis iuiſſe Accurſ. ad l. conficiuntur. §. 1. ff de iur. codic. ad l. 1. ff de teſtam. ad l. 2. in ver. ita omnes C. de conſtit. pec. ad l. 2. in ver. ab omnibus C. cōmunia de leg. & in prin. Inſt. de teſtam. ſequuta eſt etiam Gloſ. ad cap. quāquā ad fin. ad vſur. in 6. idem tenuit Bar. ad d. l. conficiuntur in §. 1. Sequutus eſt Salyc. ad l. filij patris. per illum tex. C. famil. erciſcūdæ, vbi dicit de iure reſpondiſſe pro hac ſententia in Ciuitate Ferrariæ. probauerunt etiā hanc ſententiam DD. hic, & in primis, poſt Beſſut. Lancellot. Dec. & Aret. Iaſ. num. 2. Pariſ. num. 8. Petrus Criſp. num. 45. Ripa num. 4. Guliel. Pont. noſter num. 2. & 11. Soc. Iun. nu. 18. & hanc tenet etiam hic Carol. de Guarn. & M. Antonius Bellarmatus num. 3. ſequuntur & alij alibi, quos nouiſſimè congeſſit Pet. Ricciard. ad rub. Inſt. eod. num. 95. verſic. tertia, & vltima, & hæc, vt vno verbo dicam eſt communis, & receptiſſima ferè omnium opinio, vt de communi teſtatur Io. Bologn. hic num. 48. pro qua plura afferuntur argumenta, ego autem, ſtudendo breuitati, eligam potiora.

Primum igitur ad mentē Aret. adducitur. l. 2. in §. quintus. C. de vet. iur. enucl. Quintus autem (inquit tex) nobis exoritur digeſtorum Articulus, in quo de teſtamentis, vel codicillis, tam priuatorū, quàm militum, omne quicquid antiquitus dictum eſt inueniat quis repoſitum, qui de teſtamentis appellatur, Inducitur ergo hoc modo, ſi codicilli generali teſtamentorum appellatione non comprehenderētur, Tractatus, in quo de codicillis agitur,
225 de teſtamentis non inſcriberetur, cum inſcriptio generalis eſſe debeat ad omnia, quæ ſub ea tractantur, ita docentibus DD. ad l. 1. ff. ſi certum petatur. At quintus digeſtor. Articulus, in quo de codicillis agitur, inſcribitur de teſtam. vt patet in d. §. quintus, & in prohem. digeſt. in §. alterutri ver. & ex gemino, igitur cogimur fateri, codicillos quoq; generali teſtamentorum appellatione comprahendi.
226 Secundo adducitur tex. in l. conficiuntur §. 1. ff titulo proximo, vbi habetur, eum, qui ſe in arrogationem dedit, ſi codicillos faciat, de alienis quodam modo rebus teſtari, fuit ergo ex hoc text. per locum à coniugatis, ſeu deriuatis, iuxta l. ſi cognatis. §. vlt. ff. de reb. dub. & l. ſacra. §. propriè. ff de rerum diuiſ. cum alijs adductis per Nic. Vigell. in ſua Dialect. iur. lib. 2. in loco à coniugatis eiuſmodi, pro hac opinione, argumentum. Ille actus quem qui facit, teſtari dicitur, teſtamentum ſine dubio appellari poteſt. At codicillos faciens teſtari dicitur, vt patet in d. text. vbi etiam gloſ. in ver. teſtatur, igitur cogimur fateri codicillos teſtamenti appellationem recipere.
227 Tertiò, ad mentem Petri Criſpi. Actus ille pro quo actio ex teſtamento competit, rationi conſentaneum eſt, vt teſtamentum poſſit appellari, cum nomina ſint conſequentia rebus, vt, poſt Platonem in Cratil. docet Iuſt. in
228 §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. At codicilli actus ſunt, pro quibus actio perſonalis ex teſtamento competit, ad petendum, ſcilicet relicta in illis, vt docet Gloſ. 1. in l. 1. ff de teſtam. in l. 3. in verſic. ex eo ff tit. prox. Bar. ad l. 1. ff cod. in fin. Bald. ad l. 2. C. communia de legat. & Alex. ad l. vlt. C. de codicill. igitur codicilli poſſunt teſtamenti recipere appellationem.
229 Quarto loco, ad mentem eiuſdem Criſpi hic num. 46. ponderari poteſt tex. in l. legatum eſt ff de legat. 2. legatum (inquit tex.) eſt donatio quædam teſtamento relicta, niſi enim codicilli venirent teſtamenti appellatione, legati
230 diffinitio à I. C. tradita, vt potè, quę omni rei definitæ non competeret, cum ſuo definito non conuerteretur. At hoc aſſerere eſt omnino abſurdum. l. 1. §. dolum ff. de dolo, igitur & illud, vnde hoc ſequitur, probatur maior, quia memorata legati diffinitio, relictis legatis in codicillis non competeret.

231 Quin.

231 Quintò, ad mentem DD.& præſertim Bo-
lognetti hic num.48. & in tractatu de multipli
ci ſignificatione, & differentia iur. & fact. nu.
97.cui competit rei alicuius diffinitio, compe-
tit etiam eiuſdem rei appellatio.l.1. §.2. ff. de
232 dol.§.1.Inſt.de vi bonorum rept.Propriè n.
verborum appellationes potiſſimum ex deffi-
nitione ſummuntur, vt eſt auctor bar.ad l.om-
nes populi ꝟ de iuſt.& iur. num. 59. Sed codi-
cillis competit teſtamenti diffinitio, igitur co-
dicillis eiuſdem teſtamenti competit appella-
233 tio. Minor probatur, quia teſtamentum ni-
hil aliud eſt, quàm voluntatis noſtræ iuſta ſen
tentia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fie-
ri velit.l.1.ꝟ de teſtam. Quòd autem omnia
huius definitionis verba, prætetquam quòd
dictio illa, iuſta, poſſint codicillis accommo-
dari, nihil neceſſe eſt probare, cum omnes hoc
admittant, & memoratam, etiam particulam,
iuſta, codicillis poſſe accommodari, facile eſt
234 demonſtrare, nam triplex eſt, ex DD.& gloſ-
ſæ ſententia, ad d.l.1.de teſtam.huius particu-
læ ſignificatio. iuſtum enim dicitur, quod le-
gitimum eſt, quod eſt perfectum, quod eſt ſo-
lemne, codicilli autem, & legitimi ſunt, cum
fuerit à lege approbati, Inſtit. de codicillis in
prin.& in ſuo genere perfecti.l. ſi quis cum te-
ſtamentũ, & l. couficiuntur ꝟ tit. proximo, ſu-
am enim vnitatẽ, & formam habẽt, à qua per-
ficiũtur, arg. l. Iulianus.§. ſi quis rẽ ꝟ ad exib.
ſolemnes quoque dici poſſunt, quatenus, &
ipſi aliquam in genere ſuo requirunt ſolemni-
tatem, Gloſ.eſt in §. vlt. Inſtit. de codicill.

235 Sexto, & vltimo loco adducitur tex. om-
nium vrgentiſſimus in l. Eunuchis C.de teſta-
men. Eunuchis (inquit tex.) liceat facere te-
ſtamentum, componere poſtremas, exemplo
omnium, voluntates, conſcribere codicillos,
ſalua teſtamentorum obſeruantia. Vna deter-
minatio, reſpiciens plura determinabilia, de-
bet ea pariformiter determinare. l. iam hoc
iur. ꝟ de vulgar. & pupil. l. quamuis C.de im-
puber. & alijs ſubſtit. At verbum illud teſtà-
mentorum, tamquam vna quædam determi-
tio, reſpicit teſtamentum, & codicillos, veluti
plura determinabilia, & determinat teſtamẽ-
tum propriè eſſe teſtamenti ſpeciem, de quo
prædicetur, ergo idem quoque de codicillis
determinat.

His tamen, & ſimilibus argumẽtis minimè
negocium facientibus, contrariam opinionem
veriorem, & tutiorem eſſe arbitror, quam te-
nuerunt in princ. Inſt. de teſtam. Faber. num.
1. Aret.nu.14. Port.num. 5. Thob. Nonius no-
ſter num. 29. circa fin. verſic. Ego tamen, qui
ſub num.28. teſtatur ſententiam hanc frequẽ-
tiori calculo eſſe receptam, & hanc tener etiã
Alciat. hic num. 2. & Camil. Plaut. de Not.
Crauet. pluribus in locis, & præſerim lib.3. c.
5.& 6.

236 Primum autem probatur hæc ſententia
per text.in.l.ſi idem. C.de codicill. Si idem co-
dicilli, quod teſtamentum poſſent, cur diuer-
ſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur,
quæ vis, & poteſtas vna ſociaſſet, vnum enim
ex his, quibus diuerſum nomen, & vocabu-
lum eſt mandatum, minimè poteſt alterius ap
pellatione comprehendi. At Teſtamento, &
Codicillis diuerſa ſunt mandata nomina, vt
patet in.d.l.ſi idem. igitur vnum ex illis non
poteſt alterius appellatione compræhendi.

Secundò, quia, ſi codicilli eſſent ſpecies te-
ſtamenti, & hanc ob cauſam, teſtamenti appel
lationem reciperent, vtique de illis ageretur,
in tit. generali. Inſt.de teſt. vbi de qualibet te-
ſtamẽtorũ ſpecie agitur, de eo quod dicebatur
procinctũ, de eo quod fiebat calatis comitijs,
de eo quod fiebat per æs, & librã, de teſtamẽ-
to in ſcriptis, & de nuncupatiuo. At de codicil-
lis, nec in illo, nec in alijs generalibus titulis
de teſtamẽtis, agitur, igiť codicilli, nec ſpecies
teſtamẽti ſunt, nec illius recipiunt appellatio-
nem. nec dicas, teſtamentum quoque milita-
te, ſpeciem eſſe teſtamenti, & nihilominus de
eo ſeparatim agi, tàm in Pãdectis, quàm etiam
in ipſis Inſtit.& in Codice, quia huius rei red-
dit rationem I.C. hanc præſentiens difficulta-
tem, in l.2.ff.de militar.teſtamento, vbi dicit,
ideò de militum teſtamentis ſeparatim procõ-
ſulem edixiſſe, quòd optimè nouerit, ex con-
ſtitutionibus principalibus, propria, atque ſin-
gularia iura in teſtamentis eorum obſeruari.
Exemplo proconſulis deinceps ſemper de te-
ſtamento militis ſeparatim ipſi quoque com-
pilatores egerunt, ſed nulla eſt reddita ratio,
cur, ſeparatim à teſtamentis, de codicillis aga-
tur, cuius rei eam arbitror fuiſſe rationẽ, quia
codicilli ſub diuerſo genere continentur, & a-
lia nuncupatione ſignificantur.

237 Tertiò, quia non poteſt eſſe teſtamentum,
quod vices teſtamenti ſubſtinet, cum nullum
238 ſimile ſit idem l.quod Nerua.ff.depoſiti, nec
ſubrogatum ſit idem cum eo, in cuius locum
ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis
caut.§.fuerat. Inſtit. de act. At codicilli vicem
ſubſtinent teſtamenti, & ab inteſtato. ſupra ti-
tulo proximo, igitur Codicilli non ſunt teſta-
mentum.

240 Quarto, quod eſt pars teſtamenti, nec te-
ſtamentum eſſe poteſt, nec teſtamenti recipe-

re appellationem, cum totum de parte non
241 prædicetur, nec enim tectum, aut paries eſt
242 domus, nec puppis, aut ſentina nauis.
At codicilli partes teſtamenti eſſe dicuntur. l.
quidam. ſupr. tit. prox. igitur codicilli non ſunt
teſtamentum.
243 Quinto loco, ſi codicilli reciperent teſta-
menti appellationem ſequeretur, vt qui codi-
cillos faceret ab inteſtato, eodem tempore, &
eodem reſpectu, teſtatus, & inteſtatus dicere-
tur decedere, ſed hoc conſequens eſt abſur-
dum l. ius noſtrum. de regul. iur. ergo & ante-
cedens.
244 Sexto, & vltimo, cui non competit teſta-
menti definitio, nec teſtamenti nomen poteſt
accommodari, & conſequenter non eſt ſpe-
245 cies teſtamenti, cum genus vniuocum præ-
dicetur de ſuis ſpeciebus, & ſecundum nomẽ,
& ſecundum ſubſtantiæ rationem, vt per Phi-
loſoph. in prædicamen. in primo tractatu, cap.
246 1. At codicillis non competit definitio teſta-
menti, ergo nec definitum, & ſic non poſſunt,
tamquam ſpecies teſtamenti, eiuſdem teſta-
menti recipere appellationem. Minor proba-
tur, quia teſtamenti definitio illi non poteſt di
ſpoſitioni accommodari, quæ vim, & poteſta-
tem teſtamenti non habet, vt colligitur ex A-
riſto. in d. 1. tract. prædicamen. cap. 3. facit l. ſi
quid earum. §. inter emptum, de legat. 3. cum
247 ſimilibus, At codicilli vim, & poteſtatem te-
ſtamenti non habẽt, vt apertè probatur in d. l.
ſi idem. C. de codicillis. igitur codicillis teſta-
menti definitio non poteſt accommodari. Præ-
terea patet teſtamenti definitionem nõ poſſe
codicillis accommodari; quia teſtamentum
eſt iuſta voluntatis noſtræ ſententia, id eſt per-
fecta, de eo quod quis, poſt mortem, fieri ve-
lit, id eſt de omni eo, codicilli autem, licet
perfecti ſint codicilli, & ſic in genere ſuo, non
ſunt perfecta voluntas de omni eo, quod quis
poſt mortem, fieri velit, cum in illis hæredis
inſtitutio, quæ maioris momenti eſt in vlti-
mis voluntatibus, cum ſit caput, & fundamen
tum teſtamenti, §. ante hæredis, Inſtit. eodem,
fieri non poſſit. §. penult. Inſtitut. de codicillis.
248 Accedat etiam, quòd nec poſſunt dici iuſta
ſententia voluntatis codicilli, quia non legiti-
mi, & ſolemnes, cum nec fuerint à lege, ſed à
Lucio Lentulo introducti, & paulatim vſu re-
cepti. Inſt. in prin. de codicill. cumque nullam
ſolemnitatem ordinationis deſiderent. §. vlt.
Inſt. eo tit. de codic.
249 Accedat etiam ſeptimo, ex his, quæ modo
dicta ſunt, quòd diſpoſitio illa, quæ capite te-
ſtamenti, & fundamento caret, & teſtamenti
vim non habet, teſtamentum eſſe non poteſt,
quemadmodum nec ædificium ſine funda-
mento, nec homo ſine capite, ſed codicilli te-
259 ſtamenti fundamento, & capite caret, quod
in hæredis inſtitutione conſiſtit. d. §. ante hæ-
redis. Inſtit. de legat. iuncto §. vlt. Inſtitut. de
codicillis, & conſequenter poteſtate teſta-
menti. dict. §. ante hæredis. & l. ſi idem. C. de
codicillis. igitur non ſunt ſpecies teſtamenti.
Nec dicas hæredis inſtitutionem eſſe caput,
& fundamentum, teſtamenti in ſpecie, non
autem teſtamenti in genere, de quo diſputa-
mus, quia hoc eſt petere principium, & aſſu-
mere pro fundamento id, de quo diſputamus,
an ſcilicet detur hoc teſtamentum in genere,
cum nullibi voluntates vltimæ, non habentes
hæredis inſtitutionem, reperiantur teſtamen-
ti appellatione ſignificatæ, non igitur teſtamẽ-
tum, ſed vltima voluntas eſt vnum ex tribus
veluti generibus generaliſſimis, quod ad om-
nes tam nominatas, quàm innominatas tam
poſitiuas, quàm priuatiuas vltimas volunta-
tes refertur, & de quibus in quid prædicatur.
Nec obſtant argumenta ex aduerſo adduc-
ta, & præſertim primum, quia, vt rectè conſi-
derauit Criſpus hic, num. 42. non tenet hæc
ſequela. Articulus, in quo agitur de codicillis,
inſcribitur de teſtamentis, ergo codicilli teſta-
menti appellationem recipiunt, alioqui Falci-
dia, Trebellianica, & ſimilia in eodem Articu-
lo contenta, & tractata, eandem appellatio-
nem recipere, fateri cogeremur. Illud igitur
factum eſt, quia in dicto articulo principaliter
251 de teſtamentis agitur, nec nouum eſt tracta-
tus non ſemper a ſubiecto adæquato, vt dia-
lectici dicunt, inſcribi, ſed interdum etiam à
ſubiecto principali, id quod paſſim reperitur
factum eſſe in iure noſtro, ab ipſis compila-
toribus; Etenim ſecundus Pandectarum Ar-
ticulus, qui ſeptem libros, ſuo ambitu, comple-
ctitur, vt docet Iuſtinianus, in d. l. 2. C. de ve-
ter. iur. enucl. de Iudicijs à ſubiecto principali
inſcribitur, licet in eo de ſeruitutibus, [illegible]
agatur, & de alijs, quæ iudiciorum appellatio-
nem venire non poſſunt, faciunt tradita etiam
per Alexan. & alios ad Rubr. ſup. ſoluto ma-
trimon. facit Tit. Inſtit. de nupt. in cuius calce
obiter agitur etiam de legitimatione, & in fi-
ne Tituli Inſtit. de donationibus. agitur etiam
de quodam modo acquirendi inter viuos per
ius accreſcendi, qui ad genus donationis re-
ferri non poteſt. In ſumma Codicilli compræ-
henduntur ſub tractatu teſtamentorum, non
tamquam ſpecies teſtamenti, [illegible] de qua teſta-
mentum ipſum prædicetur, ſed, vel tamquam
pars,

pars, vel tamquam affine, & connexum cum
teſtamento.
252 Nec facit negocium ſecundum a deriua-
tis, vel à coniugatis petitum, quia valet in
vniuocis, non autem in æquiuocis; verbum
autem teſtari æquiuocum eſt, cum & fidem
facere, & perhibere teſtimonium, & alia plu-
253 ra, vltra actum teſtamenti conficiendi, ſigni
ficet, in d. autem. §. 1. l. conficiuntur, accipitur
metaphoricè, & per translationem ducta me-
taphora à neceſſitate, iuxta tradita per Rheto
res, & in primis per Auctorem ad Herennium
lib. 4. Rethoricorum. Quemadmodum enim,
qui Aſino inſidet, metaphoricè dicitur æqui-
tare, quia verbum, quo actus inſidendi Aſino
ſignificetur, Latini non habent, & tamen non
tenet ſequela. Equitat, ergo equus eſt, in quo
inſidet, ita quoque in propoſito licet I. C. de
eo, qui codicillos ſcribebat, dixerit metapho-
ricè teſtari, quia, ſcilicet verbum, quo codicil-
lorum factio ſignificetur, non reperitur; codi-
cillari enim Latinum verbum non eſt, hæc ta-
men ſequela non tenet, teſtatur ergo facit te-
ſtamentum.
Tertium quoque argumentum facilè ſolui
poteſt, quia nec tenet ſequela, pro relictis in
codicillis competit actio perſonalis ex teſta-
mento, igitur codicilli recipiunt teſtamenti ap
pellationem, quandoquidem ſcribens codi-
cillos ab inteſtato, vt conſiderat Pet. Criſpus,
fingitur venientes ab inteſtato hæredes inſti-
tuere. l. conficiuntur. in princip. & l. 3. in fine
principij, ibi intelligitur is quoque hæres ſcri-
ptus. ff. de iur. codicill. vbi notat Barto. quam-
obrem ex hoc ficto teſtamento naſcitur eiuſ-
modi vtilis actio, quæ, à ficto teſtamento, ex
teſtamento dicitur. Præterea poſſumus, & re-
ſpondere dictam conſequentiam non tenere,
254 quia actio perſonalis ex teſtamento, quæ
competit pro relictis in codicillis vtilis eſt, nõ
directa, nam directa fuit à lege nominatim in-
uenta pro relictis dumtaxat in teſtamento,
ſed quando poſtea superuenit Codicillorum
vſus, vt habetur in princip. Inſtit. de codicillis,
legiſlatores, ne multiplicarent etiã ſine ne-
ceſſitate, accommodauerunt illis vtiliter per
interpretationem, rationis ſimilitudine moti,
actionem hanc, quæ ſuum primæuum nomen
retinuit; quamobrem non poteſt ex hoc infer-
ri codicillos teſtamenti appellatione conti-
255 neri. Actio quoque de partu agnoſcendo
datur etiam vtiliter, per extenſionem, inter
fratres, & agnatos, vt per Barto. ad. l. vbicum-
que. §. interdũ. ff. de vẽtr. in poſſ. mittendo, tra
dunt etiã DD. ad §. præiudiciales. Inſtitut. de
actionibus, nec tamen inde ſequitur, vt frater
fratris, vel agnatos agnati partus poſſit ap-
pellari.
256 Quartum autem argumentum, & ipſum
facilè ſolui poteſt, primum, quia falſum eſt dif
finitionem legati, quam I. C. ſcriptum reliquit
in d. l. legatum non competere omni rei defi-
nitæ, cum vel legata non niſi in teſtamento fie
ri poſſint. §. præterea. Inſtit. de fideicomm. hæ
red. vel fuerint ab eodem I. C. definita, ſecun-
dum primæuam eorum naturam ante factam
omnimodam æquiparationem inter legata,
& fideicommiſſa, ſecundum quam non niſi in
teſtamento fieri poterant, vel in codicillis te-
ſtamento confirmatis, qui cum ſint teſtamen
ti pars, & ſupplementum, vt per Theoph. in
princip. Inſtit. de codicillis. legata in illis reli-
cta, teſtamento dicuntur relicta.
257 Quintum autem argumentum, negatione
minoris propoſitionis, ſoluitur, falſi eſt enim
competere codicillis teſtamẽti definitionem,
à qua omnino excluduntur, per particulam il-
lam iuſta, quæquidem, vbi perfectionem ſi-
gnificat, eam habet vim, & emphaſim, vt per-
fectionem omnem, & complementum ſigni-
ficet, vt rectè docet Bude. in ſuis adnotationi-
bus ad l. 3. in §. de illo ff. pro ſocio, vbi inter pre
tatur iuſtam hæreditatem illam, quæ omni iu-
re defertur, & hanc omnimodam perfectio-
nem ab hac voce ſignificari, ſentit etiam Bar-
to. ibi per text. in. l. cum filio. §. vlt. ff. de leg. 3.
tradit Alciat. ad. l. obuenire. ff. de verb. ſignific.
& lib. 4. Paradox. cap. 8. tradunt etiam DD. ad
Rubr. Inſtit. de teſtament. & in primis Nicol.
Bellon. qui ad idem probandum adducit. l. gẽ
vltimam, in §. ſi iuſto metu, iuncta. l. metum
huius initij ſecunda. ff. quod met. cauſa, qua-
tenus ibi iuſtus metus intelligitur, qui in vi-
rum etiam conſtantiſſimum caderet, & vltra
quem alius maior non reperiatur, ita etiam
fuit vſurpata eiuſmodi vox in §. vlt. Inſtitu. de
libert. in illis verbis, iuſtam, & maiorem con-
ſequebatur libertatem, ideſt, perfectiſſimam,
& abſolutiſſimam, atque adeo eandem, vt di-
cit text. quam habet manumiſſor. Hæc cum
ita ſint non poſſunt codicilli comprehendi ſub
dicta definitione, cum excellentem hanc per-
fectionem non habeant, omni enim ſolemni-
tate carent, vt diximus per §. vlt. Inſtit. de co-
dicill. nec dicatur, cum Caſtrenſe, codicillos
quoque in ſuo genere perfectos eſſe; quia
quamquã codicilli, vt ſupra dicebamus, vt co
dicilli, ſint perfecti, non poſſunt tamen dici
perfecta voluntatis noſtræ ſententia, de om-
nico, quod poſt mortem noſtram fieri volu-
mus.

Digitized by Google

mus. Quemadmodum, in ſimili, talpa, licet oculis careat, perfecta eſt in ſua ſpecie, vt Talpa, non vt animal; in codicillis enim, neque de rebus omnibus diſponitur, neque de ſucceſſore iuris, ideſt, de hærede, qui defuncti perſonam repræſentet, iuxta tex. in Authent. de iureiur. à moriente præſt. in princip. prouiſio fieri poteſt, d. § penultim. Inſtitut. de codicill. l. 2. Cod. eodem. hinc fit, vt quis poſſit decedere cum pluribus codicillis. d. §. vltim. de codicillis. quod fieri non poſſet, ſi eſſent perfecta ſententia de omni eo, quod poſt mortem fieri volumus. Præterea nec compræhenderentur, ſi illa particula, iuſta, intelligeretur, ideſt, ſolemnis, cum codicilli nullam deſiderent ordinationis ſolemnitatem, nec dicas codicillos non eſſe omnino inſolemnes, cum legitima duorum teſtium probatione non ſint contenti, ſed deſiderent quinque teſtes, quia non tales deſiderant teſtes, quales in ſolemnibus actibus adhibentur, cum nec rogatos, & adhibitos eſſe illos neceſſe ſit, nec mulieres a perhibendo teſtimonio in illis arceantur. l. vlt. C. de codicill. Accedat etiam, quod ab eadem definitione excluduntur etiam, ſi interpretamur, iuſta, ideſt legitima, & ex legibus, vt facit & rectè Duaren. in titu. ſupra de iure codicill. quandoquidem codicilli, nec iuſti, ideſt ex legibus, ſeu legitimi dici poſſunt, cum ex more quodam, & ex iuriſdictione magiſtratus ortum habuerint, & vim. Inſtitut. in princip. de codicill. Teſtamentum itaque dicitur eſſe iuſta ſententia, quia eſt ex legitimo, & ciuili iure, licet enim varia ſit iuſti ſignificatio, iuſtum rectè dicitur, quod legitimum eſt, vt in l. 3. ff. pro ſocio. huiuſmodi autem codicilli non ſunt.

258 Sexto, & vltimo loco non obſtat tex. in d. l. Eunuchis, primum, quia poſſumus negare poſtremam illam particulam ſalua teſtamentorum obſeruantia, ad codicillos referri, quod ſatis veriſimile fit ex eo, quia nulla in codicillis ſolemnitatis obſeruantia deſideratur, vt diximus per ſæpe repetitum §. vltim. Inſtitut. de codicillis, præterea, ſi ad illos refertur. eodem modo refertur, quo ad cæteras alias vltimas voluntates, relationem habet, quatenus ſcilicet in teſtamento fiunt, quaſi ſit ſenſus, poſſe Eunuchos facere teſtamentum, & in eo codicillos, legata, & fideicommiſſa, & cæteras vltimas voluntates, quæ in teſtamento fieri ſolent, dummodo ſaluetur teſtamentorum, in quibus hæc omnia fiunt, obſeruantia, & ſecundum hunc intellectum, non tenet ſequela, teſtamentum continet codicillos, ergo codicilli teſtamenti appellatione continentur, quemadmodum hæc quoque vox collectiua populus compræhendit, ne dum plebem, patritios, & ſenatores. §. conſtat. verſic. plebs. Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciu. ſed ſingulares etiam homines, & ciues, puta Titium, & Mæuium, nemo tamen ſani capitis dixerit, plebem populum eſſe, Titium populum eſſe, vel populi appellationem recipere. Ratio autem

259 eſt, quia totum per collectionem, vel per aggregationem, de ſuis partibus collectiuis, & aggregatis non dicitur, & nõ prædicatur, hinc nec caput gregis, vel armenti, grex, vel armentum dici poteſt, nec res peculiaris peculium

260 olim enim non niſi teſtati poterant codicillos ſcribere, & propterea codicilli, qui ſemper à teſtamento pendebãt, pro teſtamenti parte habebantur. l. quidã. ſupra tit. proximo. & propterea Theophylus, in princip. Inſtitut. de codicillis. definit, codicillos eſſe eorum, quæ in teſtamẽto, teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementum; quamobrem ſenſus, d. l. Eunuchis eſt vt poſſint Eunuchi facere teſtamentum, & codicillos, & alias vltimas voluntates, dummodo non recedant à teſtamentorum obſeruatione, non quia codicilli ibi appellentur teſtamentum, ſed quia, cum antiquitus codicilli pẽderent ex teſtamento, cuius pars, & ſupplementum dicebantur, non poterant valere, niſi adhibita teſtamenti obſeruatione, nam teſtamento deficiente, codicilli quoque, & cætera pendentia ab eo corruebant.

Concludo igitur teſtamentum in genere, quod de codicillis, de legatis, & de fideicommiſſis dicatur, nõ dari, &, licet alicubi reperirentur codicilli teſtamentum appellari, hoc factum eſſe æquiuocè credendum eſſet, & quatenus, figuratè, poteſt pars, totius nomine appellari, non quia codicilli ſint ſpecies teſtamenti, & ita poſſet intelligi. l. non aliter. §. 1. infra de legat. 3. quæ, nec ad codicillos quidem refert teſtamenti nomen, ſed cauſam teſtamentorum.

Cum igitur non detur teſtamentum in genere, quod ſomniant DD. nullius momenti eſt ſolutio, ad obiectionem, cõtra communem hujus Rubricæ continuationem, allata. Præterea quomodocumque intelligatur vſurpatum teſtamentum ab Accurſ. in ſua continuatione, difficultates varias ſemper patitur, nam, per teſtamentum, aut gloſſator intelligit quamcumque vltimam voluntatem, & tunc, præterquã, quod hæc vox ſignificationem hanc non habet, vt ſupra demonſtratum eſt, legatum ad teſtamentum eo modo acceptum non eſt acceſſo-

ceſſo-

ceſſorium; ſed ſpecies illius. Aut, per teſtamentum, intelligit ſpeciem diſtinctam à codicillis, & ab alijs vltimis voluntatibus, & tunc continuatio, vt dicebatur eſt à remotis, contra.d.l. 2.ſupra.de ſtat.homin. Aut per teſtamentum intelligit codicillos, & tunc quoque in repræhenſionem Accurſ. incideret, quia, etſi generaliter teſtamentum ſignificaret, omnes ſpecies vltimæ voluntatis, ſpecificè tamen, ad codicillos non poſſet referri, præterea vt conſiderant DD. hic, nec legata ad codicillos dici poſſunt acceſſoria, cum interdum in ſolis legatis conſiſtant codicilli, quamobrem, cum hæc Accurſij continuatio quamplurimas, & non leues patiatur difficultates, cumque ſupponat legata eſſe acceſſoria, ad teſtamentum, quod
261 falſum eſſe, paulò infra demonſtrabimus, ego, omiſſa vana hac de re, & iniucunda diſputatione; ad mentem eiuſdem Accurſi, ad Rubricam. C. eodem. quem ſequuntur Odofred. Niccol. de Neap. Cuman. Imola. Angel. de Periglis noſter. Alexan. Lancell. Dec. & alij, & præſertim Iaſ. num. 3. Petrus Criſp. numero 92. Ludouic. Aluar. num. 12. Iaco. de Nigris. num. 2. Vincent. Hercul. colum. 2. verſi. & ſi volumus. Ruin. num. 2. Guid. Pap. num. 10. Pariſ. num. 12. & alij magis communiter, vt teſtatur Scipio Giard. hic num. 10. licet ipſe Accurſianã, vt appellat, continuationem, ſequatur nu. 11. cum ſeqq. alio modo Titulũ, & Rubricã noſtram cũ ſuperioribus cõnecto. Quia ſupra tractatum eſt de Teſtamentis, & de codicillis. in quibus tàm fideicommiſſa, quàm legata fieri poſſunt, propterea opportunè agetur, nũc de legatis, & fideicommiſſis, quæ ſunt vtriſque communia, nouum enim non eſt, vt, poſtquam cõpilatores de duabus, vel tribus, aut etiã pluribus diſpoſitionibus egerint, vel perſonis, agant deinde de his, quæ illis omnibus ſunt communia, hinc, poſt titulos ad Tutores, & Curatores pertinentes, in ipſis Inſtitutionibus, de ſatiſdationibus agitur, de excuſationibus, & de crimine ſuſpecti, quæ vtriſque ſunt communia; hinc etiam Tituli in Codice, Communia de ſucceſſionibus, Communia de vſucapionibus, Cõmunia de legatis, & ſi qui ſunt ſimiles, hanc igitur amplector continuationem, quàm videtur probare etiam Socin. Iun. hic nu. 19. qui eam etiam à nonnullis tuetur leuiſſimis obiectionibus, & indignis, quæ à nobis referantur, & cum hac coincidit etiam reformata à Ioan. Bolognet. communis continuatio hic, num. 54. & à Hieronym. Torniell. num. 8.

Cæterùm poſtquam Accurſij continuatio defendi non poteſt, videamus ſaltem, an veræ ſint concluſiones, quas Doctores ex ea eliciunt.

Primum igitur colligunt ex ea legatum eſſe acceſſorium ad teſtamentum.

262 Cæterum quia hæc quoque concluſio, licet ſit communis, difficultatem patitur, propterea eam in quæſtionem, vna cum Interpretibus, vocabimus. Futura eſt igitur diſputatio, vtrum legata ſint acceſſoria ad teſtamentum. Et quia eiuſmodi iuris controuerſia conſtat ex tribus terminis, & copula, quorum vnus non facile ab omnibus intelligitur, operepretium facturus videor, ſi, definiendo, naturam illius aperiam. profectò, quid legatũ ſit, quid teſtamentum, nemo non intelligit, alterius enim definitio ſcripta eſt in §. 1. Inſtitu. de leg. alterius autem in l. 1. ff. de teſtament. quid autem ſit acceſſorium intelligũt pauciſſimi, præſcire ergo oportet, acceſſorij nomen vocem quandam eſſe non Latinam, ſed magiſtralem, ductam a verbo accedo, quod æquiuocum eſt, & duo potiſſimum ſignificat, aut eiuſdem rei, ſcilicet augumentum, aut vnius rei ad aliam acceſſum, & quatenus ſignificat augumentum, aut refertur ad quantitatem continuam, aut ad quantitatem diſcretam, primo modo accedit terræ quantitas per alluuionem, iuxta text. in §. præterea. Inſtitut. de rerum diuiſ. & hoc incrementum, acceſſorium propriè dici non poteſt; cum efficiatur pars rei, cui accedit l. in rem. §. ſi quis rei ſuæ. inquit text. alienam rem, ita adiecerit, vt pars eius fieret, veluti, ſi quis ſtatuæ ſuę brachium, aut pedem alienum adiecerit, aut ſcypho anſam, partem autem ſuo vniuerſo non accedere, rectè ſcripſit Ludouic. Aluarus hic. num. 9. & eiuſmodi pars ita adiecta non accidentalis eſt, vt Hierony. Torniel. hic. num. 1. opinatur, ſed integralis, ſi pars ſit diſſimilis, diuerſum habens nomen à ſua materia, vt in exemplo ſtatuæ, & ſcyphi, ſi vero ſimilis quæ corpus homogenium augeat, vt in exemplo alluuionis, pars erit multiplicabilis. Secundo autem modo, aut accedit vna res alteri, per quandam collectionem, ſeu aggregationem, vt puta ſi nouus ciuis populo accedat, & ouis gregi, nec non vna res legata alteri, vt puta ſi quis equum alicui, & veſtem legauerit, & nec eiuſmodi augumentum acceſſorium propriè dici poteſt, cum eiuſmodi res non ſe habeant inter ſe, tamquam acceſſoriũ, & principale, cui, quod accedit, inſeruiat, ſed tamquam connexa & aggregata per accidẽs, ſine aliqua relatione. Aut vna res ita accedit alteri, vt illi inſeruiat, vt littus mari, purpura veſti,

veſti, veſtis corpori, & inſtrumentum fundo,
ita tamen, vt quod accedit non augeat illud,
cui accedit, vt in exemplis allatis, nec enim lit-
tus mare auget, nec veſtis corpus, nec inſtru-
mentum fundum, & tūc propriè acceſsorium
appellatur, plures ergo conditiones deſideran-
tur, ad hoc, vt acceſsorio propriè dicto ſit lo-
cus, & primum, vt principale, ad quod refer-
tur natura, vel tempore, vel dignitate præexi-
ſtat, acceſsorium enim ante principale non da-
tur, & non oritur, vt eſt auctor Bald. ad. l. vbi
adhuc. C. de iur. dot. num. 3. ſed ſemper ſubſe-
quitur, vt docet idem Bald. ad. l. cum per libe-
ram. C. per quas perſonas nobis acquiritur, fa-
cit. l. cum principalis. infr. de regul. iur. & hoc
nomine differt ab antecedenti, & à præpara-
torio, de quo latè diximus ad Rub. C. de eden-
do. Secundo requiritur, vt id, quod accedit præ-
exiſtat, anteaquam accedat, alioqui accideret,
non accederet, & hoc nomine differt ab acci-
denti, quod anteaquam accidat non eſt. Ter-
tio neceſſe eſt, vt accedendo non fiat pars rei,
cui accedit, vt per Ludouic. Aluar. hic. num. 9.
& hoc nomine differt à parte rei, & ab acceſ-
ſione, quæ incrementum facit, & rem auget,
cui accedit. Quarto requiritur, vt quod acce-
dit ancilletur quodammodo, & famuletur
principali, cui adiungitur, vt ornamentum ve-
ſti, & veſtis corpori, & inſtrumentum fundo.
l. etſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de aur. & ar-
gent. legat. ſentit Niccol. Vigell. in ſua dialect.
iur. lib. 2. in loco à cauſa finali, reg. 6. & hoc no-
mine differt à connexis, & coniunctis, & ab a-
lijs aggregatis per accidens. Quinto deſidera-
tur, vt quod accedit, ad ſuum principale neceſ-
ſariam quamdam habeat relationem, ita vt il-
lius dicatur non econtra, hinc dicimus orna-
mentum veſtis, non veſtis ornamenti, veſtis
Titij non Titius veſtis, littus maris, & ripa flu-
minis, non flumen ripæ, vel mare littoris, vt
fiat tamen reciproca relatio, poſſunt confingi
nomina, ex conſilio Philoſophi in prædicamē.
cap. de ad aliquid. Sexto, requiritur, vt ſubla-
to principali, tollatur ſaltem relatio acceſſorij,
vt puta ſublato Titio, licet ſubſtantia veſtis
non tollatur, tollitur tamen veſtis Titij, & ſic
qualitas relatiua dici enim amplius veſtis Ti-
tij non poterit, & ſublato mari, licet terra, vel
arena, & ſic ſubſtantia littoris, & ſubiectum,
ac fundamentum relationis non tollatur, tol-
litur tamen nomen littoris. §. flumen. in fin. In-
ſtitut. de rerum diuiſio. Septimo, requiritur, vt
poſito acceſſorio, quatenus acceſſorium eſt,
ponatur etiam principale hinc, poſita ripa,
ſupponitur flumen, alioqui ripa non eſſet, quę
dicit qualitatem relatiuam ad flumē, ſed ſim-
pliciter terra, vel gleba, & poſito fideiuſſore,
ſupponitur obligatio rei principalis, cui acce-
dit, & proprium eſt cuiuſcumque acceſſorij
ſequi naturam ſui principalis. l. cum principa-
lis. ff. de regul. iur. cap. acceſſorium. eodem tit.
lib. 6. l. vltima. C. de non numer. pecun. l. vlt.
C. de conſtitut. pecun. cum ſimilibus. His ſic
264 ſtantibus ſic poteſt Acceſſorium definiri, vt
ſit quicquid rei cuicumque præexiſtenti, ita
accedit, vt illi inſeruiat. Dixi quicquid acce-
dit, vt ponerem genus, non enim omne quod
accedit eſt acceſſorium; propterea quod rei cu-
iuſque perfectio, & incremētum, quod fit per
acceſſionem, eſt quod accedit, non autem eſt
acceſſorium, cum pars rei fiat, vt patet ex ſu-
pra traditis. Dixi etiam eſſe quicquid, accedit,
vt excluderem accidens propriè dictum, quod
265 rei alicui non accedit, ſed accidit, & diffe-
rentia longa eſt inter accidere, & accedere,
cum neceſſe ſit, quod accedit, præexiſtere, vbi
quod accidit non eſt anteaquam accidat, cum
ſuum eſſe ſit accidere, & cohærere ſubiecto,
vbi id, quod accedit eſt ſubſtantia per ſe exi-
ſtens, etiam anteaquam accedat ad principa-
le, vt veſtis ad corpus, & purpura ad veſtem, &
in hoc longe diſtat ab accidente, quod ſine
ſubiecto naturaliter ſtare nō poteſt, vt per Phi
loſophum lib. 1. phyſic. part. 14. & 19. & lib. 4.
Metaphyſic. part. 25. in fin. ſed neceſſe eſt, vt
ſemper ſit in aliquo, tamquam in ſubiecto, vt
albedo in pariete, & vſusfructus in corpore,
quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt. l. 2. ff. de
vſufruct. Id ergo quod accedit, per ſe, ad præ
dicamentum ſubſtantiæ redigitur, quatenus
autem refertur ad aliquid, cuius pars non ſit,
eſt accidēs non ſimpliciter, ſed reſpectu illius,
ad quod refertur, & cuius definitionem non
ingreditur, & poteſt redigi ad prædicamētum
relationis. Addidi cuicumque rei præexiſten-
ti, vt quod noſtrates præparatorium appellant
excluderem, quod ſemper antecedit, vt latè
tradimus ad Rubr. C. de edendo. Addidi po-
ſtremo particulam illam, ita vt ei inſeruiat, vt
excluderem acceſſiones, quæ tranſeunt in par-
tes multiplicatiuas, vel integrales eius, cui per-
ficiendo, & augendo, accedunt, item vt exclu-
derem connexa, & coniuncta ęqualiter, cuiuſ-
modi ſunt duo rei promittendi, vel debendi,
plures cohæredes, plures collegatarij, & plera-
que ex illis, de quibus Menoch. lib. 2. de arbit.
iudic. caſu 95. & differentiam hanc, quæ opti-
mè exprimit acceſſorij naturam, colligo ex d.
l. etſi non ſunt. in §. perueniamus. ff. de aur. &
argent. legato. quam perpendit etiam ad hoc

propo-

propoſitum Vigell. in dicto loco à cauſa finali, regula 6. vbi tamen ipſe confundit acceſſorium cum acceſſione, quæ tranſit in rei partē, & incrementum facit, quicquid ſit, quærimus nos, an legatum ſit acceſſorium ad teſtamentum, intelligendo per acceſſotium illud, quod mox eſt à nobis definitum.

Et in propoſito articulo, ferè omnes defendunt opinionem affirmatiuam, quā tenet Accurſ. hic, eum enim ſequuntur bic Alex. num. 2. Iaſ. & Crot. num. 4. Pet. Criſp. num. 1. Iacob. de Nigr. num. 3. Ludou. Aluar. num. 12. Pariſ. num. 16. Carol. Ruin. num. 2. Rip. num. 5. Socin. Iun. num. 21. & Ioan. Bolognet. num. 53. & 54. hanc eandem opinionem probauit etiam Carolns de Guarnat. hic. & M. Anton. Bellarmatus. num. 3. in fi. nec non Scipio Giard. nu. 15. & Vincent. Hercul. noſter, colum. 2. in fin. cum ſequent. hanc, Guiliel. Pontanus noſtet, adſcribit etiam Cyno, & Iacobo Tiberutio, eandemque ſequitur Cagnol. ad. l. cum principalis. ff. de regul. iur. Camillus Plaut. de not. Crauett. lib. 4. cap. 1. cum pluribus ſequentib. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 4. num. 7. & nouiſſime Petr. Ricc. ad Rubr. Inſtitut. eodem. num. 4. cum ſeqq. & Andr. Fachin. lib. 13. controuerſ. iut. cap. 73. vbi affirmat, in veſtibulo, non omnino inutilem eſſe ſubtilem hanc quæſtionem, nam, ſi ſtatuto Gabella eſſet impoſita pro teſtamento, non eſſet pro legato ſoluenda, quia ſoluitur pro re principali, non autem pro acceſſotia, vt notat Dec. ad capit. prętetea huius initij, primum, extta de offi. & poteſt. iudic. de legat. & Iaſ. ad. l. 2. C. de iure emphyteo. vtilem etiam eſſe hanc diſputationem dicit, ad mentem Baldi Nouelli, Pontanus noſter hie num. 6. ad interpretationem ſtatutorum, diſponentium teſtamenta inſinuari debere, quicquid ſit, pro hac communi ſententia plura adducuntur.

266 Primum autem ſic virtualiter argumentantut, vbicumque duæ res ita ſe habent ad inuicem, vt vna poſſit conſiſtere ſine altera, altera autem ſine illa conſiſtere non poſſit, illa, quæ ſine alia conſiſtere nequit, altetius acceſſorium eſſe dicitur. l. malum, ff. de vetb. ſignificat. facit lex cum ptincipalis. de regul. iur. eſt tex. in l. 2. ff. de pecul. legat. Hinc Bar. ad l. gręce §. illud ff. de fideiuſ. num. 4. dicebat ea, quæ ab alijs pendent, eorum a quibus pendent eſſe acceſſoria: at teſtamentum, & legatum ita ſe habent ad inuicem, vt teſtamentum ſine legato conſiſtere poſſit. l. 1. §. qui neq. ff. de hęred. inſtituendis, legatum autem ſine teſtamento nequaquam, cum non niſi in teſtamento fieri poſſit, ſaltem ſecundum ptimeuam illius naturam. §. præterea Inſtit. de fideic. hæred. cumque, teſtamento pereunte, pereat l. ſi nemo ff. de reg. iur. igitur legatum eſt acceſſorium ad teſtamentum.

267 Secundo, vbicumque duæ res ita ſe habēt ad inuicem, vt vna ſequatur naturam alterius, ea, quæ alterius naturam ſequitur, illius acceſſorium dicitur. cap. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. l. 2. ff. de pecculio legato. l. vlt. ff. de adim. legat. de l. cum principalis de teg. iur. at teſtamentum, & legaium in eo factum, ita ſe habent ad inuicem, vt legatum naturam teſtamenti ſequatur, cum reuocabile ſit, vt teſtamentum. l. ſi quis in principio de leg. 3. l. 3. §. vlt. iuncta l. 4. ff. de adim. legat. &, teſtamento pereūte, pereat. l. ſi nemo de reg. iur. igitur legatum eſt acceſſorium ad teſtamentum.

268 Tertiò, quiequid adeſt, & abeſt ptæter ſubiecti corruptionem, acceſſorium eſſe dicitur. l. malum ff. de verb. ſignif. l. 1. §. quæ depoſitis ff. de poſ. l. pro voluntarijs. ff. de impenſis in rebus dot. fact. At legatum adeſt, & abeſt à teſtamēto, præter illius corruptionem. l. 1. §. qui neque ff. de bæred. inſt. igitur legatum eſt acceſſotium ad teſtamentum.

Quarto, & vltimo, omiſſis alijs leuioribus, & quæ eum bis coincidunt, adductis per Petr. Ricciard. ad Rubr. Inſt. eod. a nu. 5. vſque ad 15. ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo, & de quo magis. l. ſi quando de teſtib. cum vulgaribus. ſed minus videtur ineſſe, vt ſubſtitutio, & codicilli ſint acceſſoria ad teſtamentum, quàm legatum, cum codicilli ſint quædam vltima voluntas per ſe ſubſiſtens, & ſubſtitutio quædam hætedis inſtitutio, a qua ſoleat interdum teſtamentum ipſum vires accipere l. 3. §. vltimo. ff. de lib. & poſth. legatum autem ſemper a teſtamento vires accipiat, & tamen ineſt, quia tam codicilli, quàm pupillaris ſubſtiiutio, ſunt acceſſoria ad teſtamentum. l. ab inteſtato in fine ſupra tit. proximo §. liberis Inſtiut. de pupill. ſubſtit. igitur. multo magis legatum eſt acceſſorium ad teſtamentum.

His tamen, & ſimilibns argumentis minime negocium facientibus, cōtrariam opinionem negatiuam, tenuit Bald. nouell. noſter, quem refert Gulielmus Pontanus hic num. 6. & eiuſdē opinionē defendit nu. 7. cum ſeqq. qui tamen putant legata eſſe acceſſoria ad hęredis inſtitutionem, ita vt eorum opinio parum a communi diſtare videatur, cum in hæredis inſtitutione conſiſtat quidditas, & forma teſtamenti, ego vero indiſtinctè arbitror,

H neq;

neque ad teſtamentum, neque ad hæredis inſtitutionem legata dici poſſe acceſſoria, ex pluribus.

269 Et primum, quia quòd in teſtamenti gratiam non eſt, & eidem teſtamento non ancellatur, & famulatur, acceſſorium ad illud dici non poteſt. At legatum non eſt in gratiam teſtamenti, nec illi ſeruit, aut ancillatur, igitur legatum non eſt acceſſorium ad teſtamẽtum. Maior propoſitio probatur per tex. in l. & ſi nõ ſunt. §. perueniamus ff. de aur. & argent. legat. & auctoritate Ancharani ad d. c. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. & Petri Andr. Gamb. in ſua dialectic. legali in loco a principali num. 1. prçterea probatur etiam per inductionẽ, quia pur pura eſt in gratiã veſtis, veſtis in gratiã corporis, inſtrumentum in gratiam fundi, littus in gratiam maris, ripa in gratiam fluminis, peculium in gratiam ſerui ordinarij, fideiuſſor in gratiam rei principalis, gemmç in gratiam coronæ, anuli, vaſis, vel alterius rei principalis, quam exornant. Minor etiam probatur, quia legatum nõ eſt in gratiam teſtamenti, immo, quatenus teſtamentum conſiſtit in hæredis inſtitutione, illi derogat, cum ſit delibatio hæreditatis. l. legatum eſt delibatio j eod. tit. noſtro, ex qua lege non obcure colligitur, nec ad hæredis inſtitutionem eſſe poſſe acceſſoriũ legatum, quicquid dixerint Bald. Nouellus, & Pontanus noſtri.

270 Secundo, non poteſt eſſe acceſſorium ad teſtamentũ, quod, vel cum teſtamento nihil commune habet, vel in illius partem tranſit, vt patet ex s̃ traditis in prçmiſſis. At legatum, vel nihil commune habet cum teſtamento, ſi conſiſtat in ſola hæredis inſtitutione, & ſine legatis fiat, vt in l. 1. §. qui neque de hæred. Inſt. vel tranſit in partem teſtamenti, ſi per teſtamentum intelligamus collectionem diuerſarum vltimarum voluntatum, in quo princeps pars, & veluti caput, & fundamentum ſit hæredis inſtitutio. §. ante hæredis Inſtit. de legatis, & latius etiam infra docebimus, igitur legatum non poteſt eſſe acceſſorium ad teſtamentum.

271 Tertio, id, quod non ſequitur naturam teſtamenti, non poteſt ad teſtamentum eſſe acceſſorium. l. cum principalis ff. de reg. iur. cap. Acceſſorium eod. tit. lib. 6. l. 2. ff. de pec. leg. At legatum non ſequitur naturam teſtamenti, igitur non poteſt dici acceſſorium ad illud.

272 Minor probatur, primum, quia in teſtamentis lata ſit interpretatio. l. in teſtamentis ff. de reg. iur. in legatis vero ſtricta. l. nummis. l. qui concubinam §. cum ita ff. de leg. 3. l. ſi ſcriptum §. fin. de leg. 1. l. ſi ita relictum fuerit ff. de leg. 2. l. qui lancem ff. de aur. & argent. leg. cum alijs adductis per Nattam conſ. 306. num. 3. lib. 3. vbi vult, vt, in dubio, in legatis ſẽper quod minimum eſt ſequamur, per l. ſemper in obſcuris ff. de reg. iur. ſecundo, quia teſtamentũ interdum corruit, legata tamen non ſequuntur illud, vt in Auth. ex cauſa. C. de lib. prçter. in l. 1. ff. ſi quis omnis cauſa teſtam. in l. 1. ff. de legat. præſt. cum ſimilibus. tertio hæreditas, in qua ſola conſiſtit teſtamentum. l. 1. ff. de hæred inſtit. ad tempus dati non poteſt. l. hæreditas ex die ff de hæred. inſtit. legata verò ad tẽpus dari poſſunt. l. 2. C. de legat. Accedat etiã quarto, quod legata acquiruntur ipſo iure etiam ignoranti. l. ſeruo legato ff. de leg. 2. l. ſi a furioſo ff. de act. & obligat. l. magis §. fundum ff. de rebus eorum. l. cum pater §. Surdo ff. de legat. 2. hæreditas autem tantum ſcienti acquiritur, niſi ſit ſuus hæres. l. non dubium, vbi DD. C. de iur. delib. Nec vim argumenti tollunt reſponſiones variç, allatæ a DD. allegantibus ſpecialitatem, quia, vt mox videbimus,

273 Ars, quæ naturam imitatur, tot non inducit ſpecialia, contra naturam ipſarum rerum.

274 Quarto, illud non poteſt dici Acceſſorium ad teſtamentum, quòd ad illud neceſſariam relationem non habet, quodque, ſublato teſtamento, non corruit, l. non dubium C. de legib. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. l. 1. & 2. ff. de pecul. legat. c. inter dilectos de fide inſtrum. facit §. flumina. Inſt. de rerum diuis in fin. At legatum non habet neceſſariam relationem ad teſtamentum, ita vt dici poſſit legatum teſtamenti, quemadmodum littus maris, ripa fluminis, inſtrumentum fundi, peculium ſerui, & ſic de alijs omnibus, &, ſublato teſtamento, legatum non tollitur, neque nomen illius, vel relatiua aliqua qualitas, iuribus in præcedenti argumẽto adductis, igitur legatum non eſt acceſſorium ad teſtamentum, nec aliqua ſpecialitas efficere poteſt, cum ars imitetur naturam. §. minorem Inſt. de adopt. l. adoptio ff. eodem, quin ſublato principali, & ſic vno ex correlatiuis, tollatur etiam alterum, licet remaneat ſubiectum, & fundamentum relationis; ſublato .n. flumine licet remaneat terra, vel gleba, quæ ripæ materia quandoque fuit, ripa tamen, & nomen relationis, & acceſſionis tollitur, ſed ſublato teſtamento, non modo res legata ſupereſt, ſed etiam legatum ipſum, quia ſcilicet ſit quid abſolutum, non autem relationem habens ad teſtamentum, &, licet regulariter, ab eo pendeat. l. ſi nemo de reg. iur. non tenet ſequela, legatum pendet a teſtamento, in quo

fit,

ſit, ergo eſt acceſſorium ad illud; pictura enim
pendet a tabula, non tabula a pictura, & tamē
tabula, quæ eſt in gratiam picturæ, & ei inſer-
uit, eſt acceſſoria ad picturam, non pictura ad
tabulam §. ſi quis in aliena Inſtit. de rerū diuiſ.
276 Quinto, quod interdum confirmat teſta-
mentum, non poteſt ad teſtamentum eſſe ac-
ceſſorium. l. quod per manus s̄ tit. proximo. l.
ex pupillari, vbi latè Iaſ. ff. de vulg. & pupil. ex
quibus conſtat acceſſorium non confirmare
ſuum principale, ſed legata confirmant inter-
dum teſtamentum. §. ſi quis autem §. inordi-
natum in Auth. de hæred. & falcid. Auth. hoc
amplius C. de fideicom. igitur legata nō ſunt
acceſſoria ad teſtamentum.

Cum igitur in legato, reſpectu teſtamenti
non reperiantur conditiones illæ, quæ in Ac-
ceſſorio, reſpectu Principalis, deſiderantur,
quicquid dixerint DD. omnes audacter con-
cludo ego aduerſus eos, non niſi fuſiore voca-
bulo, & admodum impropriè legatum ad te-
ſtamentum, vel ad hæredis inſtitutionem ac-
ceſſorium dici poſſe.

Nec obſtant argumenta ex aduerſo allata,
& præſertim primum, quia non tenet ſequela,
legatum non poteſt conſiſtere ſine teſtamen-
to, quòd ſine legatis fieri poteſt, ergo eſt acceſ
ſorium ad teſtamentum; homo enim non con-
ſiſtit ſine cibo, & potu, nemo tamen dixerit ho
minem in cuius gratiā ſunt omnes fructus. §.
in pecudum Inſt. de rerum diuis, ad cibum, &
potum, & ad terræ fructus, quibus veſcitur eſ-
ſe acceſſorium, tabula quoq; ſine pictura, qua
ornata eſt, exiſtit, non autem pictura ſine ea,
non tamen inde ſequitur, picturam eſſe ad ta-
277 bulam acceſſoriam. Vulgaris quoque ſub-
ſtitutio ſine teſtamento conſiſtere nequit. §.
penult. Inſtit. de Codicill. teſtamentum autem
ſine vulgari ſubſtitutione exiſtere poteſt. Inſt.
in princ. de vulg. ſub. l. 1. ff. de hæred. Inſt. in §.
qui neque, negant tamen omnes vulgarem
ſubſtitutionem eſſe acceſſoriam ad teſtamen-
tum, quòd per eam informatur, & ſuſtinetur
interdum in ſecundo gradu, quòd non contin-
geret, ſi eſſet acceſſoria, vt s̄ quoque diceba-
mus. Præterea falſa, etiam eſt minor pro-
poſitio, cum legata fieri poſſint in codicillis, &
ſi fiant in teſtamento, etiam eo pereunte non
pereant, vt s̄ demoſtratum eſt.

Nec facit negocium ſecundum, primum,
quia in quampluribus, vt s̄ oſtenſum eſt lega-
ta non ſequuntur naturam teſtamenti. Præ-
terea non omne, quòd naturam ſequitur, teſta
menti, eſt acceſſorium ad teſtamentum; Vul-
garis .n. ſubſtitutio naturam teſtamenti opti-
mè ſequitur, cum prouideat de hærede, cum
ſit reuocabilis, vt teſtamentum, cum ſit cauſa,
vt teſtator non decedat inteſtatus, cumque
teſtamento pereunte, ipſa quoque pereat, &
non niſi in teſtamento fieri poſſit, ipſa tamen
vulgaris ſubſtitutio non eſt acceſſoria ad teſta
mentum, vt omnes admittunt. profectò quā-
plurima repetiuntur, quæ alterius naturam
ſequuntur, illius tamen acceſſoria eſſe non di-
cuntur, quia aliæ deſint acceſſorij conditiones.

Nec tertium argumentum, quòd olim in
circularibus diſputationibus, ab excellentiſsi-
mo D. Pamphilo Columbino, collega doctiſſi-
mo, Piſis mihi proponebatur, deſtruit ſenten-
tiam noſtram, quia quod abeſt, & adeſt, præ-
ter ſubiecti corruptionem, eſt accidens, ita in
ſuis vniuerſalibus definitum a Porfirio, in cap.
de accidenti, ab accidenti autem, cuius eſſe,
eſt eſſe in ſubiecto, longe diſtat acceſſorium,
quòd neque in ſubiecto eſt, neque eſt accidēs
ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quatenus ſci-
licet non ingreditur difinitionem principalis,
cui non accidit, ſed accedit, quòd aliud eſt, vt
s̄ in præmiſſis docuimus, &, vbi a principali re-
cedit, nō corrumpitur, vt accidens ſeparabile,
ſed ſuperexiſtit, vt veſtis ſciuncta a corpore, &
purpura ſeparata a veſte, & inſtrumentum a
fundo.
278 Nec facit negocium quartum, & vltimum
argumentum, quia falſa eſt illius minor, neq;
enim pupillaris ſubſtitutio, neque codicilli
ſunt acceſſoria ad teſtamentum, ſed partes il-
279 lius, vt ſentiunt etiam communiter DD. nec
obſtat. §. liberis Inſt. de pupil. vbi dicitur pu-
pillaris ſubſtitutio pars, & ſequela paterni te-
ſtamenti, quia particula illa, ſequela, acceſſo-
rium nō ſignificat, alioquin implicaret ille tex.
cum dicat pars, & ſequela, nullum enim acceſ-
ſorium illius poteſt eſſe pars, cuius eſt acceſſo-
riū, quicquid dixerint Bal. Nouell. & Guilielm.
Pont. hic, appellat enim ibi imperator ſubſti-
tutionem illam ſequelam paterni teſtamenti,
quia, niſi antecedat paternum teſtamentum
fieri nequit. l. 2. §. 1. ff. de vul. & pupill. probat
igitur ille tex. ſubſtitutionem pupilarem habe-
re ſe, non tanquam acceſſorium ad teſtamen-
tum paternum, ſed tāquam partem ad totum,
& tamquam cōſequens ad ſuum neceſſarium
280 antecedens, conſequens autem ad antece-
dens acceſſorium non eſt, alioqui ſucceſſio ab
inteſtato eſſet acceſſoria ad repudiationem
hæreditatis ex teſtamento, quæ eſt illius ante-
cedens. l. quamdiu ff. de acquir. hæred. quòd
tam abſurdum eſt, quàm quòd maximè. neq;
obſtat d. l. ab inteſtato in fine, quia dicat codi-

cillos ſequi ius teſtamenti, cum non teneat ſequela, hoc ſequitur ius teſtamenti, ergo eſt acceſſorium ad illud, cum partes quoque ſequantur ius totius l. quæ de tota ff. de rei vendic. & vnum ſimile alterius ſimilis ius ſequatur, argumento l. a Titio de verborum obligat. cum ſimilibus.

Concludo igitur indiſtinctè, legatum non eſſe acceſſorium ad teſtamentum, nec habendam eſſe rationem aliquam multiplicis acceſſorij conſiderati à Petro Ricciardo, ad Rubr. Inſt. eod. a nu. 33. vſque ad num. 41. vbi dum recenſet duodecim genera acceſſoriorum, cõfundit acceſſorium cum incidente, cum accidente, cum præparatorio, cum conſequente, cum parte, cum cõtento, & cum alijs, quæ plurimum diſtant ab acceſſorio, cuius naturam non obſcurè declarauimus § in præmiſſis ad hunc articulum, & ad Rubr. C. de edendo.

Prima ergo concluſio, quàm explicitè poſuit hic Accurſius, falſa eſt, videamus modo, an ea, quæ ex illius dictis implicite colligitur vera ſit.

Colligitur enim, ſecundo loco, quatenus dicit Accurſius legatum eſse acceſsorium ad teſtamentum, non eſse eiuſdem teſtamenti par-
281 tem, cum nullum acceſsorium ſit pars illius, cui accedit, pars enim ſine deſtructione totius, ad quod refertur, abeſse non poteſt, vbi acceſſorium adeſt, & abeſt præter rei, cui accedit corruptionem, vt conſiderabat hic Cyn. quem referunt DD. & præſertim Alex. hic.

Verum quia multifariam totum, & partes, tam apud nos, quàm apud Philoſophos accipiuntur, maxima dubitatio eſt apud interpretes, an legatum habeat ſe aliquo modo ad teſtamentum, tamquam pars ad ſuum totum, & profectò variæ conſtituũtur in hac materia doctrinæ, quarum celebratior cæteris eſt ea, quã ſcripſit hic Barth. Soc. ex qua deinde recentiores, plures colligentes concluſiones, diſputationem hanc in plures non inſubtiles articulos diuiſerunt, ſed ego, antea quam veniam ad particulares diſputationes, in modum prçuiæ cuiuſdam inſpectionis, declarabo quibus modis teſtamentum accipiatur, & quibus mo-
282 dis totum, & partes vſurpentur. Et quod attinet ad teſtamentum, dicimus, ſecundũ communes traditiones, quadrifariam accipi, primum ſcilicet in genere generaliſſimo quatenus dicitur, & prædicatur de qualibet vltima voluntate, quo modo videtur accipi in l. Eunuchis C. qui teſt. fac. poſſ. quam tamen teſtamenti acceptionem non admittimus nos, vt vidiſtis. ſecundo loco vſurpatur, & accipitur in genere ſubalterno, quatenus refertur ad omnem vltimam voluntatem per ſe exiſtẽtem, & hæredis inſtitutione informatam, ita vt hoc modo accepta, nec codicillos, nec legata, aut fideicommiſſa ſignificet. ſed teſtamentum calatis comitijs, procinctum, per æs, & libram, teſtamentum in ſcriptis, nuncupatiuum, & militare, & ita accipitur in tit. ff. Inſt. & C. de teſtament. &, ſecundũ hanc ſignificationem, vt ſentiunt Gloſ. & DD. diffinitur in l. 1. ff. de teſtam. tertio loco accipitur in ſpecie ſpecialiſſima, quatenus refertur ſolummodo ad teſtamentum in ſcriptis, vel ad nuncupatiuum, vel ad militare, quod prædicatur ſolummodo de pluribus teſtamentis differentibus numero, & ita accipitur in titulis Inſt. ff. & C. de militari teſtamento, & in §. vlt. Inſt. de teſtam. hoc eſt de teſtamento nuncupatiuo. quarto, & vltimo loco accipitur in indiuiduo pro ſingulari teſtamento, puta Titij, & ita accipitur in l. Lucius Titius in l. vlt. ff. de hæred. inſt. & in ſexcentis alijs locis, in quibus de teſtamẽto alicuius particularis hominis agitur.

283 Totum autem, quod illud eſt, cui nulla partium deeſt, ex quibus dicitur totum, vt eſt Auctor Ariſtot. lib. 5. Methaphiſ. tex. 31. & conſequenter nihil aliud eſt, quàm congregatio partium, vt per eundem Philoſ. lib. 1. Phiſ. tex. 17. vbi commẽtator, & lib. 4. tex. 43. & 3. cœli tex. 8. in duplici eſt differentia. Aut enim vniuerſale eſt, aut particulare, vniuerſale illud eſt, quòd partes ſubiectiuas habet, de quibus prædicatur, & hoc eſt rurſus duplex, quoddam ſcilicet, quòd prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, quoddam quòd prædicatur de pluribus differẽtibus numero, illud eſt genus, vt animal, contractus, actio, de quo Gloſ. eſt in §. conſtat verſ. plebs in verbo ſpecies Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & tex. in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet. in l. ſi quid earum §. inter emptũ de leg. 3. Bart. ad l. Meuius §. duobus infra tit. proximo in veſtibulo. Hoc autem eſt ſpecies vltima, vt homo, emptio, & venditio, teſtamẽtum nuncupatiuum, reiuendicatio, de quo eſt pariter d. Gloſ. in §. conſtat in verſ. plebs Inſt. de iur. nat. gentium, & ciuil. & tex. in l. 3. §. genera in fin. ff. de acquir. poſſ. totum autem particulare, quòd de ſuis partibus nõ prædicatur. Aut eſt potentiale, aut auctale, & potentiale, aut eſt ens reale, vt anima, quæ non poteſt diuidi, niſi in ſuas potentias, nimirum in intellectum, memoriam, & voluntatem, vel in facultatem rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem, de quo toto Gloſ. eſt in cap. 1. extra de ſumma trinit. & fide cathol. in verbo ſimplex omni-

omnino, aut eſt ens rationis, ciuile, & legale, cuiuſmodi ſunt, iter, via, actus, quę ſeruitutes, plures, vel pauciores facultates includunt, vt patet ex princip. Inſtitut. de ſeruit. ruſt. vel vrban. præd. nec non vſuſfructus qui continet & vtendi, & fruendi facultatem. Inſtitu. in princ. de vſuſfruct. Totum autem actuale, aut eſt eſſentiale, aut non eſſentiale, Totum eſſentiale illud eſt, quod conſtat ex materia, & forma, veluti homo ex anima, & corpore, altera enim ex his partibus ſublata, deſtruitur, non modo integritas, ſed eſſentia ipſius hominis, dempta enim anima, quod ſupereſt, cadauer eſt, non homo, dempto verò corpore, quod ſupereſt, anima eſt, non homo, & de hoc toto, loquitur text. in l. rerum mixtura. de vſucap. dum agit de corpore, quod vno ſpiritu continetur, vt homo, equus, & l. cum qui ædes. eodem tit. text. eſt optimus. in l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhib. & in. §. cum ex aliena. Inſtitut. de rerum diuiſ. Totum autem non eſſentiale, aut eſt modale, aut quantitatiuum, modale dicitur illud totum, quod conſtat ex ſubiecto, & qualitate, vt homo doctus, homo liber, ſeruus verna, de quo in l. cum ſuper vernis. C. de rei vendicat. Totum autem quantitatiuum, aut habet partes intellectuales, aut partes habet ſenſibiles, & habēs partes intellectuales, aut eſt incorporeum, & iuris, vt hæreditas, quæ diuiditur in plures vncias, & quotas. §. hæreditas. Inſtit. de hæred. inſtit. aut eſt corporale, & facti, vt fundus, vel domus communis inter plures, reſpectu partium indiuiſarum, de quibus in l. Mæuius. §. duobus. de legat. 2. vbi Barto. & eiuſmodi genera totius, quotitatiua poſſunt appellari, ex his quæ tradit Pariſ. ex diuo Auguſt. de Ciuit. Dei. lib. 2. cap. 30. in ſuo conſil. 61. num. 12. volum. 1. Totum autem, quod partes habet ſenſibiles, & demonſtrabiles ad oculum, aut integrale eſt, aut collectiuum, & integrale eſt, aut naturale, vt homo, bos, equus, reſpectu capitis, pedum, pectoris, & ſic de alijs partibus, de quo pariter in d. l. rerum miſtura, Aut non naturale, quod eſt, aut voluntarium, aut artificiale, voluntarium, vt fundus, qui fit ex deſtinatione patris familias. l. locus. ff. de verb. ſignificat. artificiale, quod rurſus duplex eſt, aut, ſcilicet conſtans ex quantitate continua, aut non continua, ex quantitate continua, vt tignum, vas, & ſtatua vnius lapidis, de quo in l. in rem. §. 1. verſic. ſi quis rei ſuæ. ff. de rei vendicat, quod vero ex non continua quantitate conſtat, aut conſtat ex quantitate contigua, aut omnino diſcreta, ex contigua, vt nauis, domus, de quo in. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. ſignificat. & in ſæpius repetita. l. rerum miſtura, ex diſcreta, vt populus reſpectu patriciorum, ſenatorum, & plebis, de quo in §. conſtat. in verſicu. plebs. Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. Totū autem collectiuum, aut eſt omogenium, vt populus, reſpectu ſingulorum ciuium, & grex, armentum, vel legio, de quo in d. l. rerum miſtura. aut eterogenium, quod eſt, aut diſpoſitum, aut diſponens, diſpoſitum, vt patrimonium, peculium dos, & adita hæreditas, puta Mæuiana, & de hoc toto habetur in titulis de peculio, de pecul. leg. de dote prę leg. totum autem diſponens, aut eſt diſponens auctoritate publica, veluti ius ciuile ſcriptum, quod conſtat ex illis ſex partibus diſſimilaribus, de quibus in. d. §. conſtat. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. aut eſt diſponens auctoritate priuata, cuiuſmodi eſt teſtamentum, quatenus accipitur pro collectione diuerſarum vltimarum voluntatum, vt in §. ante hæredis. Inſtitut. de leg. & paſſim in titulis. ff. Inſtit. & C. de teſtament. eiuſmodi eſt etiam ſubſtitutio reciproca, & compendioſa, quatenus plures, & diuerſas compræhendunt ſubſtitutiones, iuxta tradita per DD. ad l. iam hoc iure, & ad l. Centurio, ſupra de vulgar. & pupillar. & ad l. præcibus. C. eodem. & ex his optime demonſtrauimus, ni fallimur, quibus modis totum dicatur, & conſequenter quot generum partes eſſe dicantur, cum partes ad totum referantur, ita vt quot modis totum dicitur, totidem neceſſe ſit, vt partes dicantur.

His igitur ſic præmiſſis, pro exacta explicatione ſecundæ concluſionis, quæ colligitur ex gloſſæ continuatione, quæque negat legatum eſſe partem teſtamenti, quatuor propono principes diſcutiendos articulos.

Primus erit, an ſit pars eſſentialis teſtamenti.

Secundus, an ſit pars ſubiectiua.

Tertius, an ſit pars integralis.

Quartus, an ſit pars collectiua.

284 Quod attinet ad primum, concludo negatiuè.

Primum, quia nulla pars eſſentialis poteſt à toto, cuius eſſentialis eſt pars, ſine illius corruptione abeſſe, vt ſupra ex ſententia Ariſtot. probauimus, & eſt text. in. l. non hoc. C. vnde legitimi. Sed contingit legatum à teſtamento abeſſe. l. 1. §. qui neque. ff. de hæred. Inſtitut. igitur legatum non eſt pars eſſentialis teſtamenti.

285 Preterea, prẹter materiam, & formam nulla datur pars teſtamenti eſſentialis, vt patet ex ſupra traditis, & ex Ariſt. lib. 5. Metaphyſ. tex.

286 tex.301 At legatum, neque forma eſt ipſius
287 teſtamenti, quæ conſiſtit in hæredis inſtitu-
tione, vt per gloſs.& DD. ad.l.1.ff.de teſtam.
vbi nos quoque quandoque diximus, neque
materia, quæ conſiſtit in teſtatoris voluntate
volita, vt dicerent philoſophi, id quod docuit
Thobias Non. noſter, ad Rubr. Inſt. de teſta-
men.nu.4.& nos quoque tradidimus ad.d.l.1.
Igitur legatum non eſt pars eſsentialis ipſius
teſtamenti.

Cum igitur conſtet legatum non eſse par-
tem eſsentialem teſtamenti, veniamus ad ſe-
cundum Articulum, & videamus, an ſit pars
ſubiectiua, per partem autem ſubiectiuam, in-
telligimus ſpeciem, vel indiuiduum, &, vt di-
ſtinctè examinemus hunc articulum, diuide-
mus eum in tres inſpectiones.

2 Prima erit, an legatum ſit pars ſubiectiua
illius teſtamenti in quo factum eſt.

Secunda, an ſit pars ſubiectiua teſtamenti
in ſpecie, vel in genere ſubalterno accepti.

Tertia, an ſaltem ſit ſpecies, ſeu pars ſubie-
ctiua teſtamenti in genere, quod refertur, ſe-
cundum communes traditiones, ad omnem
vltimam voluntatem.

288 Quod attinet ad primum, omiſsa diſputa-
tione, quicquid dixerit Socin.ſenior.hic.num.
1.& Socin.Iun.num.29.concludo legatum nõ
eſse partem ſubiectiuam illius teſtamenti par
ticularis, in quo factum eſt, vt ſentiunt cæteri,
ferè omnes.

289 Quia nullum particulare, ſeu indiuiduum
poteſt habere partes ſubiectiuas, de quibus
prædicetur, vt patet ad ſenſum, & ex Porphy-
rio in ſuis vniuerſal.cap.de ſpecie. ſed hoc te-
ſtamentum, in quo factum eſt hoc legatum
eſt particulare teſtamentum, & indiuiduum,
argum.l.certum.ff.ſi cer.pet.igitur ſubiectiuas
partes habere nequit.

Nec poteſt inſulſa, de hac re, opinio Barth.
Socini defendi, ex his, quæ ſcripſit Soc. Iun.
illius ex fratre nepos, hic num.29.cum ſequen
tibus. quia ſi conſideretur indiuiduum, & par-
ticulare aliquod, quo ad materiam, non eſt am
plius particulare, vel indiuiduum, ſed vel ſpe
cies, vel genus, quod à materia ſumitur, indiui
290 duum enim eſt indiuiduum per ſuam for-
mam, cõſiſtentem in collectione plurium ac-
cidentium, quę, ſi ab eo abſtrahantur, deſtrui-
tur indiuiduum, niſi, demonſtratione ad ocu-
lum, vel circumſcriptione reſtringatur, quo ca
ſu, eodem modo careat neceſſe eſt partibus ſu
biectiuis, quemadmodum enim Titius partes
ſubiectiuas non habet, ita quoque eiſdem ſu-
biectiuis partibus caret hic homo, vel hoc ani
mal, & conſequenter, nec teſtamentum Titij,
nec Titij hæc mentis teſtatio, ſubiectiuas par-
tes, de quibus prædicetur, habere poteſt.

291 Subſequitur modo ſecunda inſpectio, an,
ſcilicet legatum ſit pars ſubiectiua teſtamenti
in ſpecie, vel in genere ſubalterno, quod defi-
nitur in l.1.ff.de teſtam.quodq; continet plu-
res ſpecies ſub ſe, nimirum teſtamentum in
ſcriptis, nuncupatiuum, militare, & ſi quę ſunt
alia ſimilia teſtamenta, de quibus prædicatur,
nec ſpecies aliqua teſtamenti vltima caret par
tibus ſubiectiuis, cum de pluribus differenti-
bus numero prædicetur d. Gloſ. in §. conſtat
verſic.plebs Inſt.de iur.nat.gent.& ciu.

In propoſita igitur difficultate diſſentiunt
interpretes; aliqui enim opinantur legatum
eſſe partem ſubiectiuam teſtamenti in genere
ſubalterno, vel in ſpecie, & hãc opinionem af-
firmatiuam tenet Bart. Soc. tam hic num. 1.
quàm etiam ad l.ſi mihi, & tibi, in §. in legā-
tis num.5.& 6.& eum defendunt Petr.Criſp.
hic num.49.cum ſeqq.& Paril.num. 24. licet
confusè admodum loquatur, vt potè, qui na-
turam harum partium non bene intelligat, vi-
detur ſequi etiam Crot.nu. 2, in fin. eandem-
que defendit Soc. Iun.num. 29.& ſequitur
etiam Craueta num. 27. nititur autem hæc o-
pinio duobus dumtaxat fundamentis, quę col
liguntur ex dictis Soc. ſen.

292 Primum eſt eiuſmodi. illa dicitur pars ſub-
iectiua teſtamenti in ſpecie, cui eiuſdem teſta-
menti competit diffinitio, & nomen. At legato
competit diffinitio teſtamenti in ſpecie; ſeu in
genere ſubalterno, & nomen, igitur eſt pars
ſubiectiua, ſeu ſpecies teſtamenti in ſpecie, ſeu
in genere ſubalterno. maior eſt perſpicua, mi-
nor probatur, quia legatum quoque quòd eſt
donatio quædam à defuncto relicta §.1. Inſt.
eod. eſt iuſta 1. perfecta in ſuo genere, & ſolē-
nis, nec non legitima, quia legibus permiſſa l.
verbis legis ff.de verb.ſign.&, ſecundum com
munes traditiones, teſtamenti appellatione
continetur, vt mox etiam videbimus.

293 Secundo, Teſtamentum, quòd ſub teſta-
mento in ſpecie comprehenditur, ſine dubio
eſt pars ſubiectiua teſtamenti in ſpecie, quē-
admodum hic homo eſt pars ſubiectiua homi
nis. At legatum eſt teſtamentum, quòd ſub
teſtamento in ſpecie comprehenditur, igitur
legatum eſt pars ſubiectiua teſtamenti in ſpe-
cie. Maior perſpicua eſt, Minor probatur; ad
mentem eiuſdem Socini ſenioris, quia, quot
quot fiunt diſpoſitiones in teſtamento, ſunt
teſtamenta, per tex. in l. ſcire debemus, infra de
verb.ogligationibus, arguendo de contracti-
bus

bus ad vltimas voluntates, iuxta titulum Inſt. de lege Fuſia Canin. Toll. & iuxta tredita per Bald. ad l. 2. num. 1. § de hæred. inſtit. vbi etiã Imol num. 5. At in teſtamento in ſpecie fieri poſſunt variæ diſpoſitiones, & in primis legata, vt colligitur ex §. ante hæredis, Inſt. eod. igitur legata ſunt teſtamenta ſub teſtamento in ſpecie comprehenſa, & conſequenter pars ſubiectiua eiuſdem teſtamenti.

Horum tamen, leuiſſimorum argumentorum, ratione minimè habita, plerique iuerunt in contrariam ſententiam, opinantes nec teſtamẽti in ſpecie, vel in genere ſubalterni partem eſſe ſubiectiuam legatum, quam ſententiam videtur ſentire Iaſ. hic num. 1. Ripa num. 6. Ludou. Alciat. num. 33. & 39. Iac. de Nigr. num. 15. Guiliel. Pontan. nu. 12. & Io. Bologn. num. 61. & hæc eſt communis opinio, vt de communi teſtatur Petr. Criſp. num. 49. quam veriſſimam eſſe arbitror.

294 Primum, quia illud, quo poſito, non ponitur teſtamentum in ſpecie, non poteſt eſſe eiuſdem teſtamenti in ſpecie pars ſubiectiua, cum poſita parte ſubiectiua, & ſic ſpecie, genus, quòd ineſt in qualibet ſpecie. l. ſi quid earum §. inter emptum ff. de leg. 3. ponatur de neceſſitate d. §. interemptũ cũ cęteris vulgaribus. At, dato, & poſito legato, non ponitur teſtamentum in ſpecie, cuius forma eſt hæredis inſtitutio, vt per Gloſ. & DD. ad l. 1. ff. de teſtamentis, vbi nos quoque diximus, & omnes admittunt. Igitur legatum non eſt ſpecies, vel pars ſubiectiua teſtamenti in ſpecie.

295 Secundo, nec illud poteſt eſſe ſpecies, & pars ſubiectiua teſtamẽti in ſpecie, cui nec nomẽ competit, nec diffinitio teſtamẽti in ſpecie. cum tam genus, quam ſpecies prædicẽtur de ſuis inferioribus, & ſecundum nomen, & ſecundum diffinitionem, vt docemur ab Ariſt. in primo tractatu prædicamentorum c. 1. facit d. §. inter emptum. At legato, nec nomen, nec diffinitio teſtamenti in ſpecie competit, igitur legatum rem eſt pars ſubiectiua, vel ſpecies teſtamenti in ſpecie. probatur minor, quia nomen teſtamenti in ſpecie, quòd ſignificat tantummodo eam vltimam voluntatem, quæ ſpecificatur, & informatur ab hæredis inſtitutione. §. penult. Inſtit. de codicillis, non niſi ad teſtamentum in ſcriptis, vel nuncupatiuum, & ad militare hodie referri poteſt, hinc ſeparatim meminit Imperator in d. l. 2. in §. Quintus C. de veter. iur. enucl. de legatis, de codicillis, & de teſtamentis, & profitetur de legatis ſe tractaturum in eodem articulo, per quãdam aggregationem, quòd non diceret ſi legata eſſent partes ſubiectiuæ teſtamenti, tunc enim principaliter de legatis ageretur, non tamquam de aggregatis, ſed tamquam de cõprehenſis ſub genere teſtamenti, nec memorata teſtamenti definitio competit legatis, cum nullum detur legatum, quod ſit perfecta, & completa voluntatis noſtræ ſententia de omni eo, quòd quis poſt mortem ſuam fieri velit, cumque legatum, nec ſimpliciter ſit perfecta ſpecies vltimæ voluntatis, cũ ſemper pendeat, vel à teſtamento, vel à codicillis, in quibus fieri ſolummodo poteſt, nec per ſe exiſtat, & profectò, ſi definitio teſtamenti, de qua agimus, non conuenit Codicillis, vt ſupra docuimus, multo minus poteſt legatis accommodari.

Nec ſunt alicuius momenti ex aduerſo allata argumenta, & præſertim primum, quia, vt mox deductum eſt, nec nomen teſtamenti in ſpecie, nec definitio poteſt legato accommodari, & propterea primum argumentum in autorem reflectitur.

Secundum quoque argumentum leue eſt, cum falſa ſit illius minor, legatum enim non eſt teſtamentum, vel ſi eſt, eſt teſtamentum in genere generaliſſimo ſumptum, quòd idẽ ſonat, ſecũdum communes traditiones, quòd vltima voluntas, non autem teſtamentum in ſpecie, quod teſtamentum eſt per hæredis inſtitutionem, nec dicatur eſſe teſtamentum, quia quot ſiunt in teſtamento diſpoſitiones, tot fieri dicantur teſtamenta, nam hoc falſum eſt, nec facit negocium. d. lex ſcire debemus, a qua argumentum petebatur de contractibus ad vltimas voluntates, quia corruit memoratum argumentum, in caſibus, vbi diuerſa poteſt aſſignari ratio inter vltimas voluntates, & contractus, vt tradit Iaſ. ad l. pactum inter hæredem § de pact. cum alijs adductis ab Euerardo in loco a contractibus ad vltimas voluntates, quibus accedit Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 18. nu. 2. ratio autem diuerſitates in propoſito eſt manifeſta. mirum enim nõ eſt ſtipulationes multiplicari ad mul

297 tiplicationem rerum, quæ in eam deducuntur, quia homines plures poſſunt facere ſtipulationes, teſtamẽta autem plura nequaquam quæ ſcilicet ſimul valeant. l. furioſum C. qui teſtamenta facere poſſunt §. poſteriore Inſtit. quibus modis teſtam. infirm. vnus profectò teſtator, non niſi cum vnico teſtamento valido poteſt mori, quòd nec multiplicabile eſt ad

298 multiplicationem diſpoſitionum, quæ in eo continentur, cum ſit quid indiuiduum, vt cõſtat ex traditis per Bald. ad l. ſi is cum teſtamen-

mentum ff. de teſtam. cuius forma vna eſt, quę
in puncto indiuiſibili, & in vltima concluſiua
conſiſtit, vt per eundem Baldum ibidem.

299 Hinc nec teſtamentum, in quo duplex eſt
gradus hæredum, inſtitutio nimirum hæredis,
& pupillaris ſubſtitutio, duplex eſt teſtamen-
tum, quòd facilius videbatur ferri poſſe, ſed
vnicum duarum cauſarum teſtamẽtum, ideſt
duarum hæreditatum. §. igitur Inſt. de pupill.
ſubſt. quòd ſi aliquo modo poſsẽt dici tot eſſe
teſtamenta, quot diſpotiones, & ſic legatum
quoque, teſtamento comprehenſum, eſſe
teſtamentum, intelligeretur eſſe pars ſubie-
ctiua teſtamẽti in genere generaliſſimo, quod
comprehendit, ſecundum communes tradi-
tiones, quamlibet vltimam voluntatem, non
teſtamenti in genere ſubalterno, vel in ſpecie,
cuius forma eſt hæredis inſtitutio, & ſic diſ-
ferret legatum a teſtamento in quo fieret, tã-
quam ſpecies a ſpecie oppoſita, quia ſcilicet
teſtamentum, quod eſt teſtamentum per hæ-
redis inſtitutionem, ſit vltima voluntas, & te-
ſtamentum abſolutum, legatum autem vlti-
ma voluntas, & teſtamentum dependens. Nec
abſurdum aliquod eſt, vt duæ ſpecies, vel duo
indiuidua, licet redigantur ad idem genus re-
motiſſimum, ita ſe habeant ad inuicem, vt vna
pendeat ab alia: hinc pactum, quod cohæret
contractui, & eſt ſpecies conuentionis, pendet
a contractu, cui cohęret, qui tamen cõtractus
pariter eſt ſpecies conuentionis. l. 1. §. 1. ff. de
pactis, & ſpecies oppoſita pacto, l. iuris gen-
tium in princip. ff. de pact. veriſſima igitur eſt
hæc poſterior opinio, quæ nec in dubium re-
uocari meruit.

300 Supereſt igitur tertia, & vltima inſpectio,
an legatum ſit pars ſubiectiua teſtamenti in
genere generaliſſimo ſũpti, quatenus ſcilicet,
ſecundum communes traditiones, quæ ſunt
ſupponẽdæ in hac diſputatione, ad quamlibet
301 ſpeciem vltimæ voluntatis refertur; quando
enim de vno dubitamus; ne de vna in aliam
trahamur alienam diſputationem, & ne diſpu-
tando detur proceſſus in infinitum, ſupponen-
dæ ſunt communes opiniones, vt ex Riminal-
do Iun. ad Rubr. Inſt. de donat. num. 59. tradit
Ant. Maria Corat. in tract. de communi opin.
lib. 2. tit. 8. inſpect. 1. num. 2. verſic. hæc con-
cluſio fallit, & licet, communi illa opinione
ſuppoſita, ridicula videri poſſit hæc diſputa-
tio, cũ nemo ſani capitis dubitare poſſit, quin
legatum ſit ſpecies vltimę voluntatis, quia ta-
men reperiuntur nonnulli recentiores, qui cę-
cutientes in hac materia, hanc audent impu-
gnare veritatem, vt eorum leuitati ſatisfacia-
mus, nos quoque hoc in quæſtionem voca-
bimus.

Sunt igitur in propoſita difficultate, qui o-
pinantur legata, nec teſtamenti in genere ge-
neraliſſimo, quòd idem ſonat, quod vltima
voluntas, ſpecies eſſe, vel partes ſubiectiuas:
Hanc tenet Iaſ. hic num. 10. & eum ſequitur
Ludou. Aluar. num. 1. qui expreſsè confirmat
hanc ſententiam num. 39. & hanc eadẽ copio-
sè, ne dixerim verbosè defendit Pet. Ricciard.
ad Rubr. inſt. eod. num. 78. vbi hanc eandem
ſententiã adſcribit Iacob. de Nigris hic num.
15. & Io. Crot. nu. 2. ſed neuter eorum, ſi pau-
lo diligentius omnia perpendantur, quæ ſcri-
bunt menoratis in locis tenere hanc ſentẽtiam
302 comperietur, in ciuile enim eſt vna aliqua
particula propoſita iudicare, quicquid ſit plu-
ra pro hac opinione in medium afferuntur.

303 Et primum ad mentem Iaſ. hic num. 8. &
9. ſic poſſumus argumentari. ſi legatum eſſet
ſpecies, vel pars ſubiectiua teſtamenti in gene
re generaliſſimo ſumpti, non poſſent fieri le-
gata ab inteſtato, quia eo ipſo, quod quis le-
gatum relinqueret diceretur teſtatus, ſed poſ-
ſunt fieri etiam ab inteſtato. Gloſ. & DD. com
muniter ad §. præterea Inſt. de fideicom. hæ-
red. igitur legatum non poteſt eſſe pars ſub-
iectiua teſtamenti in genere.

Secundo, ad mentem eiuſdem Iaſ. hic num.
8. poſito genere, ponuntur omnes illius ſpe-
cies, & partes ſubiectiuæ, cum omnesample-
ctatur, & de omnibus prædicetur. l. ſi quid ea-
rum §. inter emptum ff. de leg. 3. l. inter agna-
tos ff. vnde legit. cum alijs adductis per eum-
dem Iaſ. hic nu. 6. ſed poſito teſtamento, non
ponitur legatum, cum teſtamentum, tam
in genere, quàm in ſpecie poſſit eſſe ſine lega-
tis. d. l. 1. §. ſi neque ſ de hæred. Inſtit. igitur le-
gatum non eſt pars ſubiectiua, vel ſpecies te-
ſtamenti.

Tertio, ad mentem Aluari, ſi legatum eſ-
ſet pars ſubiectiua teſtamenti, ita vt poſito le-
gato poneretur teſtamentum, quẽadmodum,
poſita ſpecie, ponitur ſemper genus, quod eſt
in qualibet ſpecie, de neceſſitate d. §. inter em-
ptum, ſequeretur illud incommodum, vt argu
mentum ab etymologia vocabuli valeret af-
firmatiuè, & vt, poſita teſtatione mentis, quæ
fit etiam per legatum, poneretur teſtamentũ.
At hoc cõſequens eſt falſum, vt tradunt DD.
communiter ad princip. inſtit. de teſtam. vbi
nos quoque cum eſſemus Iuniores diximus,
igitur falſum eſt etiam antecedens.

304 Quarto, nouiſſimus Piſtorienſis, ſic ratio-
cinatur, ſi legatum eſſet ſpecies, vel pars ſub-
iecti-

iectiua teſtamenti, ſequeretur, vt teſtamentum eſſet modus acquirendi de iure ciuili, ſed hoc conſequens eſt falſum, cum, non teſtamentum ſit modus acquirendi, ſed hæreditas §. vlt. Inſt. per quas perſon. nobis acquiret. teſtamentum enim eſt ius, propter quod, hæreditas autem eſt ius quo acquirimus, igitur falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur. probatur antecedens, ad mentem auctoris huius argumẽti, quia vnaquęque ſpecies haber proprietates, & paſſiones ſui generis, quod ineſt in ſuis ſpeciebus, cũ omnibus ſuis qualitatibus, ita vt quicquid dicitur de genere, dicatur de ſpecie, qualibet. l. ſemper ff. de reg. iur. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſt. cum alijs adduct. per Nicolaum Vigell. in ſua dialect. iur. lib. 2. in loco à genere, ſed legatum habet hoc, vt ſit modus acquirendi de iure ciuili, igitur neceſſe eſt, vt hoc idem habeat teſtamentum, quod eſt legati genus, à quo ſuas, ſpecies, accipiunt qualitates.

305 Quinto ſic argumentantur nulla ſpecies, cũ habeat ſuam formam indiuiduam, diuidi poteſt, ſed legatum poteſt diuidi, igitur legatum, non modo non eſt ſpecies teſtamenti, ſed nec eſt ſpecies. ſimpliciter probant minorem, per text. in l. linea margaritarum. ff. ad legem Falcidiam, vbi cum eſſet factum legatum lineæ trigintaquinque margaritarum, dubitabatur, an hæres poſſet conſequi partem illius, ſi legi Falcidiæ eſſet locus, & concluditur affirmatiuè, & ſic linea, in qua conſiſtit legatum, diuiditur, ergo legatum diuiditur.

Sexto, ſi legatum eſſet ſpecies teſtamenti, vtique alicubi reperiretur teſtamentum appellatum, cum omnis ſpecies recipiat appellationem, & nomen ſui generis. d. §. inter emptum d. l. inter agnatos, cum alijs ſupra adductis, ſed nullibi reperitur in iure appellatum teſtamentum, vel, tamquam ſpecies illius, teſtamenti appellatione comprehẽſum, igitur, per locum à lege ceſſante, iuxta l. 1. ff. de Senat. legatum non eſt ſpecies, ſeu pars ſubiectiua teſtamenti.

306 Septimo, paucis plura perſtringendo, ad mentem eorumdem nouiſſimorum, ſic argumentor. Nihil, quod non ſit ſpecies vltimæ voluntatis, poteſt eſſe ſpecies, vel pars ſubiectiua teſtamenti in genere generaliſſimo, ſumpti, quód nihil aliud eſt, ſi datur, quàm vltima voluntas in genere, ſed legatum non eſt, ſpecies, vel pars ſubiectiua vltimæ voluntatis, igitur nec teſtamẽti in genere generaliſſimo ſpecies eſſe poteſt. Maior perſpicua eſt minorem
307 probant pluribus modis, & primum, quia nõ poteſt eſſe ſpecies vltimæ voluntatis, quod per ſe à cæteris vltimis voluntatibus materiã, per propriam formam ſeparatam, & ſpecificatam non habet, eiuſmodi eſt legatum, igitur non poteſt eſſe ſpecies vltimæ voluntatis; minorem autem huius probationis probãt, quia legatum à voluntate teſtatoris, quæ teſtamentorum, & codicillorum eſt materia, & ab eorumdem ſolemnitate, quæ eſt ipſorum forma, capit robur, ita vt per ſe, nec materiam, nec formam ſeparatam habeat. ſecundo minorem principalis argumentationis probant, quia illud, cui vltimæ voluntatis definitio non competit, vltimæ voluntatis ſpecies eſſe non poteſt, argumento l. 1. §. dolum. ff. de dolo. ſed legato non competit definitio vltimæ voluntatis, igitur non poteſt illius eſſe ſpecies, & huius quoque ſecundæ probationis minorẽ probant, quia vltima voluntas, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. l. 1. iuncta gloſs. ſupra de teſtament. & ſic iuſta, ideſt ſolemnis, ſed legatum non poteſt dici per ſe iuſta, & ſolemnis voluntas, cum nullam habeat propriam ſolemnitatem, ſed pendeat à ſolemnitatibus teſtamentorum, & codicillorum, in quibus fit, igitur non poteſt legato, vltimæ voluntatis definitio accommodari. Tertio, eandem minorem ſic virtualiter probant, dico autem virtualiter, quia ita confusè, & obſcurè loquuntur, vt vix quid ſibi voluerint percipi poſsit. Nihil poteſt eſse teſtamẽti ſpecies, quod voluntatis quoddam teſtimonium, & mentis teſtatio, cuiuſmodi eſt teſtamentum, non ſit, cum genus, vt ſæpe ſupra dictum eſt, inſit in omnibus ſuis ſpeciebus, cum omnibus ſuis qualitatibus. At legatum voluntatis teſtimonium, & mentis teſtatio non eſt, ſed donatio quædam, §. 1. Inſtitur. eodem. igitur vltimæ voluntatis ſpecies eſſe non poteſt, ſed eſt quidam actus, ideſt modus acquirendi contentus in vltima voluntate, vt eſt etiam ipſa hæreditas, ita vt quemadmodum donatio non eſt ſpecies teſtamenti, ita nec legatum, arguendo à proportione, eodem modo enim legatum ſe haber ad teſtamentum, & vltimam voluntatem, quo donatio, ſed donatio non eſt vltima voluntas, ergo nec legatum. Quarto, & vltimo probant eandem minorem, quia ſi legatum eſset vltima voluntas, vtique quandoque fuiſset in iure vltima voluntas appellatum, quemadmodum reperitur appellatum vltima voluntas teſtamentum, in d. l. 1. ſupra de teſtament. codicilli in l. vlt. C. de codicill. & donatio cauſa mortis in l. vlt. C. de donat. cauſa mort. & in ſumma inter vltimas voluntates, alicubi numerare-

tur,ſed nullibi inter vltimas voluntates reperitur enumeratum,& vltimæ voluntatis appellatione comprehenſum ,& ſignificatum , igitur vltima voluntas non eſt,ſed actus celebratus in vltima voluntate,vt hæredis inſtitutio, datio tutelæ aſſignatio libertorum, & ſimilia , quæ,ſecūdum nouiſſimum Piſtorienſem,ſunt partes materiæ teſtamenti,& codicillorum,& ſic illarum ſpecierum vltimarum volūtatum, in quibus fiunt,quæ per ſe ſubſiſtunt, & ſimiles actus continent,quæ vltimę voluntatis ſpecies non ſunt,ſed ad eas referuntur.

His tamen,& ſimilibus leuiſſimis,& ſophiſticis argumentis non obſtantibus,contrariam opinionem firmauit hic Barthol. Soc. num.1. quem, excepto Iaſ.Aluaro, & Nouiſſimo Piſtorienſe,ſecuti ſunt vno ore omnes Interpretes,& in primis Ripa num.6. & Socin.Iunior. num.22.Guilielm.Pontanus noſter. num.12. Vincent.Hercul.hic in fin.ver.ſed in ſumendo & Marc.Anton.Bellarmat.num.4.& communem hanc opinionem , ſuppoſito teſtamento in genere generaliſſimo , veriſſimam eſſe arbitror.

308 Et primum, omiſſis leuioribus , quia vbicumque duæ res, ita ſe habent ad inuicem, vt vna de altera prædicetur in quid,non e contra cogimur fateri rem illam,à qua prædicatio,& ſubſiſtendi conſequentia non conuertitur,ſpeciem alterius eſſe,vt colligitur ex ſæpius reptita.l.ſi quid earum. §.inter emptum. de leg. 3.ex.d.l.inter agnatos.ff.vnde legit. & ſimilibus,faciunt tradita per Porphyr.in ſuis vniuerſalibus,in cap.de genere,& in cap.de ſpecie, nec non tradita per Euerard.in loco à genere ad ſpeciem,& in loco à ſpecie ad genus. At teſtamentum prædicatur de legato in quid,quatenus generaliſſimè accipitur pro vltima voluntate, cum omne legatum ſit vltima voluntas,non tamen conuertitur, & reciprocatur, quicquid dicat Ripa hic. num.3. qui grauiter labitur in hac re, eum non omnes vltima voluntas ſit legatum,poteſt enim eſſe teſtamentum,donatio cauſa mortis, & quid ſimile, igitur legatum, à quo non conuertitur prædicatio , eſt ſpecies teſtamenti in genere ſumpti, nec dicas legatum non eſſe vltimam voluntatem, quia in ſequenti argumento, & reſpondendo ad contraria , oppoſitum manifeſtiſsimè probabimus.

309 Secundo,omnis vltima voluntas,ſuppoſito teſtamēto in genere generaliſſimo,eſt ſpecies eiuſdem teſtamenti generaliſſimè accepti, vt omnes admittunt. At legatum eſt vltima voluntas,igitur legatum eſt ſpecies teſta-

310 menti generaliſsimè accepti. Probatur minor , primum quia quicquid dicitur de donatione cauſa mortis, de legato etiam dici poteſt,cum ſint æquipatata. §.1. Inſtitut.de donat.cauſa mort.& ab æquiparatis valeat argumentum, vt tradunt DD. communiter ad.l.1.

311 inſr. eodem. At donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas.l.vlt.C.de donat. cauſa mortis, igitur & legatum . Præterea omnis voluntas defuncti eſt vltima voluntas , vt patet ad ſenſum,ſed legatum eſt voluntas defuncti . §. 1. Inſtitut.de legat.igitur legatum eſt vltima voluntas. Nec dicas cum nouiſſimo Piſtorienſe legatum non eſſe voluntatem, ſed donationē, quia ex eiuſdem dictis contrarium probari poteſt, cum ipſe quoque admittat donationem cauſa mortis vltimam voluntatem eſſe per d.l.vltimam.C.de donat.cauſa mor.quicquid enim conſenſum habet neceſſe eſt,vt voluntatem habeat,& nulla donatio poteſt eſſe ſine conſenſu,vt ad ſenſum patet, igitur donatio eſt voluntas. Accedat etiam, quòd idem nouiſſimus admittit legatum eſſe partem materiei ipſius teſtamenti , vel codicillorum , in quibus ſit,ſed teſtamētorum, & codicillorum materia eſt teſtatoris voluntas volita, vt poſt alios docuit eleganter Thobias Non. noſter, ad Rubr.Inſtitut. eodem.num.4. & nos etiam tradidimus,tàm ibi,quàm ad.l.1.ff.de teſtam. & eſt veriſſimum, & probatur etiam optimè in l.4.ff.de adimen.legat.igitur legatum eſt voluntas,&, cùm ſit voluntas defuncti, cōſequitur vt ſit vltima voluntas eius,ſcilicet,qui nolle,aut velle amplius non poteſt.

312 His ſic ſtantibus , facile eſt ad contraria reſpondere,& præſertim ad primum argumētum , quia legata poſſunt fieri ab inteſtato reſpectu teſtamenti in ſpecie, in quo fit hæredis inſtitutio,& ſic ab eo, qui teſtamentum in ſpecie non condidit,& heredem non inſtituit,ſed non poſſunt fieri abſolutè ab inteſtato , & reſpectu teſtamenti in genere generaliſſimo , quod,eo ipſo,quòd aliquid per legatum relinquimus, facimus (ſuppoſita, ſcilicet ea communi,quæ vult, vt teſtamentum in genere generaliſſimo ſignificet quamcumque vltimam voluntatem,nec obſtant tradita per gloſſ.& DD.ad d.§.Præterea.primum, quia text.dicit oppoſitum,cum alioquin,inquit text.legata non niſi ex teſtamento valeant, præterea licet admittamus fieri hodie poſſe legata in codicillis ab inteſtato, vt admittimus, hoc in telligimus verum eſſe reſpectu teſtamenti in ſpecie, extra quod fit,non abſolutè ab inteſtato,cum & codicilli,& legata ipſa ſint teſtamenta,ſup

poſita

poſita illa communi, quæ admittit dari teſta-
mentum in genere, quod de omnibus vltimis
voluntatibus prædicetur.
313 Nec facit negocium alterum Iaſ. argumē-
tum, quia illa maior. poſito genere, ponuntur
omnes illius ſpecies, falſa omniuo eſt; poſito
enim animali non ponitur de neceſſitate ho-
mo, nec poſito contractu ponitur de neceſſi-
tate emptio, & venditio, cum poſſit eſſe bos,
leo, locatio, & conductio, depoſitum, hinc de
genere ad ſpeciem non licet affirmatiuè argu-
mentari, vt, poſt dialecticos, docet Euerardus
in ſua Centuria in loco de genere ad ſpeciem.
Non tenet ergo ſequela poſito teſtamento nō
ponitur de neceſſitate legatum, ergo legatum
non eſt ſpecies teſtamenti, quemadmodum
non tenet hæc. poſito animali, non ponitur de
neceſſitate homo, & poſito contractu, non po
nitur de neceſſitate emptio, & venditio, ergo
homo non eſt ſpecies animalis, & emptio, &
venditio non eſt ſpecies contractus, de genere
enim ad ſpeciem non niſi negatiuè valet argu
mentum, non eſt contractus, ergo non eſt em-
ptio, & venditio, non eſt animal, ergo non eſt
314 homo: de ſpecie autem ad genus non niſi af
firmatiuè argumentum valet, eſt homo, ergo
animal, eſt depoſitum, ergo contractus quid
315 quid comminiſcatur Iaſ. qui dialecticæ om-
nino ignarus, & ſpeciem de genere prædicari
aſſerit, & conſequentiam pro prædicatione
accipit, in quem errorem videtur etiam inci-
diſſe Vincent. Hercul. noſter hic, in penul. co-
lum. verſic. item intellige, quod dicitur pars.
quæ omnia, quàm ſit abſurda, atque adeo mō
ſtroſa, & portētoſa etiam tirones, qui à limine
dialecticorum principia ſalutauerint, facilè poſ
ſunt intelligere.

Tertium quoque argumentum facilè ſolui
poteſt, quia, dum dicebatur in eo, ſi legatum
eſſet pars ſubiectiua teſtamenti, ita vt, poſito
legato, poneretur teſtamentum, ſequeretur
argumentum ab ethymologia vocabuli vale-
re affirmatiuè, neganda eſt maior, licet enim
hæc particularis teſtatio mentis, quæ fit per le-
gatum, ſit teſtamentum, non propterea poſſu-
mus vniuerſaliter argumentari, eſt teſtatio
mentis, ergo eſt teſtamentum, quia etiam do-
natio etiam teſtis depoſitio eſt teſtatio men-
tis, & tamen neutra eſt teſtamentum, nam
poſita etiam teſtatione mentis, quæ fit per hæ
redis inſtitutionem, ponitur ſine dubio teſta-
mentum, inde tamen non ſequitur, vt valeat
argumentum ab ethymologia vocabuli affir-
matiuè, nam, dum eo modo argumentamur,
non ab ethymologia argumentamur, ſed per
ethymologiam, ſeu notationem ſpeciem cir-
cumſcribentes, de ſpecie ad genus ratiocina-
mur, de qua ad genus, quin valeat affirmatiuè
argumentum, nemo eſt qui dubitet.
316 Quartum quoque, nouiſſimi Piſtorienſis
argumentum, nullius prorſus eſt roboris; dum
enim dicit, ſi legatum eſſet ſpecies teſtamen-
ti, ſequeretur, vt teſtamētum eſſet modus ac-
quirēdi de iure ciuili, falſa eſt propoſitio, quia
licet genus totum, cum omnibus qualitatibus
ſit in qualibet ſpecie, non tamen omnes ſpe-
cierum qualitates ſunt in genere, cum ſemper
ſpecies re aliqua abundet à genere, vt docet
Porphyrius in ſuis vniuerſalibus, cap. de diffe
rentia, id quod perſpicuo etiam exemplo pro-
bari poteſt, nam licet ratio ſit in homine, in a-
nimali tamen, quod eſt illius genus ineſſe nō
dicitur: ratio enim eſt differentia, qua ſpecies
317 quæ plura continet actu, quàm genus, à ge-
nere ipſo abundat: quamobrem, quemadmo-
dum vera non eſt hæc propoſitio, ſi homo eſ-
ſet ſpecies animalis, animal in genere eſſet ra
tionale, vel riſibile, ita quoque falſa eſt hæc, ſi
legatum, quod eſt modus acquirendi, eſſet ſpe
cies teſtamenti, teſtamentum eſſet modus ac
quirendi, falſa igitur eſt maior propoſitio. præ
318 terea falſa eſt etiam minor, quia immo teſta
mentum eſt modus acquirendi de iure ciuili,
nec contrarium probatur in d. § vltimo. Inſtit.
per quas perſon. nob. acquir. cum non dicat eo
loci Imperator hæreditatem eſſe modum ac-
quirendi, nec dicere hoc potuerit, quia hære-
ditas eſt res acquiſita, ſed dicit modum acqui-
rendi per vniuerſitatem eſſe ipſam hæredis in-
ſtitutionem, in qua conſiſtit teſtamentum,
quæque cum teſtamento conuertitur. Inſt. de
hæred. inſtitu. vndique igitur, & falſum, &
ineptiſſimum eſt quartum nouiſſimorum ar-
gumentum.
319 Nec abſimile eſt quintum, cuius maiorem
propoſitionem; quæ habet quælibet ſpecies
ſuam habet formam indiuiduam; facilè admit
timus; quia forma quælibet eſt indiuiſibilis,
vt per Bald. ad l. de quibus. num. 26. ſupra de
legibus. ſed animaduertendum eſt, non pro-
pterea ſpeciem ipſam eſſe indiuiſibilem, cum
poſſit diuidi in plura ſingularia, & indiuidua,
de quibus prædicatur, vt, poſt Porphyrium, in
ſuis vniuerſalibus. cap. de ſpecie. docet gloſ. ad
§. conſtat. in verſic. plebs. Inſtit. de iur. nat. gen.
& ciuil. ſed vereor, ne illius argumenti auctor
æquiuocando in memorata propoſitione, per
ſpeciem intellexerit indiuiduum, vt faciunt in
terdum noſtrates; cuiuſmodi eſt Titius, hic
equus, hæc domus, quæ nequeunt in partes

ſubiectiuas diuidi, ſecundum quem ſenſum,
dicta maior propoſitio ad rem non facit, cum
loquamur de vera ſpecie logica. Præterea fal-
ſa eſt quoque minor propoſitio, & imperti-
nens, impertinens, quia, ad hoc, vt concludе-
ret argumentum, debuiſſet ita concipi. ſed for
ma legati diuiditur, & hoc modo concepta eſt
falſa], quia nulla forma diuiſionem admittit,
vt mox dicebamus ex Baldo, eſt etiam falſa eo
320 modo quo concepta eſt, quia dum detrahi-
tur Falcidia de re legata, non legatum, ſed res
legata tãtummodo diuiditur, integrum enim
remanet legatum apud legatarium, quod au-
tem retinet hæres per legem Falcidiam, iure
hæreditario retinet, vt latius docebimus (Deo
dante) ad. l. in quartam. ff. ad l. Falc.

Sextum quoque argumentum leue eſt, nã,
licet veriſſima ſit illa maior, ſi legatum eſſet
ſpecies teſtamenti, veniret teſtamenti appel-
latione, falſa tamen eſt minor, quæ negat lega
tum teſtamenti appellationem recipere; quia,
præterquam quod videntur legata teſtamen-
ti appellatione comprehendi, in inſcriptione
Articuli quinti Pandectarum, qui eſt de teſta-
mentis, & in. d. l. Eunuchis. C. de teſtamen, &
qui teſta. fac. poſſ. in fine, nec non in. c. quam-
quam. de vſur. lib. 6. ponderando illud, vt per
Bellarmatum hic. num. 4. verſic. demum, &
quarto. Satis etiam eſt, vt poſſint recipere, li-
cet legiſlatores nomine generis illud non ap-
pellauerint, ſed proprio, & ſpecifico, & cui du-
bium eſſe poteſt, quin competere poſſit legatis
teſtamenti nomen, ſi teſtamentum generaliſ-
ſimè ſumatur, ita vt ad omnem vltimam volũ-
tatem referatur, quod in hac diſputatione ſup
ponendum eſt?

Nec alicuius efficacitatis eſt ſeptimum, &
vltimum argumentum, cum falſum ſit illius aſ
ſumptum, legatum, ſcilicet non eſſe vltimam
voluntatem, nec mouet prima illius proba-
tio, quia, quamquam fatemur vltimæ volun-
tatis ſpeciem non eſſe, quod propriam mate-
riam non habeat, per ſuam formam ſpecifica-
tam, & ſeparatam à cæteris vltimis voluntati-
bus, vt dicebamus in maiore propoſitione,
negamus tamen minorem illam, qua nega-
bant Nouiſſimi Piſtorięſes, propriam legatum
habere formam, determinantem generalem
materiam, & conſtituentem ſpeciem diſtin-
321 ctam ab alijs omnibus vltimarum volunta-
tum ſpeciebus; quandoquidem materia lega-
ti eſt vltima voluntas, quæ, tamquam genus
quoddam, communis eſt omnibus vltimæ vo
luntatis ſpeciebus, genus enim ſumitur à ma-
teria, vt eſt Auctor Ariſtot. lib. 8. Metaphyſic.
text....... forma autem, à qua ſumitur differen
tia, vt per Philoſophum eodem in loco, quæ
diſtinguit, & ſpecificat materiã legati, eſt do-
natio ipſa, & delibatio hæreditatis, in certa re,
vel quantitate, quæ ſine onere alicui a defun-
322 cto relinquitur, & ſic quemadmodum teſta-
mentum eſt vltima voluntas, informata, & ad
ſpeciem contracta, per hæredis inſtitutionem,
323 ita quoque legatum eſt vltima voluntas, ſpe
cificata, & determinata, per donationem, ver
bis directis, & præceptiuis, à defuncto relictã,
&, quatenus dicebatur legatum capere robur
à forma teſtamenti, cum pendeat ab illius ſo-
324 lemnitate, reſpondemus teſtamenti ſolem-
nitatem, non eſſe intrinſecam, & eſſentialem
teſtamenti formam, ſed formam probationis
325 illius, alioqui daretur eadem forma numero
plurium entium, & ſic ſpecierum confuſio, cõ-
tra text. in §. penult. Inſtitut. de codicill. & in.
l. 2. in princip. ff. ſi cert. pet. pendet igitur lega-
tum, quantum ad probationem, à ſolemnitate
teſtamenti, & veluti contentum à continente,
326 teſtamentum enim collectiuum, vt infra op
portunius videbimus, & probatur in §. ante
hæredis. Inſtitut. de legat. continet varias vlti-
marum voluntatum ſpecies, quæ tamen om-
nes ſunt inter ſe realiter diſtinctæ. ſecunda
quoque eiuſdem minoris probatio leuis eſt,
propterea quod, definitio teſtamenti, poſita
in d. l. 1. ſupra de teſtament. non eſt definitio
teſtamenti in genere generaliſſimo, ſed teſta-
menti in genere ſubalterno, quod diſtinguitur
à codicillis, à legatis, & ab alijs vltimis volun-
tatibus, vt ſentiunt gloſ. & DD. communiter,
tàm ibi, quàm ad princip. Inſtitut. de teſtamẽ.
quamobrem mirum non eſt, ſi non competit
legato, cui ſatis eſt, vt poſſit accommodari de-
327 finitio vltimę voluntatis, quæ nihil aliud eſt,
quàm diſpoſitio, & ordinatio de rebus poſt
mortem, & ita debet definiri teſtamentum in
genere generaliſſimo, ſi datur, quo ſuppoſito,
non video, quo pacto negari poſſit legatum
eſſe ſpeciem teſtamenti. Nec mouet illud,
quod dicebatur legatum non eſſe mentis te-
ſtimonium, ſed donationem, & conſequenter
non eſſe vltimam voluntatem, quia ego non
video quo pacto donatio non ſit mentis teſti-
monium, cum per eum mentem noſtram teſte
mur, de re donata poſt mortem diſponendo,
& quælibet diſpoſitio, de re poſt mortem or-
dinata à defuncto, eſt vltima voluntas, vt ad
ſenſum patet. Nec dicatur ſi eſſet vltima vo-
luntas, vtique alicubi in iure reperiretur lega-
tum inter vltimas voluntates numeratum, &
vltimæ voluntatis appellatione comprehen-
ſum,

Digitized by Google

ſum, quia, præterquam, quod non tenet ſequela. legatum non reperitur appellatum vltima voluntas, ergo non poteſt appellari, cum commodius res nomine ſpecifico appellētur, hinc fortè vix eſt, vt in iure homo appelletur animal, non propterea inde ſequitur, vt animal non ſit, vt non poſſit animal appellari, ſi paulo diligentius iura perpendantur, pluribus in locis, in iure noſtro reperictur legatum, vel nominatim appellatum vltima voluntas, vel tāquam vltima voluntas circumſcriptum, & inter vltimas voluntates relatum, & præſertim in l. vltim. in princip. C. de donat. cauſa mor. in l. 4. in fin. ff. de adim. leg. in §. 1. Inſtitut. de legatis, quatenus dicitur donatio à defuncto relicta, & in d. l. Eunuchis. C. de teſtamen. & qui teſt. fac. poſſ. vbi dum ſit mentio ſeparatim de teſtamento, de codicillis, & de vltimis voluntatibus, ſine dubio, appellatione vltimarum voluntatum, legata, & fideicommiſſa comprehenduntur. Suppoſita igitur communi opinione, vt detur teſtamentum in genere generaliſſimo, quod prædicetur de omnibus vltimis voluntatibus, indubitati iuris eſt, legatum eſſe ſpeciem, & partem ſubiectiuam teſtamenti, nos tamen communem hanc ſententiam non ſequimur, quia arbitramur, vt vidiſtis falſum eſſe illius ſuppoſitum.

328 Nunc autem abſolutis ijs omnibus, quæ pertinebant ad ſecundum principem articulum ſecundæ concluſionis, quæ implicitè colligebatur ex gloſ. noſtra, ſubſequitur tertius, an, ſcilicet legatum ſit pars integralis teſtamēti, & quia certo certius eſt, legatum non eſſe partem integralem teſtamenti in genere, & in abſtracto conſiderati, cum ſine legatis integrū poſſit fieri teſtamentum, l. 1. §. qui neque. ſup. de hæred. inſtit. ſola erit dubitatio, an ſit pars integralis teſtamenti in indiuiduo, in quo factum eſt legatum, vel fieri debuit, & hanc diſputationem, facilioris intelligentiæ gratia, diuidam in duas inſpectiones.

329 Prima erit, an legatum deſtinatum ſit teſtamenti pars integralis, ita vt teſtator, qui deſtinauit facere teſtamentum, & in eo legata relinquere, ſi completa hæredis inſtitutione, legata perficere nequiuerit, in dubio, inutiliter dicatur teſtatus, etiam quo ad hæredis inſtitutionem.

Secunda, an legatum in teſtamento perfectum, & completum, ſit pars integralis illius teſtamenti, in quo relictum eſt.

Primæ inſpectionis exemplum eſt eiuſmodi. Aliquis coram ſeptem teſtibus, animo teſtandi, nonnullos heredes inſtituit, & cum alicui legare aliquid vellet, non expreſſa adhuc re, vel quantitate, deceſſit, dubitatio eſt, an ex eo ſolo, quod animo conceptum, deſtinatum, atque adeo cæptum legatum non perfecit, nulla exiſtente voluntatis coniectura, cenſeatur, & intelligatur inutiliter teſtatus, etiam quoad completam hæredis inſtitutionem, qua in re diſſentiunt Interpretes. Aliqui enim opinantur teſtamentum in controuerſia poſitum, quo ad hæredis inſtitutionem valere, licet teſtator legata, animo concepta, perficere nequiuerit, hāc opinionem quibuſdam Antiquis adſcribit Caſtr. ad l. ſi quis cum teſtamentum. ſupra de teſtamentis. quam tenent etiam hic Iacob. de Nigr. num. 18. Ludouic. Aluar. num. 37. & 38. & Socin. Iunior. num. 46. qui teſtatur hanc æquiorem eſſe, in quam videtur inclinare etiam Ioan. Bologn. num. 62. ſequitur Petr. Ricciard. ad Rubr. Inſt. eo. num. 58. & pluribus pro hac opinione mouentur.

330 Et primum, quia vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. c. vtile. vbi Dyn. num. 4. de reg. iur. lib. 6. At in propoſito vtiliter celebrata eſt heredis inſtitutio, a qua teſtamentum, tamquam a ſua forma, accipit eſſe, & perfectionem, vt tradunt gloſſ. & DD. ad l. 1. ff. de teſtament. facit §. ante hæredis. Inſtitut. de legat. igitur non debet vitiari per legatum animo conceptum, & non perfectum, ſed inutiliter factum, præſertim, cum legatum, veluti quoddam ſeparatum ab inſtitutione hæredis, poſſit à teſtamento abeſſe. d. l. 1. §. qui neque. ſup. de hær. inſt.

331 Secundo, in quæſtionibus voluntatis, in dubio, ea debet fieri interpretatio, per quam actus ſubſtinetur, & valet. l. quoties. inf. de rebus dub. l. quoties. infr. de verb. obligat. at iuris controuerſia, de qua in propoſito, ſine dubio eſt quæſtio voluntatis, cum ſupponamus non conſtare, an teſtator fuerit eius intentionis, vt voluerit, ſi legatum deſtinatum, & animo conceptum, non perfecerit, hæredis inſtitutionem valere necne, igitur debemus æquā hanc facere interpretationem, per quam hæredis inſtitutio ſubſtineatur. Nec dicas, vt in circulis Piſanis olim nobis reſpondebatur, ab excellentiſſimo D. Hieronymo Papponio Collega noſtro, non eſſe hanc noſtram, voluntatis quæſtionem, quaſi nequeat teſtator, homo priuatus, derogare voluntatis ſuæ integritati, in qua, veluti in puncto indiuiſibili, conſiſtit forma teſtamenti, quod eſt ſententia perfecta, de omni eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, quaſi ſit ſenſus, vt non poſſit eſſe teſtamentum validum illud, in quo omne, quod

voluit

voluit non compleuerit teſtator, nam replico, ſatis integram eſse voluntatem teſtatoris, ſi ipſe, caſu quo, inſtitutione facta, non poſſit vlterius progredi, ea contentus eſse voluit, per quam nihilominus diſponit de omni eo, quod poſt mortem fieri vult, nimirum de rebus omnibus, quæ ad hæredem pertinent, necnon de vita ciuili, quæ in hærede, à quo repræſentatur, continuatur, & perpetuatur, Authent. de iureiuran. a moriente præſt. in princip. nec dicatur eſſe quidem diſpoſitionem de omni eo, de quo poteſt teſtator diſponere, ſed non de omni eo, quod vult, cum legatum non perfecerit, quod facere volebat, nam adhuc replico, ſatis etiam eſſe de omni eo, quod voluit diſpoſitum, vbi; vel conſtat de voluntate teſtatoris, vt voluerit, ſcilicet valere hæredis inſtitutionem etiam ſine legato, quod potuiſſet etiam, poſtquam illud animo concepiſſet, non impeditus, ſed pœnitentia ductus, prætermittere, citra teſtamẽti inualiditatem, l. iubemus, C. de teſtament. l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit. &, quod dicimus de expreſſa teſtatoris voluntate, poſſumus etiam affirmare de voluntate à iure præſumpta, ad hoc vt actus valeat, iuxta d. l. quoties.

332 Tertio, lex, in dubio, ſubſtinet ſemper teſtatoris voluntatem, in ea parte, in qua non conſtat teſtatorem voluiſſe ab ea recedere, & recedendi cauſam non habuit, l. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtamento delentur, ſed in propoſito caſu, non conſtat teſtatorem voluiſſe recedere ab hæredis inſtitutione iam facta, & completa, nec defectus legati, quòd non potuit perficere, ſufficiens cauſa eſt, ob quam ab ea debuerit recedere, quaſi induxerit præſumptionem defectus voluntatis, in hæredis inſtitutione iam perfecta, igitur credendum eſt hæredis inſtitutionem, per legem ſubſtineri. Nec dicatur, d. l. cancellauerat, locum ſibi vendicare in teſtamento valido, & completô ab initio, ſecus autem in caſu noſtro, in quo dubitamus de validitate inſtitutionis hæredis, quæ nunquam valuit, nam replicamus, differentiam hanc, niſi aſſignetur diuerſa ratio, eſſe differentiam facti dumtaxat, ex qua non poſſumus inferre, ſine rationis diuerſitate, ad diuerſitatem iuris, quinimo tex. ille videtur probare memoratam maiorem in fortioribus terminis, quia, cum teſtator cancellaſſet omnia nomina, potius videbatur præſumendum, voluiſſe, in odium vnius, vniuerſum reuocare teſtamentum, quod facere ſine dubio poterat, quàm ſolummodo hæredis inſtitutionẽ illius, à quo fuerat offenſus reuocare, & tamen, vt actus ſubſtineatur, illam dumtaxat reuocare intelligitur, ergo multo minus debet intelligi reuocata hæredis inſtitutio, in caſu noſtro, vbi nullum reuocationis ſignum apparet.

333 Quarto, ſi diſpoſitionis deſtinatæ omiſſione, & defectu vitiaretur teſtamentum, vbicũque aliquis plures inſtituiſſet hæredes his verbis. Titium, Meuium, & Sempronium hæredes inſtituo ex partibus, quas adſcripſero, ſequeretur, vt partibus deſtinatis, & animo conceptis, non adſcriptis, nullæ eſſent inſtitutiones hæredum, & teſtamentum ipſum, ſed hoc conſequens eſt falſum, per tex. apertum in l. 1. ſup. de hæredib. inſtit. ergo falſum eſt etiam antecedens.

334 Quinto, ſi omiſſione, & defectu deſtinatæ diſpoſitionis, totum vitiaretur teſtamentum, ſequeretur, vt vbicumque teſtator plures deſtinaſſet hæredes inſtituere, & aliquorum dũtaxat ex illis nomina ſcripſiſſet, vel lingua ſignificaſſet, totum teſtamentum vitiaretur, non autem ſolummodo quo ad eos, quorum nomina ſcripta, vel nuncupata non fuiſſent, ſed hoc conſequens eſt falſum, quia, non in totũ vitiatur, ſed ſolummodo quo ad illos, quorum nomina fuerunt prætermiſſa. l. iubemus, §. quod ſi non fuerit. C. de teſtamen. igitur falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur.

335 Sexto, ſi omiſſione, & defectu deſtinatæ diſpoſitionis, totum corrueret teſtamentum, ſequeretur, vt qui vicos ciuitati reliquit, & promiſit eorum fines ſe ſignificaturum, & certaminis formam, qua celebrari ſingulis annis voluit, ſe declaraturum, ac poſtea morte præuentus non fecit, inutiliter vicos reliquiſſet, ſed hoc conſequens eſt falſum, l. cum pater, §. vltimo, infra titulo proximo, l. penultima, C. de inſt. & ſubſt. ergo falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur.

336 Septimo, ſi diſpoſitionis deſtinatę omiſſione, vitiaretur teſtamentum, vbicumque quis ita teſtatus eſſet. ille hæres eſto, ſecundum conditiones infra ſcriptas, & nulla reperiretur adiecta conditio, non ſuperuacanea eſſet conditionem pollicitatio, & valida, ac pura hæredis inſtitutio, ſed pura intelligitur eſſe, & valida hæredis inſtitutio, & ſuperuacua conditionum pollicitatio, l. pen. C. de inſt. & ſubſt. ergo omiſſio promiſſæ, ac deſtinatæ diſpoſitionis, non vitiat teſtamentum.

337 Octauo, & vltimò, caſus ſuperueniens, & impediens teſtatorem quominus id quod facere deſtinauerat adimpleat, tunc demũ, quod iam factum eſt, nullum reddit, & inutile, cum per illud quod factum eſt teſtamentum ca-

ptum

ptum dumtaxat dici poteſt,nõ autem factum.
At,in propoſito noſtro, per completam hære-
dis inſtitutionem,teſtamentum,non cæptum,
ſed factum dici poteſt. igitur caſus ſuperue-
niens,& teſtatorem impediens, quominus de-
ſtinatum legatum perficiat, non debet iam fa
ctam hæredis inſtitutionem inutilem reddere;
probatur maior, per text.in l.furioſum, C.qui
teſtament. fac.poſſ. vbi cæpto teſtamento, ſi,
habentem dilucida interualla,furor inuaſerit,
teſtamentum pro nihilo eſt,idem probatur in
d.l.ſi is cum teſtamentum,ſupra de teſtament.
vbi inquit I.C.ſi quis,cum teſtamentum face-
ret, hæredibus primis nuncupatis, priuſquam
ſecũdos hęredes exprimeret,obmutuiſſet ma
gis cæpiſſe eum teſtamentum facere, quàm
feciſſe, Varus Digeſtorum lib. 1. Seruium re-
ſpondiſſe ſcripſit,deinde ſubdit,inferendo.ita-
que primos hæredes ex eo teſtamento non fu
turos, ecce igitur non valere hæredis inſtitu-
tionem iam factam in dict.caſu,ſi ſuperueniat
caſus, vt teſtator obmuteſcat, quia teſtamen-
tum non niſi cæptum dici poterat,vt dicit tex.
cum integrè facta nõ eſſet hæredis inſtitutio;
non omnes enim hæredes, quos nuncupare
ſibi in animo propoſuerat,pronunciauerat,vt
dicit idem text.in fi.ſi igitur pronunciaſſet om
nes, & conſequenter hæredum inſtitutiones
compleuiſſet, ſine dubio,talis hæredis inſtitu-
tio valuiſſet, licet deſtinatum legatum teſta-
338 tor non compleuiſſet. Minor autem proba-
339 tur, quia res illa facta dicitur, & perfecta,
quæ ſuam formam habet,quæ cuicumque rei
eſſe tribuit,& effectum,l.Iulianus,§.ſi quis rẽ,
ff.ad exhibendum, l.adeo,§.cum quis, ff.de
acquiren.rerum domin. ſed teſtamentum,in
340 controuerſia poſitum, ſuam iam habet for-
mam, quæ conſiſtit in hæredis inſtitutione,
per quam tribus verbis fieri, & informari po-
teſt,l.1.§.qui neque,ff.de hæred.inſtit.tradunt
DD.communiter ad l.primam, ſupra de teſta
ment. igitur eiuſmodi teſtamentum factum
eſt,non cæptum tantummodo. Nec dicas hæ-
redis inſtitutionem eſſe formam teſtamenti
in ſpecie,& in abſtracto non autem teſtamenti
in indiuiduo, in quo, vltra hæredis inſtitutio-
nem,ad hoc, vt perfectè informetur, & com-
pleatur,requiritur perfecta,& integra diſpoſi-
tio de omni eo, quod teſtator fieri poſt mor-
tem volebat,d.l.1.de teſtament.quod non eſt
in caſu noſtro, vbi legatum, quod facere vole-
bat non fecit teſtator,nam replico,abſtractum
non differre à concreto,quoad eſſentiam, vt
docet Auerr.lib.2.poſter.comm.51. quando
341 quidem abſtractum dicit aliquid extra ſubie
342 ctum, concretum autem dicit illud idem,
quod abſtrahebatur, in ipſo ſubiecto; quam-
343 obrem non poteſt eſſe diuerſa, a forma ab-
ſtracti,forma concreti. Prętereа,licet admitta-
mus in teſtamento deſiderari voluntatis inte-
gritatem,ſatis reperitur in teſtamẽto, de quo
344 agimus,cum præſumatur contentus ſola hæ
redis inſtitutione,per quam ſucceditur in vni-
uerſum ius defuncti,l.hæreditas,de regul.iur.
vbi aliud facere non poſſit, & de contraria il-
lius voluntate non conſtet; etenim, ſi antea-
quam conderet teſtamentum fuiſſet interro-
gatus, ſi anteaquam vnum, vel alterum deſti-
natum legatum faceret,ſcriptis,vel nuncupa-
tis hæredibus, moreretur,veriſimiliter, ſine
dubio,reſpondiſſet velle valere, ergo eodem
modo reſpondere, & concludere nos quoque
debemus.

His tamen,& ſimilibus minimè negocium
facientibus,in contrariam opinionem iuit Pau.
Caſtr.ad l.ſi is cum teſtamentum,ſupra de te-
ſtamen.num.2. & eandem opinionem ſequun
tur DD.communiter,ibi,& hic, & præſertim
hic Barthol.Socin.num.1.Pet.Criſp.num.68.
Ioan.Crot.& Hieronym.Torniel.num 3.Gui-
lielm.Pontan.noſter, num.12. Vincent. Her-
culan.colum.3.verſicu.dicuntur itaque,& M.
Anton.Bellarmatus,num.7.verſic. Tu tamen
conſidera, vbi de communi teſtatur, & opi-
nionem hanc, quam Iunior reprobabam, ve-
riorem eſſe, deinde arbitratus ſum, pluribus
ductus.

345 Et primum,quia teſtamentum cæptum,
& non perfectum,ſine dubio,nullum eſt, l.fu-
rioſum, C.qui teſtament.facere poſſ. l.ex ea
ſcriptura,ſupra de teſtament.l.fideicommiſſa,
in princip.verſic.quoties,infra de leg.3.At te-
ſtamentum, in quo propoſuerat ſibi in animo
teſtator legatum aliquod facere,& mortalita-
te præuentus non fecit, dicitur cæptum, &
non perfectum.igitur teſtamentum eiuſmodi
346 eſt nullum. Minor probatur, quia teſtamen-
tum illud,in quo teſtator omnia, quæ facere
deſtinauerat non compleuit, perfectum dici
non poteſt, ſed cæptum dumtaxat, argumen-
to regulæ legis,cum Syllanianum,in fin.C.de
his,quibus vt indign.probat optimè text.in d.
l.ſi is cum teſtamentum, ſupra de teſtament.
iuncta l.1.ff.eodem. At in teſtamento,in con-
trouerſia poſito, non omnia fecit, quæ animo
cõceperat,&,vt loquũtur,deſtinauerat facere
teſtator,cũ legata,quæ facere voluit nõ perfe-
cerit, igitur eiuſmodi teſtamentum, non per-
fectum,ſed cæptum dumtaxat dici poteſt.nec
dicas ſatis perfectum eſſe, quia recepit formã

ab

Digitized by Google

ab inſtitutione hæredis ; in qua ſola conſiſtit teſtamentum, per l.1.§.qui neque, ſupra de hæred.inſtit. quia per ſolam inſtitutionē perficitur teſtamentum illius, qui neque legaturus eſt, neque quemquam exhæredaturus, d. §.qui neque,igitur qui legaturus eſt, quia,ſcilicet deſtinauerit legata facere , non ex ſola inſtitutione hęredis perficit teſtamentum,ſed per vltimam concluſiuam, cum ſit quid indiuiduum,iuxta tradita per Bal.ad d.l.ſi is cum teſtamentum, ͞j de teſtam.

347 Secundo,niſi omiſſio deſtinatę diſpoſitionis vitiaret,& nullum redderet teſtamentum, vbi quis conditionem deſtinans inſerere non addidiſſet , is qui fuiſſet purè inſtitutus , pro non inſtituto non haberetur. At pro non inſtituto habetur,ſi deſtinata conditio fuerit omiſſa,vt diſertis verbis docet I.C.in l.quoties,§. tantumdem,ſupra de hæred. inſtit.igitur omiſſio diſpoſitionis deſtinatæ nullum reddit teſtamentum,immo,ſi omiſſio conditionis,multo magis omiſſio diſpoſitionis,& legati.

348 Tertio , niſi deſtinatæ diſpoſitionis omiſſio vitiaret teſtamentum,vbicumque teſtator, plures hæredes inſtituturus, non omnes nuncupaſſet,ſed, vno, vel altero ex illis nuncupato,obmutuiſſet,teſtamentum, quo ad nuncupatos valeret,ſed non valet,ita vt, nec illi nuncupati, ſiut ex eo teſtamento futuri hæredes , l.ſi is cum teſtamentum , ſupra de teſtament. ergo omiſſio deſtinatę diſpoſitionis,ex ſuperueniente impedimento, vitiat teſtamentum ; nec dicatur in d.l.ſi is cum teſtamentum,omiſſionem conſiſtere in ſubſtantialibus , hoc eſt in hæredis inſtitutione , quia poſtquam vnus eſt hæres inſtitutus , cæteri , qui adijciuntur , videntur eſſe accidentales , cum eorum inſtitutio poſſit abeſſe à teſtamento , quod eſt teſtamentum per vnius, & ſolius hæredis inſtitutionem , quemadmodum poteſt abeſſe legatum. Ratio igitur eſt,cur vitietur eo caſu teſtamentum,quod indiuiduum eſt,quia ſuam formam non recepit ex vltima concluſiua, in qua vt infra videbimus,ex vera ſententia Baldi,conſiſtit collectiui teſtamenti quidditas, & formam .

349 Quarto, quia nihil actum creditur, quando aliquid ſupereſt addendum . l.cum Syllanianum C. de his, quibus , vt indignis , in fin. ſed vbi teſtator impeditur deſtinatum legatū facere , ſine dubio aliquid ſupereſt addēdum; igitur nihil actum creditur , nec dicatur regulam locum ſibi vendicare, vbicumque aliquid ſuperſit addendum, quod ſubſtantialia actus concernat ; quia prȩterquam , quod hæc reſponſio diuinatiua eſt, & contra legis generalitatem,& conſequenter non admittenda,per l.ſi putator ff. ad legem Aquil. & per l.1.in §. generaliter de leg. præſt. dicimus omiſſionem legati concernere ſubſtantialia actus, cum impediat integritatem voluntatis defuncti ; & vltimam concluſiuam , in qua conſiſtit forma
356 teſtamēti collectiui , quòd eſt totum,quoddam per aggregationem diuerſarum vltimarum voluntatum , ex diſpoſitione , & deſtinatione teſtatoris.

Quinto, & vltimo, in indiuiduis vtile, per inutile vitiatur , doctrina Bart.ad l. grecè in §. illud num. 3. inf. de fideiuſ.tradunt DD.communiter ad.l.1. §. ſed ſi mihi ͞j de verb. oblig. At teſtamentum,de quo loquimur, eſt quoddam indiuiduum,vt tradunt Bald. & Imol.ad d.l.ſi is cum teſtamentum ͞s de teſtam. cum eius forma conſiſtat in puncto indiuiſibili,cūque indiuiſibili contextu fieri debeat .l. hæredes palam §.vlt.ſupra de teſtam. cumque dicatur iuſta ſententia de eo , ideſt de omni eo, quòd quis poſt mortem ſuam fieri velit.d.l.1. ſupra de teſtam. & in eo vtiliter facta eſt hæredis inſtitutio , legata autem inutiliter deſtinata.igitur vtilis hæredis inſtitutio, per legata inutilia vitiatur .

His ſic ſtantibus, non obſtant ea, quæ contra communem ſententiam adducebantur, & præſertim primum ; argumentum , immo retorquetur,quia in indiuiduis vtile,per inutile vitiatur , immo nihil intelligitur vtiliter factū, donec formam non accipiunt, quæ conſiſtit in puncto indiuiſibili,& in vltima concluſiua, vt docet Bald.exemplo baptiſmatis,& ſententię ad d.l.ſi is cum teſtamentum ſupra de teſtam. & propterea dicitur teſtamentum,iuſta ſententia,ideſt perfecta , & non ſimpliciter perfecta, ſed iuſta ſententia voluntatis noſtræ ; quia illius perfectio, & integritas pendet a voluntate,& deſtinatione teſtatoris,quę ſi non ſit omnibus numeris abſoluta,& impleta, teſtamentum non eſt. Nec dicas,non poſſe teſtamentum dici , quid indiuidum reſpectu legati ; quod poteſt a teſtamento abeſſe.l.1.§.qui neque ſupra de hæred.inſt.quia hæc conſideratio quoque retorquetur,poteſt enim legatum abeſſe , præter illius corruptione; quando fit abeo,qui legaturus non erat , vt dicit I. C. in d. §. qui neque, igitur a teſtamento in quo, vt ex deſtinatione cōſtabat aliquid teſtator erat legaturus,non pœnitentia, ſed, impedimento ſuperueniente,non poterat prȩter teſtamenti corruptionem abeſſe .

Nec facit negocium ſecūdum, quia regula

gene-

Digitized by Google

generalis d.l. quoties, vendicat ſibi locum in
his, quæ non laborant defectu formæ, quæ for
ma, cum in caſu noſtro pendeat à voluntate
teſtatoris, non eſt credendum, eum valere vo-
luiſſe teſtamentum, quæ formam à ſua volun-
tate pendentem, ob ſuperueniens impedimē-
351 tum, recipere non potuit. Accedat etiam,
quòd iura, & rationes adductæ ſupra pro com
muni, in materia hac particulari, facilè dictę re
gulæ generali derogant, argumento l. in toto.
ff. de regul. iur. & l. ſanctio legis, ff. de pœn. Fa-
cilè enim generales eiuſmodi regulæ ſubuer-
tuntur, l. omnis definitio, ff. de reg. iu.

Nec obſtat tertium, quia maior illius propo
ſitio vendicat ſibi locum, quando teſtamen-
tum eſt perfectum, per integritatem indiui-
duæ voluntatis, & per vltimam concluſiuam,
quæ integritas remanet in eodem teſtamen-
to, licet cancelletur nomen vnius hęredis, vel
legatum adimatur, cum ſemper remaneat iu-
ſta, ideſt, perfecta teſtatoris diſpoſitio, & illius
voluntati adæquata, quod non eſt in caſu no-
ſtro, & ratio diuerſitatis conſiſtit in eo, quia, ſi
in aliquo ex diſpoſitis in teſtamento recedit
teſtator, non ideo teſtamenti forma in eſſe de
ducta, deſtruitur, ſed quando non omnia deſti
nata perficit teſtator, numquam forma indu-
citur, à qua actus validitas pendet, l. Iulianus,
§. ſi quis rem, ff. ad exhib. & conſequenter ni-
hil valet quod actum eſt.

352 Nec faciunt negocium quartum, & quin
tum, quia in d. l. 2. & in d. l. iubemus, §. quod ſi
non fuerit, teſtator non fuit ſuperuenienti ali-
quo caſu impeditus, & propterea, eo caſu, vt
actus ſubſtineatur, potius mutatio voluntatis
præſumitur.

353 Nec obſtat ſextum, quia in d. l. cum pater,
§. vltimo, & in d. l. penultima, pollicebatur, &
deſtinabat teſtator aliquid ſe declaraturum a-
lio tempore, & in alia ſcriptura, & propterea,
ſi declarationem deſtinatam, impeditus, non
faciat, teſtamentum iam factum, & comple-
354 tum, non infirmatur. difficilius enim, quod
validū eſt infirmatur, quam impediatur, quod
fit, vtiliter fieri.

Septimum quoque argumentum facilè ſol
uitur, quia in d. l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.
teſtator non impediebatur facere, quod de-
ſtinauerat facere, & ideo præſumitur mutatio
voluntatis.

Octauum quoque argumentum facilè ſol-
uitur, vel potius in contrarium retorquetur,
quia ſupra copioſè, & efficaciter probatum
eſt, teſtamentum collectiuum, quod conſiſtit
in collectione variarum vltimarum volunta-
tum, cæptum, & non finitum dicitur, vbi ſu-
perſit addendum aliquid ex animo conceptis
ab ipſo teſtatore, ita, vt vltimam concluſiuam
non receperit, vt per Bald. Imol. & alios, ad d.
l. ſi is cum teſtamentum, ſupr. de teſtam.

355 Non recedo igitur à communi ſententia,
Vt tamen omnes in hac materia tollantur dif-
ficultates, eam altius repetendo, quatenus du
bitatur, an, & quando, quia non omnia perfe-
cerit teſtator, quæ animo conceperat, & face-
re deſtinauerat, vniuerſum teſtamentum nul-
lum ſit, ſic diſtinguo. Aut aliquo modo con-
ſtat de voluntate teſtatoris, qui hæredis inſti-
tuit, voluiſſe valere, quod feciſſet, licet legata,
vel alia, quæ ſibi facere in animo propoſuerat,
non perfecerit, Aut verſamur penitus in du-
bio. primo caſu teſtamentum valet, tum quòd
teſtatoris voluntas, vti lex eſt obſeruanda, l. in
conditionibus, ff. de condit. & demonſtr. §. di-
ſponat, in Authent. de nupt. Tum quòd teſta-
toris ſuppoſita eiuſmodi voluntas, in eo, quod
fecit eſt integra eiuſdem teſtatoris voluntas,
in cuius integritate conſiſtit quidditas, &
forma teſtamenti collectiui, ex his, quæ tradit
Bald. ad ſæpius repetitam l. ſi is cum teſtamen
tum, ſupra de teſtament. ſecundo autem caſu,
Aut non perfecit teſtator, quod alio tempore,
& in alia ſcriptura facere deſtinauerat, Aut
quod deſtinauerat eodem tempore facere, &
in eadem ſcriptura, ſi quod alio tempore, & in
alia ſcriptura facere pollicitus fuit, non perfe-
cit, non propterea redditur nullum teſtamen-
tum, ſed præſumitur potius (vt actus ſubſtinea
tur, iuxta Regulam l. quoties, de rebus dubijs)
voluntatis mutatio, & in his terminis locum
ſibi vendicat, l. cum pater, in §. vlt. infra de le-
gat. 2. & l. penultima, verſic. & argumento, C.
de inſtitut. & ſubſtitut. ſi vero non perfecit,
quod eodem tempore, & in eadem ſcriptura
facere volebat, rurſus diſtinguēdum eſt, quia,
Aut, quod deſtinatum fuerat, omittitur ab
eo, qui, accidenti aliquo ſuperuenienti, nō fuit
impeditus, Aut ab eo, qui mortalitate, vel acci
denti alio fuit impeditus, ſi à non impedito,
Aut omittitur per errorem, Aut citra errorē,
ſi per errorem, qui conſenſum impedit, l. ſi
per errorem, ff. de iuriſdict. omnium iudicum,
l. nihil conſenſui, ff. de regul. iur. vitiatur teſta-
mentum, l. quoties, §. tantumdem, vbi Bart. &
DD. communiter, ſupra de hæred. inſtit. & in
his terminis intelligit d. text. etiam Cuiacius, ſi
verò citra errorem, teſtamentum non corruit,
ſed præſumitur mutatio voluntatis, & ita in-
telligo d. l. penultimā, in principio, C. de inſti-
tut. & ſubſtitut. & l. iubemus, §. quod ſi non

fuerit, C. de teſtament. Vbi vero deſtinata diſpoſitio omittitur ab eo, qui ſuperuenienti furore, puta, vel morte fuit impeditus, indiſtinctè totum corruit teſtamentum, & hoc modo debet intelligi . d. l. ſi is cum teſtamentum. ff. de teſtament. l. furioſum. C. qui teſtament. facer. poſſ. & ſi quæ ſunt ſimiles, ratio autem eſt, quia teſtamentum collectiuum, quod eſt aggregatum per accidens, voluntarium, & eterogenium, ideſt, plurium, & diuerſarum vltimarum diſpoſitionum, vt colligitur ex l. 1. ſup. de teſtament. iuncto §. ante hæredis. Inſtit. de legat. formam habet, quę conſiſtit in puncto indiuiſibili, quęque non introducitur, niſi in vltima concluſiua, vt per Bald. & Imol. ad. d. l. ſi is cum teſtamentum, ſ͂ de teſtam.

356 Subſequitur modo ſecunda inſpectio, an ſcilicet legatum ſit pars integralis teſtamenti, in quo factum eſt.

Et, in hac iuris controuerſia, ſunt, de more, pugnantes interpretum opiniones, quarum altera eſt affirmatiua, quam tenet Barthol. Socin. hic. num. 1. ſequuntur Iacob. de Nig. num. 16. cum ſimpliciter Socin. dicta referat. Criſpus num. 75. Ioan. Crott. num. 5. Pariſ. num. 28. Guilielm. Pontan. num. 12. Vincent. Herculan. in penultim. columna, verſic. dicitur itaque. Ripa num. 6. Socin. Iun. num. 34. & Ioan. Bolognet. nu. 63. quamquam, aliqui ex iſtis, dicant legatum eſſe partem teſtamenti integralem, ex voluntate teſtatoris, non ex natura rei, quicquid ſit, pro hac opinione, quę communis eſt, vt de communi teſtatur Ioan. Bolognet. hic. num. 62. in fine. plura afferuntur argumenta.

357 Et primũ ſic ratiocinãtur, illa dicitur pars integralis, ſine qua totum eſt inutile, & ſine effectu, vel ſaltem imperfectũ, vt domus ſine tecto, nauis ſine malo, ſtatua ſine brachio, ſcyphus ſine anſa, & homo ſine manu. l. malum. infra de verb. ſignificat. l. in rem. §. ſi quis rei ſuæ. ſupra de rei vendicat. At teſtamentum, ſine legato facto, quod deſtinauerat facere teſtator, eſt imperfectum, vt ſentiunt communiter Interpretes, per d. l. ſi is cum teſtamentum. ſupra de teſtament. & per l. furioſum. C. qui teſtamen. facer. poſſ. cum alijs in præcedenti inſpectione adductis, igitur legatum eſt pars integralis teſtamenti, in quo factum eſt, cum illi tribuerit integritatem, & complementum.

358 Secundo, ex ſententia Socin. Iun. hic. num. 34. ſic poſſumus hanc eamdem ſententiam cõfirmare. Ita ſe habet vnumquodque ad teſtamentum, vt teſtatorem voluiſſe veriſimile eſt, cum illius voluntas ſit regina, & lex in teſtamento, vt vulgo dicunt, per text. in l. in conditionibus. ff. de conditionib. & demonſtrat. &

359 per text. in §. diſponat, in Authent. de nupt. cumque totum voluntarium pendeat omnino à deſtinatione conſtituentis illud. l. locus. ff. de verb. obligat. At, qui ſibi proponit in animo facere legatum in teſtamento, ſine quo teſtamentum non valeat, vult ſine dubio legatum eiuſmodi partẽ eſſe integralem teſtamenti, igitur legatum, de quo agimus, eſt pars integralis teſtamenti.

360 Tertio, & vltimo, ad mentem Iacobi de Nigris, pro hac eadem parte, ſic ratiocinamur. Pars integralis, minus principalis, ea eſt, quæ licet totum integret, ab eo tamen, ſine ipſius eſſentiæ corruptione, poteſt abeſſe, vt manus ab homine. At legatum eſt eiuſmodi, cum negari non poſſit, quin ſaltem teſtamentum aliquam ab eo recipiat integritatem, & perfectionem. §. ante hæredis. Inſtit. eodem. vtcumque poſſit ab eo, ſine illius deſtructione, abeſſe. l. 1. §. qui neque. ſupra de hæred. inſtitu. igitur legatum eſt pars integralis ipſius teſtamenti.

Cæterum, eiuſmodi argumentis minimè refragantibus, non defuerunt aliqui, qui in contrariam inerunt ſententiam, opinantes legatum non eſſe aliquo modo integralem teſtamenti partem, in quo factum fuit; hanc enim videntur tenuiſſe in primis Accurſ. Cyn. & alij, qui voluerunt legatum eſſe acceſſorium ad teſtamentum, cum nullum acceſſorium eius eſſe poſſit integralis pars, cuius eſt acceſſorium, vt rectè ſentit etiam Alexan. hic, hanc eandem opinionem explicitè probauerũt Iaſ. hic. num. 10. & Ludouicus Aluar. num. 38. ſequuti ſunt etiam alij recentiores; & præſertim Bellarm. hic. num. 6. necnon Petr. Ricciard. ad Rub. Inſt. eo. num. 64. & hanc ego quoque veriorem eſſe arbitror.

Primum, quia pars integralis ea eſt, qua ſublata, vel totum corrumpitur. l. eum qui ædes. §. 1. ff. de vſuc. tradit Barto. ad. l. qui vſumfructum. ff. de verb. obligat. num. 3. per tex. optimum. in. l. repeti. §. 1. ff. quibus mod. vſusfruct. amittatur. vel ſaltem remanet non integrum, ſed mancum, imperfectum, & aliqua ſaltem ex parte inutile. l. malum. in princip. ff. de verb. ſignificat. l. Seia fundos. ff. de euictio. & docet experientia ipſa; etenim, ſublato capite in homine, corrumpitur homo, &, ſublatis parietibus, domus remanet area, ſublata autem manu, licet non corrumpatur homo, remanet tamen mancus, & imperfectus. idem dicendum eſt etiam de domo, ſublatis ſcalis, de populo

361 ſublata plebe. At legatum, ſi adimatur in teſtamento, in quo factum fuit, non modo non corrumpitur teſtamentum ipſum, ſed remanet validum, & integrum, vt colligere eſt ex. l. ex parte. ff. de adimen. legat. igitur legatum non poteſt dici pars integralis alicuius teſtamenti.

362 Secundo, illæ dicuntur rei alicuius partes integrales, quæ certæ ſunt, & perpetuæ, ſecundum naturam illius rei, cuius ſunt partes. d. l. cum qui ædes. §. 1. vbi gloſſ. ff. de vſucap. l. extera. §. vltimo. infra eodem. d. l. malum. in princip. de verb. ſignificat. & experientia docet, tales enim ſunt manus, pedes, oculi, & cæteræ partes in homine, parietes, fundamenta, & tectum in domibus, ſed legatum non eſt pars certa, & perpetua in teſtamento, cum dari poſſit, & detur ſine aliquo incommodo, &, natura illius minimè repugnante, ſine legatis. d. l. 1. §. quinque. ſupra de hered. inſtit. cumque, ſine eiſdem legatis, ſit nihilominus iuſta volũtatis noſtræ ſententia, id eſt perfecta, & omnibus ſuis numeris abſoluta, igitur legatum non eſt pars integralis teſtamenti.

363 Tertio, ſi legatum eſſet pars integralis teſtamenti, conditio, relata vniuerſaliter ad omnes hæredes inſtitutos, & ſic ad hæreditatem vniuerſam, non diceretur ad totum teſtamentum pertinere, niſi ad legatarios quoque relationem haberet, cum non poſſit dici referri ad totum, quod ad omnes partes, illud conſti-
364 tuentes, non refertur. At conditio relata vniuerſaliter ad inſtitutiones hæredum, ad totum teſtamentum dicitur pertinere, tex. eſt expreſſus in l. quæ conditio. ff. de condit. & demonſtra. igitur legatum non eſt pars integralis teſtamenti.

365 Quarto, nullum omnino diſcretum poteſt eſſe pars integralis eius, à quo realiter diſcretum eſt, cum totum ſit congregatio partium, vt ſupra, ex ſententia Philoſophi, docebamus. cumque totum integrale illud dicatur, quod diuiditur in partes per quantitatem continuam, vel contiguam, vt ſupra tradidimus, & experientia docet; manus enim quæ eſt pars integralis hominis, ab eo non eſt diſcreta, nec pes, nec caput, nec omnino paries, aut tectum
367 ab ædibus, quinimmo manus ſtatim, atque diſcreta eſt ab homine, deſinit eſſe manus, & pars illius, cum careat forma, quæ illi dabat eſſe, & operari; & propterea diſcreta, & mortua manus, æquiuocè eſt manus, vt colligitur ex Philoſopho ſeptimo Metaphyſic. text. 35. 37. & 39. & 4. Metheor. in fin. nec non primo de
368 partibus animalium, cap. 1. At legatum eſt, quid diſcretum, & ſeparatum realiter à teſtamento, cum ſit vltima voluntas per ſe, & propriam habens formam, collectiuè comprehen-
369 ſa in teſtamento cum cæteris vltimis voluntatibus, & quæ ſeparari etiam facilè poteſt à teſtamento, remanente valida, vt in caſu, Auth. ex cauſa, C. de lib. præter. igitur legatum non eſt pars integralis teſtamenti.

370 Quinto, illa dicitur pars integralis, quæ deſtructioni ſui totius ſupereſſe non poteſt cũ effectu, quæque, ſi à toto ſeparetur, corrumpitur. hinc manus ſeparata à corpore humano, manus propriè, & verè non eſt, nec manus effectus, & operationes habet, vt mox, & ſententia Philoſophi, dicebamus, & ad ſenſum patet. At legatum, corrupto etiam teſtamento, veri legati nomen retinet, & effectum, dicta Authent. ex cauſa, C. de liber. præter. l. 1. & 2. de legat. præſt. & tot. tit. ſi quis omiſ. cau. teſtamenti. igitur non poteſt legatũ eſſe pars integralis teſtamenti.

Sexto, & nouiſſimè, omnis pars integralis, vt pars, dicit neceſſariam relationem ad ſuum totum integrale, vt per Ariſtot. in ſuis prædicamen. cap. de relat. hinc caput capitatæ rei ca-
372 put, & ala alatæ rei ala, vt ipſe loquitur. At legatum non dicit neceſſariam relationem ad
373 teſtamentum, cum teſtamentum conſiſtat ſine legato, & legatum ſine teſtamento, cumque vnum non ingrediatur alterius definitio-
374 nem, quod fieri non poſſet, ſi relationem haberent ad inuicem neceſſariam, cum ſit neceſſum, alterum ex correlatiuis per alterum definiri, vt eſt auctor Ariſt. lib. 9. Metaph. tex. 11. & lib. 5. tex. 20. igitur legatum non eſt pars integralis teſtamenti.

375 Nunc autem facilè eſt ſoluere contraria, & præſertim primum argumẽtum, quia, dum dicebatur illa eſt pars integralis, ſine qua totum eſt inutile, & ſine effectu, animaduertendum eſt, hanc maiorem, indefinitè cõceptam, non æquipollere vniuerſali, quia non omnia, quibus ſublatis, aliquid fieret inutile, ſunt partes integrales illius, ſublatis enim hominibus, naues fierent inutiles, & nullius vſus, homines tamen non ſunt partes integrales nauium, cum ſint quid diſcretum à nauibus, omnis enim cauſa ſine qua non, ſi tollatur, tollitur etiam illud, cuius eſt cauſa, nulla tamen cauſa, ſine qua non, eſt pars integralis ſui effectus, quamobrem cum argumentum ſit conflatum ex duabus propoſitionibus particularibus, nihil ſequitur ex eo. Præterea illa minor. At teſtamentũ, ſaltem ſine legato deſtinato, eſt inutile, dubia eſt, vt ſupra videmus, & parum ad

rem facit, quia non eſt inutile teſtamentum,
ob defectum legati, ſed ob defectum tacitæ
conditionis in mente teſtatoris, qui voluit nõ
valere teſtamentum, ſi legatum quoque men
te conceptum non perficeret.

376 Secundum quoque argumentum eſt le-
uiſſimum, quia, dum dicitur, ita ſe habet vnũ-
quodque ad teſtamentum, vt teſtator vult, li-
mitanda eſt hæc propoſitio, dummodo teſta-
tor velit, quod nec legibus, nec naturæ actus,
ideſt ordinationi primæuæ inſtitutionis illius,
vt docet Bald. ad l. 2. §. 1. ff. ſi certum pet. repu
gnet, l. ſi quis inquilino, §. vltimo, infr. eodem;
l. filius qui fuit, ff. de condit. inſtit. vbi gloſ. ſed
teſtator, ſi velit legatum eſſe partem integra-
lem ipſius teſtamenti, vnum vult, quod eſt con
tra leges, quibus cautum eſt teſtamentum ſine
legato ſtare poſſe, & à legato non pendere te-
ſtamentum, ſæpius repetita l. 1. §. qui neque,
ſupra de hæred. inſtit. l. ex parte, infra de adi-
men. legat. Eiuſmodi igitur teſtatoris volun-
tas, vim eam non habet, vt poſſit mutare, &
alterare certam entium ciuilium naturam, &
licet poſſit efficere, vt teſtamentum non va-
leat, ſi deſtinatum legatum non perficiat, non
propterea erit legatum pars integralis teſta-
mẽti, ſed legati perfectio, & complementum,
erit tacitæ conditionis purificatio, & imple-
mentum, & cauſa, ſine qua, noluit teſtator
377 ſuum valere teſtamentum, quod, ſi fiat ſub
conditione, poteſt etiam à re alieniſſima, vt
puta ab aduentu nauis ex Aſia, vel a ſimili a-
lio contingenti; pendere. Præterea, dum ſubij-
ciebatur illa minor. At teſtator, qui deſtinauit
facere legatum, ſine quo teſtamentum noluit
valere, voluit idem legatum eſſe partem inte-
gralem teſtamenti, Reſpondeo, negando di-
ctam minorem, quæ, nec a Socin. Iun. proba-
tur, nec probari poteſt, voluit enim teſtator
eo caſu pendere quidem teſtamentum à con-
ſummatione legati, non tamquam à parte in-
tegrali, de qua nec ſomniaſſe quidem teſtato-
rem veriſimile eſt, ſed tamquam à tacita con-
ditione, qua non purificata, noluit teſtamentũ
valere, quod facere potuit.

378 Tertium quoque, & vltimum argumen-
tum nullius eſt roboris, quia falſa eſt illius mi-
nor, cum teſtamentum, nec minimam quidem
perfectionem, & integritatem recipiat à lega-
tis. cumque minimè verum ſit vniuerſaliter,
quod poteſt adeſſe, & abeſſe ſine rei deſtru-
ctione, à qua abeſt, partem rei eiuſdem eſſe in-
tegralem minus principalem. cum accidentia
379 quoque qualia ſunt conditio, & dies, ſint e-
380 iuſmodi, vt colligere eſt ex Porphyriana de-
381 finitione accidentis, accidens autem rei non
poteſt eſſe pars, cuius eſt accidens: etenim pars
382 integralis, ſi abſit, licet non deſtruatur totum
eſſentiale, deſtruitur tamen totum integrale,
383 ad quod refertur. Quapropter, in homine ſi-
ne manu, licet remaneat totalitas eſſentialis,
384 quæ in materia, & forma conſiſtit, & ſic in
anima, & corpore, non tamen conſeruatur to-
talitas integralis; homo enim ſine pede, ſine
manu, homo eſt, non tamen homo integer, cũ
igitur legatum in indiuiduo, non ſit pars inte-
gralis teſtamenti in indiuiduo, nec legatum
in ſpecie poteſt eſſe pars integralis teſtamenti
385 in ſpecie, cum ita ſe habeat legatum in ſpe-
cie, ad teſtamentum in ſpecie, vt legatum in
indiuiduo, ad teſtamentum in indiuiduo, vt ſu
pra docuimus, & huic illationi videntur con-
ſentire DD. qui dum conſiderant legatum, &
teſtamentum in ſpecie, & in abſtracto, negant
legatum ſe habere ad teſtamentum tamquam
partem integralem.

386 Ex his ergo, quæ hactenus à nobis tradita
ſunt, non obſcurè conſtat legatum, neque par
tem eſſentialem eſſe teſtamenti, neque inte-
gralem, neque ſubiectiuam, negatum eſt e-
tiam à nobis eſſe acceſſorium. quo pacto ergo
ad teſtamentum ſe habebit? vt quartum igi-
tur, & vltimum articulum, concluſiuè proce-
dendo, &, omiſſa diſputatione, explicemus.

Reſpondeo, teſtamentum, comprætendẽs
varias diſpoſitiones, & vltimas voluntates, eſ-
ſe totum quoddam collectiuum, artificiale, &
eterogenium, ſiue aggregatum per accidens
plurium vltimarum voluntatum diuerſarum,
cuiuſmodi ſunt, legata, fideicommiſſa, datio-
nes libertatum, teſtamentariæ tutelæ, aſſigna-
tiones libertorum, & ſi quæ ſunt alia ſimilia,
culus caput, & fundamentum, & ſic pars prin-
ceps, eſt hæredis inſtitutio, §. ante hæredis, In-
ſtitut. de legat. forma autem, voluntatis inte-
gritas indiuidua, quæ conſiſtit in puncto indi-
uiſibili, & in illa vltima concluſiua, de qua e-
gregiè Bald. more ſuo, ad l. ſi is eum teſtamen-
tum, in veſtibulo, ſupra de teſtament. Legata
autem, & fideicommiſſa, & aliæ ſimiles vltimę
voluntates, ab eo pendentes, & in eo conten-
tę, partes collectiuę ipſius, quemadmodũ ani-
maliũ capita, gregis, & armẽti ſunt partes col-
lectiuæ, & ciues populi, corpora, & iura, pecu-
lij, & patrimonij, & particulares cõtentæ ſub-
ſtitutiones, partes collectiuæ ſunt, cõpendio-
ſæ, & reciprocæ, id quod, præterquã quod, ad
ſenſum patet; ſic etiam ratione comprobari
poteſt. Vbi plures res, inter ſe diſtantes, vni
ſubijciuntur nomini, & ſub illius appellatione
com-

Digitized by Google

compræhenduntur, & colliguntur, partes collectiuæ illius totius, à memorato nomine collectiuo ſignificatæ, & compræhenſæ, appellari poſſunt, l. rerum miſtura, ff. de vſucap. §. ſi grex, Inſtitut. de legat. §. plebiſcitum. Inſtitut. de iure naturali gent. & ciuili, at legata, vbi facta ſunt in teſtamento, vna cum cæteris vltimis diſpoſitionibus, inter ſe diſtantibus, & ſuas proprias habentibus vnitates, & formas, vni teſtamenti nomini ſubijciuntur, & ſub illius appellatione compræhenduntur, & colliguntur, igitur legata, in teſtamento cõpręhenſa, partes collectiuæ teſtamenti eſſe dicuntur.

Ad l. 1. ff. de leg. 1.

Summæ Rerum, & Verborum.

1 *Methodus obſeruanda proponitur.*
2 *Exæquatio ſupponit differentias.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 Differentiæ, *inter legata, & fideicommiſſa, ante ſecutam æquiparationem, recẽſentur.*
5 Differentia, *nominis.*
6 *Differentia originis.*
7 *Differentia finis.*
8 *Differentia formæ.*
9 *Verba ciuilia, & legitima, quæ.*
10 *Verba precaria, quæ.*
11 *Legati appellatione, largè, venit etiam fideicommiſſum.*
12 *Legatorum olim genera quatuor, fideicommiſſorum autem vnicum genus.*
13 *Forma dat eſſe rebus, & operari.*
14 *Differentia Naturæ.*
15 *Fideicommiſſa poterãt fieri nutu, non legata.*
16 *Differentia circumſtantiarum, & in primis Rei.*
17 *Libertas per fideicommiſſum relinqui poteſt, legari nequaquam.*
18 *Differentia in circumſtantia perſonæ, cui legabatur.*
19 *Legari ciuibus Romanis poterat, latinis iunianis non poterat.*
20 *Differentia in circumſtantia perſonæ, à qua legabatur.*
21 *Legari ſolummodo ab hærede poterat, fideicommitti autem à quocumque honorato licebat.*
22 *Differentia in circumſtantia temporis.*
23 *Differentia in circumſtantia modi.*
24 *Differentia quo ad effectum.*
25 *Differentia quo ad reſolutionem.*
26 *Aequiparatio quotuplex.*
27 *Aequiparatio particularis, quæ.*
28 *Aequiparatio vniuerſalis, quæ.*
29 *Vniuerſalis propoſitio legalis, & moralis, quo nomine differat à dialectica vniuerſali.*
30 *Aequiparatio identifica, quæ.*
31 Legis, *huius intellectus.*
32 Vniuerſalis, *æquiparationis per modum regulæ, an fuerit auctor Vlpianus.*
33 *Aequiparationes facere non poteſt, legis condendæ facultatem non habens.*
34 *Vlpianus legis condendæ facultatem non habebat.*
35 *Differentiæ plures inter legata, & fideicommiſſa erant etiam tempore Vlpiani.*
36 *Legis caſus excludit omnem dubitationem.*
37 *Regulam colligendo ex pluribus particularibus, vniuerſalem æquiparationem proferre, etiam legis condendæ auctoritatem non habens, poteſt.*
38 *Regula, quantumuis vniuerſalis, exceptiones patitur.*
39 *Aequiparata etiam vniuerſaliter, & per modum regulæ adhuc differunt.*
40 Aequiparatio, *identifica, an fuerit facta à Iuſtiniano.*
41 *Differentia nominis, et originis, arguit ſubſtantiæ differentiam, limitatur num. 77.*
42 *Exæquatio ſupponit pluralitatem ſubiectorum declaratur nu. 77.*
43 *Simile non eſt idem.*
44 *Relatio eſt genus oppoſiti.*
45 *Oppoſitorum natura eſt, vt non recipiantur in eodem ſubiecto.*
46 *Differunt ſpecie, quæ forma differunt, & effectu ſpecifico.*
47 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & numero 224.*
48 *Natura quod fieri nequit, nec certe fieri poteſt.*
49 *Ars imitatur naturam.*
50 *Natura non poteſt confundere ſpecies, & identificare.*
51 *Ius eſt ars boni, & æqui.*
52 *Senatuſconſulto Trebelliano, Pegaſiani virtutibus tributis, Pegaſianum explosum eſt.*
53 *Actione ex ſtipulatu de dote, in locum rei vxoriæ actionis ſubrogata, ceſſauit rei vxoria.*
54 *Exęquatione Iuſtiniani, de legatis, & fideicommiſſis facta, vtriuſq; natura eſt aucta.*
55 *Augumentum ſpeciei, non poteſt inducere eiuſdem ſpeciei corruptionem.*
56 *Differentia ſecundum plus, et minus, ſpecies variare non poteſt.*
57 *Inducta ad vnum finem, non operantur contrarium.*
58 *Lex non debet eſſe impoſita verbis.*

59 Forma

59 Forma eſt differentia ſpecifica, per quam diſtinguuntur ſpecies.

60 Forma communicatio, inducit ſpecierum confuſionem.

61 Forma legatorum, & fideicommiſſorum communicantur, in l. 2. C. comm. de leg.

62 Specie non differunt, quæ eundem habent effectum ſpecificum.

63 Legata, & fideicommiſſa eundem hodie habet effectum ſpecificum.

64 Legatorũ effectus ſpecificus erat dominij tranſitus rectà uia, à teſtatore in legatarium, et productio actionis in rem, perſonalis, & hypothecariæ.

65 Fideicommiſſario quoq; competit actio in rem, ad petẽdas ſingulas res per fideicommiſſum relictas.

66 Actio in rem ſupponit dominium ex parte agentis.

67 Specie non poſſunt differre, quorum alterum de altero reciprocè prædicatur.

68 Legatum, & fideicommiſſum hodie ſunt ſynonima.

69 Specie non differunt, quæ nullo modo differunt.

70 Differentia nulla maior, quàm ſpecifica.

71 Genus diuiditur in ſpecies, per differentias contrarias.

72 Specie non poteſt à legato differre id, cui legati definitio competit.

73 Species eiuſdem generis, eaſdem, in definitionibus, habere differentias non poſſunt.

74 Fideicommiſſo particulari competit legati diffinitio.

75 Coniuncta ita, vt potentius trahat ad ſe minus potens, intelliguntur coniuncta vnitate eſſentiæ.

76 Legata, & fideicommiſſa, ita ſunt à Iuſtiniano coniuncta, vt potentius, & plenius, trahat ad ſe minus potens, & nondum plenum.

77 Legata, & fideicommiſſa hodie, nec nomine amplius differunt, nec origine.

78 Fideicommiſſum hodie à legato, nec forma differt, nec effectu.

79 Natura per prius formam ſignificat.

80 Ineſſe verbum, ad partem intrinſecam, & eſſentialem refertur.

81 Forma dicitur ineſſe in materia, & genus in omnibus ſpeciebus.

82 Forma dat eſſe rebus, & operari.

83 Lex 2. C. comm. de leg. in verſi. vbi autem aliquid declaratur.

84 Hæreditas tota fideicommiſſo relinqui poteſt, legari non poteſt.

85 Libertas, per fideicommiſſum, relinqui poteſt, legari nequit.

86 Libertas directa, non niſi manumiſsione teſtamẽtaria dari poteſt in vltimis volũtatibus.

87 Teſtator non poteſt facere, vt libertas directo tranſeat in eum, cui ab hærede, ex cauſa legati eſt præſtanda.

88 Seruum liberari ab hærede, & libertum fieri Orcinum, implicat.

89 Qualitates contrariæ, etiam in ijs, quę non differunt ſpecie, reperiuntur.

90 Exæquatio, de qua hic, non pertinet ad fideicommiſſariam hæreditatem.

91 Natura naturans, poteſt ſpecies confundere, et identificare.

92 Legiſlator, ſe habet ad entia ciuilia, vt Deus ad entia naturalia.

93 Specierum ciuilium confuſionem, poſsibilem eſſe demonſtratur.

94 Differentia, ſecundum plus, & minus, in entibus intellectualibus, poteſt inducere diuerſitatem ſpecierum.

95 Iter, actus, & via, ſunt ſeruitutis ſpecies diuerſa, nõ differunt tamen, niſi ſecundum plus, et minus.

96 Species oppoſita, in entibus rationis, vnam habent differentiam, non plures differentias ſpecificas; conſtituuntur enim ſpecies per negationem in vna, eius, quod eſt in altera, quòd, ſi alteri communicetur, ſpecies confunduntur.

97 Legatum, vel fideicommiſſum ſimplex, hodie non datur, ſed legatum, & fideicommiſſum ſimul.

98 Literæ, expoſitio.

99 Clauſula, in omnibus, et per omnia, extendit diſpoſitionem ad multa, ad quæ ſui natura non porrigeretur.

100 Priuilegia, omnia, ſi conceduntur vnius Gymnaſij, alteri vniuerſitati, an conceſsio trahatur ad futura priuilegia.

101 Omnia, qui dicit, nihil excludit.

102 Verba generalia, debẽt generaliter omnia comprehendere, etiam ſi maior ſit ratio comprehendendi in vno, quàm in alio.

103 Per, propoſitio, in compoſitione, ſignificationem auget.

104 Interpretatio illa, in dubia diſpoſitione, fit, quàm diſponens, interrogatus, veriſimiliter feciſſet.

105 Aequiparatorum, in omnibus, & per omnia, idẽ eſt iudicium.

106 Priuilegia, concernentia ſolummodo concedentis præiudicium, latiſsimam recipiunt interpretationem, etiam ſi conceſsio indefinito ſermone ſit concepta.

107 Hypotheca generalis omnium bonorum, extenditur

ditur etiam ad bona futura.

108 *Priuilegium decimarum, monachis conceſſum, trahitur etiam ad bona futura.*

109 *Priuilegia, cum ſint contra ius commune, non extenduntur, vbi non conſtat de contraria mente concedentis, niſi quatenus ratio verborum patitur.*

110 *Genitiuus poſſeſſiuus, eandem habet vim, quã pronomina, meum, tuum, ſuum; præſentem nimirum ſtatum ſignificat.*

111 *Priuilegia, in dubio, non ſunt multiplicanda.*

112 *Diſpoſitio, quantumuis generalis, non eſt trahenda ad non exiſtentia, & non cogitata.*

113 *Cogitare de futuris, de incertis, de non exiſtentibus, nemo præſumitur.*

114 *Diſpoſitio omnium bonorum, ad futura non trahitur.*

115 *Clauſula, in omnibus, & per omnia, ſatis operatur effectum ſuum, includendo omnia præſentia, & exiſtentia.*

116 *Præſens tempus, ſemper intelligitur, niſi aliud comprahenſum ſit.*

117 *Priuilegia futura, priuilegia non ſunt.*

118 *Maius, vbi conceditur, minus quoque cõceſſum intelligitur.*

119 *Hypotheca vniuerſalis natura eſt, vt præſentia, & futura bona comprahendat.*

120 Priuilegiorum, *conceſſio vnius vniuerſitatis, alteri, vniuerſaliter facta, & in omnibus, & per omnia, an, & quando ad futura trahatur.*

121 Priuilegia, *vnius Gymnaſij, vbi alteri ſint, in omnibus, & per omnia conceſſa, an ſi Gymnaſium, cuius priuilegia alteri ſunt conceſſa, priuetur, alterum quoque priuatum intelligatur.*

122 *Emptione reſoluta, venditio etiam reſoluitur, & econtra.*

123 *Correlatiuorum, altero deſtructo, deſtruitur & reliquum.*

124 *Aequalia ſunt correlatiua.*

125 *Conceſſio duobus facta, ea mente, vt inter eos ſeruetur æqualitas, ſi reuocetur ab vno, etiam ab alio intelligitur reuocata.*

126 *Beneficium, acquiſitum ex perſona alterius, non ceſſat, quia ceſſet in eo, ex cuius perſona eſt quæſitum.*

127 *Baldi locus obſcurus illuſtratur.*

128 *Relatio, quæ ſe habet per modum cauſæ fiendi, quomodo differat ab ea, quæ ſe habet per modum cauſæ eſſendi.*

129 Priuilegijs, *Gymnaſij Bononienſis, Peruſino vniuerſaliter conceſſis, an, & quando, ſi Bononienſe priuetur, Peruſinum quoque priuatum intelligatur.*

130 Scolaſtici, *habendi, ex diſpoſitione ſtatuti, in omnibus, & per omnia, tamquam ciues, an ſubire etiam ciuitatis onera cogantur.*

131 *Perſona regulatur ſecundum potentiorem qualitatem.*

132 *Qualitas manans à iure communi, potentior ea eſt, quæ competit iure ſpeciali.*

133 *Aequiparatorum eadem iuris diſpoſitio.*

134 *Perſona eadem, non debet diuerſo iure cenſeri.*

135 *Perſona eadem, vno reſpectu, ciuis, altero peregrina, eſſe non poteſt.*

136 *Perſona eadẽ partim libera, partim ſeruà, eſſe non poteſt.*

137 *Ciuitatis commoda, qui ſentit, debet etiam onera ſubire, quæ illi ſunt annexa. limitatur num. 149.*

138 *Ciuilitas eſt ſtatus loci, commoda continens, & incommoda.*

139 *Interpretatio illa, in dubio, eſt admittenda, per quam omnes publicæ vtilitati inſeruiunt.*

140 *Patria noua, ſe habet ad nouos ciues, quemadmodum pater adoptans, ad filium adoptatũ.*

141 *Pater, filium adoptans, intelligitur eum, tam ad commoda, quàm ad onera recipere.*

142 *Fauor non debet in odium retorqueri.*

143 *Diminutionem operari non debet, quod ad augumentum inductum eſt.*

144 *Priuilegium, priuilegiato conceſſum, ita intelligitur, vt anterioribus priuilegijs non deroget.*

145 *Interpretatio illa, in dubio, eſt admittenda, quæ magis accedit, veriſimiliter, ad mentem diſponentis.*

146 *Mens diſponentis, dicitur anima cuiuſcumq; diſpoſitionis.*

147 *Interpretatio illa, in dubio, eſt admittenda, quam, interrogatus, veriſimiliter feciſſet, diſponens.*

148 *Veritas eſt fictione potentior.*

149 *Aequiparatio vniuerſalis, ratione etiam veriſimili, & non expreſſa reſtringitur.*

150 Scolaſtici, *ſtatuto recepti, in omnibus, tamquam ciues, an, & quando, & quæ commoda & onera ſentire debeant.*

151 Legata, *an peti poſſent per actionem, iure Digeſtorum.*

152 *Perſecutio extraordinaria, quæ.*

153 *Legata, iure Digeſtorum, peti actione reali non poterant.*

154 *Rei vendicatio, ſupponit dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex parte rei conuenti.*

155 *Fideicommiſſarij, iure Digeſtorum, rei per fideicommiſſum relicta, non efficiebantur domini, antea quã illis à grauato præſtaretur.*

156 *Ven-*

Digitized by Google

156 Vendicare verbum, fusè acceptum, ſignificat actum petendi rem quacumq; actione.

157 Executionem iuris ordinarij non habentia, actionis iure non petuntur.

158 Actio eſt ius perſequendi in iudicio ordinariũ.

159 Actionis appellatione, large, venit etiam extraordinaria perſecutio, nu. 167. declaratur

160 Fideicommiſſum, ordinariam non habet executionem.

161 Verba legis affirmatiuè, ad iudicem relata, non actionem ſignificant, ſed Iudicis officium.

162 Actio olim ab hæredibus, & contra hæredes, incipere non poterat.

163 Imperatorem mendacem eſſe, non eſt admittendum.

164 Determinatio vna, reſpiciens plura determinabilia, debet ea, pariformiter determinare, & 169.

165 Numerus pluralis, non verificatur, niſi ſaltem in duobus.

166 Actionis iure petitur, quod directa, vel utili actione petitur.

167 Legata, iure Digeſtorũ, utili, vel directa actione petebantur.

168 Propriè verba legum, in dubio, ſunt accipienda.

169 Officium Iudicis, & perſecutio extraordinaria non recipiunt diuiſionem, vt aliqua ſint directa, aliqua utilia.

170 Ius ſingulare habet in contrarium ius commune. & num. 222.

171 Legatorum quatuor generum identificatio, præceſsit vltimam Iuſtiniani legatorum, & fideicommiſſorum exæquationem.

172 Actio perſonalis ex teſtamento, competebat pro fideicommiſsis, antequam quatuor genera legatorum, vnius & eiuſdem naturæ efficerentur.

173 Actio perſonalis eſt ſpecies propria actionis, fluens ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi.

174 Officium Iudicis, obligationem non ſupponit.

175 Genus per differentiam ad certam ſpeciem coarctatur, ita vt de alijs amplius non dicatur.

176 Diuinatiuus intellectus reijcitur.

177 Fideicommiſsorum tempora quatuor.

178 Lex pecuniæ verbum, in § actionis, verſ. perſecutionis declaratur. & 180.

179 Lex 1. C. communia de legat. & alia iura declarantur.

180 Lex 2. C. communia de legat. declaratur. & numero 183.

181 Lex 2. § poſt deinde, de orig. iur. & prin. Inſtit. de fideicomm. hæred. declarantur.

182 Fideicommiſſa aliqua, etiam hodie dantur, in quibus, non actio aliqua, ſed officium tãtum Iudicis locum habet.

183 Fideicommiſsa magis à voluntate pendent, quàm à iuris ſubtilitate.

184 Legata, an poſsint relinqui in codicillis.

185 An, iure Digeſtorum, in codicillis, teſtamento confirmatis.

186 An in codicillis ab inteſtato.

187 Lex generaliter, & indiſtinctè loquens, debet generaliter, & indiſtinctè intelligi.

188 Diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.

189 Codicilli, aut nullo modo, aut maximè impropriè, veniunt teſtamenti appellatione.

190 Definitionum verba, nõ niſi, propriè accipiuntur.

191 Teſtamentum velle facere creditur, qui legat, vel directè ſubſtituit.

192 Copula reſoluitur in ſingularitates.

193 Libertas directa, in codicillis ab inteſtato, relinqui non poteſt.

194 Libertas rebus omnibus fauorabilior.

195 Quarta Diui Pij inuenta fuit pro fideicommiſſis ab inteſtato.

196 Legatorum, & fideicommiſſorum æquiparationes particulares, ante Vlpianum factæ, reſpiciebant potius effectum eorum, poſtquam erant in eſſe deducta, quàm modum inducendi.

197 Lex Titia cum teſtamento, infr. eod. & l. codicillis, inf. tit. prox. declarantur.

198 Lex vltima, ſupra tit. prox. declaratur.

199 Legata, an hodie, poſt ſecutam vltimam Iuſtiniani, legatorum, & fideicommiſſorum exæquationem, fieri poſsint in codicillis ab inteſtato.

200 Oratio ſumpta ex vniuerſo, ſi reddatur falſa in vno, redditur falſa in omnibus.

201 Legatorum natura ſtrictè olim ab antiquitate concludebatur, quæ pinguiorem legatis naturam indulgebat.

202 Fideicommiſſorum ex natura, quod eſt, legatis, etiam repugnantem naturam habentibus, accommodatur.

203 § præterea, Inſt. de fideicommiſſ. hæred. declaratur.

204 Tempus præſens, quando poſsit ad præteritum referri.

205 Fideicommiſsorum, & legatorum materia in ipſis Inſtitutionibus tractatur, ſecundum primæuam vtriuſque naturam, in gratiam Tironum.

206 § poſt mortem, & § ante hæredis, Inſt. de leg. declarantur.

207 Legati libertas, an poſsit.

208 Lega-

208 *Legatorum generali appellatione, quod continetur, legati ſpecies eſt.*
209 *Lex qualibet debet intelligi ſecundum terminos tituli, ſub qua poſita eſt.*
210 *Libertas eſt res ineſtimabilis.*
211 *Legans libertatem ſeruo communi, libertatem pro ſua parte, eidem ſeruo donare intelligitur.*
212 *Donatio in teſtamento relicta, eſt legatum.*
213 *Totius, & partes idem iudicium.*
214 *Seruus inſtitutus hæres, à ſe ipſo libertatem accipit.*
215 *Ademptio in teſtamento facta, aditione hæreditatis, ex eodem teſtamento, confirmatur.*
216 *Hæres, poſt aditam hæreditatem, non deſinit eſſe hæres.*
217 *Hæreditas, vbi cum libertate alicui data eſt, neque hæreditas ſine libertate, neque libertas ſine hæreditate adimi poteſt.*
218 *Legari ſibi, vel à ſe adimi non poteſt.*
219 *Libertas ſeruo, qui ſolus inſtitutus eſt, legari non poteſt.*
220 *Legatum legatario non competit, niſi poſt aditam hæreditatem.*
221 *Hæreditas ab eo, qui libertatem non eſt conſecutus, adiri non poteſt..*
222 *Legatum ſibi præſtare nequit ab eo, qui adhuc non eſt hæres.*
223 *Libertas poteſt dari per quamlibet vltimam voluntatem.*
224 *Legatum eſt vltima voluntas.*
225 *Libertatis datio in iure contra diſtinguitur paſſim à legato, & tanquam quid diuerſum ponitur.*
226 *Libertatis legatum, ſi daretur, eſſet factus titulus de libertate legata.*
227 *Libertatis legatum, ſi daretur, de eo fieret mẽtio in titulo ff. qui ſine manumiſ. ad libert. perueniant.*
228 *Libertatis directæ nomen, anteaquam eſſent fideicommiſſa, non dabatur.*
229 *Libertatis legatum, vel cum manumiſſione teſtamentaria, vel cum fideicommiſſaria libertate, confunditur.*
230 *Species neque confundenda, neque ſine neceſſitate, multiplicanda.*
231 *Ars, & natura nihil operantur fruſtra.*
232 *Libertatis datio qualibet, manumiſſio eſt.*
233 *Libertas omnis competens ex manu alterius, quam teſtatoris fideicommiſſaria eſt.*
234 *Libertatis legatum, ſi daretur, per quod competeret directa libertas, Orcinio libertino, per legatum liberato, libertinorum definitio non competeret.*
235 *Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt.*
236 *Libertatis legato liberatus, niſi cum manumiſſione teſtamentaria confundatur, manumiſſus dici non poteſt.*
237 *Diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito. & num. 240.*
238 *Fideicommiſſo res relinqui poſſunt, quæ per damnationem legari poſſunt.*
239 *Legari olim plura poterant per damnationem, quàm alijs legatorum generibus.*
240 *Libertatis legatum, ſi daretur, daretur legatum, cui non competeret legati diffinitio.*
241 *Libertatis legatum, donationis appellationem non recipit.*
242 *Donatio eſt doni datio.*
243 *Donare nemo poteſt, quod non habet.*
244 *Dominus ſerui, libertatem ſerui non habet.*
245 *Donationi, vt ſit locus, neceſſe eſt, vt aliquid tranſeat de donatore in donatarium.*
246 *Libertas nulla præexiſtit, anteaquam ſeruus liberetur.*
247 *Dominus ſui ipſius, & membrorum ſuorum nemo fieri poteſt.*
248 *Donum, neceſſe eſt, vt à donatario realiter diſtinguatur.*
249 *Legatum non cadit in rem, in quàm non cadit donatio.*
250 *Lex cum in ſubſtitutione de legat. 3. & lex in generali, de verborum ſignificat. declarantur.*
251 *Titulus de verborum ſignificatione, frequentius explicat ſignificationes verborum ex communi vſu iuris, & ex interpretatione leges, quàm proprias.*
252 *Lex vltima, C. de communi ſeruo manumiſſo, declaratur.*
253 *Lex debet intelligi ſecundum terminos tituli, ſub qua poſita eſt.*
254 *Lex ſed etſi conditioni, §. vlt. ff. de hæred. inſtituendis, declaratur, & emendatur.*
255 *Pandectarum Florentinarum ſumma eſt auctoritas.*
256 *Ratio debet eſſe generalis.*
257 *Legari quicquam alicui à ſe ipſo, ſibi præſtandum, non poteſt.*
258 *Argumentũ à contrario ſenſu non valet, quando ſequitur abſurdus intellectus, & iuribus repugnans. & num. 268.*
259 *Lego. verbum, enunciatiuè prolatum, generale eſt, & ſignificat idem, quod diſpono, & relinquo.*
260 *Legati appellatione venit etiam fideicommiſſum.*
261 *§. 1. Inſtit. de libertin. declaratur.*
262 *Teſtamentum, & codicilli, ſunt vltima volun-*

L tates

tates per ſe exiſtentes, non pendentes ab alijs.

263 *Seruus proprius, ſimpliciter inſtitutus hæres, fit etiam liber.*

264 *Legatum libertatis, hodie, vim manumiſsionis teſtamentaria habere poteſt.*

265 *Manumiſsio ſola eſt naturalis modus inducendæ libertatis.*

266 *Lego verbum, cum generale ſit, aptum natum eſt inducere, & ſignificare etiam diſpoſitionem, quæ vim legati non habeat.*

267 *Caius lib. 2. Inſt. tit. 7. declaratur.*

268 *Argumentum, ſumptum ex ſcriptis I. C. non inſertis in corpore iuris, tutum non eſt, præſertim à contrario ſenſu.*

269 Libertas *hodie, ſi ſeruo legetur, an directa competat, vel fideicommiſſaria.*

270 *Teſtamenta, pleniorem recipiunt interpretationem, declaratur num. 295.*

271 *Libertas directa plenior.*

272 *Interpretatio illa, in dubio, eſt admittenda, quæ fauorabilior eſt libertati, & ei, qui eſt liberandus commodior, limitatur nu. 294.*

273 *Libertatem directam conſequi ſeruo eſt commodius, quàm fideicommiſſariam.*

274 *Libertas directa ſemper competit, vbi non grauatur honoratus, vt ſeruum manumittat.*

275 *Legans libertatem, non videtur aliquem grauare, vt manumittat.*

276 *Verba ſunt intelligenda in potentiori ſignificatione, & per prius, non per poſterius, declaratur num. 295.*

277 *Libertas directa eſt potentior fideicommiſſaria, & per prius.*

278 *Libertatem legans ſeruo communi, intelligitur eum pro ſua parte manumittere.*

279 *Manumiſsio teſtamentaria, directam tribuit libertatem.*

280 *Fideicommiſſorum natura, repleta eſt, natura pinguiori legatorum.*

281 *Fideicommiſſarijs quoque, hodie, ad petendas res particulares per fideicommiſſum relictas, competit rei vendicatio.*

282 *Libertas, quæ relinquitur ab hærede præſtanda, non niſi fideicommiſſaria eſſe poteſt.*

283 *Libertas, quæ legatur, ab hærede præſtanda relinquitur.*

284 *Verbis, quibus poteſt fideicommiſſum induci, fideicommiſſum inducitur.*

285 *Lego verbum, hodie, etiam ad fideicommiſſum pertinet.*

286 *Teſtator, in dubio, cenſetur minus grauare hæredem, quàm fieri poſſit.*

287 *Hæres minus grauatur, ſi relinquatur fideicommiſſaria libertas.*

288 *Manumiſſus ab hærede, illius fit libertus, manumiſſus teſtamento, fit libertus Orcinus.*

289 *Interpretatio, in dubio, admittitur minus onerosa, & quæ vtriq; parti conſulitur.*

290 *Interpretatio, in dubio, admittitur per quam actus ſubſtinetur.*

291 *Lego verbum, eſt dubium, cum, hodie, tam ad legatum, quàm ad fideicommiſſum poſsit referri.*

292 *Fideicommiſſaria libertas, tam ſeruo proprio, quàm alieno, & tam in teſtamento, quàm in codicillis dari poteſt, directa autem in codicillis, & ſeruo alieno, dari non poteſt.*

293 *Interpretatio non eſt admittenda, quæ non omnem excludat, inter legata, & fideicommiſſa, differentiam.*

Legatorum natura, quod non habet, ei ex fideicommiſsis accommodatur.

294 *Lex. 2. C. communia de legat. in verſ. Vbi autem aliquid contrarium, noniter perpenditur.*

295 *Legata ſtrictam recipiunt interpretationem, vt minus grauetur hæres, quàm fieri poſsit.*

296 *Legatum eſt ab hærede præſtandum.*

297 *Legans libertatem, cenſetur grauare hæredẽ, vt manumittat, niſi velit legando manumittere.*

298 *Lex vltima, C. de communi ſeruo manumiſſo, declaratur.*

299 Legans *libertatem, an, & quando directam tribuat, vel fideicommiſſariam.*

300 Differentiæ, *quæ ſint inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia.*

301 *Legata particularia ſunt exæquata fideicommiſsis particularibus, & econtra, per omnia. eſt Bart. concluſio vera, ſed non bene concepta.*

302 *Contrarium vnum, vbi non datur, nec datur alterum.*

303 *Legatum vniuerſale non datur. & nu. 307.*

304 *Legatum, donatio, depoſitum, emptio, & ſimilia, eam diuiſionem non patiuntur, vt aliquod ſit particulare, aliquod vniuerſale.*

305 *Legata, & fideicommiſſa exæquata ſunt hic vniuerſaliter, & per modum regulæ, in l. 2. C. communia de legat. identificè.*

306 *Fideicommiſſa vniuerſalia, & legata vniuerſalia ſunt æquiparata, falſa eſt Bartoli concluſio.*

307 *Fideicommiſſum vniuerſale, exæquatione legatorum, & fideicommiſſorum, non comprehenditur.*

308 *Legatum portionis, & fideicommiſſum vniuerſale, differunt.*

309 *Fideicommiſſo tota etiam hæreditas relinqui poteſt.*

poteſt, non legato.

310 *Legatum portionis eſt ſine onere, non fideicommiſſum vniuerſale.*

311 *Legatum portionis multifariam à DD. intelligitur.*

312 Legatarius, *partiarius, an is ſit, cui Meniana ſit legata hæreditas.*

313 *Pars quoque incerta, ſi aliqua ratione certa reddi poteſt, partis nomen, & effectum habet.*

314 *Legatum portionis non datur, niſi hæreditatis, vel bonorum quota legata ſit.*

315 *Hæreditas mihi relicta, & adita hæreditatis mea, quota non eſt, ſed vniuerſitas, & res hæreditaria.*

316 *Legatarius partiarius is non eſt, qui cum hærede hæreditatem ipſam non partitur, vel bona.*

317 *Legatum hæreditatis nobis relictæ, puta Meuianæ, eſt ſimilis legato peculij.*

318 *Talis dicitur res, etiam poſtquam deſinit eſſe talis, demonſtrationis gratia.*

319 *Hæreditas adita, hæreditas propriè amplius nõ eſt, ſed pars patrimonij adeuntis.*

320 *Furtiua dicitur res, etiam vitio purgato, demonſtrationis gratia.*

321 *Legatum portionis non eſt, niſi legetur pars indiuiſa, & quota hæreditatis, vel bonorum, cuius virtute, legatarius ius habeat pro rata, in omnibus rebus hæreditarijs.*

322 *Hæreditas poteſt eſſe dupondij, tripondij, & deinceps, & diuidi in quantuſcumq; vncias velit teſtator.*

323 *Lex cum filius, §. 1. de leg. 2. declaratur.*

324 *Legatorum diuiſio, ſumpta à materia circa quam.*

325 *Vniuerſitas aliqua eſt comprehendens onera vi nominis, aliqua non.*

326 *Differentia inter legatum vniuerſitatis comprehendentis onera vi nominis, & non comprehendentis.*

327 *Legati titulus, ſui natura, omne onus excludit.*

328 Legatum, *partis bonorum, an ſit legatum portionis, quemadmodum legatum portionis hæreditatis.*

329 *Legatum partis bonorum, onera aliqua non includit.*

330 *Legata vbi eſt pars bonorum, hæres non cogitur cum legatario partiri, ſed, ſoluendo partis legatæ æſtimationem, liberatur.*

331 *Legatum portionis illud eſt, quod partitio appellatur, & à quo legatarius dicitur partiarius.*

332 *Legatum partis bonorum, partitio appellatur, & is, cui bonorum pars legata eſt, legatarius partiarius dicitur.*

333 *Legatum portionis habere dicitur, qui poteſt hæreditatem, vel bona cum hærede partiri.*

334 *Legatarius partis bonorum, cum hærede hæreditatem partiebatur.*

335 *Differentia inter legatum portionis hæreditatis, & legatum portionis bonorum.*

336 *Fideicommiſſa vniuerſalia non ſunt exæquata legatis ſingularibus, & econuerſo, concluſio, & regula eſt Bart. vera, ſed reformanda.*

337 *Bartoli concluſiones, & regulæ, quomodo poſſint, etiam ſine aliqua reformatione, defendi.*

338 *Legatum quo pacto poſſit recipere illam diuiſionem, vt aliquod ſit particulare, aliquod vniuerſale, licet numquam ſit modus acquirendi per vniuerſitatem.*

339 *Fideicommiſſaria hæreditas, ante S.C. Trebellianum, non erat modus acquirendi per vniuerſitatem.*

340 *Legatum totius hæreditatis, quod olim non valebat, hodie valet in vim fideicommiſſi.*

341 *Legatum portionis hodie, citra conuentionem, & ſtipulationibus etiam non interpoſitis, onera includit.*

342 *Legata particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia differunt, nomine, natura, obiecto, & effectu.*

343 *Differentia nominis quæ.*

344 *Differentia naturæ quæ.*

345 *Differentia obiecti.*

346 *Differentia effectus.*

347 *Legatarij, & fideicommiſſarij particulares, nõ poſſunt cogere hæredem grauatum adire, vniuerſales, etiam ad partem hæreditatis vocati, poſſunt.*

348 *Cautionis remedium fragile eſt, & periculoſum.*

349 *Differentiæ noua ratio.*

350 *Fideicommiſſa vniuerſalia non legata, & ſingula res per fideicommiſſum relictæ, ex S.C. Trebell. præſtantur.*

351 *Legata, & fideicommiſſa particularia, transferunt dominium in honoratos, recta via, fideicommiſſum autem vniuerſale, non ante præſtationem.*

352 *Differentiæ, noua afferuntur rationes.*

353 *Differentia verborum directorum, & obliquorum, ſublata eſt, quo ad relicta particularia, non quo ad relicta vniuerſalia, cuiuſmodi ſunt ſubſtitutiones.*

354 *Fideicommiſſario vniuerſali, non expedit dominium, cum oneribus, ipſo iure, &, recta*

L 2 *via,*

via, in eum tranſire, legatario autem, qui eſt ab oneribus immunis, expedit.

355 *Differentia ratio, allata à Bartolo, confutatur.*

356 Legatę, *rei dominium, an recta via tranſeat, de primo legatario, in ſecundum.*

357 *Legatario ſecundo, primus legatarius, actiones cedere tenetur.*

358 *Domini duo in ſolidum, eiuſdem rei, eodem tēpore, eſſe non poſſunt. declaratur num. 366. cum ſeq.*

359 *Acquiſitio inutilis, & momentanea, nō admittitur, limitatur num. 370.*

360 *Ars, & natura nihil operantur fruſtra.*

361 *Dominium rei noſtra, ſine conſenſu noſtro, in alium non transfertur.*

362 *Legatum factum vni, ſub commemoratione primi, primum tollit.*

363 *Rei vendicatio, ſupponit de neceſsitate dominium in agente.*

364 *Legatarius, etiam ſecundus, poteſt à primo rem legatam, per actionem rei vendicationis, petere.*

365 *Lex Imperator, de leg. 2. declaratur.*

366 *Dominium, quod ipſo iure tranſit, à teſtatore, in legatarium, eſt ciuile, & fictum, & potentia quadam, ad verum dominium, & actuale Iuriſgentium.*

367 *Legatarij, duo, quibus eadem legata eſt res, petere eam, actione rei vendicationis, ſinguli integram poſſunt, ſcinditur tamē legatum, concurrentibus ambobus.*

368 *Legatarius primus, rei legata eſt dominus per prius, ſed reuocabiliter, ſecundus per poſterius, ſed irreuocabiliter.*

369 *Prioritas duplex, altera temporis, altera natura.*

370 *Vtile, & duraturum quod eſt, ſaltem potentia, in iure conſideratur.*

371 *Lex, ſi quis vſumfructum, ff. de vſufr. legat. declaratur.*

372 *Differentia inter legati translationem, & ſubſtitutionem, primo legatario factam.*

373 *Tornielli, decepti in cognitione terminorum, error.*

374 Legatum, *tacitum, & in conſequentiam, an dominium, vel aliud ius in legatum transferat ipſo iure.*

375 *Diſpoſitio verbis enunciatiuis concepta, vt diſpoſitio, eſt tacita, vt enunciatum, & narratum, eſt expreſſa. declaratur num. 383.*

376 *Aedificij appellatio, in dubio, ſuperficiem, & ſolum includit.*

377 *Peculio legato, tacitè, & in conſequentiam res peculiares intelliguntur legata. declaratur numero 388.*

378 *Peculij legatum transfert, recta via, & ipſo iure, rerum, & corporum peculiarium dominium, in legatarium.*

379 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*

380 *Taciti, & expreſsi par eſt virtus. declaratur num. 391.*

381 *Lex ſeruum filij, in §. vltim. infra eodem, & l. damnas eſto, in §. 1. ff. de vſufruc. legat. declarantur.*

382 *Lex ex hac ſcriptura, de donationibus, declaratur.*

383 *Diſpoſitio omnino tacita dici non poteſt, quæ verbis ſaltem enunciatiuis eſt expreſſa.*

384 *Tacitum omnino eſt, quod nullo modo verbis expreſſum eſt, ſed venit per interpretationem mentis, aliunde ſumptum, quàm ex verbis.*

385 *Dominus non ſemper eſt is, ad quem dominium pertinet.*

386 *Lex ſi fundum, in §. qui fundum, inf. eodem, declaratur.*

387 *Peculio legato, expreſsè, ſaltem in genere, leguntur res peculio contentæ.*

388 *Peculium, & res peculiares, à rationibus dominicis ſeparata, ſimul ſumptæ, idem ſunt.*

389 *Legatum tacitum, iure Digeſtorum, non dabatur.*

390 *Legati forma olim conſiſtebat in verbis directis, & imperatiuis, quibus concipiebatur.*

391 *Tacitum relictum, hodie, poteſt habere vim legati.*

392 Tacitum, *legatum, an, & quando dominium, recta via, in legatarium transferat.*

393 *Differentiæ reliqua cur omittantur ratio redditur.*

394 *Methodus obſeruanda, in Bart. quæſtionib. explicandis, proponitur.*

395 Diſpoſitio, *quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris duntaxat, an ſit ſpecies legati.*

396 *Diſpoſitio qualibet, talis eſt, qualem titulus, ſub quo poſita eſt, demonſtrat. declaratur num. 405.*

397 *Fideicommiſſum quicquid eſt, legatum eſt.*

398 *Legatum eſſe non poteſt diſpoſitio illa, cui legati diffinitio non competit.*

399 *Diſpoſitioni, quæ ad auctoritatem teſtatoris, duntaxat refertur, legati diffinitio non competit.*

400 *Donatio debet habere donatarium diſtinctum à donatore.*

401 *Actio, & paſsio non datur in eodem ſubiecto.*

402 *Diſpoſitio, non obligatoria, non poteſt eſſe legatum.*

403 *Diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris duntaxat, obligationem non parit.*

404 *Le-*

Digitized by Google

404 *Legatorum genus quodlibet, actionem producit.*

405 *Diſpoſitio, qua refertur ad auctoritatem teſtatoris dumtaxat, actionem non parit, ſed, pro illius executione, officium Iudicis competit.*

406 Legatum, *ubi iure communi non valet, ſed ſubſiſtetur, quia conditio non impleta, pro impleta iure ſpeciali habetur, an legatario competat actio perſonalis ex teſtamento.*

407 *Actione perſonali ex teſtamento peti non poteſt, quod ex teſtamento non eſt.*

408 *Effectus non datur, ubi cauſa non eſt.*

409 *Legata, quæ ſubſtinetur per Authent. ex cauſa, C. de liber. præter. per edictum de legat. præſtand. per edictum ſi quis omiſ. cauſa teſtamen. actione perſonali ex teſtamento petuntur, non per condictionem ex lege, & per actionem in factum.*

410 *Lex ſi peculium, in §. is cui, & lex Stichum, in §. penult. ff. de ſtatulib. declarantur, & conciliantur.*

411 Legatarijs, *an competat actio perſonalis ex teſtamento pro legatis, non concernentibus commodum pecuniarium.*

412 *Legatum, non concernens commodum pecuniarium, duplex, aut ex parte honorati tantum, aut tam ex parte honorati, quàm ex parte grauati.*

413 Legatum, *non concernens commodum pecuniarium, neque reſpectu honorati, neque reſpectu grauati, non iure actionis petitur, ſed per officium Iudicis.*

414 *Officium Iudicis perſecutio extraordinaria, eſt, actio autem ordinaria.*

415 *Libertas per fideicommiſſum relicta, vel legata, an iure actionis, vel per fideicommiſſum petatur.*

416 *Officium Iudicis nobile illud eſt, quod non ſeruit actioni intentatæ.*

417 *Aditio hæreditatis eſt quaſi contractus, ex quo naſcitur actio perſonalis ex teſtamẽto.*

418 *Libertas legata, quæ vim manumiſſionis teſtamentariæ non habet, non differt hodie à fideicommiſſaria.*

419 *Experiri ſine actione nemo poteſt.*

420 *Verba legis, concedentis ius petendi aliquid, ſi ad partes referuntur, non ad Iudicem, actionem ſignificant, non officium Iudicis. declaratur num. 433.*

421 *Obligatio, ubi datur, actio datur, non officium Iudicis, quod nullam præſupponit obligationem. declaratur num. 435.*

422 *Libertatis datio eſt actus pius.*

423 *Manumiſſio celebratur etiam in Sacroſanctis Eccleſijs.*

424 *Actio perſonalis ex teſtamento, competit pro omnibus legatis, & fideicommiſſis. declaratur num. 435.*

425 *Seruus poteſt dominum in ius vocare, & aduerſus eum in iudicio conſiſtere.*

426 *Seruus eſt incapax actionis.*

427 *Serui ſunt incapaces eorum, quæ ſunt iuris ciuilis.*

428 *Actio eſt de iure ciuili.*

429 *Actio perſonalis ex teſtamento, neque pro directa in teſtamento data, neque pro fideicommiſſaria libertate, competere poteſt.*

430 *Libertas directa competit ipſo iure, ſine facto hæredis.*

431 *Seruus, cui relicta eſt libertas per fideicommiſſum, ſi dominus eum non manumittat, & in mora conſtituatur, etiam ſine manumiſſione, perducitur ad libertatem.*

432 *Lex ſi pupilli, in §. videamus, ſupr. de negot. geſtis, declaratur.*

433 *Actionis appellatione, large, venit etiam officium Iudicis.*

434 *Lex decem, §. videamus, ff. de fideicommiſ. libert. & lex cum quaſi, §. idem dicendum, eodem titulo, declarantur.*

435 *Obligatio qualibet non parit actionem.*

436 *Lex cum filius, §. ult. ff. de fideicommiſ. libert. emendatur, & declaratur.*

437 *Experiri, in ius vocare, & in iudicio conſiſtere dicitur, tam is, qui actione, quàm is, qui iudicis officium implorans, experitur.*

438 *Socini Iunioris diſtinctio reprobatur.*

439 *Accingenans proximè, habetur pro accincto.*

440 *Differentia inter grauatum emancipare, & grauatum manumittere, in quibus conſiſtat.*

441 Legata, *quæ debentur per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, an peti poſſint actione perſonali ex teſtamento.*

442 *Exemplum propoſitæ controuerſiæ.*

443 *Prætor habet ante oculos æquitatem.*

444 *Actio perſonalis ex teſtamento oritur, ex quaſi contractu aditionis hæreditatis.*

445 *Cauſa, ubi non datur, non datur effectus.*

446 *Actio qualibet perſonalis ex teſtamento, eſt ciuilis.*

447 *Effectus talis eſt, qualis eſt cauſa.*

448 *Actionem, ubi pollicetur prætor, nomine illius non expreſſo, intelligitur dare actionem in factum ex illo edicto. declaratur num. 467.*

449 *Actio perſonalis ex teſtamento ex dolo, vel fraude non oritur, ſed ex quaſi contractu.*

450 *Cauſa quælibet ſuam particularem habet operationem, & ſpecificum effectum.*

451 *Actio*

451 Actio nulla perſonalis ex teſtamento, eſt datiua.

452 Actio, quam ſimpliciter lex dare pollicetur, eſt datiua.

453 Actio perſonalis ex teſtamento, non datur contra non haeredem, & non poſsidentem. declaratur num. 468.

454 Actio à pratore per edictum ſi quis omiſsa cauſa teſtamenti, perinde datur, ac ſi ex teſtamento adita eſſet hareditas.

455 Perinde particula eſt, qua denotat omnimodam ſimilitudinem, & repetit ſimiles omnes qualitates.

456 Actio eadem, quandoque ciuilis, quandoq; pratoria dicitur. & num. 462.

457 Actio in rem, vbi datur pro legatis, competit etiam actio perſonalis ex teſtamento.

458 Actio, etiam in rem, competit pro legatis conſeruatis per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.

459 Verba que poſſunt accipi in ſpecie, & in genere, in dubio accipiuntur in ſpecie.

460 Actio perſonalis ex teſtamento, competit etiam pro omnibus legatis, qua ſubſtinentur quocumque iure ſpeciali, vt obſeruetur voluntas teſtatoris.

461 Hareditas adita ab inteſtato, per edictum ſi quis omiſsa cauſa teſtamenti, habetur pro adita ex teſtamento.

462 Lex duo haredes, de fideicommiſſarijs libertatibus. declaratur.

463 Actiones quoque ciuiles pollicetur, & dat prator, in caſibus interdum, in quibus à ciuili iure non dantur.

464 Nominentur res, aut circumſcribantur, non refert.

465 Actio pro legatis, conſeruatis per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, non oritur ex dolo, & fraude omittentis, ſed ex aditione ab inteſtato, qua habetur pro aditione ex teſtamento.

466 Edicto ſi quis omiſsa cauſa teſtamenti, dolus, & fraus cauſam dedit.

467 Actio, pro legatis, conſeruatis per edictum ſi quis omiſsa cauſa teſtamenti, eſt natiua, non datiua.

468 Poſsidere videtur, qui dolo malo fecit, quominus poſsideret, vel pecuniam poſsidet.

469 Actio, perſonalis ex teſtamento, an, & quando competat pro legatis, qua ex diſpoſitione ſtatuti, vel teſtatoris debentur, etiam hareditate non adita.

470 Teſtator non poteſt facere, vt in ſuo teſtamento leges locum non habeant.

471 Hares nullus adire compellitur, niſi ſit hares neceſſarius.

472 Clauſula nulla in teſtamento appoſita valet, niſi hareditatis aditione confirmetur.

473 Haredem, qui nolit hareditatem adire, & nullam commoditatem ex teſtamento capere, compellere legata praſtare, & alienis negotijs ſe ingerere, abſurdum eſt, & periniquum.

474 Lex municipalis iniqua non valet.

475 Statutum poteſt tollere beneficium abſtinendi

476 Condictio ex lege, locum habet, quando noua à lege inducitur obligatio, ſecus vbi lex tollit impedimentum, quo ſublato, actio ex veteri ſua cauſa naſcitur.

477 Suitatis neceſsitas, pro aditione habetur.

478 Legata etiam facta in codicillis ab inteſtato, vtili actione perſonali ex teſtamento, petuntur.

479 §. ſi quis autem non implens, & §. ſi vero expreſsim, in Authent. de hared. & Falcid. declarantur.

480 Bologuetti intellectus reprobatur.

481 Legatum proprium nullum datur, pro quo non competat actio perſonalis ex teſtamento, & falſa, aut inepta ſunt limitationes, qua hic à DD. afferuntur.

482 Actio, rei vendicationis, an, & quando pro legatis competat.

483 Methodus in ſecundo articulo propoſito obſeruandus, demonſtratur.

484 Actio, rei vendicationis, an, & quando competat pro legatis rerum, in quibus cadit dominium.

485 Actio, in rem, id eſt, confeſſoria, & negatoria, an, & quando competat pro legatis rerum, in quibus dominium non cadit.

486 Legatæ, rei dominium, à teſtatore in legatarium, an tranſeat recta via, à die mortis teſtatoris, vel à die adita hareditatis, vel à die acceptati legati.

487 Legatæ, rei dominium, an tranſeat immediatè de teſtatore in legatarium, vel de teſtatore in haredem, & ſtatim de harede in legatarium.

488 Hareditas iacens defunctum repraſentat.

489 Dominium Iuriſgentium, ſine praſtatione rei legata, non acquiritur.

490 Seruitutes debita haredi, in re legata, per aditionem confunduntur.

491 Actio, hypothecaria, an, & quando competat pro legatis.

492 Lex creditoribus, de ſeparationibus, declaratur.

493 Lex 1. & 2. C. communia de legat. declarantur.

494 Di-

Digitized by Google

494 *Diſpoſitiones teſtamentariæ, quæ ad auctoritatem teſtatoris duntaxat referuntur, legati appellatione non veniunt.*

495 *Actio hypothecaria, non competit pro diſpoſitionibus innominatis, pro quibus habet locum officium Iudicis.*

496 Actiones, *tres, quæ pro legatis competunt, quomodo poſſint concurrere.*

497 *Legatarius non debet ſimul omnibus vti actionibus. quæ pro legato competunt, ſed vnam eligere.*

498 *Actiones omnes, competentes pro legatis, an, & quando ſimul poſſint intentari, & in eodem libello cumulari, remiſſiuè.*

LEX I.

Vlpianus lib. lxvij. ad Edictum.

Per omnia exequata ſunt legata fideicommiſſis.

1 DIuidetur à nobis vniuerſa noſtra, ad hoc breue Vlpiani reſponſum, non breuis interpretatio, in quatuor principes partes. Prima, de more, pertinebit ad animaduerſiones, ſecunda ad legis intellectum, tertia ad nonnullos vtiles, & opportunos articulos diſputandos, occaſione concluſionum, quæ ex ea colligentur, quarta ad Bart. quæſtiones.

2 . Redeundo igitur ad primam partem, cum exæquatio neceſſario ſupponat differentias, & diſcrimina fuiſſe inter ea, quæ exæquatur,
3 non ſecus, ac priuatio habitum præſupponat, l. manumiſſiones, ſupra de iuſt. & iur. l. decem, ff. de verb. obligat. faciendum mihi puto, vt, anteaquam ad textus explanationem condeſcendam, quibus nominibus, ante factam æquiparationem, legata, & fideicommiſſa differrent, breuiter commemorem; ita enim fiet, vt longè melius, & facilius ſubſecuta æquiparatio cognoſcatur, & intelligatur.

4 Differebant igitur legata, & fideicommiſſa, ante ſecutam æquiparationem, Nomine, Origine, Fine, Forma, Natura, Circunſtantijs, Effectu, & Reſolutione, ſeu Adempione. No-
5 mine, vt patet, quia legata illa, hæc fideicom-
6 miſſa appellabantur; Origine, quia à lege 12. Tab. fluxit legandi poteſtas. l. verbis legis ff. de verb. obligat. vel ab alio vetuſtiori iure, vt ſentit Alex. Turamin. in ſuo lib. ſingulari de exequat. legatorum, & fideicomm. cap. 1. nu. 1. fideicommiſſa autem, quæ poſtea moribus cæperunt recipi, paulo ante Auguſti tempora, ab eodem Auguſto, vim non modicam acceperunt, vt patet ex princip. Inſt. de fideicõm.
7 hæred. Fine, cum legatorum finis fuerit, vt quilibet teſtator, hæreditatem delibando, ſuam, erga perſonas dilectas, & de ſe bene meritas, exercere poſſet, etiam poſt mortem, gratitudinem, & liberalitatem, argumento l. 1. in princ. ff. de donat. iuncta. l. legatum eſt ĩ eod. & l. legatum eſt, infra tit. proximo, fideicommiſſa autem, eam ob cauſam ceperunt ab initio recipi, vt quibus non poterant homines hæreditatem, aut legata relinquere directè, ita relinquerent, vt fidei eorum, qui capere poterant committerent, vt aliquid particulare, aut hæreditatem totam, vel partem reſtituerent. d. princ. Inſtit. de fideicomm. hæred.
8 tradit latè Alex. hic num. 8. & alij. Differebant præterea etiam forma, quia legata relinquebantur legis modo .i. verbis directis, & imperatiuis, fideicommiſſa verò, non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquebantur, vt colligere eſt ex Vlpiano in fragment. tit. 24. & 25. in veſtibulo, & vtrobique exempla verborum, qui-
9 bus concipiebantur, affert. Verba enim quibus per modum legis legata ipſa concipiebantur, quæ, & ciuilia, & legitima appellabantur, latina in primis eſſe debebant, quibus Romana ciuitas vtebatur, alioqui non ciuilia, ideſt propria ciuitatis Romanæ, iuxta §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. ſed peregrina dicebantur, vt ex Vlpiano in fragm. tit. 25. qui inſcribitur de fideic. verſ. item grecè, docet hic Duar. cõtra diſtinguebãtur enim à ciuilibus greca, & aliorum peregrinorum idiomatum, verba. l. vlt. C. de teſtam. tut. præterea, vt eſſent directa, erat neceſſum, & conſequenter, vt contradiſtinguerentur à præcatijs. l. eam quam C. de fideicomm. & l. 2. C. communia de leg. Directa autem ea ſunt verba, quibus tranſitus rei relictæ à teſtatore in honoratum, ſine aliquo medio, & recta via ſignificatur, Do, lego, capito, ſumito, damnas eſto, præcipito, & ſimilia, de quibus per eundem Vlpianum in fragmentis tit. 24. qui inſcribitur de legat. in veſtibulo, & per Gloſ. & DD. ad §. ſed olim inſtit. de legat. & in l. 1. C. communia de leg. Verba enim eiuſmodi imperatiua, verba legis dicũtur, quia eiuſmodi verbis leges 12. tab. erant conceptæ. vti quiſque legeſſit ſuæ rei, ita ius eſto. Hinc Porphirion, quem refert Duar. hic, interpretans carmina illa Horatij, in prima Satira lib. ſecundi ſermonum.

Ter vincti

Tranſnanto Tiberim ſõno, quibus eſt opus alto,

Irri-

Digitized by Google

451 *Actio nulla perſonalis ex teſtamento, eſt datiua.*

452 *Actio, quam ſimpliciter lex dare pollicetur, eſt datiua.*

453 *Actio perſonalis ex teſtamento, non datur contra non hæredem, & non poſsidentem. declaratur num. 468.*

454 *Actio à prætore, per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, perinde datur, ac ſi ex teſtamento adita eſſet hæreditas.*

455 *Perinde particula eſt, quæ denotat omnimodam ſimilitudinem, & repetit ſimiles omnes qualitates.*

456 *Actio eadem, quandoque ciuilis, quandoq; prætoria dicitur. & num. 462.*

457 *Actio in rem, vbi datur pro legatis, competit etiam actio perſonalis ex teſtamento.*

458 *Actio, etiam in rem, competit pro legatis conſeruatis per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.*

459 *Verba quæ poſſunt accipi in ſpecie, & in genere, in dubio accipiuntur in ſpecie.*

460 *Actio perſonalis ex teſtamento, competit etiam pro omnibus legatis, quæ ſubſtinentur quocumque iure ſpeciali, vt obſeruetur voluntas teſtatoris.*

461 *Hæreditas adita ab inteſtato, per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, habetur pro adita ex teſtamento.*

462 *Lex duo hæredes, de fideicommiſſarijs libertatibus. declaratur.*

463 *Actiones quoque ciuiles pollicetur, & dat prætor, in caſibus interdum, in quibus à ciuili iure non dantur.*

464 *Nominentur res, aut circumſcribantur, non refert.*

465 *Actio pro legatis, conſeruatis per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, non oritur ex dolo, & fraude omittentis, ſed ex aditione ab inteſtato, quæ habetur pro aditione ex teſtamento.*

466 *Edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, dolus, & fraus cauſam dedit.*

467 *Actio, pro legatis, conſeruatis per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, eſt natiua, non datiua.*

468 *Poſſidere videtur, qui dolo malo fecit, quominus poſſideret, vel pecuniam poſſidet.*

469 Actio, *perſonalis ex teſtamento, an, & quando competat pro legatis, quæ ex diſpoſitione ſtatuti, vel teſtatoris debentur, etiam hæreditate non adita.*

470 *Teſtator non poteſt facere, vt in ſuo teſtamento leges locum non habeant.*

471 *Hæres nullus adire compellitur, niſi ſit hæres neceſſarius.*

472 *Clauſula nulla in teſtamento appoſita valet, niſi hæreditatis aditione confirmetur.*

473 *Hæredem, qui nolit hæreditatem adire, & nullam commoditatem ex teſtamento capere, compellere legata præſtare, & alienis negocijs ſe ingerere, abſurdum eſt, & periniquum.*

474 *Lex municipalis iniqua non valet.*

475 *Statutum poteſt tollere beneficium abſtinendi*

476 *Condictio ex lege, locum habet, quando noua à lege inducitur obligatio, ſecus vbi lex tollit impedimentum, quo ſublato, actio ex veteri ſua cauſa naſcitur.*

477 *Statutis neceſſitas, pro aditione habetur.*

478 *Legata etiam facta in codicillis ab inteſtato, vtili actione perſonali ex teſtamento, petuntur.*

479 *§. ſi quis autem non implens, & §. ſi vero expreſſim, in Authent. de hæred. & Falcid. declarantur.*

480 *Bolognetti intellectus reprobatur.*

481 *Legatum proprium nullum datur, pro quo non competat actio perſonalis ex teſtamento, & falſæ, aut ineptæ ſunt limitationes, quæ hic à DD. afferuntur.*

482 Actio, *rei vendicationis, an, & quando pro legatis competat.*

483 *Methodus in ſecundo articulo propoſito obſeruandus, demonſtratur.*

484 Actio, *rei vendicationis, an, & quando competat pro legatis rerum, in quibus cadit dominium.*

485 Actio, *in rem, id eſt, confeſſoria, & negatoria, an, & quando competat pro legatis rerum, in quibus dominium non cadit.*

486 Legatæ, *rei dominium, à teſtatore in legatarium, an tranſeat recta via, à die mortis teſtatoris, vel à die aditæ hæreditatis, vel à die acceptati legati.*

487 Legatæ, *rei dominium, an tranſeat immediatè de teſtatore in legatarium, vel de teſtatore in hæredem, & ſtatim de hærede in legatarium.*

488 *Hæreditas iacens defunctum repræſentat.*

489 *Dominium Iuriſgentium, ſine præſtatione rei legatæ, non acquiritur.*

490 *Seruitutes debitæ hæredi, in re legata, per aditionem confunduntur.*

491 Actio, *hypothecaria, an, & quando competat pro legatis.*

492 *Lex creditoribus, de ſeparationibus, declaratur.*

493 *Lex 1. & 2. C. communia de legat. declarantur.*

494 *Di-*

494 *Diſpoſitiones teſtamentaria, qua ad auctoritatem teſtatoris duntaxat referuntur, legati appellatione non veniunt.*

495 *Actio hypothecaria, non competit pro diſpoſitionibus innominatis, pro quibus habet locum officium Iudicis.*

496 Actiones, *tres, qua pro legatis competunt, quomodo poſsint concurrere.*

497 *Legatarius non debet ſimul omnibus vti actionibus, qua pro legato competunt, ſed vnam eligere.*

498 *Actiones omnes, competentes pro legatis, an, & quando ſimul poſsint intentari, & in eodem libello cumulari, remiſsiuè.*

LEX I.

Vlpianus lib. lxvij. ad Edictum.

Per omnia exequata ſunt legata fideicommiſsis.

1 Diuidetur à nobis vniuerſa noſtra, ad hoc breue Vlpiani reſponſum, non breuis interpretatio, in quatuor principes partes. Prima, de more, pertinebit ad animaduerſiones, ſecunda ad legis intellectum, tertia ad nonnullos vtiles, & opportunos articulos diſputandos, occaſione concluſionum, quæ ex ea colligentur, quarta ad Bart. quæſtiones.

2 Redeundo igitur ad primam partem, cum exæquatio neceſſario ſupponat differentias, & diſcrimina fuiſſe inter ea, quæ exæquatur,

3 non ſecus, ac priuatio habitum præſupponat, l. manumiſſiones, ſupra de iuſt. & iur. l. decem, ff. de verb. obligat. faciendum mihi puto, vt, anteaquam ad textus explanationem condeſcendam, quibus nominibus, ante factam æquiparationem, legata, & fideicommiſſa differrent, breuiter commemorem; ita enim fiet, vt longè melius, & facilius ſubſecuta æquiparatio cognoſcatur, & intelligatur.

4 Differebant igitur legata, & fideicommiſſa, ante ſecutam æquiparationem, Nomine, Origine, Fine, Forma, Natura, Circunſtantijs, Effectu, & Reſolutione, ſeu Ademptione. No-

5 mine, vt patet, quia legata illa, hæc fideicom-

6 miſſa appellabantur; Origine, quia à lege 12. Tab. fluxit legandi poteſtas. l. verbis legis ff. de verb. obligat. vel ab alio vetuſtiori iure, vt ſentit Alex. Turamin. in ſuo lib. ſingulari de exequat. legatorum, & fideicomm. cap. 1. nu. 1. fideicommiſſa autem, quæ poſtea moribus cæperunt recipi, paulo ante Augusti tempora, ab eodem Auguſto, vim non modicam acceperunt, vt patet ex princip. Inſt. de fideicõm.

7 hæred. Fine, cum legatorum finis fuerit, vt quilibet teſtator, hæreditatem delibando, ſuam, erga perſonas dilectas, & de ſe bene meritas, exercere poſſet, etiam poſt mortem, gratitudinem, & liberalitatem, argumento l. 1. in princ. ff. de donat. iuncta. l. legatum eſt ⁊ eod. & l. legatum eſt, infra tit. proximo, fideicommiſſa autem, eam ob cauſam ceperunt ab initio recipi, vt quibus non poterant homines hæreditatem, aut legata relinquere directè, ita relinquerent, vt fidei eorum, qui capere poterant committerent, vt aliquid particulare, aut hæreditatem totam, vel partem reſtituerent. d. princ. Inſtit. de fideicomm. hæred.

8 tradit latè Alex. hic num. 8. & alij. Differebant præterea etiam forma, quia legata relinquebantur legis modo. i. verbis directis, & imperatiuis, fideicommiſſa verò, non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquebantur, vt colligere eſt ex Vlpiano in fragment. tit. 24. & 25. in veſtibulo, & vtrobique exempla verborum, qui-

9 bus concipiebantur, affert. Verba enim quibus per modum legis legata ipſa concipiebantur, quæ, & ciuilia, & legitima appellabantur, latina in primis eſſe debebant, quibus Romana ciuitas vtebatur, alioqui non ciuilia, ideſt propria ciuitatis Romanæ, iuxta §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. ſed peregrina dicebantur, vt ex Vlpiano in fragm. tit. 25. qui inſcribitur de fideic. verſ. item grecè, docet hic Duar. cõtra diſtinguebãtur enim à ciuilibus greca, &, aliorum peregrinorum idiomatum, verba. l. vlt. C. de teſtam. tut. præterea, vt eſſent directa, erat neceſſum, & conſequenter, vt contradiſtinguerentur à præcarijs. l. eam quam C. de fideicomm. & l. 2. C. communia de leg. Directa autem ea ſunt verba, quibus tranſitus rei relictæ à teſtatore in honoratum, ſine aliquo medio, & recta via ſignificatur, Do, lego, capito, ſumito, damnas eſto, præcipito, & ſimilia, de quibus per eundem Vlpianum in fragmentis tit. 24. qui inſcribitur de legat. in veſtibulo, & per Gloſ. & DD. ad §. ſed olim inſtit. de legat. & in l. 1. C. communia de leg. Verba enim eiuſmodi imperatiua, verba legis dicũtur, quia eiuſmodi verbis leges 12. tab. erant conceptæ. vti quiſque legeſſit ſuæ rei, ita ius eſto. Hinc Porphirion, quem refert Duar. hic, interpretans carmina illa Horatij, in prima Satira lib. ſecundi ſermonum.

Ter vincti

Tranſnanto Tiberim ſomno, quibus eſt opus alto,

Irri-

Digitized by Google

Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.

Vide,inquit,vt directis verbis vtatur,ideſt
verbis præceptiuis, & in legibus vſitatis. Fi-
deicommiſſa verò,verbis etiam peregrinis, &
10 præcarijs concipiuntur. Verba autem præca-
ria illa ſunt,quibus alium rogamus, vt aliquid
det, vel faciat, quæque directum rei relictæ
tranſitum,de teſtatore, in fideicommiſſarium
non ſignificant,cuiuſmodi ſunt,peto,volo,ro-
go,mando, fideicommitto, & ſi quæ ſunt alia
ſimilia,de quibus in §.vlt. Inſtit.de ſingul.reb.
per fideic. relict. & in l.2. C.communia de le-
gat. quod ſi quando reperiatur appellatum re
lictum,verbis obliquis conceptum, legatum,
11 vt in l.à vobis ͞j de annuis legat. hoc eſt, quia
fuſiore vocabulo, legati appellatione etiam
fideicommiſſum continetur.l.& fideicommiſ-
ſum, infra de legat.3. vt ſupra docuimus in
Rubr.in prima quæſtione, hinc,per fideicom-
miſſum legare etiam dicimur. l.vxorem §.le-
gauerat eod.tit. & ab hac differentia verbo-
rum, quibus legata, & fideicommiſſa conci-
piebantur, alia fluebat differentia, vt legato-
12 rum eſſent genera quattuor, quæ varios ha-
berent effectus, pro varietate formarum §.
13 ſed olim. Inſt.eod. & l.1. C.communia de le-
gat.& vtrobique DD.docuit etiam Vlpian.in
fragm.in d.tit.24.de legat.in principio.formæ
enim tribuunt rebus eſſe,& operari.l. Iulianus
§.ſi quis rem ff.ad exhib.l.adeo §.cum quis ff.
de acquir.rer. dom.vbi fideicommiſſorum, in
quibus verborum nulla vnquam ratio habita,
eſt.l.2.C.communia de leg.vnica ſemper fuit
14 natura. Differebant ergo Quinto loco etiam
Natura,quia antiquitas, quę ſtrictè legata ex
rigore iuris proficiſcētia, concludebat, fidei-
commiſſis, quæ ex voluntate magis deſcen-
debant defunctorum, pinguiorem indulge-
bat naturam, vt colligitur ex Vlpiano in d.tit.
25.& ex d.l.2.C.communia de legat, & aper-
tiſſimè probatur in §.ſed non vſque Inſt. eod.
15 hinc fiebat, vt etiam nutu poſſent fieri fidei-
commiſſa.l.nutu infra de legat.3. docet etiam
Vlpianus in ſæpius repetito tit.25. verſ.etiam
16 nutu, legata autem nequaquam. Circunſtan-
tijs quoq; diſcriminabantur inter ſe, nimirum
circunſtantia, Rei, Perſonæ, Temporis,& Mo-
17 di.Rei,quia libertas ſeruo,tam proprio,quam
alieno per fideicommiſſum relinqui poterat.
§.libertas, inſtit. de ſingulis rebus per fideic.
relict. & toto titulo de fideicomm. libert. Vl-
pianus in d.tit.25. de fideicōmiſſis, in vltimis
verbis. Legari autem non poterat,vt infra vi-
18 debimus opportunius. Differentia erat etiam
inter eiuſmodi relicta in circunſtantia perſo-
næ, tam quoad eum, cui relinquebatur, quàm
quo ad eum, à quo relinquebatur. Quo ad
eum, cui relinquebatur, quia perſonis non
habentibus teſtamenti factionem paſſiuam,
legari non poterat. §.legari autem, Inſt.de le-
gat. relinqui autem per fideicommiſſum, &
ſic per indirectum, poterat, Inſt.in princ.de fi-
deicomm. hæred. & hanc ob cauſam potiſſi-
mum, fuerunt inuenta, vt ſupra docuimus in
Rub.in 4. q. de fideicommiſſo. Tradit etiam
Theophil.in d.princip. Inſt.de fideicomm.hę-
red. Item legari Latinis Iunianis, qui ciues Ro
mani non erant, & conſequenter peregrinis,
non poterat, vt colligere eſt ex fragm. Vlpian.
in frequentiſſimè prolato tit.25. de fideicōm.
facit l.1. ͞j ad leg.falc. quatenus d.lex, quæ ad
legata refertur, ex quibux duntaxat falçidia
detrahitur, non niſi de ciuibus Romanis lo-
quitur, ſed fideicommiſſa, etiam peregrinis po
terant relinqui, vt docet Theophil.in d.princ.
Inſt.de fideicomm. hæred. Quo ad perſonam
eius à quo relinquebatur, quia à legatario, &
à quolibet honorato fideicommitti poterat,
legari autem nequaquam, Inſt.in princ.de ſin-
gul.rebus per fideicomm.relict. Nec non, quia
ab eo, qui ex propria perſona hęres non fieret,
fideicommitti quidem poterat, legari autem
non poterat, vt per Vlpian. in prærallegato tit.
& eſt text. in l.cum filiofamilias infra eodem.
Item differebant circunſtantia temporis, qua-
tenus fideicommiſſum, poſt mortem hæredis,
& legatarij relinqui poterat, legatum non
poterat. §.poſt mortem, Inſtit.de legat. vbi
Theophil.differentiæ rationem reddit. Diffe-
rębant etiam circunſtantia modi, quia non ni-
ſi in teſtamento legata poterant fieri, §.præte-
rea Inſtit.de fideicomm. hæred. l.legatum eſt
infra tit. proximo, fideicommiſſa autem, etiam
in codicillis, & ab inteſtato d. §.præterea, tra-
dit etiam Vlpian.in d.tit.25. de fideicommiſ-
ſis, verſ.Fideicommiſſo. Præterea legata in te-
ſtamento, ante hæredis inſtitutionem fieri nō
poterant, §.ante hæredis, Inſt. de legat. fidei-
commiſſa autem, an fierent antea, vel poſtea
non referebat, vt per Vlpian. in ſepiùs repeti-
to tit.25.de fideicomm.verſ. Fideicōmiſſum,
24 & ante. Longa quoque differentia erat inter
legata, & fideicommiſſa, quo ad effectum.
Primum, quia legata ſemper habuerunt præ-
ſtationis neceſſitatem, fideicommiſſa autem
pendebant à pudore illius, qui rogabatur, d.
princip. Inſt.de fideicomm. hæred. vbi Theo-
phil. & §.& quia prima eod. tit. Deinde verò,
quando cæperunt eſſe fideicommiſſa quoque

obli-

obligatoria, non iure actionis, & per formu-
lam petebantur, vt legata, ſed cognitio erat
Romæ quidem Conſulis, aut Prætoris, qui fi-
deicommiſſarius vocabatur, in prouincijs ve-
ro Præſidum prouinciarum, vt dicit Vlpian.
in d. tit. 25. de fideicom. verſ. Fideicōmiſſa, &
non obſcurè colligitur ex d. princip. Inſtit. de
fideic. hæredit. nec non ex. l. pecuniæ §. perſe-
cutionis ff. de verb. ſign. perſecutio igitur fi-
deicommiſſi extraordinaria erat in perſonā,
non in rem, quia recta via dominium à teſta-
tore in fideicommiſſarium non tranſibat, in
legatarium autem, vbi res legata teſtatoris
fuiſſet, tranſibat. l. legatum ita, infra de leg. 3.
l. à Tirio ff. de furt. hinc fiebat, vt interdum le-
gatario, propria auctoritate, poſſeſſionem ap-
præhēdere fas eſſet, cum nec hæredis præſta-
tio deſideraretur, quod Caius lib. 2. Inſt. tit. 5.
in legato vendicationis, & per ſinendi mo-
dum obſeruatum fuiſſe monet, & hoc forte
eſt, vt ſentit Turamin. in d. cap. 4. quod in rem
miſſionem, Iuſtin. in l. 1. C. communia de leg.
appellauit, quod quidem in fideicommiſſis
vſu non veniebat, cum nō niſi de manu roga-
ti accipi poſſent, & hinc quoque fiebat, vt cō-
fiderat Duaren. hic. vt, res per fideicommiſ-
ſum relictæ, interdum poſſent alienari, & poſ-
ſint, cum ſint in eius dominio, & res propriæ
alienari poſſint, quamque alijs debita. l. quo-
ties C. de rei vendic. id, quod in legatis, quæ
hæredis non efficiuntur, cum recta via in le-
gatarium tranſeant, locum habere minime po-
teſt, per regulam. l. nemo plus iuris infra de
reg. iur. & de hac alienatione eſt text. in l. vlti-
ma C. communia de legat. Differentia etiam
reſpiciens effectus erat, vt, ex fideicommiſſis
tardius ſolutis, vſuræ & fructus deberentur,
vt ex Caio de vſur. & fructibus, docet hic Dua
ren. non autem ex quolibet genere legatorum,
quia ex legato per damnationem vſuræ non
debebantur, ſed legatum ipſum duplabatur,
§ vlt. Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contra na-
ſcuntur. erat igitur hæc differentia inter fi-
deicōmiſſa, & legata per damnationem, nam
cum cæteris legatis conueniebat in hoc fidei-
commiſſum, vt poſt moram deberentur vſuræ
tenente l. de vſur. & fruct. legat. & fideicom.
Differebant tandem aliquo modo, etiam re-
ſolutione, vt ēē, vlterius nos, monet Turam.
in eodem cap. 4. num. 24. nam vt inquit ipſe,
fideicōmiſſa, vt potè, quæ ſola voluntate
conſiſtunt, ſola etiam contraria voluntate præ-
ſumpta quoque, & non expreſſa, ipſo iure in-
firmabantur. l. ſi iure teſtamento infra de leg.
3. facit regula. l. nihil tam naturale, ff. de reg.
iur.

iur. legata autem, non, niſi eodem modo, quo
data ſunt adimuntur, ideſt teſtamento, vel co-
dicillis teſtamento confirmatis, dum tamen
eodem modo adimātur, quo datum eſt, inquit
Vlpian. in d. tit. 24. At verbis datur, ſubdit Tu
ram. ergo verbis adimatur neceſſe eſt. Hinc,
grauiſſimis ſuperuenientibus inimicitijs inter
teſtatorem, & honoratum, ipſo iure fideicom-
miſſum, præſumpta voluntatis mutatione, le-
gatum autem non niſi doli, mali exceptione
oppoſita. l. 3. §. vlt. infra de adim. leg. De hu-
juſmodi inter legata, & fideicommiſſa differē-
tijs, fusè, ſed confuſè magis agunt DD. ferè
omnes hic, &, in primis Iaſ. in veſtibulo, & Io.
Bolognet. qui num. 7. cum ſeqq. ſex ſupra de-
cem receſſet, nec non Hugo Donellus lib. 8.
commentar. de iure ciuil. cap. 2. Nicol. Vigell.
tam in ſuis comment. de leg. & fidei. cap. 1.
quam etiam in Methodo Iuris ciuilis lib. 12.
cap. 1. & latius, quàm cæteri, & vberius exor-
nat hanc materiam, perquirendo diligenter
etiam differentiarum cauſas, & rationes, A-
lex. Turamin. in ſuo lib. ſingulari de exæquat.
legat. & fideicomm. cap. 3. & 4. vbi octo ſupra
decem enumerauit inter legata, & fideicom-
miſſa diſcrimina, & totidem, & ad l. 2. C. com-
munia de legat. recenſent non nulli alij. Co-
gnitis igitur differentijs, quibus inter ſe lega-
ta, & fideicommiſſa diſcriminabantur, operę
pręcium facturus videor, ſi de multiplici agā
æquiparatione eorundē legatorum, & fidei-
commiſſorum, qua omnis tandem, inter re-
26 licta eiuſmodi, ſublata eſt differentia. Admo-
nendi igitur ſumus, triplicem, in iure noſtro,
conſiderari, & reperiri rerum diuerſarum
exæquationem, & æquiparationem. Particu-
larem, ſcilicet vniuerſalem, & identificam, li-
ceat mihi magiſtraliter, facilioris doctrinæ
cauſa, vti hoc vocabulo, ideſt ęquiparationem
27 ſpecierum confuſiuam. Particularem æqui-
parationem eam appellamus, quæ naturaliter
reperitur, inter res, non abſimiles habentes
qualitates, quarum virtute, de vna ad aliam,
vbi non ſit diuerſa ratio, licet argumentari, cu-
iuſmodi eſt æquiparatio, ſiue ſimilitudo Fal-
cidiæ, & Trebellianicæ, commodati, & præca-
rij, Alimentorum, & piæ cauſæ, & ſimilium,
de quibus latè Euerardus in ſua Centuria, &
Nicolaus Vigell. in ſua Dialectica Iuris lib. 3.
28 Aequiparatio autem vniuerſalis illa eſt, quę à
noſtratibus dicitur fieri per modū regulę, quę
colligitur ex pluribus particularibus, cuiuſ-
modi eſt, æquiparatio donationis cauſa mor-
tis, & legatorum, de qua in principio Inſtit. de
donat. & compromiſſi ad ſimilitudinem iudi-

ciorum reductio, de qua in l. 1. ff. de recept. ar-
29 bit. ſed animaduertendum, quia, huius æqui-
parationis vniuerſalitas, eſt legalis, ciuilis, vel
moralis, non dialectica, quæ præciſa eſt, & ri-
goroſa. Regulæ enim, & propoſitiones, quan-
tumuis vniuerſales, legales, & morales, reci-
piunt temperamentum, & admittunt exce-
ptiones, iuxta l. omnis definitio, infra de reg.
iur. vt ex Felino, & alijs, rectè docet Cagnol.
ad l. ſemper in obſcuris, eodem tit. de reg. iur.
num. 1. vbi interpretatur ſemper, ideſt com-
muniter, ſecundum naturam tituli de reg. iur.
facit l. 4. vbi gloſ. in verbo ſemper in fin. ſ ſol.
matr. vbi latè Iaſ. nu. 33. facit lex naturaliter,
in §. nihil commune ff de acquir. poſſ. ſentit
etiam Zaſius hîc nu. 11. vbi alias ſimiles ad-
ducit auctoritates, æquiparatio igitur vniuer-
ſalis, maximam dicit rerum ſimilitudem, ex
pluribus particularibus, à legiſlatore collectã,
non tamen omnem, tollit, inter ſpecies æqui-
paratas, differentias, vt colligitur ex gloſ. in d.
princip. Inſtit. de donat. in ver. per omnia ſub
30 audi ferè; Identifica tandem equiparatio, quę
fortè rectius, idẽtificatio appellaretur, ea eſt,
quæ, ſpecies confundendo, vnam ex pluribus
efficit, quemadmodum vſu veniſſe, conſtat in
legatis, quorum quatuor olim erant ſpecies,
nimirum, per præceptionem, per vendicatio-
nem, per damnationem, & per ſinendi mo-
dum, vt per Vlpian. in fragmentis tit. 24. de
leg. in princ. hodie autem vna eſt omnium na-
tura, ita vt non amplius quatuor, ſed vna lega-
torum ſpecies eſſe dicatur, §. ſed olim Inſt. de
legat. l. 1. C. communia de legat. & de triplici
eiuſmodi exæquatione, breuiter tractauimus,
etiam ad Rub. C. qui admitti, num. 395. cum
ſequentibus.
31 Nunc autem, ex eiuſmodi (de multiplici
differentia legarorum, & fideicommiſſorum,
necnon de multiplici exæquatione) præuijs
inſpectationibus, & animaduerſionibus con-
ſtitutis, facile poſſumus inferre ad verum hu-
jus legis intellectum, omiſſis DD. confuſioni-
bus, qui propemodum innumeros afferunt.
Decem enim recenſet Io. Bolognett. hic à nu.
13. vſque ad num. 23. quibus accedit intelle-
ctus Antonij Auguſti, Iacobi Reuardi, & Cu-
iacij, quem alij recentiores ſequuntur, & præ-
ſertim Fabius Ranuccius hîc lect. 1. num. 16.
Nos igitur, omnes omnino in hac materia cõ-
trarietates diluentes, dicimus legata, & fidei-
commiſſa, quæ ab initio toto cælo diſtabant,
triplicem eſſe paſſa, de qua diximus, exæqua-
tionem, particularem nimirum, vniuerſalem,
& identificam, particularem, ſcilicet quando
cæperunt habere fideicommiſſa neceſſitatem
præſtationis, quemadmodum legata, Inſtit. in
princip. de fideicomm. hæred. item quando fi-
deicommiſſa cæperunt, non poſſe relinqui, ni-
ſi ijs, cũ quibus teſtamenti factio eſſet, quem-
admodum legata, §. legari, Inſt. de legat. item
quando fideicommiſſa, quæ præſtabantur per
officium Iudicis cæperunt peti iure actionis,
vt ff opportunius videbimus. Item quando
vnius naturæ cæperunt eſſe omnia genera le-
gatorum, quemadmodum fideicommiſſa, §.
ſed olim, Inſt. eod. Item quando cæpit dettrahi
quarta de ſingulis rebus per fideicommiſſum
relictis, quemadmodum de legatis, §. ſed quia
hæres verſic. Ex ſingulis Inſtit. de fideicomm.
hæred. Item quando factum fuit, vt iuſiuran-
di conditio remitteretur in fideicõmiſſis, quẽ-
admodum in legatis, vt habetur in l. quæ ſub
conditione §. in fideicommiſſis, ſupra de con-
dit. Inſtit. Item quando cæperunt, poſſe fieri
legata quoque poſt mortem, vel pridie, quam
moreretur teſtator, vel legatarius, quemad-
modum fideicommiſſa, §. poſt mortem Inſt.
de legat. Item quando factum fuit, vt legata
quoque fieri poſſent, quemadmodum fidei-
commiſſa, & ante hæredis inſtitutionem, &
inter medias hæredum inſtitutiones, §. ante
hæredis, Inſti. eodem. Item quando inter di-
ctum, quorum legatorum, cæpit habere locũ
in fideicommiſſis, quemadmodum in legatis,
& ſimiles alias æquiparationes particulares,
varijs temporibus, & à diuerſis legiſlatoribus
ſunt paſſa; Ita vt Vlpianus deinde potuerit, ex
pluribus particularibus, colligere regulam, &
æquiparationem vniuerſalem, & per modum
regulæ, & proferre propoſitionem hanc vni-
uerſalem, per omnia exæquata ſunt legata fi-
deicommiſſis, cuius propoſitionis vniuerſali-
tas eſt moralis, & legalis, non autem dialecti-
ca, & rigoroſa, & conſequenter admittit ali-
quas exceptiones, & differentias, argumento
l. omnis definitio, ff. de regul. iur. Iuſtinianus
tandem, qui nonnullas, ex memoratis particu
laribus, æquiparationes induxit, particulari-
bus illis, quarum fuit auctor, & alijs, ab alijs
inductis, ex quibus regulam conſtituit Vlpia-
nus, nõ contentus, identificam induxit æqui-
parationem, confundendo, & identificando
ſpecies, ita vt nulla amplius inter eiuſmodi re-
licta ſupereſſet differentia, ſed quicquid eſſet
legatum eſſet fideicommiſſum, & quicquid
eſſet fideicommiſſum legatum eſſet, vt con-
ſtat ex l. 1. & 2. C. communia de legat. & ex §.
ſed non vſque, Inſtitut. de leg. & ſic non ſer-
uiuit, vt loquitur Bart. nobis, de vento, & hic,

(ni

(ni fallor) verus eſt, & germanus legis noſtræ,
& d. l. 1. & 2. ſenſus, qui materiæ huic vniuer-
ſæ tenebris, atque adeo noctis clagine offuſæ,
nitidiſſimum veritatis lucem affert. Contingit
tamen, ad tollendam omnem difficultatem,
de duobus dubitari, à quibus pendet veritas
noſtri intellectus.

32 Primum, an verum ſit, Vlpianum feciſse æ-
quiparationem legatorum, & fideicommiſſo-
rum vniuerſalem, & per modum regulæ.

Secundo, an verum ſit, Iuſtinianum eiuſmo
di ſpecies confundiſse, & identificaſse, vt ſic
loquamur, ita vt amplius nulla ſuperſit diffe-
rentia.

33 Quod attinet ad primum videtur reſpon-
dendum negatiuè, primum, quia nō poteſt is,
qui facultatem legis condendæ non habet, ſpe
cies in iure diuerſas æquiparare. At Vlpianus
34 I.C. condendę legis facultatem non habebat,
cum non poſſet I.C. condere legem, ſed caue-
re, de iure reſpondere, & interpretari dunta-
xat, vt latè docuimus ad l. Gallus, in princip.
num. 314. cum ſequen. ff. de liber. & poſthum.
& ſentiunt ibi communiter eruditores, igitur
facere memoratam æquiparationem non po-
tuit.

35 Secundo, eſto quòd potuiſset, tunc demum
eum eiuſmodi æquiparationem feciſse affir-
mandum eſset, quando non etiam ipſe admit-
teret, ſua tempeſtate, quampluri mas differen
tias inter eiuſmodi relicta extitiſse, quas dein-
de Iuſtinianus, varijs conſtitutionibus ſubſtu-
lit. At, etiam Vlpianus, quamplurimas diffe-
rentias adducit, quibus, ſuo tempore, diſcrimi
nabantur legata, & fideicommiſsa, vt patet in
illius fragmentis, tit. 24. quas deinde ſubſtulit
Iuſtinianus, vt patet ex §. poſt mortem, ex §.
ante hæredis, Inſtit. de legat. igitur falſò aſcri-
bitur Vlpiano, vt vniuerſalem fecerit legato-
rum, & fideicommiſsorum æquiparationem,
& propterea fortè, non ſine ratione, in aliqui-
bus codicibus, in fronte habet lex noſtra, Im-
peratoris Iuſtiniani, non, Vlpiani Iur. Conſult.
nomen.

His tamen rationibus minimè refraganti-
bus arbitror veriſſimum eſse Vlpianum me-
moratam vniuerſalem, & per modum regulæ
æquiparationem feciſse.

36 Vbi enim caſus legis ibi nulla dubitatio, l.
continuus, §. cum ita, infra de verb. oblig. Sed
habemus legem noſtram Vlpiani nomine in-
ſcriptam à compilatoribus, quorum fidem ne-
fas eſt in dubium reuocare, l. 1. §. ſed in hoc,
C. de veter. iur. enuclean. cuius verba ſunt. Per
omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis,
igitur dubitare non poſsumus, quin Vlpianus
vniuerſalem legatorum, & fideicommiſsorũ
fecerit æquiparationem.

37 Non faciunt negocium ex aduerſo addu-
cta, & præſertim primum argumentum, quia
non dicimus Vlpianum feciſſe per modum le
gis æquiparationem aliquam, ſed, ex pluribus
particularibus, in quibus erant legata, & fi-
deicommiſſa æquiparata, collegiſſe regulam,
& propoſitionem vniuerſalem, non vniuerſa-
litate præciſa, & dialectica, ſed legali, & mora-
li, quæ exceptiones admittit, vt patet ex §. 1.
Inſtitut. de donat. iuncta gloſs. omnis enim re-
38 gula, quantumuis vniuerſalis, exceptionem
patitur, l. omnis definitio, ĵ. de reg. iur.

39 Et ex his ſoluitur etiam ſecundum argumē
tum, quia ſimul ſtare poſſunt hæc, vt legata,
ſint per modum regulæ æquiparata, præ-
ſertim quo ad effectus principes, & nihilomi-
nus adhuc ſuperſint differentiæ plures, omnis
enim tollitur differentia eſſentialis per vltimũ
genus æquiparationis, confundentis ſpecies,
quam facere potuit, & fecit, Iuſt. in d. l. 2. C.
communia de legat. vt ipſemet teſtatur in §.
ſed non vſque, Inſtitut. de legat. non autem
per mediam æquiparationem, id eſt, per mo-
dum regulæ tantummodo, nec eſt vocanda in
dubium, vulgata, & communis lectio, cum, &
in pandectis Florentinis, & ſic in Architypo
inſcripta ſit hæc lex. Vlpianus lib. 67. ad edi-
ctum.

40 Supereſt modo ſecunda difficultas, an, ſci-
licet Iuſtinianus Imperator identificam, &
ſpecierum confuſiuam fecerit æquiparationē.
In hac difficillima, & ſubtili iuris controuer-
ſia, ſunt contrariæ Interpretum opiniones, al-
tera eſt negatiua, quam tenet Cuman. hic nu.
1. ſequuntur Alciat. num. 11. Hieronym. Tor-
niell. num. 27. Socin. Iun. num. 157. Emil. Fer-
ret. nu. 4. & Nicol. Gratian. nu. 180. tenuerunt
etiam ad §. ſed non vſque, Inſtitut. de legat. Io.
Faber, & Petr. Ricciardus, num. 21. & nonnul-
li recentiores ad l. 2. C. communia de leg. Ste-
phan. Forcatul. in ſua Neciomant. iuris dialog.
3. & nouiſſimè defendit acerrimè hanc ſenten
tiam Alexan. Turam. in ſuo lib. ſingul. de exæ-
quat. legat. & fideicomm. cap. 7. &, plurib. hæc
ſententia, comprobari poteſt.

41 Et primum, quia, quæ differunt origine, &
nomine, differant etiam ſpecie, & ſubſtantia
eſt neceſſum, l. ſi idem, C. de codicill. At lega-
ta, & fideicommiſſa adhuc, poſt ſequutam Iu-
ſtiniani vltimam exæquationem, origine, &
nomine differunt, cum tolli non poſſit, quin
adhuc legata illa, fideicommiſſa hęc appellen-

tur, quin lege duodecim tabularum illa fuerit inducta, l. verbis legis, ff. de verb. ſignific. moribus autem hæc, paulo ante Auguſti tempora fuerit recepta, Inſtitut. in princip. de fideicommiſſ. hæred. igitur differunt adhuc ſpecie, & ſubſtantia.

42 21. Secundo, quia exæquata, cum hoc modo dicantur ob omnimodam ſimilitudinem, quæ dicit relationem quandam inter terminos exæquatos, neceſſe eſt, vt ſint plura non autem
43 vnum, vnitate ſubſtantiæ, tum quia nullum ſimile eſt idem l. quod Nerua, ff. depoſiti, tum
44 quòd relatio, cum ſit genus quoddam oppoſiti, vt per Philoſoph. in prædicamentis tracta. 3. cap. 1. quod inſcribitur de oppoſitis, neceſſa-
45 rio ſupponit ſubiectorum pluralitatem; ea enim eſt oppoſitorum communis natura, vt in eodem ſubiecto recipi minimè poſſint, l. ſi ancillam, ff. pro ſuo, faciunt tradita per Bart. ad l. ſed etſi, §. petitio, ff. de pet. hæred. ſed legata, & fideicommiſſa ſunt ſubiecta exæquata, vt patet ex l. noſtra, & ex §. ſed non vſque, Inſtit. de leg. nec non ex l. 2. C. communia de legat. igitur legata, & fideicommiſſa duo ſunt pares iuris termini, non autem vnus, vnitate ſpecifica, & ſubſtantiali.

46 Tertio, ad mentem Tornielli, quę differunt forma, & effectu ſpecifico, neceſſe eſt, vt differant ſpecie, & ſubſtantia; argumento l. Iulianus, §. ſi qui, remiſſ. ad exhiben. At legata differunt forma adhuc ab ipſis fideicommiſſis, cum fideicommiſſa verbis precarijs fiant, legata autem verbis ciuilibus, & directis, differunt etiam effectu ſpecifico, cum virtute verborum directorum, quibus legata concipiuntur, transferatur dominium in legatarium, à die mortis teſtatoris, recta via, in legatarium, l. à Titio, infra de furt. quod fieri nequit per verba obliqua, quibus fideicommiſſa informantur, igitur adhuc ſpecie differunt, & ſubſtantia.

Quarto ponderatur text. in l. 2. C. communia de legat. quatenus inquit eo loci Imperator, omnia quæ realiter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere, & ecótra, qui tex. poteſt, ex ſententia Tornielli, hoc pacto induci. Inclu-
47 ſio vnius eſt excluſio alterius, l. cum prætor, de Iud. At in d. l. 2. hoc vnum includitur, vt per exæquationem, de qua ibi, ſint communicata inter legata, & fideicommiſſa omnia naturalia, igitur eſſentialia excluduntur, & conſequentur adhuc differentia eſſentialis, & in ſubſtantia, inter legata, & fideicommiſſa, reperitur.

Quinto, hoc poteſt, ex eodem verborum contextu, peti argumentum, ſi Iuſtinianus voluiſſet legata, & fideicommiſſa confundere, & identificare, non ſolummodo, ſublata verborum differentia, eundem vtrique diſpoſitioni effectum tribuiſſet, ſupponendo adhuc aliquod ſupereſſe poſſe inter eiuſmodi diſpoſitiones contrarium. At ſolummodo conſilium fuit Iuſtiniano tollere differentiam verborum inter legata, & fideicommiſſa, vt patet in princip. & in fine, d. l. 2. & in illis verbis. Sit igitur, ſecundum quod diximus, ex omni parte verborum non inefficax vltima voluntas, ſecundum verba legantis, vel fideicommittentis, nec non communicare etiam fideicommiſſis facultatem producendæ triplicis actionis, ita tamen, vt adhuc ſit differentia inter legantem & fideicommittentem, & poſſit etiam reperiri contrarium aliquod inter legatum, & fideicõmiſſum, vt conſtat ex illis verbis. vbi autem aliquid contrarium in legatis, & fideicommiſſis euenit, hoc fideicommiſſo, quaſi humaniori, aggregetur, igitur noluit Iuſtinianus legatorum, & fideicommiſſorum ſpecies confundere, & identificare.

Sexto, ſi ex legato, & fideicommiſſo fuiſſet à Iuſtiniano vnica effecta vltimæ voluntatis ſpecies, conſequeretur, vt nulla amplius inter legatum, & fideicommiſſum ſupereſſet differentia, ſed hoc conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Probatur minor, quia adhuc viget differentia, vt legata tantummodo fiant in teſtamento, fideicommiſſa autem etiam ab inteſtato, vt patet in §. præterea, Inſtitut. de fideicomm. hæred. vbi loquitur Imperator per verba præſentis temporis: item vt à legatario legari quidem non poſſit, ſed per fideicommiſſum relinqui poſſit, Inſtitut. in princip. de ſingul. reb. per fideicomm. relict. Accedat etiam quòd adhuc, in gratiam fideicommiſſi, poteſt compelli hæres, vt adeat hæreditatem, non in gratiam legati, §. ſed ſi recuſabat, Inſtitut. de fideicomm. hæred. l. ſi nemo, de teſtamen. tut. l. ſi nemo, de reg. & adhuc de legatis Falcidia, de fideicommiſſis Trebellianica deducitur, quæ quartæ pluribus nominibus differunt inter ſe, l. in quartam, vbi DD. communiter, infra ad legem Falcid. Addunt etiam & illud, quòd per legatum directa datur libertas, non
48 per fideicommiſſum, §. pen. Inſt. de ſing. reb.
49 per fideic. relict.

Septimo, Arte fieri nequit, quod natura efficere non poteſt, quam non ſuperat Ars, ſed imitatur, l. adoptio, ff. de adoptio. §. minorem, Inſtitut. eodem. Sed non poteſt natura ſpecies confundere, & identificare, vt experientia docet,

cet, igitur nec ius, quod eſt ars boni, & æqui;
l. 1. ff. de iuſt. & iur. præſtare hoc poreſt.
51 Octauo, & vltimo, vtor hac ratione, ſi ex
legato, & fideicommiſſo, per vltimam exæqua
tionem, à Iuſtiniano factam, in d. l. 2. C. com-
munia de legat. vnica fuiſſet effecta ſpecies, il-
lud profectò contigiſſet, vel quia altera ſpe-
52 cies fuiſſet corrupta, vt contigit in Senatus
Conſulto Pegaſiano, cuius virtute fuerunt
tributæ S.C. Trebelliano, eodem Pegaſiano
53 exploſo, §. ſed quia, Inſtitut. de fideicomm.
hæredit. id quod vſu venit etiam in rei vxoria
actione, cuius nomen ſublatum eſt, poſtquam
actio ex ſtipulatu de dote, in illius locum ſuc-
ceſſit, §. fuerat, Inſtitut. de act. l. vnic. C. de rei
vxor. act. Aut quia, ex duabus ſimplicibus ſpe
ciebus, mixta ſpecies eſſet conflata, vt in ſimili
dicunt DD. de ciuili, & naturali oblig. ad §. 1.
Inſtitut. de obligat. ſed neutrum fieri potuit,
igitur abſolutè non fuerunt in propoſito ſpe-
cies confuſæ à Iuſtiniano. Prima minoris pro-
54 poſitionis pars probatur, quia ex memorata
æquiparatione aucta eſt natura vtriuſque, §.
ſed non vſque. Inſtitut. de legat. nec poreſt ſpe
55 ciei augumentum, eiuſdem inducere ſpeciei
56 corruptionem, tum quòd differentia ſecun-
dum plus, & minus variare ſpeciem, non po-
57 teſt, l. vltima, infra de fund. inſtru. tum quòd
inducta ad vnum finem non operantur con-
trarium, l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.
facit regula l. non omnis, ff. ſi cert. pet. Proba-
tur etiam eiuſdem minoris ſecunda pars, quia
ex legato, & fideicommiſſo non eſt facta ter-
tia ſpecies, quæ aliud ſortita ſit nomen, quem-
admodum ex vino, & melle mulſum, vt in §.
ex aliena, Inſt. de rer. diu.

In contrariam iuerunt ſentētiam DD. com-
muniter hic, & præſertim Caſtr. num. 5. Iac. de
Nigr. num. 36. & Ioan. Bologn. nu. 152. qui,
exæquationem hanc, tranſubſtantiationem
appellat, quam opinionem tenuit, ante alios,
Bald. noſter ad l. 2. C. communia de legat. &
huic, tamquam veriori, ego quoque ſubſcribo.
58 Primum autem eiuſmodi opinionis funda-
mentum eſt in d. l. 2. C. communia de legat.
quatenus nolens Iuſtinianus leges verbis eſſe
impoſitas, ſed rebus, tollit primam differētiam
inter verba directa, quibus legata fiebant, &
obliqua, quibus fideicommiſſa relinqueban-
tur. Secundo quatenus vtriſque tribuit eun-
dem ſpecificum effectum triplices producen-
dæ actionis, realis, ſcilicet perſonalis, & hypo-
thecariæ. Tertio dum vult eum, qui legat fidei-
commiſſum facere, &, è conuerſo, fideicom-
mittentem legare, ex his enim tribus conſide-
rationibus, triplex, & efficaciſſimum ſuboritur
argumentum, quorum primum eſt huiuſmo-
59 di. Vbicunque forma, quæ eſt differentia
60 ſpecifica, per quam diſtinguuntur ſpecies, cō-
municatur, ſpecies ipſæ ſine dubio confundun
tur, & idificantur, vt colligitur ex §. penul. In-
ſtit. de codicill. & ex l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet.
61 At per exæquationem Iuſtiniani, in d. l. 2. le-
gati, & fideicommiſſi formæ communicātur,
cum vtrunque relictum verbis, tam directis,
quam obliquis fieri poſſit, & ſic omnis tolli-
tur inter ea ſpecifica differentia, igitur ſpecies
confunduntur, & vnitate formæ identifican-
62 tur. Secundum autem, ex eadem l. 2. ſic con-
ficitur argumentum, quæcumque eundem
habent effectum ſpecificum, ſpecie non diffe-
63 runt. At legatorum, & fideicommiſſorum
idem hodie, poſt ſecutam Iuſtiniani exæ-
quationem, eſt effectus ſpecificus, igitur am-
64 plius ſpecie non differunt. Minor probatur,
quia legati effectus ſpecificus erat tranſitus
dominij recta via in legatarium, & productio
trium illarum actionum, nimirum, in rē, per-
ſonalis, & hypothecariæ; ſed effectus eiuſmo-
di, etiam fideicommiſsis particularibus eſt cō
munis, vt apertè probatur in d. l. 2. igitur con-
fuſæ ſunt ſpecies, nec dicas non dari in fidei-
commiſſo tranſitum illum recta via, de teſta-
tore, in legatarium; quia contrarium conuin-
65 citur ex eo, quòd hodie actiò in rem, etiam fi-
deicommiſſario competit, ad petendam rem
fideicommiſſo relictam, d. l. 2. quod fieri non
66 poſſet, niſi dominium ciuile in fideicommiſſa
rium tranſitum feciſſet, argumento l. in rem,
ff. de rei vendic. & §. 1. Inſtitu. de act. Tertium
67 autem argumentum eſt eiuſmodi. Ea, quo-
rum alterum de altero reciprocè dicitur, &
prædicatur, ſpecie non poſſunt differre. l. ſi
qua pœna ff. de verb. ſignif. At hodie quic-
quid eſt legatum, eſt fideicommiſſum, & quic-
quid eſt fideicommiſſum eſt legatum, & ſic
68 ad inuicem vnum de altero prædicatur, igi-
tur non poſſunt amplius ſpecie differre, ſunt
enim ſynonima.
69 Secundo principaliter ea inter, quæ nulla
amplius ſupereſt, differentia, neceſſe eſt, vt
70 ſpecie amplius non differant, cum nulla ſit
maior differentia, quàm ſpecifica, & quæ ſpe-
71 cies diſtinguit, in quas genus per differentias
contrarias diuiditur. At hodie nulla ſupereſt,
inter legata, & fideicommiſſa, differentia, d. §.
ſed non vſque, igitur ſpecie amplius non dif-
ferunt.
72 Tertio, non poteſt id, cui legati definitio
competit ſpecie à legato differre; licet enim
con-

Digitized by Google

conueniant in genere, quòd in diffinitione ponitur, eiuſdem generis, ſpecies, conuenire ta-
73 men in differentia non poſſunt, cum formas habeant contrarias, & ſpecificas differentias.
74 At fideicommiſſo particulari competit legati definitio, cum, & ipſum ſit donatio à defuncto relicta, cum, recta via, & immediatè à teſtatore in fideicommiſſarium dominium tranſeat, vt ſupra demonſtratum eſt, igitur non differt ſpecie à legato amplius fideicōmiſſum.
75 Quarto, vbicunque, duo ita ſimul coniunguntur, vt potentius trahat ad ſe minus potens, intelligūtur coniuncta, & vnita vnitate eſſentiæ. Bald. ad ſæpius repetitam, l. 2. in
76 princ. C. communia de leg. num. 1. At legata, & fideicommiſſa, ita per Iuſtinianum ſunt cōiuncta, in d. l. 2. vt potentiùs trahat ad ſe minus potens, vt patet ex d. l. 2. & ex §. ſed non vſq; Inſt. eodem, igitur ſunt coniuncta, & permixta vnitate eſſentiæ, & conſequenter ſpecie amplius non differunt.
77 Non obſtant argumenta ex aduerſo adducta, & præſertim primum, quia regula, d. l. ſi idem, non habet locum in ſynonimis; præterea falſum eſt aſſumptum, quia hodie legata, & fideicommiſſa, nec nomine amplius differunt, cum & legatum poſſit fideicommiſſum appellari, & fideicommiſſum legati recipere appellationem, ita vt etiam nomina ſint communicata, d. l. 2. C. communia de legat. reflectitur igitur argumenti pars, nec facit negocium illud, quod de origine dicebatur, nam falſum eſt differre ſubſtantia, & ſpecie, ea quæ differunt origine accidentali, habita, ſcilicet ratione temporis, loci, perſonę, vel alterius ſimilis circumſtantię, alioqui cogeremur fateri, recentiores homines vnius patriæ, & ſpecialis alicuius familiæ, ſpecie differre à vetuſtioribus, qui ab alia patria, & à parentibus diuerſis, genus, & originem ducerent. Præterea maior argumenti propoſitio poſſet admitti, rebus ſic ſtantibus, ſed in caſu noſtro, poſt primæuam legatorum, & fideicommiſſorum originem, ſecuta eſt naturæ vtriuſque alteratio, & ſpecierum confuſio facta à Iuſtinio, qui, ſua conſtitutione, coniunxit vnitate ſubſtantiæ eiuſmodi relicta, omnem omnino inter ea differentias tollēdo, ita, vt, ſecundum nouiſſimam formam, & naturam, nouam, eandem etiam videantur habere originem à Iuſtiniani conſtitutione, omnino exæquante.

Nec facit negocium ſecundum, quòd plurimum videbatur vrgere, quia illa maior, exęquatio neceſſariò eſt plurium, vel inter plures, abſolutè vera eſt in æquiparatione particulari, & vniuerſali, ſecus autem in identifica, quæ ex pluribus, communicando formas, coniungendo ſubſtantias, & funditus differētias diluendo, vnum facit. Præterea ſatis eſt, vt exæquata, ſint plura numero, nihil neceſſe eſt, vt plura ſint ſpecie, relatio quoque non niſi pluralitatem numeralem, neceſſario ſupponit, cum pater, & filius, dominus, & ſeruus, tutor, & pupillus (ſubiectis relationis inſpectis) non ſpecie, ſed numero tantummodo differre manifeſtum ſit, quamobrem perperam affert vaſorum exemplum materiale Turaminus, dum dicit ex duobus vaſis, eiuſdem materię, eiuſdem formæ, eiuſdem magnitudinis, & capacitatis, non ideo fieri vnum, quia omnino ſimilia ſint, & exæquata: propterea quod veriſſimum eſt, nō fieri vnum numero, ſed quin ſint idem ſpecie, non eſt dubitandum, igitur in proprium auctorem exemplum allatum reflectitur, non enim dicimus nos, per Iuſtiniani exæquationem legatum, & fideicommiſſum eſſe vnum numero effecta, ſed ſpecie; ſi permitterentur homines in codicillis hæredem directo inſtituere, ſpecie amplius codicilli à teſtamento non differrent, & ſic confunderentur iura codicillorum, & teſtamentorum, vt dicit Imperator in §. penult. Inſtitut. de codicill. numero tamen, & accidentalibus qualitatibus, ob minorem teſtium numerum, adhuc differrent, quemadmodum, & teſtamentum à teſtamento, & legatum à legato numero differt.

78 Tertium autem, ex mente Tornielli, argumentum, pariter in illius auctorem efficaciſſimè retorquetur, quia falſa eſt illius minor, cum hodie eadem ſit forma legatorum, & fideicommiſſorum, vtrumque enim relictum, omni ſublata verborum differentia, tam directis, quàm obliquis verbis fieri poteſt, d. l. 2. C. communia de legat. & non niſi in eiuſmodi oppoſitis verbis conſiſtebant legatorum, & fideicommiſſorum formæ oppoſitæ, vt patet ex Vlpiano in fragment. tit. 24. & 25. vtrobique in veſtibulo, ex qua formarum coniunctione, & communicatione, ſequuta deinde eſt etiam effectus communicatio, quicquid dicat Torniell. cum hodie etiam in fideicommiſſarium, recta via, à teſtatore tranſeat dominium, cumque, etiam pro fideicommiſſo petendo competāt tres illæ actiones, nimirum in rem, perſonalis, & hypothecaria, vt ſupra in primo argumento pro poſteriore ſententia, per d. l. 2. apertiſſimè demonſtrauimus.

Nec alicuius roboris eſt quartum eiuſdem Tornielli argumētum, petitum ab eadem l. 2.

per

per locum ab incluſione, & excluſione, quia
ille text. dum includit legata à fideicommiſſis
non differre natura, includit non differre ſub-
79 ſtantia, & quidditate, cum natura per prius, &
potiſſimum ſignificet rei cuiuſque formam, vt
obſeruare eſt apud latinos ſcriptores, id quod
ſpecialiter etiam docet Philoſoph. lib. 5. Meta-
phyſic. text. 5. & ibi etiam commentator, &
80 propterea eo loci, vtitur Imperator verbo in-
81 eſt, quod ad partem intrinſecam, & eſſentia-
lem refertur. Hinc dicimus formam ineſſe in
materia, & genus in omnibus ſpeciebus, l. ſi
quid earum, §. interemptum, de legat. 3. tan-
tum itaque abeſt, vt argumentum hoc vr-
geat pro contraria ſententia, vt potius in pro-
prium auctorem reflectatur. Præterea, vbi, ex
abundanti, concederemus in d. l. 2. tractari de
naturalibus, ad differentiam ſubſtantialium,
eſſet alicuius roboris argumentum, ſi, legata
fideicommiſſis exæquando legiſlator, natura-
lia duntaxat incluſiſſet, ſed tam in d. l. 2. quàm
in d. §. ſed non vſque, vlterius proceſſit Impe-
rator, tollendo omnem aliam differentiã, com
municando effectus ſpecificos, & ſubſtãtiam
vnius ſpeciei in alteram transfundendo, com-
municatione formarũ, ex qua neceſſariò ſpe-
cierum conſequitur confuſio, & identificatio,
vt non obſcurè colligitur ex §. penult. Inſtitut.
de codicill.

Et ex his facile ſoluitur etiam quintum ar-
gumentum, & in cõtrarium retorquetur, quia
ſi ſublata eſt differentia verborum, in quibus
conſiſtebant formæ oppoſitæ legatorum, &
fideicommiſſorum, ergo eſt facta confuſio ſpe
cierum, argumento d. §. penult. Inſtit. de co-
dicill. ex qua ſequitur communicatio effe-
82 ctuum, cum forma det eſſe, & operari, l. Iulia-
83 nus, §. ſi quis rem, ff. ad exhiben. Illud autem,
quòd dicit Imperator, vbi autem aliquid con-
trarium in legatis, & fideicommiſſis euenit,
hoc fideicommiſſo, quaſi humaniori, aggrege-
tur, non intelligitur, poſt factam æquiparatio-
nem, quando nulla poteſt ſupereſſe differen-
tia, d. §. ſed non vſque, ſed in actu æquipara-
tionis, & confuſionis ſpecierum, ad tollendam
omnem contrarietatem, legata ad naturam
84 fideicommiſſorum trahuntur, exempli gra-
tia, per fideicommiſſum relinqui tota hæredi-
tas poteſt, legari autem nequaquam, vt ſupra
docuimus, hodie autem legata intelliguntur
85 per fideicommiſſum relicta. Item libertas per
fideicommiſſum relinqui poteſt, §. qui autem,
Inſtitu. de ſingul. rebus per fideicomm. relict.
toto tit. ff. de fideicomm. libert. Vlpian. in frag
86 ment. tit. 25. in fin. legari, aut nequit, vt infra
videbimus, cùm directa libertas, non niſi ma-
numiſſione teſtamentaria, in vltimis volunta-
87 tibus poſſit dari, cumque teſtator non poſſit
facere, vt directò tranſeat libertas in eum, cui
ex legato ab hærede eſt præſtanda, iuxta §. 1.
88 Inſtitut. de legat. implicat enim, vt ſeruus li-
beretur ab hærede, & libertus efficiatur Orci-
nus, quid igitur, ad tollendam contrarietatem
factum eſt per Iuſtinianeam ęquiparationem,
ſeu identificationem, vt, ſcilicet, ſi legetur li-
bertas, per fideicommiſſum competat, vt vi-
debimus opportunius infra ſuo loco. Acce-
89 dat etiam, quòd non deſtruit identificatio-
nem, & ſpecierum confuſionem, contrarietas
aliqua accidentalis, quæ dari poſſit inter lega-
tum, & fideicommiſſum, quatenus adhuc nu-
mero differunt, licet enim homo ab homine
ſpecie non differat, plures tamen qualitates
contrariæ inter homines obſeruari poſſunt,
aliqui enim albi ſunt aliqui nigri, magni ali-
qui, aliqui parui, probi, improbi, liberales, aua-
ri, fortes, timidi, & ſic de ſimilibus qualita-
tibus.

Et ex his ſoluitur etiam ſextum argumen-
tum, nullum enim eſt incõueniens, vt, ſecuta
etiam ſpecierum confuſione, inter indiuidua
illius confuſæ, & identificatæ ſpeciei, dentur
accidentales differentiæ, ſatis eſt, vt nulla ſu-
perſit eſſentialis, & ſubſtantialis differentia,
ita intelligitur §. ſed non vſque, Inſtit. eodem.
Præterea, non ſatis conſtat, an hodie ſuperſit
aliqua differentia, vt infra opportunius vide-
bimus. Accedat etiam, quòd nonnullæ diffe-
90 rentiæ, enumeratæ in dicto ſexto argumẽto,
ſunt differentiæ inter legata, & fideicommiſſa
vniuerſalia, quæ æquiparatione, in controuer-
ſia poſita, non comprehenduntur. habẽt enim
locum memoratæ Vlpiani, & Iuſtiniani exæ-
quationes ſolũmodo in relictis particularibus,
id eſt, in legatis, & ſingulis rebus per fideicom-
miſſum relictis.

91 Nec obſtat ſeptimum, quia negamus eſſe
impoſſibile apud naturam naturantem, & a-
pud Deum ipſum, ſpecies cõfundere, & iden-
92 tificare, & legislator, ita ſe habet ad entia ci-
uilia, prout ſe Deus habet ad entia naturalia
(ſi licet humana cum diuinis aliquo modo
93 conferre) Nec nouum eſt, in iure noſtro, ſpe-
cies confundi poſſe, & re ipſa confuſas eſſe,
poſſibilem eſſe confuſionem ſpecierum, pro-
bat optimè tex. in §. pen. Inſt. de Codicil. vbi,
ſi poſſet fieri hæredis inſtitutio in Codicillis,
iura teſtamentorum, cum iuribus Codicillo-
rum, per cõmunicationem formæ, confunde-
rentur, vt apertè admittit eo loci Imperator,

& idem

& idem videtur probari poſſe per text. in l. 2. in princ. ff. ſi cer. per. &, ex pluribus generibus legatorum, vnicam factam eſſe ſpeciem, &, ex duabus actionibus, vnam, certo certius eſt, illud enim probatur apertiſsimè in §. ſed olim inſtitut. de legat. & in l. 1. C. communia de legat. hoc autem in l. non eſt nouum, de actio empti.

Nec facit negocium octauum, & vltimum argumentum, quòd plurimum vrgere videbatur, quia vtrumque ſtare poteſt, tam, ſcilicet, vt vna ex duabus ſpeciebus ſit corrupta, quam, vt vtraque ſit cõfuſa, & permiſta, ita vt ex permiſtione, tertia aliqua ſpecies ſit conflata, nec quia dicatur ſpeciei augumentum, ſpeciem non corrumpere, argumento l. legata inutiliter, de adimendis legatis, aliquid proponitur, quod noſtram deſtruere poſſit opi-
94 nionem, quia illa ſpeculatio vera eſſe poteſt in entibus phyſicis, & naturalibus, atque adeo realibus, vt Scoliſtici loquuntur, ſecus in entibus intellectualibus, in quibus, & differentia ſecundum plus, & minus, inducit ſpecierum diuerſitatem, vt patet ex princip. Inſtitut. de ſeruitut. ruſtic. & vrbanorum præd. ex quo
95 facile colligimus, iter, actum, viam, quæ nonniſi ſecundum plus, & minus inter ſe diſcriminantur, ſpecie tamen differre, in entibus enim rationis non conſiderantur duæ differentiæ ſpecificæ, inter oppoſitas ſpecies, ſed vbicunque vnum eſt in altera ente rationis, quod nõ ſit in altero, conſtituitur per negationem ſpecifica differentia. &, vbicumque illud, quod erat in altera ſpecie, alteri communicatur, inducitur ſpecierum confuſio, vt patet ex d. §.
97 penult. Inſtitut. de codicill. & ex d. l. 2. in princip. ff. ſi cert. pet. ita vt poſſit fortè admitti hodie, neque ſimplex amplius legatum, neque ſimplex fideicommiſſum; ſecundum primæuam naturam dari, ſed vtrumque ſimul confuſum, eo modo, quo poſſunt intellectualia rationis entia confundi, & permiſceri, quod confuſum, & permiſtum, non legatum, non fideicommiſſum, ſed ſimul legatũ, & fideicommiſſum eſt, id quod optimè probatur per text. in §. ſed non vſque in verſic. ſed & in primis, Inſtitut. de legat. iuncta l. 2. C. communia de legat. & ex his facile conſtare arbitror de noſtri intellectus veritate ad hunc legem.
98 Et quia neque in partes diuidi poteſt breue hoc Vlpiani reſponſum, neque paucioribus verbis illius ſententia perſtringi, neque facti ſpecies confingi, cum contineat vnicam vniuerſalem, & magiſtralem propoſitionem, quæ veluti quædam dignitas propoſita, eſt omnibus ſequẽtibus titulis, ad legatorum, & fideicommiſſorum materiam pertinentibus, rectà me confero ad verborum, quibus axioma eſt conceptum, interpretationem.

PER OMNIA. hæc particula, licet ſignum ſit vniuerſale, non propterea ſecũdum rigorem dialecticorum eſt intelligẽda, vt omnem excludat inter legata, & fideicommiſſa differentiam, vt male intelligunt DD. hic, & in primis Aret. num. 1. nec non Hugo Donell. lib. 8. commentar. de iur. ciuil. cap. 2. iuxta l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, infra de rebus dub. ſed cum temperamẽto, quemadmodum ſemper intelliguntur legales, & morales propoſitiones, quantum vis vniuerſales, iuxta l. omnis definitio, ff. de reg. iur. vt ſupra vberius tradidimus.

EXÆQVATA SVNT LEGATA FIDEICOMMISSIS, ideſt facta inuicem æqualia; vbi enim vna res exæquatur alteri, neceſſe eſt, ita ratione, & proprietate ſermonis ſuadente, vt pares ſint, & æquales inter ſe, id quod intelligimus cum ſupra memorato temperamẽto, ideſt per modum regulæ, aliquas etiam exceptiones admittentis, &, vt oſtenderet Vlpianus, ſe colligere regulam, nõ autem ex ſe aliquid inducere, locutus eſt impersonaliter, & per tempus præteritum, dicẽs, non a nobis exæquata ſunt, quod nec tam ipſe potuiſſet, ſed abſolutè, & impersonaliter, exæquata ſunt legata fideicommiſſis, colligendo, ſcilicet, regulam hanc vniuerſalem, vniuerſalitate legali, & morali, ex particularibus, de quibus ſupra, exæquationibus.

Nunc autem, abſoluta ſecunda etiam parte, quæ ad legis intellectum pertinebat, venio ad tertiam, &
99 Primum colligo ex text. ad mentem interpretum, particulam hanc per omnia, vniuerſale ſignum eſſe, nihil omnino excludens, & quin habeat hanc vim, dubitare non poſſumus, vbi ſecundum dialecticorum rigorem proferatur, licet in text. noſtro, ſecundum moralem, & legalem æquitatem ſit accipienda, vt ſupra adnotauimus, quicquid ſit, quia clauſula, in omnibus, & per omnia, eam vim regulariter habet, vt diſpoſitionem, tã legis, quàm hominis, ad aliqua extendat, ad quæ ſui natura non extenderetur, ſumpta occaſione dubitant interpretes, qui hic parum opportunè multa, etiam effundunt, de generali, de vniuerſali, & de indefinita oratione.

Primũ, an, ſi vni⁹ Gymnaſij priuilegia in omnibus, & per omnia alteri cõcedantur, eiuſmodi cõceſſio, ad futura etiã priuilegia trahatur?

Secundo, quid ſi ſtatuto caueatur, vt Scola-
ſtici, tamquam ciues, in omnibus, & per om-
nia, habeantur, an, & onera ſubire cogantur,
vtrũque articulum examinabimus, & primum
diuidam in duas inſpectiones.

Prima erit, an, ſi conceſſa ſint, puta, priuile-
gia Gymnaſij Bononienſis, Gymnaſio Peru-
ſino, cum dicta clauſula, in omnibus, & per om
nia, ſi in futurum noua concedãtur priuilegia
Vniuerſitati Bononienſi, Peruſinæ quoq; vni-
uerſitati accedant.

Secunda, an, priuato aliquibus priuilegijs
hoc Bononienſi Gymnaſio, Peruſinum etiam
intelligatur priuatum.

100 Quod attinet ad primam inſpectionem,
quando verſamur omnino in dubio, ita vt, ne-
que ex coniecturis conſtet de voluntate con-
cedentis, diſſentiũt interpretes, aliqui n. opi-
nantur memoratam vniuerſalem conceſſio-
nem, eſſe trahendam etiam ad futura priuile-
gia, quam ſententiam ferè omnes adſcribunt
Bald. ad l. omnia, C. de Epiſcop. & Cler. hanc
tamen opinionem, eo loci, non tenet, niſi vbi
conſtet de mente concedentis, ita vt, quando
verſamur penitus in dubio, ſecundum termi-
nos diſputationis noſtræ, in contrariam ſenten
tiam apertè ire videatur, hanc tamen ſenten-
tiam affirmatiuam tenent hic Alexan. num. 9.
Barthol. Socin. & Ioan. Crot. vterque num. 2.
Iacob. de Nigr. & Ripa vterque num. 3. Carol.
Ruin. num. 1. Hieronym. Torniel. qui de com-
muni teſtatur, num. 5. & Nicol Grat. num. 145
hanc adſcribunt etiam Abbati ad cap. vltimũ,
extra ne cleric. vel monach. num. 5. ſed nec ip-
ſe, in dubio, hanc ſententiam probat ibi, ſecuti
ſunt tamen alij communiter, tam hic, quam
alibi.

101 Primum, quia omnia concedens priuile-
gia, nullum excludit, argumento regulæ, l. Iu-
lianus, infra de legat. 3. cap. ſolitæ, de maiorit.
& obedient. cap. Romanorum, 19. diſtinctio.
ſed omnia, in caſu noſtro, ſupponimus conceſ-
ſa priuilegia, igitur, nec futura intelliguntur
excluſa priuilegia. Corroboratur etiam argu-
102 mentum, quia vſque adeo verum eſt, verba
generalia, & vniuerſalia, vniuerſaliter, & in-
diſtinctè eſſe intelligenda, vt vera etiam ſit,
vbi minor ſit ratio, ob quam comprehendatur
vnus caſus, quàm alter, l. 1. §. quod autem, ff.
de aleat. l. in fraudem, §. vltimo, ff. de milit. te-
ſtament. Accedat etiam, quòd illa particula,
103 per, auget vim illius ſigni vniuerſalis, omnia,
& omnimodam incluſionem demonſtrat, arg.
l. vrbana familia, in §. pernoctare, infra de ver-
bor. ſignific.

104 Secundo, vnaquæque dubia diſpoſitio,
eam recipit interpretationẽ, quam diſponens,
interrogatus, veriſimiliter feciſſet, l. tale pa-
ctum, §. vltimo, ſupra de pact. At concedens
vniuerſaliter priuilegia omnia vnius Gymna-
ſij, alteri vniuerſitati, interrogatus, veriſimili-
ter reſpondiſſet voluiſſe, etiam futura com-
præhendere, cum ei propoſitum fuerit Gym-
naſio, cui priuilegia concedebat, omni meliori
modo fauere, & vniuerſitati, cuius priuilegia
concedebat omnino ęqualem reddere, vt non
obſcurè colligitur, ex particula, per omnia,
igitur nos quoque eandem debemus interpre
tationem facere.

105 Tertio, quicquid ſtatuitur in altero ex æ-
quiparatis vniuerſaliter, & in omnibus, & per
omnia, intelligitur ſtatutum etiam in altero.
doctrina Bart. ad l. Marcellus, §. res quæ, infra
ad Senat. Conſult. Trebellian. & ad Authent.
ſed cum teſtator, C. ad legem Falcid. facit l.
noſtra, & l. 2. C. communia de legat. ſed Gym
naſia, in controuerſia poſita, per memoratam
priuilegiorum conceſſionem, cum dicta clau-
ſula, in omnibus, & per omnia, ſunt exæquata,
igitur, ſi poſtmodum alteri nouum aliquod pri
uilegium, & ſingulare ius concedatur, etiam
alteri intelligitur conceſſum.

106 Quarto, ad mentem Caroli Ruini hic nu-
mero 2. quia priuilegiorum conceſſio non ni-
ſi Principis concedentis præiudicium concer-
nens, debet latiſſimam recipere interpretatio-
nem, ita vt, ſimplici quoque, & indefinito ſer-
mone concepta, nedum vniuerſali, etiã futura
amplectatur, vt Petr. & Cyn. adnotarunt, ad
l. placet, C. de Sacroſanct. Eccleſ. tradit Abbas
ad cap. quia circa, extra de priuileg. Imol. &
Roman. ad l. damni infecti ſtipulatio, §. ſi is
qui vnas, ff. de damn. infect. facit l. vnica, C.
107 quæ res pignor. obligar. poſſ. vbi obligans
res ad ſe pertinentes, etiam futuras res obli-
gare intelligitur, ita vt generalis hypothecæ
ius, etiam ad futuras res producatur, faciunt
etiam optimè, in terminis noſtris, cap. nuper,
108 & cap. ex parte, de decim. in quibus priuile-
gium decimatum, monachis conceſſum de
bonis ſuis, trahitur etiam ad bona futura, in
ſumma eſt communis opinio, vt teſtatur Ioan.
Bolognet. hic num. 54. vt priuilegium, in quo
agitur ſolummodo de præiudicio conceden-
tis, vniuerſaliter conceſſum, etiam ad futura
trahatur, at conceſſio priuilegij, in controuer-
ſia poſiti, vniuerſalis eſt, & nonniſi conceden-
tis præiudicium concernit, igitur vſque adeo
latam debet recipere interpretationem, vt e-
tiam ad futura priuilegia trahatur.

Non defuerunt tamen aliqui, qui in contrariam iuerunt opinionem, ſentientes in dubio, memoratam conceſſionem, ad futura priuilegia minimè producendam eſſe. Fuit huius opinionis Guilielm. de Cun. quem refert Bald. ad d. l. omnia, C. de Epiſcop. & Cleric. num. 3. & ſententiam hanc Guiliel. quicquid dicant Alexand. Socin. & alij, ſecundum terminos diſputationis noſtræ, in dubio ſcilicet, & vbi non conſtet de contraria mente diſponentis, & concedentis, tenuit ibi Bald. & ſequuntur etiam hic Petr. Paul. Pariſ. num. 5. & Socin. Iun. num. 1. & hanc ego quoque amplector, pluribus, ad ita ſentiendum, adductus.

109 Et primum, quia, vt argumentatur Bald. ad d. l. omnia, num. 3. in fin. Priuilegia omnia cum ſint iuris ſingularia, & conſequenter contra ius commune, l. ius ſingulare, ſupra de legibus, non extenduntur, vbi non conſtat de contraria mente concedentis, niſi quatenus ratio verborum patitur, cap. porro, extra de priuileg. facit ſecundum Bald. l. ex facto, in princip. ſupra de vulgar. & pupill. At ratio verborum, quibus concepta eſt formula conceſſionis, de qua diſputamus, non patitur, vt ad futura priuilegia extendatur: igitur nihil proponitur, cur debeamus memoratam conceſ-

110 ſionem ad futura extendere. Et hoc argumentum, quia, dum conceduntur priuilegia Gymnaſij Bononienſis, verba conceſſionis virtute illius genitiui poſſeſſiui, qui eandem habet vim, quam pronomina, meum, tuum, ſuum, vt tradunt DD. communiter in Rubr. infra de noui operis nunciat. vbi nos quoque diximus, gloſ. eſt etiam in l. 2. verſ. Diſpoſaliſ. ſupra de orig. iur. non niſi ad ea, quæ de præſenti poſſunt demonſtrari, vbi illud non ſit comprehenſum, poſſunt referri, vt liquet ex l. ſi ita legatum, infra de aur. & argent. legat. & ex traditis ibi per Bart. num. 1. idem probat etiam l. vxorem, §. teſtamento ita, infra de legat. 3. ea propter, cũ futura priuilegia, nec priuilegia ſint, nec priuilegia Gymnaſij Bononienſis, nec poſſint demonſtrari, conſequitur, vt, ſub memorata conceſſione, non comprehendantur, vt per Nicol. Gratian. hic, nu. 149.

111 Secundo, ad mentem Socini Iun. Priuilegia, in dubio, non ſunt multiplicanda, d. l. ius ſingulare, & l. quod vero contra, ſupra de legibus, cap. ſanè, extra de priuileg. gloſ. eſt in l. à Diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. Sed nos verſamur omnino in dubio de mente concedentis priuilegia, igitur non debemus illa, trahendo ad futura, multiplicare, ſine noua eorum conceſſione.

112 Tertio, ex ſententia eiuſdem Socin. Iun. diſpoſitio, quantumuis generalis, non eſt trahenda ad non exiſtentia, & non cogitata, l. ſi de certa re, C. de tranſact. l. tres fratres, ſupra de pact. l. cum Aquiliana, ſupra de tranſact.

113 At in dubio, non præſumitur quis cogitare de futuris, tamquam de incertis, & de non exiſtentibus, vt per Bolognet. hic, num. 70. Priuilegia enim Bononienſis Gymnaſij futura, priuilegia dici non poſſunt, argumento d. l. ſi ita, infra de aur. & argent. legat. igitur ad illa conceſſio, de qua agimus, trahi non debet.

114 Quarto, & vltimo, omiſſis iuribus à Socin. Iun. hic prolatis, ex quibus facile colligitur, iuris alicuius cõceſſionem, ſimpliciter factam, non eſſe trahendam ad futura, per identitatem proportionis, ſic argumentor. eodem modo ſe habet omnium priuilegiorum conceſſio, ad futura priuilegia, quo modo ſe habet bonorum omniũ diſpoſitio, ad bona futura, ſed bonorũ omnium diſpoſitio, ad futura non porrigitur, gloſ. eſt in l. vlum, C. quæ res pign. oblig. poſſ. idem ſenſerunt DD. ad l. ſtipulatio hoc modo concepta, infra de verb. oblig. vbi nos quoque quandoque diximus, nec non ad l. vltim. ſupra de pact. docet etiam Bar. ad l. ſi ita, infra de aur. & argent. legat. num. 4. igitur, nec omnium priuilegiorum conceſſio, ad futura eſt producenda.

115 Nec obſtant ex aduerſo adducta, & præſertim primum argumentum, quia clauſola, & in omnibus, & per omnia, ſatis operatur effectum ſuum, includendo præſertim omnia exiſtentia, tempore conceſſionis, priuilegia, & nullum omnino ex illis excludendo, licet maior exigeret ratio includendi in vno, quàm in alio, nec neceſſe eſt, vt futura comprehendat, cum, per genitiuum illum poſſeſsiuum, ſit reſtricta conceſſio ad omnia præſentia, cumque

116 præſens tempus ſemper intelligatur, ſi aliud

117 comprehenſum non ſit, vt dicit I.C. in d. l. ſi ita, & futura priuilegia, priuilegia non ſint; particula quoque, per, ſatis ſuperque ſuo munere fungitur, ſi eſt in cauſa, vt ſingula, & vniuerſa præſentis temporis priuilegia, quæ poſſunt nominari, & demonſtrari, conceſsione comprehendantur, etiam ſi eſſent talia, vt ſpeciali indigerent expreſsione, alias etiam accommodat, ad memoratam Regulam, non contemnendas reſponſiones, Pariſ. hic numero 11.

118 Nec facit negocium ſecundum, quia negamus, eo modo priuilegia omnia Bononienſis Gymnaſij, Perusine vniuerſitati concedentem, ſi interrogatus fuiſſet, reſponſurum veriſimili-

ſimiliter, futura etiam priuilegia concedere,
de hoc,non dubitamus,& regula eſt, vt diſpo
ſitio nō trahatur,in dubio,ad incerta, & inco
gnita,d.l.ſi ita.

Nec refragatur tertium, propereaquòd
argumentum ab æquiparatis, tunc demum
valet in omnibus, quando vniuerſalis facta
eſt exæquatio, & per modum regulæ, vt in l.
noſtra, quam negamus, inductam eſſe, inter
memorata Gymnaſia, per vnius Gymnaſij
priuilegiorum omnium conceſſionem, alteri
factam,cum; præterquamquod in dd.priuile-
gijs,in a ijs omnibus diuerſa,& diſſimilia fue-
rint relicta. Hoc igitur argumentum poſſet
locum habere, vbi eſſet facta conceſſio, per
modum omnimodæ exęquationis, ab eo, qui
in vtrumque Gymnaſium ius, & poteſtatem
haberet, vt in calce huius diſputationis,diſtin
guendo, demonſtrabimus, ſecus in caſu no-
ſtro, vbi vniuerſalis tantummodo facta eſt
conceſſio.

Quartum quoque,& vltimum Ruini argu-
mentum,facile ſoluitur. Primum, quia in iu-
ribus in contrarium prolatis, non produci-
tur conceſſio aliquorum priuilegiorum, ad a-
lia priuilegia futura,ſed idem priuilegium ex-
tenditur ad bona futura eccleſiaſticarum
perſonarum, decimarum indultum habenti-
18 um, vel quia, vbi maius conceditur,minus
quoque conceſſum videtur, vt dicitur in d.c.
ex parte tua, vel ne bona, quorum vniuerſi-
tas eadem ſemper eſt,licet nouæ res acquirā-
tur, diuerſo iure cēſeantur, vt habetur in can.
cognouimus duodecim q.2. in d. quoque, l.
vlt. C.quæ res pignorum obligar.poſſ.ſpeciali
ratione,futura quoque bona comprębendun-
tur,quia ſcilicet ibi de modico agitur præiudi-
cio, vt conſiderat etiam gloſ.ibi, & videtur
19 eſſe de natura hypotecæ vniuerſalis,vt prę-
ſentia,& futura bona compræhendat; præte-
rea in d.quoque l.vlt. conceſſio iuris præſen-
tis, non trahitur ad aliud ius futurū, ſed idem
ius futura, etiam bona amplectitur, quod fa-
cilius fit. Præterea negari poſſet minor pro-
poſitio,quia falſum eſt,priuilegiorum conceſ-
ſionem, in diſceptatione poſitam, præiudi-
cium principis concedentis dumtaxat, con-
cernere,cum alterius quoque Gymnaſij, cu-
ius priuilegia alteri conceduntur, detrimen-
tum contineat, expedit enim vniuerſitati plu-
ra,& maiora habere priuilegia,quàm aliæ ha-
beant vniuerſitates,cum, eam ob cauſam, ſo-
leant; ſtudioſi frequentiùs ad vnum potius,
quàm ad aliud Gymnaſium confluere, qua in
re, & commodū,& honor cuiuſcumque Gym
naſij conſiſtit,argumento eorum, quæ notan-
tur in l. quominus ff. de flumin. vt conſiderat
etiam Io.Bologn.hic num.58.

Sed,vt plenè declaretur hæc materia, & o-
piniones contrariæ concilientur, ſic puto di-
ſtinguendum. Aut,ex verbis conceſſionis,po-
teſt aliquo modo conſtare, an ad præſens tem
pus,vel in futurum ſit priuilegiorum conceſ-
ſio reſtringenda, vel extendenda. Aut verſa-
mur omnino in dubio, primo caſu, ſecundum
verba ipſa, quæ diſponentis voluntatem de-
clarant.l.labeo §. id tubero ff. de ſupell. legat.
iudicandum eſt, vt docet Bald. ad d.l. omnia
C. de Epiſc. & Cler. num.3. Secundo autem
caſu,Aut priuilegiorum conceſſio facta eſt in-
definitè, Aut vniuerſaliter, ſi indefinitè, indi-
ſtinctè concluderem,non eſſe trahenda ad fu-
tura priuilegia, quia indefinita recipit ſenſum
demonſtratiuum,pręſentis ſtatus tantummo-
do argumento. l.ſi ita legatum ff. de aur. &
arg. legat. facit l.damni §. ſi is ff. de damn. in-
fect. l. vxorem §.teſtamento ita, &, l.his ver-
bis infra de leg.3. nec non l.Aurelius §. ex te-
ſtamento infra de lib. legat. & l.ſi ſtipulatus
fuero §.1.de verb. oblig. ſentiunt DD. hic, &
in primis Bologn. num.70. & Nicol.Gratian.
num.147. & num.148. vbi Claud. & Ruin.
contrarium tenentes,reprobat. Si verò conceſ-
ſio facta eſt per modum ſimplicis conceſſio-
nis, quia dictum ſit. concedimus Bononienſis
Gymnaſij priuilegia omnia,Gymnaſio Peru-
no, Aut eſt factum, per modum omnimodæ
exæquationis, quia dictum ſit Peruſinum Gy
mnaſium in omnibus, & per omnia, Bononi-
enſi Gymnaſio ęquiparamus. Primo caſu com
munis eſt DD. opinio, vt trahatur conceſſio
etiam ad futura, vt tradunt hic Alex.num.9.
Barth. Socin.nu.2. Iaſ.num.16. Ripa num.3.
Ruin. num.1. Torniell. teſtans de communi,
num.5. & Nicol.Gratian. num.145. Ego ta-
men contrarium ſentio,vt ſupra, vbi non con-
ſtet, ſcilicet aliquo modo de voluntate con-
cedentis, vna cum Baldo ad l.omnia C.de E-
piſc. & Cler. num.3. & cum Pariſ. hic num.5.
& cum Socin.Iun. num.11. rationibus, & iuri-
bus ſupra adductis. Secundo autem caſu,
quando, ſcilicet conceſsio facta eſt per mo-
dum vniuerſalis exæquationis, rurſus diſtin-
guendum eſt. Nam, Aut faciens exæquatio-
nem non eſt dominus vtriuſque Gymnaſij,
Aut eſt dominus vtriuſque, ſecundum exem-
plum propoſitum, ſi dominus vtriuſque non
eſt, ſine dubio, priuilegiorum conceſsio, per
modum exæquationis,quantumuis vniuerſa-
lis, ad futura non trahitur, ex his, quæ ſcribit

Bolognett, hic num. 70. non enim veram poteſt vniuerſalem exæquationem facere, qui non, in vtroque exæquando, iuriſdictionem habeat, nec veriſimile eſt Principem, qui proprium Gymnaſium alieno æqualem facit, velle, ſine nouo facto ſuo, recipere Gymnaſium ſuum normam, & regulam in futurum ab alieno Gymnaſio, à quo, ſecundum ſtatum præſentem, exemplum ſumpſiſſe credendum eſt, ne ſui Gymnaſij ſtatus ab alieni Principis pendeat arbitrio. Si vero concedens priuilegia per modum vniuerſalis exæquationis, vtriuſque Gymnaſij eſt dominus, adhuc eſt diſtinguendum, quia, Aut priuilegia, quæ poſtea conceduntur illi vniuerſitati, cui altera vniuerſaliter exequata eſt, ob regionis diuerſitatem, non conueniunt. Aut conueniant, primo caſu non intelliguntur alteri communicata, vt recte ſentit Bolognet. hic num. 69. ſecundo autem caſu, ſi poſſunt, ſcilicet commodè conuenire, cenſentur communicata, vt ſentiunt Doctores communiter hic, & inprimis, Bologn. ſub d. nu. 69. faciunt tradita per Bartol. in l. Marcellus, §. res quæ, ad Sen. Conſ. Treb.

121 Subſequitur modo ſecunda quæſtio, an ſcilicet econtra, ſi poſt factam memoratam conceſſionem, priuetur aliquibus priuilegijs Gymnaſium Bonon. an intelligatur, illis eiſdem priuilegijs, priuata, Perulina etiam vniuerſitas.

Et prima facie, videtur reſpondendum affirmatiuè.

122 Primum, ad mentem Guilielmi de Cun. per text. in l. vltima, infra de accepti. vbi dubitabatur, cum inter me, & Titium inita eſſet emptio & venditio, & pretium rei venditæ nondum interceſſiſſet, & ego Titio de precio acceptilationem feciſſem, numquid ego quoque venditor, à præſtatione, & traditione rei venditæ intelligerer liberatus, & Labeo Iur. Conſult. illius reſponſi auctor, concludit contra

123 Paulum affirmatiuè, & ſic ſublato emptore, altero nimirum ex correlatiuis, & ſoluta in eius perſona obligatione, intelligitur ſublatus etiam venditor, & factus ab obligatione immunis. In correlatiuis ergo deſtructo vno extremorum deſtruitur, & reliquum d. l. vltima.

124 At Gymnaſia exæquata, quatenus facta ſũt æqualia, ſunt correlatiua, cũ quodlibet equale dicat relationem ad aliquod æquale, igitur altero ex illis ceſſante, quod eſt extremum relationis, ceſſare debet & alterum.

125 Secũdo, ex ſententia eiuſdem Guilielmi, adducitur text. in l. alteri, infra de adimen. leg. & in l. Pamphilo, §. vltimo, infra de leg. 3.

In d. l. alteri, quidam teſtator, cum duos hæredes æqualiter inſtituiſſet, alteri ex illis, præceptionem prædij dedit, deinde, quia æqualitatem inter eos ſeruari volebat, mox alteri præſtari aduerſus debitorem actiones mandauit, pro ea quantitate, qua, dictum prædium alteri prælegatum, comparatum fuerat, deinde vero, citra vllam offenſam eius, qui præceptionem acceperat, prædium diſtraxit, & precium in corpus patrimonij redijt, & conſequenter, cum animo adimendi alienauerit, memoratum prælegatum adimit, iuxta tex. in §. ſi rem ſuã, Inſtitut. de legat. ea propter dubitatum fuit eo loci, numquid, ceſſante prælegato prædij in altero ex cohæredibus, inter quos ſeruari volebat æqualitatem teſtator, intelligatur prælegatum quoque nominis ab altero ademptum, vt præſtari illi actiones amplius non debeant, & concluditur affirmatiuè. In d. autem §. vltimo d. l. Pamphilo, quidam teſtator duas filias, quas habebat, æquis ex partibus hæredes faciens, alteri fundum prælegauit, & ab ea petijt, vt ſorori ſuæ viginti daret, vt æqualitas inter eas ſeruaretur, præterea ab eadem filia petijt, vt partem dimidiam fundi prælegati ſorori reſtitueret, & conſequenter effectualiter prælegatum in totum reuocauit, quandoquidem, id quod prælegatur alteri ex duobus cohæredibus, pro dimidia tantum parte capitur iure prælegati, pro altera autem dimidia, quã etiam, non facto prælegato, habuiſſet, iure hæreditario capitur, iuxta tradita per DD. ad l. in quartam, infra ad legem Falcidiam, vbi ego quoque hoc anno, Deo dante, dicam. Quæſitum fuit eo loci, an intelligeretur reuocata præſtatio illorum viginti, quæ debebat fieri ad fauorem alterius ſororis, & pariter affirmatiuè concluditur, quapropter talis ex eiuſmodi iuribus propoſitio, non obſcurè, colligitur. Vbicumque aliqua pluribus, ita conceduntur, vt inter eos ſeruetur æqualitas, ſi aliquid adimatur ab vno, intelligitur etiam ab alio ademptum. At Princeps, concedens vnius Gymnaſij priuilegia alteri, vult vniuerſitates eiuſmodi æquales facere, igitur ſi vſu veniat, vt memoratis iuribus ſingularibus, & priuilegijs alteram priuet, alteram quoque priuare intelligitur, vt æqualitas inter exæquata ſeruetur.

His tamen argumentis minime negocium facientibus, Guilielm. de Cun. illorum auctor, in contrariam iuit ſententiam, vt teſtatur Bal. ad d. l. omnia, C. de Epiſcop. & Cler. vbi eandem opinionem ſequitur indiſtinctè ipſe quoque, quicquid dicant DD. qui eum diſtinguere in hac materia arbitrantur; Bald. enim ad

d. l.

d. omnia ſimpliciter Guilielmi opinionem ſequitur, cum dicat, dictum Guilielmi credo verum, ſed, vt diluat argumentum, petitum à d. l. vltima, de acceptilat. vt mox videbimus, ſoluendo contraria, diſtinguit, quicquid ſit, ſuam hanc ſententiam, quam ſequuntur etiam alij, & eſt communis, & vera, probabat Guilielm. hac ratione.

126 Beneficium alicui, ex perſona alterius, competens, vbi ius iam quæſitum eſt, non ceſſat, licet ius illius, ex cuius perſona ſibi competit, ceſſet, & locum in ea amplius non habeat. l. ſi poſt mortem, §. vltimo, vbi Bar. ff. de bonorum poſſeſ. contr. tab. At Gymnaſium Peruſinum, cui, ex Gymnaſio Bononienſi, virtute conceſſionis, in controuerſia poſitæ, beneficium competit priuilegiorum, ius ſemel quæſitum eſt, igitur, ex cauſa ſuperueniente in alio Gymnaſio, non debet in Peruſino ceſſare.

127 Non obſtat modò argumentum petitum ex aduerſo à d. l. vltima, infra de acceptilationibus, quia locum habet, vbi relatio habet ſe per modum cauſæ eſſendi, vt in d. l. vltima; ſecus vbi relatio habet ſe per modum cauſæ fiendi, vt in caſu noſtro. ita ſubtiliter, & obſcurè, ſed egregiè ſoluit Bald. primam Guilielmi contrariam rationem, & ipſemet dicit, hoc eſſe ſubtile ad intelligendum, indiget ergo ſubtilis hæc Baldi ſolutio diligenti, & exacta de-

128 claratione. Illud igitur oportet non ignorare, relationem in aliquibus ſubiectis, & extremis, ſe habere ab initio per modum neceſſariæ cauſæ efficientis, ex poſt facto tamen, neceſſariam non eſſe, ad conſeruationem extremorum, exemplum poteſt afferri in imagine Titij, in qua eſt relatio per modum cauſæ fiendi, quia fieri ab initio non poterat, ſine Titio, ſed relatio eiuſmodi, ex poſt facto, non habet ſe ad ſua extrema, per modum cauſæ eſſendi, quandoquidem eſſentia imaginis Titij, non pendet à relatione, cum poſſit tolli Titius, vel ſeneſcendo fieri diſſimilis, remanente illius imagine, & figura. Interdum autem habet ſe relatio ad ſua extrema, per modum cauſæ eſſendi, quia, ſcilicet extrema, quæ ad inuicem referuntur, in relatione ipſa eſſentiam habent, & ita pendent ab ea, vt ſi relatio tollatur, nihil prorſus ſupereſt, exemplum afferri poteſt in emptione, quæ, non modo ab initio non poteſt fieri ſine venditione, ſed, nec poſtmodum conſeruari, cum, non poſſit dari aliquo tempore emptio, quæ non habeat neceſſariam relationem ad venditionem, cum emat emptor, quòd vendit venditor, & vendatur à venditore, quòd ab emptore emitur.

Hinc fit, cum relatio ſit per modum cauſæ eſſendi (vt Baldi terminis vtamur, vt non poſſit tolli venditio, quin funditus tollatur emptio, & è contra, & idem dicendum in omnibus cõtractibus, vltrocitroque obligatorijs. Hæc cum ita ſint rectè, inquit Bald. Primo caſu .i. vbi verſamur in relatione, ſe habente, per modum cauſæ fiendi, ſufficit, quòd à principio ſit vera relatio, quia in iſtanti conſumit ſuum effectum, ita quod amplius nõ dependeat à relatione, vt declarauimus ſupra per exemplum imaginis alicuius, ſed habet formam impreſſam, & ita loquitur quæſtio noſtra, inquit Baldo, & propterea, ſi moriatur Titius, vel ſeneſcat, non ideo tollitur, vel mutatur picta illius, vel ſculpta imago. Eodem quoque modo, non amittit priuilegia Peruſinum Gymnaſium, ſemel ad ſimilitudinem Gymnaſij Bononienſis inſtitutum, quia eiuſdem Bononienſis Gymnaſij priuilegia minuantur, vel tollantur, ſed ſublata venditione, quæ ad emptionem refertur, per modum cauſæ eſſendi, tollitur etiam emptio, & in his terminis, locum ſibi vendicat d. l. vlt de acceptil. ſentit ergo Bald. dum conceduntur *Bononienſis* Gymnaſij priuilegia, Peruſino Gymnaſio, fieri, & creari, ad ſimilitudinem eorum, quibus gaudet Bononienſis vniuerſitas, non autem eorum vſum concedi, quem ſomniant DD. hic, & iure optimo, ſubtili diſtinctione, ſoluendo Guilielmi argumentum, addidit Bal. verba illa, quòd eſt ſubtile ad intelligendum, ratus non facile omnes aſſecuturos verum doctrinæ ſuæ, & profundiſſimum ſenſum. Præterea ſublatis priuilegijs Gymnaſij Bononienſis, tollitur etiam relatio, quæ conſiſtebat in ſimilitudine, quam habebant priuilegia Gymnaſij Peruſini, cum priuilegijs huius Gymnaſij Bononienſis, ſed non ideo tolluntur priuilegia Peruſini Gymnaſij, in quibus ſimilitudo, & relatio fundabatur, quemadmodum ſublato Titio filio, nõ remanet pater, ſed meuius, qui erat pater, & ſublata venditione, remanet res, quæ emebatur, & is, qui emebat, licet amplius non ſit res empta, vel emptor.

Nec facit negocium, ſecundum Guilielmi argumentum, petitum à d. l. alteri; & à d. l. Pãphilo in §. vlt. quia negari poteſt minor illius propoſitio, ex eo enim, quòd ſummus Pontifex, omnia Bononienſis Gymnaſij priuilegia, Peruſinæ Academiæ concedit, non conſtat velle perpetuo eiuſmodi vniuerſitates eſſe æquales, quemadmodũ, in allegatis iuribus, volebat teſtator, inter hæredes inſtitutos, æqualitatem ſeruari, quòd ſi conſtaret, Princi-

pem

pem vtriuſque vniuerſitatis; voluiſſe inter eas
perpetuo æqualitatem ſeruari, vbicumque ab
eodem principe, ſine culpa vniuerſitatis, alte-
ra ex illis aliquibus priuilegijs priuaretur, al-
tera quoque priuata intelligeretur, vt, ex mox
adhibenda, in hac materia, diſtinctione, mani-
feſtum fiet.

129 Quatenus igitur dubitatur, an priuato
Gymnaſio Bononienſi, cuius priuilegia fue-
runt conceſſa Gymnaſio Peruſino, intelliga-
tur priuatum etiam Peruſinum Gymnaſium,
ſic diſtinguendum eſt. Aut priuilegia vnius
vniuerſitatis ſunt conceſſa alteri, per viam
vniuerſalis conceſsionis, Aut per viam
vniuerſalis exæquationis, ſi per viam vniuer-
ſalis conceſſionis, ex priuatione vnius, non ſe-
quitur priuatio alterius, Ius enim quæſitū, al-
teri Gymnaſio, non poteſt, ſine illius facto, &
culpa, eidem auferri, l. ſi poſt mortem §. vlt. ff.
de bonorum poſſ. contr. tabul. tradit Bald. ad
d. l. omnia C. de Epiſc. & Cleric. nu. 4. & DD.
communiter hic, vbi de communi teſtatur Ri
pa, num, 4. ſi per modum vniuerſalis exæqua-
tionis. Aut non idem Princeps, eſt dominus
vtriuſque vniuerſitatis, Aut eſt dominus v-
triuſque, ſi non eſt dominus vtriuſque, ex pri-
uatione vnius, non ſequitur alterius priuatio,
quia relatio vnius Gymnaſij ad aliud, habet
ſe, per modum exempli, non per modum cau-
ſæ, quicquid ſentiat Bolognet. hic num. 75. Si
verò vtriuſque eſt dominus idem Princeps,
Aut verba exæquationis non ſunt ita conce-
pta, vt ad futurum tempus expreſsè referan-
tur, Aut ſignificant futuram etiam perpetuo
æqualitatem, primo caſu, pariter crediderim,
ex priuatione vnius, non ſequi alterius priua-
tionem, cui ius ſit quæſitum per l. ſi poſt mor-
tem, §. vltimo, ff. de bon. poſſeſſ. contrab. Se-
cundo caſu, Aut altera vniuerſitas, ex certa
aliqua culpa, vel delicto, priuatur, vel ratione
aliqua, quæ non poteſt in altera conſiderari.
Aut de ratione priuationis non conſtat, vel ſi
conſtat, diuerſa non eſt in altera vniuerſitate.
primo caſu, eodem modo, ex vnius vniuerſi-
tatis priuatione, ad priuationem alterius non
infertur, cum pœna debeat tenere ſuos aucto-
res, l. ſancimus, C. de pœn. nec debeat alter al-
terius odio prægrauari, l. ſi quis in ſuo, §. legis,
C. de inofficioſo teſtamento, cumque proba-
bile ſit Principem voluiſſe recedere, ob ſpecia
lem cauſam, ab æquiparatione facta, argumen
to l. alteri, infra de adimen. leg. & ita ſentiunt
hic Cro. num. 6. & Ioan. Bologn. num. 75. Se-
cundo autem caſu, ex priuatione vnius, puto
ſequi etiam alterius priuationem, per d. l. al-
teri, infra de adimend. legat. & per d. l. Pam-
philo, in §. vltimo, infra de legat. 3.

130 Quod attinet autem ad ſecundum articu
lum de Scolaſticis, vbi, ſcilicet ſtatuto cautum
ſit; vt Scolaſtici, tamquam ciues, in omnibus,
& per omnia, habeantur, circa commoda, &
honores, concluſio eſt affirmatiua, vt, ſcilicet
illis debeant gaudere, ſed dubium eſt, an, vir-
tute eiuſdem ſtatuti, ciuium quoque onera
ſubire cogantur, & opinionem affirmatiuam
adſcribunt DD. hic, Angelo noſtro ad l. 2. in
§. furioſos, ſupra titulo proximo, ſed, in Codi-
ce meo, nihil ſcriptum reperio ab Angelo ſu-
per titulo, ſupra de iure codicill. quicquid ſit,
pro hac opinione, quam Angeli eſſe dicunt,
Alex. & alij, plura afferunt argumenta.

131 Et primum ſic ratiocinantur; Vbicumque
in eadem perſona duæ concurrunt, & conſpi-
rant qualitates, quarum altera fortior eſt, &
potētior, ſemper regulatur perſona ſecundum
potentiorem qualitatem, l. generaliter, infra
de fideiuſſ. l. quæritur, ſupra de ſtat. homin. At,
in propoſito, in Scolaſticis duæ concurrunt
pugnantes qualitates, altera nimirum, quæ
illos diſcipulos, & ſtudioſos efficit, & ab one-
ribus immunes, altera, quæ illos ciues efficit,
& ciuilibus oneribus, & muneribus ſubijcit,
132 potentior tamen eſt qualitas, ciues illos effi-
ciens, quæ competit iure communi, quàm a-
lia, quæ competit iure ſpeciali, argumen. l. ejus
militis, §. militia miſſus, ff. de teſtam. mil. igitur
debent ab ea regulari, & conſequenter, tam-
quam ciues, oneribus ſubijci.

133 Secundo hac vtuntur ratione, quod in v-
no ex vniuerſaliter æquiparatis locum habet,
neceſſe eſt, vt etiam in altero locum habeat,
per doctrinam Bart. communiter receptam,
ad l. Marcellus, §. res quæ, infra ad Senat. Con
ſult. Trebellian. id quod communiter recipi-
tur etiam hic, ſed, in propoſito, Scolaſtici cum
ciuibus ſunt vniuerſaliter, per ſtatuti diſpoſi-
tionem, æquiparati, & in ciuibus onera locum
habent, igitur debent etiam in ipſis Scolaſti-
cis locum habere.

134 Tertio, ſi ſtudioſi, in caſu propoſito, gau-
derent commodis, & honoribus ciuilibus, one
ra autem, & munera non ſubirent, ſequeretur
135 illud incommodum, vt vna, & eadem per-
ſona, poſſet eſſe, quo ad commoda, & hono-
res, ciuis, quo ad onera, nequaquā, & ſic, vt poſ
ſet diuerſo iure cenſeri, ſed hoc conſequens
eſt falſum, & repugnans regulæ, l. cum qui æ-
des, de vſucap. & contra l. qui duo, ff. de acqui-
136 rend. hæred. vbi quis non poteſt eſſe partim
liber, partim ſeruus, ergo falſum eſt etiam, &

abſur

abſurdum antecedens, & conſequenter aſſerere, non debere eiuſmodi ſtudioſos onerari, etiam, & munera ciuilia ſubire.

137 Quarto, quilibet receptus ad commoda, & fauores, rationi conſentaneum eſt, vt ſubijciatur oneribus annexis, & in conſequentiam venientibus, doctrina Baldi, & communiter recepta, ad l. quod fauore, C. de legibus, tradit Caſtrenſis ad l. nulla, C. eodem, & communiter DD. ad l. Rufinus, C. de teſtament. milit. At onera ciuilia, annexa ſunt, ſine dubio, ciuilibus commodis, & honoribus, & veniunt, ad

138 fauorem ciuilitatis in conſequentiam, cum ciuilitas nihil aliud ſit, quam ſtatus loci, commoda continens, & incommoda, vt ſcripſit Franc. Crot. ad l. omnes populi, ſupra de Iuſtitia, & iure, num. 161. igitur ſtudioſi, ad commoda, & honores ciuitatis recepti, debent etiam ciuilibus muneribus, & oneribus ſubijci.

139 Quinto ea, in dubio, admittenda eſt legis interpretatio, per quam omnes publicæ vtilitati inſeruiunt, & obediunt, l. 1. in fin. C. de nauic. non excuſ. lib. 11. Sed eiuſmodi eſt interpretatio ſtatuti, in controuerſia poſiti, per quam, etiam Scolaſtici, qui tamquam ciues in omnibus, & per omnia habentur, oneribus ſubijciuntur, argumento l. 2. C. de ſilentia. & Decur. lib. 12 & l. iubemus, C. de Sacroſanctis Eccleſijs, igitur hanc facere, in dubio, debemus interpretationem, vt ſtudioſi quoque ciuilibus oneribus, publicam reſpicientibus vtilitatem, ſubijciantur.

140 Sexto, & vltimo, eodem modo ſe habet aduentitia patria, ad nouos ciues, quo modo ſe habet, adoptiuus pater ad filios adoptatos;

141 ſed, vbi pater adoptiuus optauit aliquem in filium, eumque, vt filium obſeruare promiſit, intelligitur eundem etiam oneribus, & grauaminibus filiorum ſubieciſſe, ita vt ex cauſa exhæredare etiam illum poſſit, l. quidam, cum filium, vbi Bar. & DD. in ti. de verborum obligat. igitur Scolaſtici quoque, qui, ab aduentitia patria, in filios, & ciues optantur, & recipiuntur, ciuilibus quoque oneribus ſubiectos eſſe intelligere, & interpretari debemus.

In contrariam tamen opinionem iuerunt, vno ore, communiter DD. quos congerunt Alex. hic nu. 9. & Soc. Iun. nu. 39.

142 Primum, quia inducta ad fauorem, non

143 debent in odium retorqueri, l. quod fauore, C. de legibus, & inducta ad augumentum, non debent operari diminutionem, l. legata, inutiliter, de adimend. legat. l. non tantum, §. ſi emancipatus, de bonorum poſſeſſ. contr. tab. Sed ſtatutum, quod præ manibus habemus, ſine dubio eſt introductum in fauorem Scolaſticorum, & ad augumentum priuilegiorum, & contrarium operatur, ſi per illud oneribus ſubijciuntur, nimirum diminutionem priuilegiorum, quæ ab oneribus illis, immunes reddunt, & ſic in odium retorquetur, quod eſt abſurdum, igitur abſurdum eſt etiam interpretari, vt Scholaſtici, eiuſdem ſtatuti diſpoſitione, oneribus ſubijciantur, nec dicas onera ciuilia ciuilitati, tamquam annexa, venire in conſequentiam, ex traditis per eundem Bald. ad eãdem l. quod fauore, quia hoc locum habet, vbi verè quis efficitur ciuis, ſecus autem, vbi per aliquod tempus recipitur quis, tamquam ciuis, ob commodum, & vtilitatem illius, & vt eo modo Scholaſtici, ad illius ciuitatis Gymnaſium alliciantur.

144 Secundo, pro hac opinione, adducitur tex. d. l. 2. C. de præpoſit. agent. in reb. vbi Ioannes de Platea, lib. 12. per dictos textus dum in memoratis præpoſitis priuilegia quædam, ſportularum ſolutionem reſpicientia, ita tamen, vt per dicta priuilegia, non intelligatur derogatum aliis priuilegiis, præpoſitis eiſdem competentibus, quam ob rem gloſ. ibi, in verbo, conſuetere, colligit ex d. text. Priuilegium, & ius ſingulare, priuilegiato conceſſum, non debere anterioribus priuilegijs derogare. At priuilegium ciuilitatis, in controuerſia poſitum, priuilegium eſt, quod Scholaſticis priuilegiatis conceditur, qui ab oneribus ciuilibus ſunt immunes, igitur, per illud, non intelligitur derogatum alijs immunitatibus, & priuilegijs anterioribus, eos à publicis muneribus eximentibus. Nec dicas hoc admittendum eſſe, vbi plura priuilegia poſſunt ſimul concurrere, ſecus autem, vbi ſint incompatibilia, quemadmodum in caſu noſtro, quia replico, etiam in caſu noſtro ſimul ſtare poſſe, vt quis ſit ciuis, quo ad commoda, onera tamẽ, ex priuilegio, non cogatur ſubſtinere. Præterea Scholaſtici, in caſu noſtro, per ſtatutum, veri ciues non efficiuntur, ſed ciuium duntaxat commoda, & honores, illis, ex priuilegio, conceduntur, & communicantur.

145 Tertio, & vltimo, illa in dubio admittenda eſt ſtatuti interpretatio, quæ veriſimiliter magis accedit ad diſponentium mentem, quæ

146 anima dicitur eſſe cuiuſcumque diſpoſitio-

147 nis, l. cum ratio, ff. de bon. damn. & quam veriſimiliter interrogati feciſſent, ſtatuentes, l. tale pactum, §. vltimo, ſupra de pact. Sed eiuſmodi eſt interpretatio, vt Scholaſtici, habendi, ex diſpoſitione ſtatuti, in omnibus tamquã ciues, gaudeant commodis, & honoribus, & ſint

ſint ab oneribus immunes, igitur hæc digna eſt interpretatio, quæ à nobis recipiatur. Minor probatur, quia veriſimilis mens ſtatuentium fuit concedere ſtudioſis ſolummodo ciuium, honores,& commoda, vt, honoribus,& commodis, ad ciuitatem ipſam, quaſi ad mercatum bonarum litterarum inuitarentur, non ſecus, ac mercatores, vectigalium remiſſione, ad nundinas, ſpe lucri, alliciuntur, ita, vt, ſi fuiſſent interrogati, veriſimiliter reſpondiſſent, noluiſſe hoc ſtatuto eos oneribus ſubijcere.

Non obſtant contraria, nam, dum primum dicebatur, vbi in eadem perſona duæ concurrunt qualitates incompatibiles, potentior præualet, admittimus hoc, ſed negamus qualitatem, competentem ex priuilegio legis municipalis, eſſe fortiorem, hoc enim forte eſſet, ſi ſecundum veritatem Scholaſtici eſſent effecti ciues, quod non eſt, cum pro ciuibus solummodo habeantur,& veri ſint peregrini Scho-
148 laſtici, ea propter, cum veritas ſit fictione potentior, §. ſi quis rem ſuam, Inſtitut. de legat.& ibi gloſ. l. Regula, §. qui ignorauit, de iur. & fact. ignorant. qualitas fictæ ciuilitatis, eſt debilior, nec eſt incompatibile, vt quis ſit Scholaſticus, & tractetur, atque obſeruetur tamquam ciuis, quo ad commoda, onera tamen non ſubſtineat, tantum igitur abeſt, vt primum illud argumentum negocium faciat, vt immo potius in proprium reflectatur auctorem.

Nec facit negocium ſecundum, per locum ab æquiparatis, quia Scholaſtici, per ſtatutum, de quo agimus ciuibus ſũt in omnibus æqui-
149 parati, nõ quo ad onera, ſed quò ad cõmoda, ad quæ reſtringitur vniuerſalis ſtatuti æquiparatio, veriſimili ratione, qua, legis municipalis latores, ſunt, ad ita ſtatuendum, adducti, vt mox dicebamus.

Nec eſt alicuius roboris tertium argumentum, quia, licet ſtudioſi, virtute memorati ſtatuti, ſentiant ciuium commoda, non autem incommoda, non propterea diuerſo iure cenſentur, & partim ciues, partim non ciues efficiuntur, quandoquidem abſolutè dicimus ciues eos non eſſe, ſed, ex priuilegio ſtatuti, ab oneribus immunes, ciuium commodis potiri.

Quartum quoque argumentum facile ſolui poteſt, quia fatemur eſſe onera ciuilitati annexa, ita vt, qui re vera ſunt ciues, æqualiter,& oneribus ſubijciantur,& capares atque participes eorum, quæ commoditatem aſſeſunt efficiantur,& ſic, vbi verè, in gratiam Rei publicæ, cui perpetuo aggregatur, aliquis ſit ciuis, ſecus autem vbi quis, ex priuilegio, & in ſui fauorem, & gratiam, pro ciue dumtaxat habetur, tunc enim onera non intelliguntur de neceſſitate annexa, cum veriſimiliter noluerint ſtatuentes id, quod ad augendas ſtudioſorum commoditates introduxerunt, earundem commoditatum diminutionem operari, contra l. legata inutiliter, infra de adim. legat. & contra regulam, l. quod fauore, C. de legibus.

Ad quintum autem argumentum, quod nitebatur publica vtilitate, ob quam videbamur coacti eam facere interpretationem, per quam omnes, & ſic etiam Scholaſtici oneribus,& muneribus publicam vtilitatem reſpicientibus, ſubijcerentur. Reſpondeo, in caſu noſtro, duplicem conſiderandam eſſe publicam vtilitatem, alteram, vt ciuitas, & Reſpublica optimis ciuibus repleatur, quorũ vſum, vel in bello, vel in magiſtratibus, vel in opificijs habeat,& profectò, vbi, hanc ob cauſam, noui ciues recipiũtur, ſine dubio, niſi munera quoque ciuilia ſubire cogantur, publica hæc vtilitas non ſeruatur, &, in hoc caſu, viribus non caret argumentum. Altera autem publica vtilitas eſt, vt Scholaſtici, ad ciuitatem aliquam, quaſi ad quoddam ingenuarum artiũ, & optimarum ſcientiarum Emporium, frequentius confluant,& hæc publica vtilitas, ſine controuerſia, augetur, & conſeruatur melius, ſi ij, quos commodis,& fauoribus allicere volumus, oneribus non ſubijciamus, quamobrem, cum ſtudioſi, huius poſterioris vtilitatis ratione habita, virtute ſtatuti in controuerſia poſiti, non ſint creati verè ciues, ſed loco ciuium, in ijs quæ pertinent ad eorum vtilitatem,& commodum conſtituti, vt melius memorata publica vtilitas conſeruetur, quã præ oculis veriſimiliter ſtatuentes habuerunt, ab omnibus ſunt cenſendi oneribus, & muneribus immunes,& liberi.

Ad ſextum tandem, & vltimum argumentum. Reſpondeo, non eſſe inconueniens, vt ciuitas eum, quem in ciuem elegerit, &, tamquam ciuem obſeruate promiſit, etiam oneribus ſubijcere poſſit, ſed negamus, in caſu noſtro, voluiſſe ſtatuentes Scholaſticos, quos, vt ciues obſeruari voluerunt, oneribus grauare, ſed illis dicimus propoſitum fuiſſe, ſtudoſos ipſos, & priuilegio, & gratia, fauoribus tantummodo, & commodis proſequi, vt eos ad conferendum, ſe, ſtudorum gratia, ad propriam ciuitatem efficacius inuitarent. Quamobrem, cum argumenta, pro opinione, quam adſcribunt Angelo noſtro, non ſubſiſtant, non recedo,

Digitized by Google

recedo ab hac poſteriore ſententia, quæ receptior eſt, & magis æqua, ac verior.

150 Sed, in hac quoque materia, ad tollendas omnes contrarietates, ſolitus ſum breuiter ſic diſtinguere. Aut verba ſtatuti ita ſunt concepta, vt Scholaſticos veros ciues faciant, puta quia dictum ſit. Sint, & habeantur prociuibus, vt ex Bald. ad proœm. Digeſtorum, in fine princip. docet Marſil. ad l. 1. §. quæſtioni, num. 7. de quæſtion. Aut eo modo concepta ſunt, vt inducant vniuerſalem æquiparationem, in omnibus, & per omnia, & ſic fictionem: primo caſu, Aut dubitamus nunquid ſentire debeant ciuium commoda, Aut numquid debeat ſubire onera. Quo ad commoda, indiſtinctè concludendum eſt affirmatiuè, cum ſtatuti diſpoſitio ſit facta in fauorem Scholaſticorum, & clauſulam habeat, in omnibus, & per omnia, quæ nullum commodum excludit, argumento l. Iulianus, infra de legat. 3. cap. ſanè, de maiorit. & obedien. can. Romanorum, 19. diſtinctio. iuncta l. vrbana familia, §. pernoctare, infra de verb. ſignificat. & ita ſentiunt DD. communiter hic, &, in primis, Nicol. Gratian. num. 169. Quantum autem ad onera, Aut ſunt eiuſmodi, vt ea ſubire cogãtur Scholaſtici, ciues originarij illius ciuitatis, in qua publicum eſt Gymnaſium, quia, ſcilicet immunitas ab illis concedatur Scholaſticis, tamquam exteris, & peregrinis, cuiuſmodi eſt immunitas à collectis, & oneribus realibus, &, onera, eiuſmodi ſubeunt etiam Scholaſtici, effecti verè ciues, cum deſierint eſſe exteri, & peregrini, cumque eiuſmodi onera veniant in neceſſariam conſequentiam fauoris adeptæ ciuilitatis, vt per Bald. ad d. l. quod fauore, C. de legibus, & per Caſtren. ad l. nulla, C. eodem, tradunt etiam DD. ad l. ſi Rufinus, C. de teſtament. milit. Ciuitas enim eſt ſtatus loci, commoda continens, & incommoda, vt ſupra dicebamus, ex Crott. ad l. omnes populi, ſupra de iuſtitia, & iure, num. 161. Aut ſunt onera perſonalia, quorum immunitas conceditur Scholaſticis in gratiam ſtudiorum, ita vt ab illis etiam ciues originarij ciuitatis concedentis, litteris operam dantes, ſint immunes, cuiuſmodi ſunt excubiæ, & cuſtodiæ, & cætera id genus munera perſonalia, & hæc non ſubeunt Scholaſtici, licet verè ſint effecti ciues, vt per Bart. ad l. 1. & 2. C. qui ætat. & profeſ. excuſ. lib. 10. Secundo autem caſu, quando, ſcilicet per ſtatuti diſpoſitionem non tranſeunt in ciuium numerum, ſed, in omnibus, & per omnia, ciuibus æquiparantur. Aut dubitamus, an ſubant onera ciuium, Aut an ſentiant commoda, &, quo ad onera, concludendum eſt negatiuè, quia, cum æquiparatio ſit facta in fauorem Scholaſticorum, & inducta ad augumentum priuilegiorum, & iurium ſingularium, non debet eorũ operari diminutionem, & in odium retorqueri, contra regulas dict. l. quod fauore, & d. l. legata inutiliter. nouum enim hoc priuilegium, veteribus Scholaſticorum priuilegijs, quæ ab oneribus illos reddũt immunes, derogare non debet, argumento l. 2. C. de præpoſ. agent. in rebus, lib. 12. l. ſi Rufinus, C. de teſtament. milit. & l. Alexandrinis, C. de decur. lib. 10. faciunt tradita per Bart. ad l. decurionib. C. de ſilentiar. lib. 12. cum ſimilibus, & ita ſtatuunt etiam DD. communiter hic, & præſertim Alexand. num. 9. & Soc. Iun. num. 31. qui alios quamplurimos adducunt. Quo ad commoda autem, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut ſunt commoda, & priuilegia, quę competunt ciuibus iure proprio illius ciuitatis, Aut aliunde, quàm ex conceſſione ciuitatis, puta ſpeciali reſcripto principis ciuitatis illius, primo caſu commoda omnia Scholaſticis communicantur per vniuerſalem factam exæquationem, alioqui non haberentur in omnibus, & per omnia, tamquam ciues, & hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Socin. Iun. hic num. 30. Secundo autem caſu, quando, ſcilicet verſamur in priuilegijs competentibus iure ſpeciali, & ex Principis conceſſione, non intelliguntur, virtute exæquationis, Scholaſticis competere, vt docet Bart. ad l. ſi maritus, huius initij, 2. §. legis, infra ad leg. Iuliam, de adulter. in fin. vbi affert exemplum in ciuitate noſtra, quæ habet priuilegium à Summo Pontifice, vt ciues Peruſini non poſſint trahi ad iudicium extra ciuitatem, quod quidem priuilegium non trahitur ad terras ſubditas, licet illorum ciues, pro Peruſinis ciuibus habeantur, & propterea, ſi Peruſiæ ſtatuatur, vt Scholaſtici, in omnibus, & per omnia, prociuibus habeantur, non poterunt, dicto priuilegio, ex indultu principis, Peruſinis ciuibus cõceſſo, gaudere, eo enim, non, niſi veri Peruſini ciues, poſſunt gaudere, vt per Bar. in præallegato loco. & per Socin. Iun. conſ. 65. num. 14. lib. 2.

Et hæc ſufficiat dixiſſe, circa primam concluſionem, mihi enim non eſt conſilium omnia tractare, quæ affectata, atque adeo mendicata occaſione, de indefinita generali, & vniuerſali oratione, parum opportunè, tractant Doctores hic, & præſertim Io. Bologn. & Crauet. Venio igitur ad ſecundam principem concluſionem, quæ habet.

Per omnia exæquata ſunt legata fideicom-
miſsis.

Hæc autem concluſio, quæ ſententiam cō-
tinet, legi noſtræ, omnino adæquatam, quo
pacto ſit intelligenda, ſupra in ſecunda parte
docuimus, & quia, neque huius concluſionis
moralis, & legalis vniuerſalitas, neque ſpecie-
rum confuſio facta per Iuſtinianum, omnes
omnino excludit, ſecundum aliquos, inter le-
gata, & fideicommiſſa differentias, vt non ob-
ſcurè colligitur ex traditis ſupra, propterea,
pro exacta huius concluſionis, & totius mate-
riæ dilucidatione, quatuor propono princi-
pes, anteaquam veniam ad Bart. quæſtiones,
diſcutiendos articulos.

151 Primus erit, An iure digeſtorum, poſt fa-
ctam exæquationem, per modum regulæ, de
qua in lege noſtra, antequam per Iuſtinianū
ſpecies confunderentur, peti poſſent fideicom
miſſa iure actionis.

Secundus, An hodie, poſt factam identifi-
cam Iuſtiniani exæquationem, legata fieri
poſſint in codicillis.

Tertia, An nuſquam datum ſit legatum li-
bertatis.

Quartus, quæ ſint differentiæ inter legata,
& fideicommiſſa vniuerſalia.

152 Quod attinet ad primam iuris controuer-
ſiam, prænotare libet, extraordinariam perſe-
cutionem eſſe, vt declarat Duaren. hic, & ad
l. 1. ſupra de iuriſd. omnium Iud. cum magi-
ſtratus, non dat iudicem, ſed extra ordinē ip-
ſemet cognoſcit, l. 1. ſupra de extraord. cognit.
l. 1. ff de rei vendic. quid autem ſit actio, pa-
tet ex princ. Inſt. de act.

153 Præterea, in propoſita difficultate, diſtin-
guenda ſunt duo capita: primum eſt, nūquid
fideicommiſſa, ante Iuſtinianeam exæqua-
tionem, peti poſſent iure actionis realis, &
in hoc capite, omiſſa diſputatione, concluden-
dum eſt negatiuè, quia id, cuius dominium
non habemus, actione rei vendicationis pete-
154 re non poſſumus, quæ dominium ſuppo-
nit ex parte agentis, poſſeſſionem ex parte rei
155 conuenti, §. 1. & § ſic itaque, Inſt. de act. At
rei per fideicommiſſum relictæ, ante factam
Iuſtinianeam exæquationem, fideicommiſſa-
rij, nō, niſi poſt ſecutā præſtationem, dominiū
habebant, vt nemo negat. igitur eam actione
rei vendicationis, petere non poterant. Nec
deſtruit hanc concluſionem tex. in l. ex imper-
156 fecto, infra de leg. 3. quia, eo loci, verbum,
vendicare, largè refertur ad fideicommiſſum,
vbi autem largè, & fuſiorè vocabulo vſurpa-
tur, ſignificat actum petendi rem aliquam,
quocumque iure, etiam iure actionis perſona-
lis. l. peculium, ff. de pecul. l. per diuerſas, C.
mandati, vbi gloſ.

Secundum caput eſt, An poſſet peti fidei-
commiſſum, ante factam à Iuſtiniano exæ-
quationem, iure actionis perſonalis ex teſta-
mento, &, in hoc capite, contrariæ ſunt Do-
ctorum opiniones, quarum altera eſt exiſti-
mantium, iure digeſtorum, non habuiſſe lo-
cum, pro petione fideicommiſſi, actionem ali-
quam, ſed perſecutionem, dumtaxat extraor-
dinariam, & hanc opinionem tenuerunt Di-
nus, Cyn. Bald. & Cuman. quos, poſt Alexād.
hic num. 13. referunt recentiores omnes.

157 Et primū, pro hac opinione, adducitur tex.
in l. pecuniæ verbum in §. perſecutionis, infra
de verb. ſign. Perſecutionis verbo, inquit tex.
extraordinarias perſecutiones puto contine-
ri, vt puta fideicommiſſorum, &, ſi quæ aliæ
ſunt, quæ non habent iuris ordinarij executio-
nem, quibus ex verbis, eiuſmodi, pro hac opi-
nione, oritur argumentum. Ea, quæ non ha-
bent iuris ordinarij executionem, ſine dubio
158 iure actionis, quod ordinarium eſt ius perſe-
quendi in iudicio, quod nobis debetur, Inſt. in
159 princ. de act. minimè petuntur, ſed extraor-
dinaria perſecutione, quæ largè venit actio-
160 nis appellatione. At fideicommiſſum ordi-
nariam, non habet iuris executionem, ſed, ex-
traordinaria, executione petitur, d. §. perſecu-
tionis, igitur, non iure actionis petitur.

161 Secundo, adducitur tex. in l. 2. §. poſt de-
inde, ff de orig. iur. & tex. in princip. Inſt. de fi-
deicomm. hered. quibus in locis habetur. Au-
guſtum iuſſiſſe Conſulibus, auctoritatem ſu-
am interponere, quæ verba ſine dubio refe-
runtur ad ius dicentem affirmatiuè, quare, ex
illis, hæc ſuboritur ratiocinatio. Verba legis,
ad Iudicem affirmatiuè relata, & directa, non
actionem ſignificant, ſed iudicis officium. do-
ctrina Bart. communiter recepti, ad l. vnicam
ff de condic. ex lege facit. l. 1. in princ. ſupra de
iuriſdict. omnium iud. At verba legis, tam in
d. §. poſt deinde, quàm in d. princip. quatenus
agitur vtrobique de petitione, & executione
fideicommiſſi, ad iudicem diriguntur, igitur,
ex dictis iuribus, non ineſſicaciter concludi-
tur, ante equiparationem, à Iuſtiniano factā,
locum fuiſſe, pro executione, & petitione fi-
deicommiſſorum, Iudicis officio, & extraordi-
nariæ perſecutioni, non autem actioni.

162 Tertio loco, quia, ſi ante factam vltimam
Iuſtiniani æquiparationem, potuiſſent, iure
Digeſtorum, fideicommiſſa per actionem pe-
ti, illud fuiſſet neceſſario ſecutum, vt quemad-
modum

Digitized by Google

modum poſt mortem hæredis, vel legatarij,
legari non poterat, ita quoque poſt mortẽ hæ
redis, vel fideicommiſſarij, fideicommitti non
licuiſſet, cum actio, eo tempore, contra hære-
des, vel ab hæredibus incipere non potuiſſet,
l. vnica, C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. ſed
hoc conſequens eſt falſum, quia, poſt mortem
hæredis, vel fideicommiſſarij, ſemper licuit
fideicommittere, quamquã legari eo modo,
poſt hæredis mortem, vel legatarij, non poſ-
ſet, §. poſt mortem, Inſtitut. de legat. igitur fal
ſum eſt etiam antecedens, & conſequenter
fideicommiſſa, iure actionis, digeſtorum iure,
peti potuiſſe.
163 Quarto loco, ſi pro fideicommiſſis actio
aliqua fuiſſet data iure digeſtorum, falſo, &
perperam, & militem glorioſum agens, tribuiſ
ſet Iuſtinianus ſibi, & ſuæ legatorum, & fidei-
commiſſorum exæquationi, effectum illum,
vt ex fideicommiſſis quoque triplex compe-
teret actio, perſonalis nempe, realis, & hypo-
thecaria, vt, diſertis verbis, facit in l. 2. C. com-
munia de legat. Sed hoc non eſt aliquo modo
164 dicendum, igitur, nec illud, vnde hoc ſequi-
tur. Corroboratur etiam argumentum, quia
illa actionum productio, cum reſpiciat æqua-
liter tres illas memoratas actiones, pariformi-
ter debet omnes determinare, vt, ſcilicet quẽ-
admodum realis, & hypothecaria cæperunt
competere pro legatis, poſt factam Iuſtinia-
neam exæquationem, ſeu potius identifica-
tionem, ita quoque, non antea, perſonalis ex
teſtamento, pro fideicommiſſis competierit,
per regulam l. iam hoc iure, ſupra de vulg. &
pupil. & l. quamuis, C. de impub. & alijs ſubſt.
& per alia ſimilia.
Quinto, & vltimo, ad mentem Socin. Iun.
hic, num. 78. ſi ante factam exæquationem à
Iuſtiniano, potuiſſet peti fideicommiſſum iu-
re actionis, non verificarentur, in d. l. 2. C cõ-
munia de legat. verba illa Imperatoris. Om-
nia, quæ naturaliter legatis inſunt, fideicom-
miſſis inhærere, ſed neque hoc licet admitte-
re, ergo nec illud, vnde hoc ſequitur. Proba-
165 tur conſequentia, quia, quatenus ille tex. di-
cit, Omnia, ſupponit plura fuiſſe de legatis, ad
fideicommiſſa tranſlata, &, ad minimum, duo,
iuxt. l. vbi numerus, ſ. de teſtib. quod certè nõ
eſſet, niſi interpretemur, vnum, vt pro fideicõ
miſſis actio competeret, quemadmodum pro
legatis, alterum, quòd recta via tranſiret domi
nium, de teſtatore, in fideicommiſſariũ, quem
admodum in legatarium; nihil enim præte-
rea eſt repetire, quod de legatis fuerit ad fi-
deicommiſſa vtiliter tranſlatum.

Horum tamen argumentorum ratio mi-
nime habita, in contrariam iuerunt ſentẽtiam
Iacob. de Aren. Bart. Caſtr. Alex. Aret. & alij
hic, & præſertim Iaſ. nu. 45. Ripa nu. 20. &
Socin. Iun. num. 72. qui teſtatur ſententiam
hanc, quam, in præallegato loco, communem
appellat Ripa, magis communem eſſe.
166 Et primum, pro hac opinione, paucis plu-
ra perſtringendo, ſic poſſumus argumentari.
Omne illud, pro quo vtilis, vel directa actio
competit, vt petatur iure actionis eſt neceſ-
167 ſum. At, pro fideicommiſſis, iure digeſto-
rum, vtilis, vel directa actio competebat, l. ſi
alienus, & l. Lucius, 1. §. quiſquis, infra titulo
proximo, l. à patre, & l. ſi res, infra de legat. 3.
l. vltima, C. quando dies leg. ced. l. 2. C. de his,
quæ ſub modo, l. 1. C. de donat. cauſ. mor. quæ
leges etiam Codicis fuerunt latæ, ante Iuſti-
niani tempora, ab illius anteceſſoribus, vt re-
ctè ſpeculatur etiam Socin. Iun. hic num. 75.
igitur fideicommiſſa, etiam ante Iuſtiniani tẽ-
pora, actionis iure petebantur. Nec dicas cum
Duaren. & alijs, in præallegatis legibus, vſur-
patam eſſe actionem fuſiore vocabulo, pro ex-
traordinaria perſecutione, quæ & ipſa, largè
actionis appellatione venire dicitur, l. actio-
nis verbo, infra de act. & oblig. nam primum
replico, hoc admitti poſſe, vbi actio accipitur
in genere, ita vt ſimul, & ſemel ad actiones, ad
interdicta, & ad extraordinarias perſecutio-
nes, & ad officium Iudicis, referatur, ſecus au-
tem, vbi in ſpecie accipitur, vt in iuribus pro-
latis, vbi neceſſe eſt, per actionem, intelligere
vnam ex memoratis ſpeciebus, quamobrem
cum actio, in ſpecie ſumpta, propriè ſignificet
actionem ipſam, quatenus differt ab interdi-
ctis, à Iudicis officio, & à qualibet extraordi-
168 naria perſecutione, de vera, & propria actio
ne, tot iura eſſe locuta debemus interpretari,
ne, in dubio, à proprietate verborum, contra l.
non aliter, infra de legat. 3. recedamus, præ-
169 ſertim, cum in aliquibus ex dictis iuribus,
nimirum in d. l. ſi alienus, & in d. l. à patre, di-
catur competere pro fideicommiſſo vtilis a-
ctio, quæ non poteſt accipi pro officio Iudi-
cis, vel pro perſecutione aliqua extraordina-
ria, quæ eiuſmodi diuiſionem non patiuntur,
vt aliquod, ſcilicet ſit officium Iudicis vtile,
aliquod directum.
Secundo adducitur text. in l. ſi proluſorio,
in §. vltimo, infra de appella. Quare ijs, inquit
text. qui teſtamento libertates, vel legata, vel
fideicommiſſa accipiunt, ſaluæ ſunt actiones.
verbum igitur actiones, quod tam ad fidei-
commiſſum refertur in d. §. vltimo, quàm ad

Digitized by Google

legatum, pariformiter vtrumque determinat,
per reg. l. iam hoc iure, ſupra de vulgar. & pu-
pillar. Sed determinat ſine dubio pro legato
veram, & propriam actionem competere, igi-
tur, eodem modo, iure veræ, & proprię actio-
nis, ſaluam eſſe fideicommiſſi petitionem de-
terminat.

Tertio, pro hac opinione Aret. hic num. 2.
adducit text. in l. ſi cui legatum, infra de con-
dit. & demonſtrat. vbi fuerat alicui relictum
legatum, ea contemplatione, vt liberos ſuos
emanciparet, dubitabatur, an, ad petitionem
liberorum, poſſet compelli, ex fideicommiſſo,
ad emancipandum, concludit eo loci Vlpia-
nus, deficere dictos liberos à petitione fidei-
commiſſi, cum, Prætor fideicommiſſarius, eos
ad libertatem non tueatur, vt ſeruos, arbitra-
tur tamen, extra ordinem debere cõſtitui eũ,
qui agnouerit, quod ſibi relictum eſt hac con-
templatione, vt liberos ſuos emanciparet, co-
gendum emancipare. poſſumus igitur ex hac
l. per locum à iure ſingulari, ſic argumentari.
170 Ius ſingulare habet in contrarium ius com-
mune, & regulare, l. ius ſingulare, ſupra de le-
gibus. At, ſingulari iure, in d. l. ſi cui legatum,
cogitur extraordinaria perſecutione pater gra-
uatus ex fideicommiſſo, filios emancipare. igi-
tur regulariter, &, ſecundum ius cõmune, non
perſecutione extraordinaria, ſed iure actionis
fideicommiſſum petitur.

171 Quarto, & vltimo loco vrget pro hac opi-
nione text. in l. 1. C. communia de legat. Cum
ij, inquit text. qui legatis, & fideicommiſſis ho-
norati ſunt, perſonalem actionem plerumque
habere noſcantur, quis, vel vindicationis, vel
ſinendi modo, aliorumque generum lega-
torum ſubtilitatem, prono animo admittat,
ſic igitur, ex eiuſmodi verbis, licet nobis effi-
caciſſimè argumentari. quicquid prius, quam
quatuor genera legatorum vnius, & eiuſdem
naturę efficerentur, locum habuit, ſine dubio,
ante Iuſtinianeam exęquationem legatorum,
& fideicommiſſorum, locum habuit, §. noſtra,
172 iuncto §. ſed non vſque, Inſtitut. de leg. At,
pro fideicommiſſo, competebat actio perſo-
nalis ex teſtamento, anteaquàm genera lega-
torum quatuor, vnitate naturæ coniungeren-
tur, vt non obſcurè colligitur ex d. l. 1. C. com
munia de legat. in veſtibulo, igitur, ante con-
ſtitutionem Iuſtiniani, fideicommiſſa iure a-
ctionis petebantur. Nec dicat quiſpiam in d. l.
largè vſurpari actionem, & ſic Iudicis officium
ſignificare, quatenus ad fideicommiſſarium
refertur, quia, præterquamquod huic expoſi-
tioni refragatur Regula, l. iam hoc iure, ſupra
de vulgar. & pupillar. quod fortè poſſet tolle-
rari, ſi ſimpliciter fideicommiſſarij dicerentur
habere actionem, replico text. illum ſuppone
173 re pro fideicommiſſis perſonalem actionem
competere: perſonalis autem actio, cum ſit
ſpecies actionis propriè, & ſtrictè ſumpta, §.
1. Inſtitut. de act. cumque oriatur ex obliga-
tione, fluente ex contractu, vel quaſi, ex deli-
cto, vel quaſi, d. §. 1. quam obligationem Iu-
174 dicis officium non ſupponit, l. qui per collu-
ſionem, §. vltimo, ff. de act. empt. non poteſt
accipi fuſiore vocabulo, & impropriè, ita vt ad
Iudicis officium referatur. Quinimmo, licet Iu
dicis officium ſpecies eſſet actionis propria, &
vera, non propterea in d. l. 1. appellatione a-
175 ctionis perſonalis comprahenderetur, nam
vbi genus, per differẽtiam aliquam reſtringi-
tur, ad certam ſpeciem ita contrahitur, vt de
alijs prædicari non poſſit. Hinc fit, vt termi-
nus animal, quamquam omnium animãtium
ſpecies comprahendat, ſi tamen, per aliquam
differentiam ſpecificam, ad ſpeciem contra-
hatur, vt puta, quia dicatur animal rationale,
ita, per talem differentiam, ad hominis ſpe-
ciem contrahitur, vt cæteras animalium ſpe-
cies non comprahendat. Ad alias autem re-
ſponſiones, quas conatur huic argumento ac-
commodare Socin. Iun. hic num. 87. non re-
176 plico ſigillatim, quia ſi paulo diligentius per
pendantur, diuinatiuæ omnes, contra l. ſi pu-
tator, ſupra ad legem Aquiliam, comperien-
tur: non recedo igitur ab hac poſteriore ſen-
tentia.

177 Non obſtant contraria, & præſertim pri-
mum argumentum, petitum à d. l. pecuniæ ver
bum, in §. perſecutionis, quia animaduerten-
dum eſt, quatuor circa fideicommiſſa poſſe
conſiderari tempora. Primum nimirum, ante
Auguſtum, quando, cum fideicommiſſa nullo
vinculo iuris, ſed tantum pudore eorum, qui
rogabantur, continerentur, pro illis, neque a-
178 ctio, neque officium Iudicis, aut aliud iuris
remedium competebat. Secundum autem
fuit tempus, quando Auguſtus cæpit; gratia
perſonarum motus; vel quia per ipſius ſalu-
tem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem
quorundam perfidiam, iubendo conſulibus,
vt auctoritatem ſuam interponerent, extra or
dinem hæredes grauatos; ad reſtituendum
compellere, & ſecundum eiuſmodi tempora
loquitur, d. §. perſecutionis; vt rectè ſentit e-
179 tiam Alex. hic. Tertium fuit tempus, quan-
do paulatim, quia fauor fideicommiſſorum
excreuit, conuerſa eſt eorum reſtitutio in aſſi-
duam iuriſdictionem, ita vt, fideicommiſſorũ
cauſa,

cauſa, Prætor fideicommiſſarius, qui de illis iudicaret, creatus fuerit, & tunc, non ſolū per officium Iudicis, ſed etiam iure actionis, perſonalis, nempe ex teſtamento, quæ oriebatur ex quaſi contractu aditionis hereditatis, & pro quolibet relicto in teſtamento competebat, fideicommiſſa petebantur, &, ſecundum hoc tempus, intelligenda ſunt tot iura, quæ apertè dicunt iure actionis fideicommiſſum peti, & præſertim d. l. 1. C. communia de legat. & hæc tria tempora diſtinctè probantur, in princip. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. quo in textu ſatis etiam videtur probari, habuiſſe locum hoc tertio tempore actionem pro fideicommiſſis, quatenus ſupponit, per aſſiduam tunc Iuriſdictionem, & ſic ordinariam, Prætoris fideicommiſſarij, de fideicommiſſis generaliter ius dicentis, fuiſſe fideicommiſſa reſtituta, quod non facile referri ad officium Iudicis duntaxat poteſt, cum illud non ſit ex aſſidua, & regulari iuriſdictione, ſed potius ex Iuriſdictione ſpeciali, minus frequenti, & extraordinaria, cumque ius dicere generaliter dicatur is etiam, qui partibus, per actionem petentibus, ius reddit, & profectò non diceretur hoc tertio tempore eorum fauor excreuiſſe, ſi iure
180 actionis peti non potuiſſent. Quartum tandem, & vltimum tempus fuit, quando nouiſſimè Iuſtinianus legata, & fideicommiſſa identificè; ſpecies, ſcilicet, confundendo; exæquauit, per l. 2. C. communia de leg. & tunc pro fideicommiſſis, vltra actionem perſonalem ex teſtamento, quæ antea competebat, cæpit habere locum etiam actio in rem, & hypothecaria, vt ibi dicitur, & ſic, diſtinguendo tempora, tollitur, ni fallor, omnis difficultas, de d. §. perſecutionis, quem debemus de neceſſitate ad ſecundum tempus referre, ne aduerſetur, l. 1. C. communia de legat. & alijs iuribus ſupra in primo argumento, pro poſteriore opinione adductis, quæ minus propriè omnia intelligere nō auderem, vt facere DD. tenentes contra communem, non erubeſcūt. Dicimus ergo, quatenus memoratus §. de extraordinaria loquitur perſecutione, cuius exemplum affert in fideicommiſſis, referendum eſſe exemplum illud ad ſecundum tempus, quando non niſi perſecutio extraordinaria, pro fideicommiſſis, locum habebat. Quod ſi velis, cum eodem Alexand. hic num. 13. referre illud exemplum de fideicommiſſo, ad officium Iudicis, quod datur pro fideicommiſſo vniuerſali, quando, fideicommiſſo honoratus, vult compellere hæredem grauatum ad adeundum, & reſtituendum, iuxta notata per gl. vltimam, ad l. non eſt cogendus, & per gloſ. & DD. ad l. ſi legatis, in princip. iuncta l. quia poterar, infra ad Senat. Conſult. Trebellian. & l. ſine ſcriptura, C. eodem, non, niſi probabiliter, feceris, cum eodem modo d. tex. intelligat etiam Angelus noſter ad l. ſicut, C. de præſcript. triginta annorum. Vel ſi dixeris etiam cum Aret. hic num. 2. textum illum, quatenus loquitur de fideicommiſſo, non ad fideicommiſſi petitionem eſſe referendum, ſed ad petitionem cautionis, quæ pro fideicommiſſo locum habet, pro qua competit officium Iudicis, toto titulo, vt legatorum nomine caueatur. Accedat, quòd, ſi cum Croto illud de perſecutione exemplum, ad aliqua referas fideicommiſſa, pro quibus nō niſi Iudicis officium competere poteſt, cuiuſmodi illud eſt, de quo in l. ſi cui legatum, infra de condit. & demonſtrat. reſponſionem non improbabo, quia, ſcilicet, improbabiliter illius textus reſtringat generalitatem, vt ſentit Socin. Iun. hic nu. 76. quia text. ille, ſi accuratè, & diligenter perpendatur, principaliter, & generaliter loquitur de ſignificatione nominis actionis, & perſecutionis, iuxta terminos tituli, ſub quo poſitus eſt, & affert incidenter exemplum de perſecutione extraordinaria pro fideicommiſſo, nihil proponens, ex quo poſſimus colligere, eo tempore non potuiſſe etiam iure actionis peti fideicommiſſa, & contrarium colligitur ex pluribus iuribus, ſupra adductis.

181 Nec obſtat ſecundum argumentum, petitum à d. princip. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. & à d. l. 2. §. poſt deinde, ſupra de origin. iur. iuncta doctrina Bar. ad l. vnicam, ſupra de condit. ex lege, quia facile concedimus, verba illa directa affirmatiuè ad iudicem, ſignificare officium iudicis, ſed dicimus, iura illa, in ea parte, referenda eſſe ad ſecundum tempus, quando, ſcilicet pro fideicommiſſis, non niſi officiū Iudicis competebat, vt mox docuimus, deinde verò, tertio tempore, cæpit pro eis locum habere etiam actio, quemadmodum pro legatis, id quod innuit ex ſententia Aret. ille ipſe text. in verſic. Tantuſque fauor, quatenus dicit, poſtea Prætorem fideicommiſſarium conſtitutum fuiſſe, qui ius diceret de fideicommiſſis, quæ verba potius actionem ſignificare videntur, quam officium Iudicis, quia ius dicere, eſt, ibi, ius reddere poſtulanti, facit optimè, ſecundum eundem ſubtilem Aret. text. & quod ibi dicit Bart. in l. cum ſatis, C. de agric. & cenſit. lib. 11.

182 Nec facit negocium tertium argumētum, ſolui enim facile poteſt, negatione conſequentia,

tiæ, cum ſequela non teneat: Iure digeſtorum competit actio pro fideicommiſſis, ergo non poſſunt fieri poſt mortem hæredis, vel fideicommiſſarij, ne actio incipiat ab hærede, vel contra hæredem, quia primum poſſumus reſpondere, tale fideicommiſſum vnum fuiſſe ex illis, pro quibus non niſi Iudicis officium, iure Digeſtorum competebat, ne, ſcilicet, hoc caſu daretur actio contra antiquam regulam, quam abrogauit Iuſt. in d. l. vnica. C. vt actio. & ab hæredibus, & contra hæred. incipiant, id quod videtur probari, ſi rectè perpendatur, in l. Scrupuloſam, C. de contrahen. vel committ. ſtip. vt infra docebimus opportunius, quæ ratio, cum ceſſet in cæteris fideicommiſſis, nihil eſt impedimento, quominus actio ex illis oriatur, argumento Regulæ, l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. & cap. cum ceſſante, de appell. Dari autem aliqua fideicommiſsa, in quibus ſpecialiter ſolummodo Iudicis officium locum habeat, admittunt Aret. Crot. Socin. Iun. & alij hic, per text. in l. ſi cui legatum, infra de
183 condit. & demonſtrat. Secundo etiam loco, non tenet eadem conſequentia, quia dicta regula antiqua procedebat ex nimia quadã ſubtilitate, vt dicit Iuſtinianus in d. l. vnica, in fin. qui eam ſcrupuloſam appellat, in d. l. ſcrupuloſam, In fideicommiſſis autem, quibus pinguiorem vetuſtas naturam indulgebat, negligebatur ſubtilitas, & non obſeruabatur; quẽadmodum in legatis, quæ ſtrictè ab antiquitate concludebantur, §. ſed non vſque, Inſtit. de legat. Sed potius in illis voluntas inſpiciebatur, cui ſcrupuloſæ regulæ ſubtilitas contradicebat, vt idem Iuſt. fatetur in calce, d. l. vnicæ, mirum ergo nemini videri debet, ſi dicta regula, ob nimiam ſubtilitatem, in fideicommiſſis magis à voluntate pendentibus, vt per Vlpianum in fragmen. tit. 25. in veſtibulo, negligeretur, &, ea etiam repugnante, fideicommittentis voluntatis ſolius ratione habita, actio, etiam ab hæredibus, vel contra hærede incipiens, dabatur.

Nec facit negocium quartum, petitum à d. l. 2. C. communia de legat. quia ex ea non colligitur Iuſtinianum adſcribere ſuæ æquiparationi ortum ſingularum actionum illarum, ſed illarum omnium, quaſi ſit ſenſus, vt, ante factam à Iuſtiniano exæquationem, non orirentur, ex omnibus legatis, & fideicommiſſis, tres illæ omnes actiones, non tamen excludit ortum alicuius ex illis.

Quintum quoque, & vltimum argumentum, de d. l. 2. quo conabatur Socin. Iun. ducere nos ad incommodum, vt non poſsent verificari verba illa Iuſtiniani, vniuerſalia, & plura includentia: & omnia, quæ naturaliter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere intelligantur, facile ſolui poteſt, quandoquidem ſatis verificatur numerus pluralis, cum, virtute æquiparationis Iuſtiniani, transferatur a legatis ad fideicommiſsa, non ſolum effectus dominij, trãſeuntis, recta via, à teſtatore in fideicommiſsarium, ſed etiam effectus producendi actionem realem, & hypothecariam, quæ antea pro fideicommiſſis non competebant, nec non formula verborum ciuilium, quibus hodie fideicommiſsa; quæ non niſi præcarijs verbis olim fiebant, concipi poſsunt, cum igitur ceſset omnis difficultas, nihil eſt cur à communi ſententia recedamus.

184 Succedit modo ſecundus articulus. An legata poſſint fieri in codicillis, circa quẽ, duas faciam inſpectiones.

Prima erit. An poſsẽt fieri legata in codicillis, iure Digeſtorum, ante factam Iuſtiniani exæquationem.

Secundo. An poſſit fieri hodie, iure nouiſſimo.

185 Quod attinet ad primam, aut dubitamus, an iure Digeſtorum poſsent fieri in codicillis teſtamento confirmatis, & concludẽdum eſt affirmatiue, per text. in l. vltima. ſupra tit. proximo, & per l. libertates directæ, ff. de manumiſ. teſtament. & eſt communis omnium opinio, & de communi teſtantur hic Crot. num. 18. & Iacob. de Nigr. num. 26. & hanc probat etiam Duaren. codicilli enim, teſtamẽto confirmati, ſunt eiuſdem teſtamenti pars.

186 Aut dubitamus, an, eodem iure Digeſtorum, poſsent fieri in codicillis ab inteſtato, &, in hoc capite, ſunt contrariæ DD. ſententiæ. Altera eſt affirmatiua, quam tenuerunt Gloſ. Bart. & alij communiter hic, vt de communi teſtantur Crot. num. 18. Niger num. 26. & Io. Bologn. nu. 123.

Primum, quia eo iure, quo legata fuerunt peromnia exęquata fideicõmiſſis, neceſsè eſt, vt legata ipſa potuerint relinqui ab inteſtato, quemadmodum fideicommiſsa. At, iure Digeſtorum, fuerunt peromnia legata fideicommiſſis exæquata, vt in l. noſtra, igitur, eodem iure Digeſtorum, quemadmodum fideicommiſsa in codicillis, etiam teſtamento non confirmatis, relinquebantur, ita quoque legata ab inteſtato poterant relinqui.

187 Secundo adducuntur l. codicillis, infra titulo proximo, & l. Titia cum teſtamento, infra eodem, & alia iura, in quibus ſimpliciter, & indiſtinctè ſupponitur, legata in codicillis fa-

cta

Digitized by Google

ctà valere, ex quorum generalitate ſic argu-
mentantur. Leges generaliter, & indiſtinctè
loquentes, generaliter debent, & indiſtinctè
intelligi, l. 1. §. generaliter, infra de legat. pręſtandis. Sed iura, ſupra adducta, generaliter,
& indiſtinctè ſupponunt fieri, potuiſſe eo iure
legata in codicillis, nec diſtinguunt codicillos
ab inteſtato, ab his, qui teſtamento confirmã-
tur, ergo ſimpliciter, & indiſtinctè ea intelli-
gere debemus, vt tam in codicillis ab inteſta-
to, quàm in teſtamento, cõfirmatis potuerint
legata relinqui:

Tertio, ſi legata, iure Digeſtorum, non po-
tuiſſent fieri in codicillis ab inteſtato, vtique
ſcripta in tabulis, in quibus hæres ſcriptus nõ
eſſet, quæque ea ratione teſtamenti tabulę di-
ci non potuiſſent, non valuiſſent. At, etiã ſcri-
pta in tabulis non teſtamentarijs, legata, iure
Digeſtorum, valuerunt, vt patet ex l. vltima,
ſupra titulo proximo, igitur, etiam iure Dige-
ſtorum, in codicillis ab inteſtato fieri potue-
runt.

His tamen argumentis non obſtantibus,
non defuerunt, qui in contrariam iuerunt ſen
tentiam, opinantes, in codicillis ab inteſtato,
non potuiſſe iure Digeſtorum legata relin-
qui, hanc tenuit Cuman. quem refert, & ſe-
quitur Aret. hic, num. 2. ſequutus eſt etiam
Ruin. num. 19. & hanc probat Anton. Faber,
de error. pragmat. Decade 43. errore 5. & huic
opinioni, ego quoque ſubſcribo.

188 Primum per text. in l. legatum eſt, infra
titulo proximo, ſic ratiocinando. Si iure Dige
ſtorum potuiſſent fieri legata in codicillis ab
inteſtato, non omnia legata, Iuriſconſulti de-
finitio illa. legatum eſt donatio teſtamento
relicta, comprræhendiſſet, ſed hoc non eſt di-
cendum, cum definitio debeat cum definito
conuerti, l. 1. §. dolum, ff. de dolo, ergo nec il-
lud, vnde hoc ſequitur, nec dicatur in dicta
definitione, appellatione teſtamenti, etiam
codicillos eſſe compræhenſos, quia, aut hoc
189 falſum eſt, ſecundum veriorem opinionem,
aut non niſi largè, & impropriè verbum, te-
ſtamento, ad codicillos refertur, quod in defi-
190 nitionibus abſurdum eſt, cum, non niſi pro-
priè definitionum verba accipiantur, vt per
Bart. & DD. ad l. 1. ſupra de teſtament. Acce-
dat etiam, quòd, ſi ita fortè teſtamentum pro
vltima volũtate, in dicta Modeſtini definitio-
ne, accipiatur, nec donatio cauſa mortis, ab ea
excluditur, quod abſurdum eſſet.

Secundo comprobatur hæc opinio, ad mẽ-
tem Cuman. per text. in l. illud, §. tractari, ſu-
pra titulo proximo, vbi quidam, cum tabulas
teſtamenti non feciſſet, codicillis ita ſcripſit.
Titium hæredem eſſe volo, dubitat eo loci
I. C. an, per hanc ſcripturam, voluerit diſpo-
nens, à legitimo hærede, huic Titio, ex cauſa
fideicommiſſi, hæreditatem reſtitui, an exiſti-
mauerit ſe teſtamentum facere; etenim, pri-
mo caſu, valet in vim fideicommiſſi, ſecundo
autem caſu, nullo modo diſpoſitio illa ſubſti-
netur, ea forte ratione, quia quod potuit no-
luit, quod voluit adimplere nequiuit, deinde
191 ſubdit, ad propoſitum noſtrum. voluntatis
autem quæſtio, ex ſcripto plerumque decla-
rabitur, nam, ſi fortè à Titio legata reliquit, &
ſubſtitutum adſcripſit, ſi hæres non extitiſſet,
non codicillos, ſed teſtamentum facere vo-
luiſſe intelligetur, quibus ex verbis ſic poſſu-
mus argumentari. Si legata in alia vltima vo-
luntate, quàm in teſtamẽto, iure Digeſtorum,
fieri potuiſſent, non tenuiſſet eo tempore con
ſequentia. legauit, igitur facere teſtamentum
voluit. At conſequentia eiuſmodi, iure Dige-
ſtorum, tenebat, vt patet ex d. §. tractari, in fi-
ne, ergo, non niſi in teſtamento, vel in codicil-
lis, teſtamento confirmatis, quæ partes ſunt
teſtamenti, eo iure, legata fieri poterant. Nec
dicatur I. C. eo loci, deducere conſequẽtiam
illam, non ex ſolo legato, ſed ex legato, & ſub-
ſtitutione vulgari copulatiuè, & conſequen-
ter argumentum retorqueri, eo quia, ſi non
potuiſſet fieri legatum, niſi in teſtamento, ex
ſolo legato fieri potuiſſet eadem conſequen-
tia, quæ, cum non fiat, niſi cum legato concur-
rat directa vulgaris ſubſtitutio, conſtat, non de
neceſſitate legatum in teſtamento fieri, nam
192 replico, vna cum Aretino hic, num. 2. copu-
lam illam reſolui in ſingularitates, iuxta Theo
ricam Bald. ad l. 1. in princip. ff. de his qui not.
infam. & in l. ſi is qui ducenta, §. verum, infra
de rebus dub. id quod facile probatur, ex ſen-
tẽtia ipſius, quia ſi teſtator ſubſtituiſſet eidem
Titio directè per vulgarem, licet nihil legaſ-
ſet, ſatis tamen illud eſſet, ad illam candem
inducendam præſumptionem, cum ſubſtitu-
tio vulgaris fieri in codicillis non poſſit, §. pe-
nultimo, Inſtitut. de codicill. quemadmodum
igitur ſola ſubſtitutio ſufficeret, ita & ſolum
legatũ, vt coniunctiua, reſpectu vtriuſque, in
diſiunctiuam reſoluatur, vt ſubtiliter conſi-
derat idem Aretinus.

193 Tertio, pro hac opinione, adducitur tex.
in l. libertates directæ ff. de manumiſſ. teſtam.
quatenus ex eo colligitur, libertates directas,
& conſequẽter, ſecundum communes tradi-
tiones, legatas, in codicillis ab inteſtato, & non
teſtamento confirmatis, relinqui minimè poſ-
ſe,

ſe, ſi ergo de quo magis videtur ineſſe, & non
ineſt, ergo nec de quo minus. At magis videbarur
ineſſe, vt in codicillis ab inteſtato poſ-
194 ſet fieri legatum libertatis, quàm alterius
rei, cum libertas cæteris ferè omnibus ſit fauorabilior,
& tamen non ineſt, cum libertas directa,
in codicillis ab inteſtato, dari non poſſit. d.
l. libertates directæ, ergo multo minus poterunt
fieri cæterarum rerum legata in codicillis,
non teſtamento confirmatis.

195 Quarto ponderatur, pro hac ſententia, text. in l. filiusfamilias, alias ſi filiusfamilias, §. 1. infra ad legem falcid. vbi habetur, Diuum Pium inueniſſe falcidiam ab inteſtato, propter fideicommiſſa, quòd cum ita ſit, poſſumus hoc pacto ratiocinari, ſi legata potuiſſent iure digeſtorũ, ab inteſtato relinqui, vtique, etiam pro ipſis legatis ab inteſtato, falcidiã inuenire fuiſſet neceſſum. At, in inteſtatorum ſucceſſione, pro legatis, iure digeſtorum, eam inuenire non fuit neceſſum, igitur ſatis probabiliter concluditur, eo iure legata ab inteſtato fieri minimè potuiſſe.

196 Non obſtant argumenta ex aduerſo allata, & præſertim primum, petitum à lege noſtra, quia per æquiparationem hanc vniuerſalem, & per modum regulæ, non fuit ſublata omnis differentia, cum intelligatur moraliter particula illa, per omnia, non autem ſecundum rigorem dialecticũ, vt ſupra dicebamus, collecta enim regula hæc fuit ab Vlpiano, ex pluribus particularibus æquiparationibus, inter quas non reperitur hæc, vt legata poſſent fieri ab inteſtato, quemadmodum fideicommiſſa, particulares enim legatorum, & fideicommiſſorum, exæquationes, ante Vlpianum, ex quibus ipſe colligere potuit regulã, potius referebantur ad legatorum, & fideicommiſſorum effectus, poſtquam eſſent ineſſe deducta, quam ad modum, quo deberent ineſſe deduci, & propterea, adhuc Vlpiani tempore, vigebant differentiæ, vt legata, nec nutu fieri poſſent, nec ante hæredis inſtitutionem, nec poſt mortem hæredis, vel legatarij, nec non, vt à legatario legari non poſſet, quibus nominibus, à fideicommiſſis, quæ omnibus præfatis modis fieri poterãt, differebãt.

197 Secundum quoque argumentum, facile ſoluitur, quia. d. l. codicillis, & d. l. Titia cum teſtamento. §. vlt. ſunt intelligendæ, vt loquãtur de codicillis teſtamento confirmatis, nec facit negocium ponderata illarum generalitas, quia verba illarum potius dubia ſunt, quàm generalia, cum loquãtur de certis, quarumdam perſonarum, codicillis in indiuiduo, ita tamen, vt non conſtet, an ab inteſtato fuerint cõſcripti, vel teſtamento confirmati, aut igitur nullum poteſt fieri in illarum auctoritate fundamentum, aut, vt iura iuribus concordentur, & iura ambigua, ab apertis interpretationem recipiant, ſunt ad codicillos, teſtamento confirmatos, referenda.

Nec alicuius roboris eſt, tertium, quia in d. l. vltima, teſtator hæredem nuncupauerat, & codicillos, in quibus legata relinquerat, ſcripſerat, ſcriptura ergo erat codicillaris, non teſtamentaria, ſed præcedenti teſtamento nuncupatiuo confirmata.

199 Quod attinet autem ad ſecundam inſpectionẽ, An ſcilicet hodie, poſt ſecutã Iuſtiniani omnimodã exæquationem, poſſint legata, in codicillis ab inteſtato fieri, queadmodum fideicommiſſa, pariter diſſentiunt Interpretes, negat enim Ruinus hic num. 19. fieri hodie poſſe legata in codicillis ab inteſtato, & hanc tenet opinionem Excellentiſſimus, & bene eruditus D. Benedictus Pinellus lib. 1. Select. iuris interpr. cap. 10. num. 46.

Et huius opinionis vnicum eſt fundamentum, in §. præterea, Inſt. de fideicomm. hæred. Præterea, inquit tex. inteſtatus quoque moriturus, poteſt rogare eum, ad quem bona ſua, vel legitimo iure, vel honorario, pertinere intelligit, vt hæreditatem ſuam totam, partemve eius, aut rem aliquam, vel uti fundum, hominem, pecuniam, alicui reſtituat, cum, alioquin legata, non niſi ex teſtamento valeant, quibus ex verbis, ſic poſſumus, pro Ruini ſententia, ratiocinari. Si hodie legata poſſent fieri in codicillis ab inteſtato, non contrarium, per verba præſentis temporis, reperiretur cautum in ipſis Inſtitutionibus, quæ ſunt lege 2. C. communia de legatis, poſteriores, vt probatur in §. noſtra, Inſtitut. de legat. vbi gloſ. & omnes admittunt. At, in d. §. præterea, apertè cautum reperitur, per verba præſentis temporis, legata non niſi ex teſtamento valere, igitur, nec hodie, poſt ſecutam Iuſtiniani exæquationem, poſſunt legata in codicillis, ab inteſtato relinqui.

Hoc tamen argumento, quamquã validiſſimo, & fortiſſimo, minime negocium faciente, contrariam opinionem, poſt gloſ. & Bart. ſecuti ſunt interpretes communiter hic, vt de communi teſtatur Iacob. de Nigris, num. 26. & hanc communem ſententiam nouiſſimè probauit Antonius Faber de error. pragm. Decade 43. errore 5. &, communi huic ſententiæ, ego quoque ſubſcribo.

200 Primum, quia, ſi legata non poſſent hodie,

die, etiam in codicillis ab inteſtato, relinqui
falſa eſſet aſſertio illa Iuſtiniani, qui in §. ſed
non vſque, Inſtitut. de legat. ita profitetur le-
gata, & fideicommiſſa exæquaſſe, vt nulla ſit
amplius inter ea differentia, oratio enim ſum-
pta ex vniuerſo, ſi reddatur falſa in vno, red-
ditur falſa in omnibus, l. ſi is qui ducenta, §. v-
trum, infra de rebus dubijs. Sed hoc non eſt
aliquo modo admittendum, ergo nec illud,
vnde hoc ſequitur, legata, ſcilicet in codicillis,
teſtamento confirmatis, fieri non poſſe. Præ-
201 terea idem tex. ſic poteſt induci. Ea, quæ re-
ferebantur ad pinguiorem fideicommiſſorum
naturam, ab antiquitate illis indultam, hodie
locum habent etiam in legatis, quorum natu-
ra ſtrictè à vetuſtate concludebatur. At, ex na-
tura fideicommiſſorum pinguiori, fiebat, vt
etiam ab inteſtato relinqui poſsēt, quod lega-
tis negabatur. igitur hodie, repleta eorundem
legatorum natura, ex pinguiori natura fidei-
commiſſorum, fieri legata quoque in codicil-
lis ab inteſtato permittūtur, quemadmodum
fideicommiſſa.

Secundo, pro hac eadem opinione, pluri-
bus modis inducitur, & ponderatur l. 2. Cod.
communia de legat. & primum, quatenus in
ea dicitur, quicquid fideicommittitur hoc in-
telligatur eſſe legatum. Sed in codicillis ab
inteſtato fideicommittitur, d. §. præterea, igi-
tur, in codicillis ab inteſtato, etiam legatur.
Præterea, inquit eo loci Imperator, & ſi quid
tale eſt, quod non habeat natura legatorum,
hoc ei ex fideicommiſſis accommodetur; &
paulo infra, vbi autem aliquid contrarium in
legatis, & fideicommiſſis eueniat, hoc fidei-
commiſſo, quaſi humaniori, aggregetur, &
ſecundum eius dirimatur naturam, quibus ex
202 a locis, eiuſmodi confici poteſt argumentum,
quicquid eſt ex natura fideicommiſſi, quod
non ſit in legatis, ex fideicommiſſis ad legata
intelligitur tranſlatum, etiam ſi legatorum na
turæ ſit contrarium. At ex natura fideicom-
miſſi eſt, vt fieri poſſit, tam in teſtamēto, quàm
ab inteſtato, igitur hoc etiam legatorum natu
ræ intelligitur accommodatum, ita vt, legata
quoque hodie fieri poſſint in codicillis ab inte
ſtato, & hæc argumenta eiuſmodi ſunt, vt om
nes omnino hodie excludant inter legata, &
fideicommiſſa differentias, hodie enim & à
legatario poteſt legari, & fieri legatum ante
hæredis inſtitutionem, & poſt mortem, vel
pridie, quàm moriatur hæres, vel legatarius,
licet, his omnibus nominibus, olim legata à fi-
deicommiſſis diſtarent.

203 Nec obſtat argumentum, ex aduerſo peti-
tum à d. §. præterea, quia, vel reſpondendum
eſt, quod eo loci dicitur de legatis, referēdum
eſſe ad ius antiquum, vt exponunt ibi gloſ. &
omnes, cum inconueniens non ſit, vt verbum
præſens interdum pro præterito ponatur, l.
verbum erit, infra de verb. ſignificat. vel, quia
communis hæc reſponſio videtur eneruari ex
doctrina Bart. ad l. verbum oportebit, eodem
titulo, de verborum ſignificat. quam refert
Soc. Iun. hic num. 123. docet enim Bart. tunc
204 demum tempus præſens poſſe, ad præteri-
tum referri, cum id, quod a dicto verbo præ-
ſentis temporis ſignificatur, adhuc durat, vt
colligitur ex ſcripto exemplo in d. l. verbum
erit, quæ exponit illud. Troia capta eſt, ideſt,
fuit, Troia enim etiam hodie capta eſt, ita vt
de eius captiuitate, nec hodie contrarium poſ
ſit affirmari, & dici, Troia capta non eſt, ſed, in
caſu noſtro, non durat amplius, vt ſupponunt
tenentes communem opinionem, id, quod ſi-
gnificatur à verbo præſentis temporis, in d. §.
præterea, cum ab inteſtato hodie fideicommiſ
ſa fieri poſſint, ita, vt contrarium eius, quod
dicitur ibi, nunc poſſit affirmari, igitur male
dixiſſet Imperator, cum alioquin legata, niſi
205 ex teſtamento non valeant, ideſt, non value
rint. Dicimus ergo, Iuſtinianum agere, in ipſis
Inſtitutionibus, de legatis ſeparatim à fidei-
commiſſis, ſecundum primæuam eorum natu
ram, & quatenus ab illis differunt, ne in pri-
mis legum cunabulis, vt ipſe loquitur; per-
mixtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcen
tibus quamdam introducat difficultatem,
quamobrem, cum, ob dictam cauſam de lega-
tis agat, & de fideicommiſſis, non ſuppoſita
exæquatione, & permiſtione, à ſe antea tacta,
iure optimo dicit. legata ab inteſtato non va-
lere, quandoquidem, propria natura retenta,
& non alterata, legata, in codicillis, teſtamen-
to non confirmatis, non valeant; ſed quate-
nus eorum natura ex natura fideicommiſſo-
rum repleta eſt. Permiſtione autem non ſup-
poſita, agere Iuſtinianum in gratiam Tiro-
num de legatis, & de fideicommiſſis ſepara-
tim, & ſecundum primæuam illorum natu-
ram, profitetur expreſſe idem Imperator, in
§. ſed non vſque, Inſtitut. de legat. in fine, &
hæc conſideratio ſoluit alias quamplurimas,
in hac materia, difficultates. Nec dicas Iuſti-
nianum; quamquam agat in ipſis Inſtitutio-
nibus de legatis, & de fideicommiſſis ſepara-
tim, ſecundum propriam cuiuſque naturam,
conſueuiſſe tamen admonere, ſublatas eſſe
differentias, vt fecit in §. poſt mortem, & in §.
ante heredis, Inſtit. de legat. vbi fuerint ſubla-

tæ,quod, cum non faciat, in d.§.prǽterea, ve-
riſimile eſt adhuc memoratam differentiam
vigere,vt,ſcilicet,legata,non niſi ex teſtamen
206 to, valeant, nam reſpondemus,ſolitum eſſe
hoc facere Iuſtinianum, in illis differentijs,
quas ipſe, ante identificationem factam per l.
2. C.communia de legat. ſpeciali aliqua con-
ſtitutione ſubſtulerat, differẽtia enim, de qua
in §.ante hæredis, fuit ſublata ab eo, ante fa-
ctam identificam exæquationem, per text. in
l.ambiguitates, C.de teſtament. illa verò, de
qua in d.§.poſt mortem, per l.1. C.vt action.
ab hæred. & contra hæred. & per l.ſcrupulo-
ſam, C.de contrahenda, vel committ.ſtipulat.
Sed differentia, de qua in d.§.præterea, Iuſti-
nianus, ante factam identificam ǽquiparatio-
nem, ſpecierum confuſiuam, non ſubſtulerat,
& ideo nihil dicit, idem facit etiam in princip.
Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum
relictis, vbi, per verba prǽſentis temporis, po-
nit differentiam illam, vt legari à legatario
non poſſit, fideicommitti autem poſſit, quia
illa quoque differentia, non fuit aliqua parti-
culari conſtitutione ſublata, ſed euanuit, quan-
do, ex pinguiori natura fideicommiſſorum,
fuit repleta natura legatorum, per ſæpius re-
petitam l.2. C.communia de legat. & ex his,
ni fallor, ceſsat in hac materia omnis difficul-
tas, & vanæ redduntur verboſæ Doctorum, &
ſupęruacaneæ, de huiuſmodi differentijs, di-
ſputationes, quas, nõ imprudẽs, miſsas facio.

Subſequitur modò tertius articulus, An
nuſquam, ſcilicet datum ſit legatum liberta-
tis, quem diuidam in duas inſpectiones.

Prima erit, An titulo legati dari libertas
olim potuerit.

Secunda, ſi hodie libertas legetur, An dire-
cta competat libertas, vel fideicommiſſaria.

Circa primam, contrariæ ſunt DD.opiniones,
altera eſt affirmatiua, quam ſupponunt gloſs.
Bart.& DD.communiter, qui olim hac de re
non dubitabant, &, ex recentioribus, poſt-
quam cæpit in quæſtionem vocari, tenue-
runt opinionem hanc, Alciat.& Duaren.hic,
& Cęſar Coſta, lib.1.variarum ambiguitatum
cap.34.

Primum, per tex.in l.cum in ſubſtitutione,
infra de legat.3.cum, in ſubſtitutione, legata
208 repetuntur, libertates etiam continentur,
inquit tex. &, in generali repetitione legato-
rum, contineri etiam libertates, dicit text.in l.
in generali, infra de verb.ſignificat. quibus
ex iuribus, eiuſmodi ſuboritur, pro hac com-
muni opinione, argumentorum, quod gene-
rali legatorum appellatione continetur, neceſ-
ſe eſt, vt aliqua ſit ſpecies legati. At libertas,
in teſtamento relicta, legati appellatione, in
generali repetitione legatorum, continetur,
vt patet ex prolatis iuribus, igitur neceſſe eſt,
vt ſit legati ſpecies libertas data in teſtamen-
to, nec dicatur cum Socin.Iun. hic num.173.
hoc non eſſe ex propria ſignificatione verbi,
ſed ex veriſimili mente teſtatoris, id quod pro-
babile videtur ex eo, quia indiguit particula-
ri declaratione; propterea quod eiuſmodi reſ-
ponſio, primum repugnat naturæ tituli de
verborum ſignificat. vbi agitur de vi, & pote-
ſtate verborum, non de coniecturis vltima-
209 rum voluntatum, & lex quælibet debet ac-
cipi ſecundum terminos tituli, ſub quo poſi-
ta eſt, l.Imperator, vbi Bart. ff.de in diem ad-
iect. particulari autem declaratione, caſus li-
210 bertatis indiguit, quia, cum ſit res inæſtima-
bilis, & conſequenter eius datio difficilius
permittatur, quàm alterius rei, argumento §.
vlt.Inſt.quibus ex cauſis manum.licet vel nõ,
facit tit. Inſt.de lege fuſ.can.toll. de ea pote-
rat magis dubitari.

211 Secundo adducit text.in l.vltima, C.de
communi ſeruo manumiſſ. vbi quidam, cum
haberet, cum alio, communem ſeruum,
ſuam partem, quam in eo habebat legauit,
hoc autem legatum eam, in dubio, interpre-
tationem recipit, vt credatur, eo modo legans
communem ſeruum, in ſua parte, libertate do-
nare. Vbicumque igitur legat quis in teſta-
mento communi ſeruo partem, quam in eo
habet, donationem libertatis, pro ea parte, fa-
212 cere intelligitur, ſed donatio in teſtamento
relicta, nihil aliud eſt, quàm legatum, l.lega-
tum eſt, infra titulo proximo, §.1. Inſt.de leg.
igitur, memorata diſpoſitio, libertatis legatũ
213 inducit; &, quod ibi dicitur de parte, debet
etiam de toto affirmari, per reg. l.quæ de tota
ff.de rei vend.

Tertio, ad mentem Alciati, Duareni, & Cæ-
ſaris Coſtæ, adducitur text.in l.ſed etſi condi-
tioni, §.vltimo, ſupra de hæred.inſt. vbi, cum
quidam ſeruum ſuum cum libertate inſtituiſ-
ſet, dubitabatur, an, & libertatis dationem, co-
dicillis adimere poſſet, & concluditur, in eum
caſum, quo neceſſarius fieret, ademptionem
214 non valere, ne à ſemetipſo ei libertas adi-
matur, ſeruus enim hæres inſtitutus à ſemet-
ipſo libertatem accipit, quapropter, cũ adem-
215 ptio, in teſtamento facta, aditione hæredi-
tatis ex eodem teſtamento cõfirmari debeat,
vt docet Bart.ad d.§.vltim. ille ſeruus inſtitu-
216 tus, adeundo hæreditatem, ſibi ipſi liberta-
tem adimeret, &, poſt aditam hæreditatem,

deſi-

deſineret eſſe hæres, quæ omnia ſunt abſur-
217 da, & propterea, Regula in hac materia eſt
conſtituenda, vt, data hæreditate cum liber-
tate ipſi ſeruo, neque hæreditas ſine liberta-
te, neque libertas ſine hæreditate adimi poſ-
ſit, l.ſi ita, §.regula, ſupra de liber.& poſthum.
& ideo ſubdit eo loci I.C. quæ ſententia ha-
218 bet rationem, nam ſicut legari ſibi libertas
non poteſt, nec à ſe adimi; Legari enim quo-
modo poteſt libertas illi ſeruo, qui ſolus eſt
219 hæres inſtitutus? Cum, id, quod legatur,
220 non competat, niſi adita hæreditate, l.ſi ne-
mo, ſupra de teſtament.tutel. l.ſi nemo, infra
221 de regul.iur.& hæreditas ab eo, qui liberta-
222 tem non eſt conſequutus adiri non poteſt,
nec legatum ſibimet pręſtari ab eo, qui adhuc
non eſt hæres, hęc cum ita ſint, poteſt d.§.vlt.
ſic, per locum à iure ſingulari, iuxta text. in l.
ius ſingulare, & in l.quod verò contra, ſupra
de legibus, efficaciter induci. Ius ſingulare ha-
bet in contrarium ius commune, &, regulare,
dictis iuribus. At, ſpeciali ratione, & ſingulari
iure, fit, in caſu, dict.§.vltimi, vt neque legari
poſſit libertas, neque adimi ſeruo proprio,
quia, ſcilicet ſolus eſt hæres inſtitutus, igitur
de iure communi, & regulariter legari liber-
tas, & adimi poteſt.
223 Quarto, conſueui ego ponderare, pro hac
opinione, tex. in §.1. Inſt. de libert. vbi dicit Im
perator, manumiſſionem, pluribus modis pro-
cedere, & in primis dari poſſe per teſtamen-
tum, & per quamlibet vltimam voluntatem.
Libertas igitur poteſt dari per quamlibet vlti-
mam voluntatem, d.§.1. ſed legatum ſine du-
224 bio eſt vltima voluntas. l.vltima C.de don.
cauſa mort. igitur libertas, titulo etiam legati
dari poteſt.

Quinto, & vltimo, videtur probari hæc opi-
nio, per locum Cai I.C. in ſuis inſtitutionibus
lib.2.cap.7. quòd inſcribitur de fideicommiſ-
ſis, vbi leguntur hęc verba. Item per legatum,
ſeruo alieno, directa libertas dari non poteſt.
excluſio vnius eſt excluſio alterius. l.cum prę-
tor de iud. At, à datione directæ libertatis per
legatum, excluditur ſeruus alienus, igitur ſer-
uus proprius includitur, & conſequenter titu-
lo legati directam poteſt libertatem cõſequi.

Non defuerunt tamen aliqui, non obſcuri
nominis interpretes, qui iuerunt in contrariã
ſententiam, opinantes, libertatem titulo lega-
ti relinqui non potuiſſe, quam ſententiam
probauit hic Carolus Ruin.num.30. quem ſe-
quuti ſunt Soc.Iun.num.171. & Io.Bologn.
num.173. ego autem, licet olim iunior à com-
muni ſententia, Piſis, non recederem, diligen-
tius tamen, & ſubtilius rem perpendens, Tici-
ni palinodiam cecini, ratus deinde ſemper, re-
ctius ſentire eos, qui negant dari legatum
libertatis, pluribus iiſdemq; vrgentiſſimis ar-
gumentis, ad ita ſentiendum, adductus.
225 Et primum, quia, ſi libertas potuiſſet le-
gati titulo dari, non paſſim, in iure noſtro, li-
bertatis datio, à legato contradiſtingueretur,
vel tamquam, quid diuerſum poneretur. ſed
paſſim à legislatoribus datio libertatis, vel le-
gato opponitur, vel, tamquam, quid diuer-
ſum ponitur, igitur libertas, titulo legati, non
dabatur. Minor probatur per l. Imperator in
princ. ſupra de tranſact. ibi neque manumiſſis,
vel legatarijs; per l.ſi ſuſpecta §.quamuis ſu-
pra de inoff. teſtam. ibi, & ideo datæ in eo li-
bertates, atque legata. per l.ſi quis omiſſa ſu-
pra ſi quis, ommiſſa cauſa teſtam. in illis ver-
bis. licet eo modo legata, libertateſque inter-
cidant, per l.quòd traditum, infra de cond. &
demonſtr. Quod traditum eſt, inquit tex. in
legatis nouiſſimã, in libertatibus leuiſſimam,
conditionem ſpectandam eſſe, per l.ſub diuer-
ſis eod. tit. ſub diuerſis conditionibus, inquit,
diſiunctim poſitis, liber eſſe iuſtus, eam con-
ditionem eligere poteſt, quæ ſibi leuior eſſe
videbatur, legato vero, eo modo relicto, lega-
tarium nouiſſimæ conditioni parere oportet,
per l.debitor, §.vlt. j de leg.2. ibi illud adno-
taremus, eſſe quoſdam ſeruos, qui, licet liber-
tatem conſequi nõ poſſint, attamen legatum,
& hæreditatem poſſunt acquirere domino,
per l.planè, huius initij ſecundam, in §.vlt. in-
fra eod. Qui teſtamento manumittitur, inquit
I.C. & neque legatum, neque hæreditatem
capit, fideicommiſſum præſtare cogendus nõ
eſt, item, per l.ſi proluſorio §. vlt. infra de ap-
pellat. ibi. quare iis, qui teſtamento libertates,
vel legata, vel fideicommiſſa acceperunt, per
l.verbis legis, de verb.ſign. ibi, & hæredes in-
ſtituendi, & legata, & libertatis dandi per l.
non dubium, §.1. C.de teſtam. in illis verbis.
& ſi voluntas defuncti circa legata, ſeu fidei-
commiſſa, ſeu libertates, legibus non ſit ſub-
nixa. eſt etiam tex. in §.ante hæredis, Inſtit. de
legat. Ante hæredis inſtitutionem, inquit Im-
perator, inutiliter antea legabatur, & paulo
infra, nec libertas, ante hæredis inſtitutionẽ,
dari poterant, & propemodum innumera
ſunt loca ſimilia.
226 Secundo loco, ſi daretur legatum liber-
tatis, quæ res eſt inæſtimabilis, §.vlt. Inſt. qui-
bus ex cauſ. manu. licet, vel non, veriſimiliter
ſpecialis eſſet poſitus, tit. de libertate legata,
inter peculiares titulos de varijs rebus, mino-

ris momenti, legatis nimirum de vſu, & vſu-
fruct.legat.de ſeruit.legat.de dote præleg. de
tritico, vino, & oleo leg.de fundo inſtruct. vel
inſtr.legat.de pecul.legat. de pœnu legat.de
ſuppellect.legat.de alim.& cibar.legat.de au-
ro, argent. mundo ornam.& ſtatutis legat.de
liberat.leg.& ſi qui alij ſunt ſimiles. ſed titu-
lus aliquis non eſt poſitus de libertate legata,
igitur veriſimile eſt, hoc factum eſſe, quia li-
bertatis legatum non detur, augetur et con-
iecturę vis, quia de alijs modis, quibus com-
petere poteſt libertas, ſatis abũde tractatum,
in tit. Inſtit.de libert. cum titt.ſeq. in tit.ff.de
manumiſs. quæ ſeruis ad vniuerſ. pertinent,
imponuntur, de manumiſs.teſtam.de fideic.
libert.cum pluribus tit.ſeqq. & in C.eſt titu-
lus, de vendic.liber.& apud conſil.manumiſs.
de teſtam. manumiſs. de lege fuſ.can.toll. de
fideicommiſs. libert. & alij plures ſequentes
tituli.

227 Tertio, ſi per legatum libertatis, nulla in-
teruenientе manumiſſione, competeret liber-
tas, iure, & titulo legati, profecto numeraro-
tur hic modus libertatis acquirendæ in tit. ff.
qui ſine manumiſs. ad libertatem perueniat.
ſed in d.titulo, nulla fit mentio de libertate,
iure legati acquiſita, igitur non datur per le-
228 gatum libertatis acquiſitio, & profecto, an-
teaquam eſſent fideicommiſſa, non reperie-
batur nomen directæ libertatis, neque fidei-
commiſſariæ, ſed ſolummodo dabatur teſta-
mentaria manumiſſio, in vltimis voluntati-
bus, de qua in tit.ff.de manumiſs.teſtam. &
C.de teſtamenta. manumiſs. & propterea, li-
bertas, nõ niſi ſeruo proprio dari poterat, ſed,
poſtquam fuerunt excogitata fideicommiſſa,
nouus etiam modus libertates dandi inuen-
tus eſt, vt per manũ, ſ. alterius præſtaretur, &
appellata fuit fideicommiſſaria libertas, de
qua in titulis ff & C.de fideicomm.libert. &
hæc ſeruo etiam alieno dari poteſt, §.libertas
quoque, Inſtit.de ſingul.reb.per fideicomm.
relict. id, quod, colligitur etiam ex Caio, in
ſuis inſtit.lib.2.tit.7. de fideicom.

229 Quarto, tunc demum daretur legatum
libertatis, quando ita poſſet legari libertas, vt
neque manumiſſio teſtamentaria eſſet, neque
230 fideicommiſſaria libertas, ſpecies enim, ne-
que confundendæ, §.penultim. Inſtitut.de co-
dicillis, l.2.in princip. ff.ſi certum pet. neque
231 ſine neceſſitate multiplicandæ, cum ars, &
natura nihil operentur fruſtra, l.qui bis idem,
vbi not. Iaſ. infra de verb.oblig. Sed hoc fieri
nullo modo poteſt, igitur perparam datur le-
gatum libertatis. Minor probatur, quia, cum
legatur libertas, aut directè, & immediatè is,
cui legatur conſequitur libertatem a teſtato-
232 re, & eſt teſtamentaria manumiſſio, cum
ſit datio libertatis in teſtamento, Inſtitut.in
233 princip. & §.1. de libert. aut conſequitur li-
bertatem ab hærede legantis, per manumiſ-
ſionem, & tunc fideicommiſſaria eſt libertas,
non directa, cum non competat directè, &
immediatè ex facto teſtatoris, §.pen. Inſtit.de
ſing.reb.per fideic.relict.

234 Quinto, ſi daretur legatũ libertatis, quod
non eſſet teſtamentaria manumiſſio, ſequere-
tur illud incommodum, vt ei, qui, legato li-
bertatis, eſſet effectus liber, & conſequenter
libertus Orcinus, iuxta §.penultim. Inſtitut.de
ſingul.reb.per fideicomm.relict. libertinorum
definitio non competeret. Sed hoc non eſt ali-
quo modo admittendum, ergo nec illud, vn-
de hoc ſequitur. Probatur minor, quia liber-
235 tini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi
236 ſunt, Inſtitut.in princip.de libert. Sed is, cui
legata eſt libertas, ſi legatum libertatis non
eſt manumiſſio, manumiſſus non eſt: ergo, vel
libertinus non eſt, quod repugnat d. §.penul-
tim. Inſtitut.de ſingulis rebus per fideicomm.
237 relict. vel definitio libertini non omnibus
libertinis competit, quod repugnat l.1. §.do-
lum, ff.de dolo, cum non conuertatur cum ſuo
definito.

238 Sexto, & vltimo loco, plurimum etiam
mouet me Vlpiani auctoritas in fragmentis,
titul.25. vbi de fideicommiſſis agens, inquit.
Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt,
239 quæ etiam per damnationem, legari poſ-
ſunt, plura enim poterant per illud legati
genus relinqui, quàm per alia genera legato-
rum, nimirum per ſinendi modum, per ven-
dicationem, & per præceptionem. hinc dice-
bat idem Vlpianus in titulo præcedenti, in
ordine 24. qui inſcribitur de legatis, per dam-
nationem, omnes res legari poſſunt, etiam
quæ non ſunt teſtatoris, dummodo tales ſint,
quæ dari poſſint; quamobrem, cum dixiſſet
Vlpianus, res per fideicommiſſum relinqui
poſſe, quæ etiam per damnationem legari po-
terant. Si libertas, iure legati relinqui potuiſ-
ſet, perparam addidiſſet, in calce illius tituli
verſiculum illum, libertas dari poteſt per fi-
deicommiſſum. Sed hoc non eſt, dicendum,
ergò nec illud, vnde hoc ſequitur. probabili-
ter igitur dicere poſſumus, Vlpianum illud
expreſſiſſe, vt oſtenderet, vltra res, quæ legari
poterant, poſſe etiam libertatem per fideicom
miſsũ relinqui, quæ, nec iure legati, quod per
damnationẽ fieri dicebatur, relinqui poterat.

Acce-

Digitized by Google

240 Accedat etiam ſeptimo, quòd, ſi daretur
legatum libertatis, daretur legatum, cui non
competeret legati diffinitio. Sed hoc non eſt
admittendum, cum definitio debeat conuerti
cum ſuo definito, l. 1. §. dolum, ff. de dolo, er-
go nec illud debet admitti, vnde hoc ſequi-
tur. Maior probatur, quia, aut libertas legata
præſtatur ab hærede, aut non præſtatur, ſi præ-
ſtatur non eſt libertas directa, cuiuſmodi vo-
lunt DD. communiter eſſe legatam liberta-
tem, ſed fideicommiſſaria, ſi non præſtatur;
non competit ei definitio legati, quæ eſt do-
natio quædam, à defuncto relicta, ab hærede
præſtanda, §. 1. Inſtitut. de legat. quod ſi non
recipias, verba illa, ab hærede præſtanda, quæ
leguntur in omnibus vulgatis codicibus, ad-
huc definitio legatæ libertati non poteſt com
241 petere, cum libertatis legatum non poſſit di
242 ci donatio, quæ eſt doni datio, nullum enim
243 donum præexiſtit, & nemo poteſt donare,
244 quod non habet, teſtator enim libertatem
245 ſerui non habet, non poteſt ergo illam ſer-
uo donare, vt ſit enim locus donationi, neceſ-
ſe eſt, vt aliquid tranſeat, à donatore in dona-
246 tarium, quod non poteſt contingere in lega-
to libertatis, cum nulla ſit hominis libertas,
anteaquam ſit liberatus, nec dicas fieri dona-
247 tionem ſeruo ſui ipſius, quia, preterquã quod
248 nemo ſui ipſius, & membrorum ſuorum po-
teſt fieri dominus, neceſſe eſt in donatione,
vt id, quod donatur, & donum ipſum, à dona-
tario realiter diſtinguatur, non cadit igitur in
249 libertatem legatum, in quam non cadit do-
natio.

250 Nec ſunt alicuius roboris, quæ ex aduerſo
afferebantur, & præſertim argumentum, pe-
titum à d. l. cum in ſubſtitutione, & à d. l. in ge-
nerali repetitione, immo potius retorquetur,
nam, ſi libertates directæ, quæ teſtamento dã-
tur, iure legati competerent, non fuiſſet olim
dubitatum, an repetitis legatis, libertates quo
que, teſtamento datæ, intelligerent repetitæ,
nec fuiſſet opus illa iuris interpretatione, ex
mente legis duodecim tabularum, qua fuit
expreſsè cautum, libertates quoque legato-
rum repetitione contineri; illud enim non eſt
ex proprietate verborum, ſed propter legis
interpretationem, cuius virtute continentur
251 etiam libertates. Illud autem, quod dicunt
Vulgus interpretum, in tit. de verb. ſignificat.
non niſi de proprijs illorum ſignificationibus
agi, tam falſum, & erroneum eſt, quàm quod
maximè, frequẽtius enim in titulo de verbo-
rum ſignific. agitur de ſignificationibus, quæ
ex communi vſu iuris, & peritorum, aut ex le-
gis interpretatione proficiſcuntur, vt late de-
monſtrauimus in noſtro tractatũ de communi
vſu loquendi, & in primis hoc modo accipien
da, & intelligenda eſt, d. l. in generali, vbi I. C.
non dicit ſimpliciter. In generali repetitione
legatorum, etiam datæ libertates continẽtur;
ſed addit, ex mente legis duodecim tabularũ,
non igitur ex verbi proprietate, ſed per legis
interpretationem continentur.

252 Nec facit negocium, l. vltima, C. de com-
muni ſeruo manumiſſo, vbi vnus ex dominis
communis ſerui, ipſi ſeruo, ſuam partem, quã
in eo habebat, legauit, & ſubſtinetur diſpoſi-
tio, quia ſubſtinetur, ex benignitate, in vim
manumiſſionis teſtamentariæ, vt inſcriptio ti-
tuli de communi ſeruo manumiſſo, demon-
253 ſtrat, ſecundum quam, leges ſub ea poſitæ
ſunt intelligendæ, l. Imperator, vbi Bart. ff. de
in diem adiect. profectò, ſi iure legati potuiſ-
ſet dari directa libertas, inter veteres, nõ tam
magnum fuiſſet de ea re certamen; nec fuiſ-
ſet neceſſe, Iuſtinianum, humaniorem par-
tem ſecutum, interpretari, legatum illud vim
manumiſſionis communis ſerui habere.

254 Leuiſſimum eſt tertium etiam argumen-
tum, petitum à d. l. ſed etſi conditioni, §. vlti-
mo, ſupra de hæred. inſtitut. primum, quia à
pandectis Florentinis abeſt verbum, libertas,
legitur enim. nam ſicut legari ſibi non poteſt,
ita nec à ſe adimi, & hæc lectio eſt probabi-
255 lior, non ſolum, ob auctoritatem Florentini
Codicis, quæ ſumma apud me eſt, ſed etiam
256 quia, cum illa verba ſint prolata per mo-
dum rationis, quæ generalis eſſe debet, non
eſt veriſimile, eſſe ad libertatem reſtrictam.
Accedat etiam, quòd reſtricta ad libertatem,
repugnaret proximo ſuperiori verſiculo, vbi
expreſsè dicit I. C. ſeruus, n. hæres inſtitutus,
à ſemetipſo libertatem accipit, ſenſus ergo il-
257 lius §. eſt, vt, quemadmodum ſibi, id eſt, ſer-
uo, hæredi neceſſariò, legari non poteſt, quic-
quam, ſcilicet, cum legatum factum hæredi
proprio non valeat (& propterea prælegatum,
quod ſit vni ex hæredibus, pro parte ipſius,
capitur iure hæreditario, eſſet enim inconue-
niens, vt aliquid alicui à ſe ipſo ſibi ipſi præ-
ſtãdum relinqueretur) ita quoque abſurdum
eſt, vt quod dari poteſt hæredi, propria liber-
tas nimirum, à ſe ipſo ſibi adimeretur. Præte-
258 rea, ex illo text. ſecundum vulgarem lectio-
nem, non poteſt, niſi à contrario ſenſu peti ar-
gumentum, quod nullius eſt efficacitatis, vbi
abſurdus ſequatur intellectus, & iuribus, ac
rationibus repugnans, quod tamen argumen
tum, quando etiam peteretur à ſenſu directo,
non

259 non eſſet alicuins roboris, quia verbum lego, enunciatiuè prolatum, ſignificat idem, quod diſpono, & relinquo, ita vt ad omnem diſpoſitionem referri poſsit, l. verbis legis, infra de verb. ſignific. nec ad titulum legati, neceſſario refertur; vt latius tradidimus ſupra
260 ad Rubr. huius tituli, & legati appellatione, venire etiam fideicommiſſum, eſt text. expreſſus in l. etiam fideicommiſſum, infra de legat. 3.

261 Nec hanc deſtruit ſententiam quartum illud argumentum, quod conficiebamus nos, ponderando text. in §. 1. Inſtit. de libert. quia verba illa perpenſa. aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem, poſſunt referri ad vltimas voluntates abſolutas, & per ſe exiſtentes,
262 non pendentes ab alijs, cuiuſmodi ſunt co-
263 dicilli, & hęredis inſtitutio, nam ſeruus proprius, ſimpliciter inſtitutus hęres, etſi nulla facta ſit mentio libertatis, efficitur liber, §. 1. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumit. licet, vel non,
264 & Inſtitut. in princip. de hæred. inſtit. Præterea hodie, per legatum libertatis, licet eiuſmodi diſpoſitio vim legati non habeat, manumiſſio fieri poteſt, & hoc fortè ſentit, eo loci, Iuſtinianus, dum dicit. Multis autem modis manumiſſio procedit, aut ex ſacris conſtitutionibus, in ſacroſanctis Eccleſijs, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut per teſtamentum, aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem, procedit, ſcilicet, manumiſſio, quaſi ſit ſenſus, per quamcumque vltimam
265 voluntatem, hodie, formulis ſublatis, induci manumiſſionem, quæ ſola eſt modus regularis inducendæ libertatis, & liberandi ſeruos, ſi directò libertas datur, teſtatoris manumiſſio eſt cauſa libertatis, ſi fideicommiſſaria hæredis, vel alterius grauati, manumiſſio eſt libertatis cauſa, ita vt numquam libertatis acquirendæ modus ſit legatum. non negamus igitur, quin legatum libertatis poſſit vim manumiſſionis habere, vt videbimus mox in ſecunda inſpectione, ſed dicimus legari libertatem non poſſe, ita, vt vim legati habeat, quod à manumiſſione teſtamentaria, vel à fideicommiſſaria differat, non datur enim modus acquirendæ libertatis, præter manumiſſionem, qui non ſit poſitus in dicto titulo, ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. perueniunt: vbi legatum
266 non enumeratur, & nullum eſt inconueniens, vt, per verbum lego, quod generale eſt, vt ſupra in Rubr. demonſtrauimus, aliqua inducatur, ſecundum rei legatæ qualitatem, diſpoſitio, quæ legatum non ſit.

267 Nec facit negocium quintum argumentum, quòd Duaren. in animaduerſionibus ad hunc tit. in cap. de fideicomm. petebat à verbis Cai I.C. in ſuis inſtitutionib. lib. 2. tit. 7. de
268 fideicomm. verſ. Aliud exemplum, Primũ, quia tutum non eſt argumentum, quòd ſumitur à Iuriſconſulti loco, in corpore iuris non inſerto, præſertim ſi ſumatur à contrario ſenſu, vt facit Duaren. omnes enim eiuſmodi argumenti vis ceſſat, vbi ſequatur abſurdus intellectus, & iuribus alijs, & rationibus repugnans, vt tradunt DD. communiter ad l. 1. §. huius rei, ſupra de off. eius, vbi nos quoque diximus. non tenet ergo ſequela, alieno ſeruo, non poteſt legari directa libertas, ergo poteſt legari ſeruo proprio, cum ſatis ſit ſeruum propriũ poſſe, teſtamentaria manumiſſione directam libertatem conſequi. erat ergo dubitatio tantummodo de ſeruo alieno, qui teſtamento manumitti non poterat, quamobrẽ ſtatutum fuit, eidem ſeruo alieno, cui ex vera, & naturali cauſa manumiſſionis teſtamentariæ, non poterat directa libertas dari, nec per legatum dari poſſe, ſed ſolummodo ex cauſa fideicommiſſi. Conſtat ergo ex his, legatum libertatis, quòd non ſit idem cum teſtamentaria manumiſſione, non dari.

269 Subſequitur modo ſecunda inſpectio, An ſcilicet, ſi hodie libertas ſeruo proprio legetur, directa competat, vel fideicommiſſaria.

Et hoc quoque eſt controuerſi iuris, communis enim ferè omnium ſententia eſt, vt cõpetat directa libertas, vt de communi teſtatur Soc. Iun. hic num. 113. immo apud antiquos hoc, non controuerſi, ſed aperti iuris eſſe videbatur, & redditur, receptiſſima hæc ſententia, probabilis ex pluribus.

270 Primum, quia, in teſtamentis plenior debet fieri interpretatio. l. in teſtamentis ff. de
271 regul. iur. ſed plenior eſt interpretatio. vt directa libertas intelligatur data, vt ad ſenſum patet. igitur hæc omnino fieri debet interpretatio.

272 Secundo, illa, in dubio, in datione libertatis interpretatio eſt admittenda, quę, & libertati eſt fauorabilior, & ſeruo, cui datur com-
273 modior. l. quod traditum cum ſeqq. infra de condit. & demonſtr. At fauorabilior libertati, & commodior ſeruo eſt, ſine dubio, interpretatio, per quam directa intelligatur data libertas, argumento §. penult. Inſt. de ſingul. rebus per fideicomm. relict. igitur intetpretatio hęc eſt admittenda.

274 Tertio, ſemper competit directa libertas, vbi non grauatur aliquis, vt ſeruum manumittat, d. §. penultim. Inſtitut. de ſingul. rebus

per

275 per fideicomm.relict. At, per verba lego li-
bertatem Sticho,nemo grauatur,vt eum ma
numittat,igitur directa,eo modo,intelligitur
data libertas.

Quarto,illa in dubio admittenda eſt inter-
276 pretatio,per quam verba ſecundum poten-
tiorem ſignificationem,& per prius accipiun-
tur,l.1.§.qui in perpetuum,ff.ſi ager vectigal.
vel emph pet.§.ſed ius quidem ciuile, Inſtit.
de iur.nat.gent.& ciuil.l.qui liberis,§.hæc ver
ba,ſupra de vulgar.& pupill.Bald.ad l.vt vim
num.19.ſupra de iuſtitia,& iure. Sed eiuſmo-
277 di eſt interpretatio, per quam legatum li-
bertatis,ad directam refertur, quæ potentior
eſt libertas, & per prius, cum anteaquam eſ-
ſent fideicommiſſa, fideicommiſſaria libertas
non daretur. igitur hæc eſt interpretatio ad-
mittenda.

Quinto vrget,pro communi hac ſententia,
278 text. in l.vltima, C.de communi ſeruo ma-
numiſſo. Vbi dominus communis ſerui,legãs
partem, quam in eo habet, eidem communi
ſeruo,intelligitur eum pro ſua parte libertate
donare,& teſtamento manumittere, vt colli-
gitur ex eadem l.vltima,iuncta Rubr.ſub qua
279 poſita eſt. At ex teſtamentaria manumiſſio-
ne directa,competit libertas,dict.§.penultim.
Inſtitut. de ſingulis rebus per fideicomm. re-
lict.& toto titulo,ff.& C.de manumiſſ.teſta-
men.igitur, legans libertatẽ, intelligitur eum,
cui legat,directa libertate donare.

Sexto, & vltimo, per hæc verba.lego Pam-
philo libertatem,aut manumiſſio teſtamenta-
ria inducitur, aut legatum, aut fideicommiſ-
ſum,ſed hodie,ex omnibus iſtis cauſis,compe-
tit libertas directa, igitur abſolutè, per ver-
bum lego, intelligitur data directa libertas.
Minor,quę poteſt videri dubia,probatur,quia
manumiſſio teſtamentaria, ſine dubio,inducit
directam libertatem, iuribus ſupra adductis,
& idem prorſus dicendum eſt de legato, cum
per illud ius relictum, recta via, tranſeat de
teſtatore in legatarium,l.legatum ita,infra ti-
tulo proximo, l.à Titio, infra de furtis, & con-
280 ſequenter non eſt diuerſum ſtatuendũ,in fi-
deicommiſſis, cum illorum natura fuerit reple
ta, & effecta pinguior, ita vt omnia,quæ natu
raliter inſunt legatis,etiam fideicommiſſis in-
hærere intelligantur d.l.2. C. communia de
legat. & d.§.ſed non vſque, Inſtitut.de legat.
ſed hoc ineſt legatis,vt per ea iura, recta via,
tranſeant in legatarios, igitur hoc ipſum ho-
die naturæ quoque fideicommiſſi ineſt, id
281 quod patet etiam ex eo,quòd fideicommiſ-
ſario quoque,hodie,ad ſingulas res,per fidei-
commiſſum relictas, petendas, competit rei
vendicatio,l.2.C.communia de legat. quæ,ſi
recta via dominus non eſſet factus, compete-
re illi non poſſet,l.in rem,ff.de rei vend. §.om
nium,Inſt.de act.

In contrariam tamẽ ſententiam videtur in-
clinare Soc.Iun.hic nu.177.& nu.191.verſic.
cogita tamen,quam ego quoque probabilio-
rem eſſe arbitror.

282 Primum, quia libertas, quæ relinquitur
ab hærede præſtanda,non,niſi ex cauſa fidei-
commiſſi,deberi poteſt,ſæpius repetito,§.pe-
nultimo, Inſtitut.de ſingulis rebus per fidei-
283 commiſſ.relict. At libertas, quæ legatur,ab
hærede præſtanda relinquitur,§.1. Inſt.de le-
gat. igitur libertas legata, eſt fideicommiſſa-
ria,non directa.

Secundo verbis, quibus fieri poteſt fidei-
284 commiſſum,ſine dubio fideicommiſſum in-
ducitur,argumento l.Labeo,§.id Tubero, ff.
285 de ſuppellect.legat. At per verbum lego po
teſt induci fideicommiſſum,d.l.2.C.commu-
nia de legat.ergo inducitur fideicommiſſum,
non directæ libertatis datio.

Tertio, illa, in dubio, debet admitti inter-
286 pretatio, per quam minus grauatur hæres,
quàm fieri poſſit,l.vnum ex familia,§.ſi rem,
287 infra titulo proximo. Sed minus grauatur
hæres, vbi libertas eſt per fideicommiſſum
relicta,igitur debemus interpretari, per fidei-
commiſſum relictam eſſe. Probatur minor,
288 quia, vbi relicta eſt libertas fideicommiſſa-
ria,manumittendus eſt is,cui relicta eſt,ab hæ
rede,qui nanciſcitur ius patronatus in eum,
vbi verò teſtamento manumittitur, fit liber-
tus Orcinus, d.§.pen. Inſt.de ſing.reb. per fi-
deicomm.relict.

289 Quarto, Illa, in dubio, admittitur cuiuſcũ-
que diſpoſitionis interpretatio, quæ minus o-
neroſa eſt, & per quam vtrique parti conſuli-
tur,§.vltimo, Inſtitu. de vulgar. Caſtrenſis ad
l.1.num.3.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtament.Sed
hæc interpretatio, vt cenſeatur data libertas
fideicommiſſaria,eſt minus oneroſa,cum mi-
nus grauet hæredem, & per eam conſulitur
ſeruo, qui libertatem conſequitur, & hæredi,
qui ius patronatum nanciſcitur,igitur hæc in-
terpretatio digna eſt, quæ à nobis recipiatur.

290 Quinto,verbum ambiguum, in dubio, il-
lam recipit interpretationem, per quam a-
ctus ſubſtinetur, l.quoties de verb.oblig. ſed
291 verbum, lego, eſt dubium,cum hodie, tàm
ad legatum, quàm ad fideicommiſſum poſſit
referri, l.2. C.communia de legat. & actus
ſubſtinetur, ſi referatur ad fideicommiſſum,
cum

cum nulli dubium ſit, dari fideicommiſſariam libertatem, toto titulo ff. & C. de fideicomm. libertat. vbi, ſi ad titulum legati referatur, vix eſt, vt actus ſubſtineri poſſit, cum legata libertas, ſecundum veriorem ſententiam, non detur, vt viſum eſt in precedenti articulo, igitur hanc debemus facere interpretationem, vt verbum lego, ad libertatem relatum, ad fidei-
292 commiſſariam libertatem trahatur. Corroboratur etiam argumentum, quia, ſi interpretamur, per verbum lego, relictam, eſſe fideicommiſſariam libertatem, valet, ſiue fuerit legata ſeruo proprio, ſiue alieno, &, ſiue fuerit legata in teſtamento, ſiue in codicillis, vbi, ſi accipiamus memoratam diſpoſitionẽ in vim legati, non valet, ſi legata ſit ſeruo alieno, §. an ſeruo, Inſt. de legat. nec ſi fuerit relicta in codicillis. l. libertates, infra de manumiſs. teſtam.

293 Sexto, non debet hodie admitti interpretatio, quæ non excludat omnem, inter legata, & fideicommiſſa, differentiam, iuxta §. ſed non vſque, Inſtitut. de legat. Sed, ſi interpretamur, per verbum lego, datam eſſe directam libertatem, adhuc ſupereſt differentia longa, inter legatam libertatem, & per fideicommiſſum relictam, igitur interpretatio eiuſmodi nullo modo eſt admittenda.

294 Septimo, quod non habet legatorum natura, ei, ex fideicommiſſis, accommodatur, l. 2. C. communia de legat. At legatorum natura hoc non habet, vt poſſit libertas legari, igitur hoc illi ex fideicommiſſo accommodatur, ita, ſcilicet, vt, ſi libertas legetur, per fideicommiſſum relicta intelligatur.

294 Octauo, & vltimo loco, perpendo ego text. in ſæpius repetita l. 2. C. communia de legat. in illis verbis, vbi autem aliquid contrarium in legatis, & fideicommiſſis eueniet, hoc & fideicommiſſo, quaſi humaniori aggregetur, & ſecundum eius dirimatur naturam. Sed hoc euenit contrarium inter legata, & fideicommiſſa, vt legari libertas non poſſit, per fideicommiſſum relinqui poſsit, aut, ſi legari poſsit, vt ſentiunt DD. communiter, vt, ex legato, directa competat, fideicõmiſſaria ex fideicommiſſo, igitur hæc contrarietas, ſecundum fideicommiſsi naturam, eſt dirimenda, vt fideicommiſſaria, non directa relicta intelligatur, ne aliqua, poſt factam per Iuſtinianum identificam exæquationem, ſuperſit inter legata, & fideicommiſſa differentia, vt profitetur idem Iuſtin. in d. §. ſed non vſque, Inſtitut. de legat.

295 Hac igitur opinione retenta, quam non eſt auſus firmare Socin. Iun. non obſtat primum argumentum, pro communi adductum, quia plenior fit interpretatio in teſtamentis, quo ad hæredis inſtitutionem, non autẽ in legatis, vt per Dec. in d. l. in teſtamentis, num. 3. præſertim in verbis ſignificantibus rem legatam, in quibus ſtrictiſsima fit interpretatio, per quam minus grauatur hæres, d. l. vnum ex familia, §. ſi rem, facit l. penultima, infra de verb. ſignificat. cum cæteris adductis à nobis in noſtris ſelect. diſtinct. in prima centuria, diſtinct. 52. num. 3. verſic. primo caſu, & vberius etiam ad Rubr. ſupra eodem, in 8. quæſtione. Accedat etiam, quòd natura actus repugnat, cum non, niſi per manumiſsionem, competat libertas directa.

Nec obſtat ſecundum, quia vendicat ſibi locum, vbi non repugnat natura actus, l. ſi vno, in princip. ff. locat. Si ergo verſamur penitus in dubio, per verbum, lego, intelligetur facta manumiſsio teſtamentaria, quæ eſt potentior, & libertati fauorabilior, & ei, qui liberatur commodior, ſed, ſi conſtat, teſtatorem voluiſſe libertatis legatum facere, & ſic actum diuerſum à manumiſsione, ad fideicommiſſariã libertatem trahetur, ex his, quæ ſupra tradimus, & mox, diſtinguendo, plenius declarabimus.

296 Non obſtat tertium, quia, cum legatum
297 ſit ab hærede præſtandum, §. 1. Inſtitut. de legat. ſemper legans libertatem cenſetur grauare hæredem, vt manumittat, niſi, eo modo legando libertatem, velit ipſe teſtator manumittere, quod potuiſſet facere, cum hodie formulæ amplius non ſint in vſu, l. 1. & 2. C. de famul. ſublat.

Nec facit negocium quartum, quia illud quoque vendicat ſibi locum, vbi non repugnat natura actus, & propterea, quando non conſtat teſtatorem voluiſſe legare, in dubio, præſumitur manumittere, vt intelligatur data potentior libertas.

298 Nec obſtat quintum, quia in d. l. vltima, C. de cõmuni ſeruo manumiſſ. verbum, lego, profertur enunciatiuè ab Imperatore, ſed non conſtat, an per verbum lego libertatem ſeruo communi reliquerit, vel iuſſerit eum liberum eſſe. Præterea illa fit interpretatio, quia omnino dubia erat mens teſtatoris, an vellet manumittere, vel facere aliud relicti genus, quo caſu, admittimus, in dubio, cenſeri ſeruum manumiſſum, arg. l. quod traditum, cum duabus ſeqq. ff. de cond. & demon.

Sextum quoque facilè ſoluitur, quia, ſi voluit teſtator legando libertatem, manumittere, ſine dubio, directam dedit libertatem, ſi ve-

rò

rò voluit legare, contra naturam libertatis,
quæ legari non poteſt, ad fideicommiſſariam
libertatem trahitur, per text.in d.l.2. C.com-
munia de legar.tam ex illis verbis. Quod non
habet naturam legatorum, ei ex fideicommiſ-
ſis accommodetur, quàm etiam ex illis. Vbi
autem aliquid contrarium in legatis, vel fi-
deicommiſſis eueniat, hoc & fideicommiſſo,
quaſi humaniori, aggregetur, & ſecundum
eius dirimatur naturam.

299 Cæterum, vt, in hac quoque materia di-
luantur, contraria omnia, hæc breuis adhiben-
da eſt diſtinctio. Aut libertas legatur in codi-
cillis ab inteſtato. Aut in teſtamento, vel in co
dicillis teſtamento confirmatis. Si in codicil-
lis ab inteſtato, fideicommiſſaria libertas in-
telligitur relicta, ſecundum naturam actus, ar
gumento l.ſi vno, in princip. ſupra locat. facit
lex *Scæuola*, infra ad Senat. Conſult. Trebel-
lian. &, vt actus ſubſtineatur, l.quoties, 2. infra
de rebus dubijs, in codicillis enim non niſi fi-
deicommiſſaria poteſt dari libertas, l.liberta-
tes, ff. de manumiſſ. teſtament. Si vero in teſta-
mento, vel in codicillis, teſtamento confirma-
tis, Aut legata eſt ſeruo alieno, Aut proprio, ſi
alieno fideicommiſſaria intelligitur relicta,
cum non niſi ſeruo proprio poſſit directa li-
bertas dari, vt per Caium in ſuis Inſtitut. lib.
2. tit. 7. ſi ſeruo proprio, Aut verſamur omni-
no in dubio, an, eo modo legando libertatem,
voluerit ſeruum manumittere, vel legatum,
aut fideicommiſſum facere, Aut conſtat no-
luiſſe manumittere, ſed legatum, vel fideicom
miſſum facere. primo caſu, cum ſint ſublatæ
formulæ manumiſſionis, argumento l.1. & 2.
C. de formul. ſublat. crederem fieri debere in-
terpretationem fauorabiliorem libertati, &
ſeruo liberato commodiorem, tam per regu-
lam generalem, l.in teſtamentis, infra de re-
gul. iur. quam etiam ob ſpecialem libertatis
fauorem, per d.l.quod traditum, cum duabus
ſequentibus, infra de condit. & demonſtrat.
& ita intelligerem, l.vltimam, C. de commu-
ni ſeruo manumiſſ. nam, ſi legans ſeruo com-
muni libertatem, cenſetur eundem ſeruum
manumittere, multo magis cenſebitur manu-
mittere ſeruum proprium in totum, ſi ei li-
bertatem leget, facit etiam regula, l.quæ de
tota, ſupra de rei vendic. Secundo autem caſu,
vbi cõſtat teſtatorẽ noluiſſe manumittere, ſed
legatum libertatis, vel fideicommiſſum face-
re, trahenda eſt diſpoſitio ad fideicommiſſa-
riam libertatem, per dict. l.2. C. communia de
legatis, vt ſupra à nobis ponderatam, facit e-
tiam diffinitio legati, in verbis. ab hærede
præſtanda, ſi recipiantur.

300 Supereſt modo Quartus, & vltimus Arti-
culus, de differentijs inter legata, & fideicom-
miſſa vniuerſalia, examinandus, occaſione
trium concluſionum, quę hic ponuntur à Bar.
ſub nu. 5. quarum duæ, ſecundum noſtras tra-
ditiones, non bene ſunt conceptæ, & vna fal-
ſa, de quibus ſingulis agendum eſt.

301 Prima eſt legata particularia, ſun exæqua
ta fideicommiſſis particularibus, & è contra,
per omnia.

Hæc vera quidem eſt, ſed non benè conce-
pta, quia, vbi non datur vnum ex contrarijs,
302 nec alterum datur, ſed legatum vniuerſale,
per nos, non datur, §.vlt. Inſtit. per quas per-
303 ſon. nobis acquir. Inſtit. in princ. de legat. er-
go nec legatum particulare, ſed legatum ſim-
304 pliciter, quòd diuiſionem hanc non patitur,
vt aliquod ſit vniuerſale, aliquod particulare,
quemadmodum, nec donatio, nec depoſitũ,
nec emptio, & venditio diuiſionem hanc pa-
tiuntur. Reformanda eſt igitur, ſecundum do-
ctrinam à nobis traditam, & retinenda, hoc
modo.

305 Legata ſunt fideicommiſſis particulari-
cularibus, per omnia exæquata .i. hic ab Vl-
piano per modum regulæ, ab Imperatore in
l.2. C. communia de legatis identificè.

306 Secunda autem Bartoli concluſio, & pro-
poſitio eſt.

Fideicommiſſa vniuerſalia, & legata vni-
uerſalia, ſunt exæquata in omnibus, & per
omnia.

Hæc autem concluſio, apud me, omnino
307 falſa eſt, tum quia fideicommiſſum vniuer-
ſale, ſeu fideicommiſſaria hæreditas, de qua
ſeparatim agitur in tit. Inſtit. de fideicommiſſ.
hæred. & in titulis ff. & C. ad S.C. Trebel. æ-
quiparatione, de qua hic, & illa de qua in d.
l.2. C. communia de legatis, non eſt compræ-
henſa, & legatum vniuerſale, cui æquiparetur,
308 non datur, tum quòd, ſi per legatum vniuer
ſale intelligat Bart. legatum portionis, nulla
ſit facta fideicommiſſi vniuerſalis, & legati
309 portionis æquiparatio, cum hodie quoque
per legatum portionis, non niſi portio hære-
ditatis, vt nomen ſonat, relinqui poſſit, quòd
non obſcurè colligitur, etiam ex l.mulier §.
vlt. infra ad S.C. Trebell. per vniuerſale autẽ
fideicommiſſum, etiam tota poteſt hæreditas
relinqui, §.ſed quia hæredes cum ſeq. Inſtit.
310 de fideicom. hæred. Pręterea, etiam hodie,
legatum portionis eſt ſine onere, niſi interpo-
nantur ſtipulationes inter hæredem, & lega-
tarium partiarium, de quibus in §.ergo, & in

§.ſequenti,Inſtit.de fideicomm.hæred.vbi in
fideicommiſſarium vniuerſalem,nullis inter-
uenientibus ſtipulationibus, & citra omnem
cõuentionem,ex S.C. Trebelliano tranſeunt
onera,in totum,vel pro rata, quicquid dixerit
Bart.ad l.ſi quis ſeruum j tit.prox.
311 Verum,quia,natura legati portionis,mul
tifariam ab Interpretibus intelligitur, ad tol-
lendam omnem, in hac materia, difficultatẽ,
anteaquam veniam ad tertiam, & vltimam
Bart.concluſionem, & regulam, de exæqua-
tione legatorum,& fideicommiſſorum, duos
propono ſubtiles diſcutiendos articulos.
312 Primus erit, An legatarius partiarius is ſit,
cui legata eſt, non portio hæreditatis teſtato-
ris, ſed hæreditas, in qua fuit teſtator inſtitu-
tus,puta hæreditas Meuiana.
Secundus, An is, cui legata ſit, non portio
hæreditatis, ſed portio bonorum, legatarius
partiarius eſſe dicatur.
Quod attinet ad primum, reperio Alexãd.
Turamin. in ſuo lib ſingular. de exæquat. le-
gat.& fideicomm.cap.2.num.14.tenere opi-
nionem affirmatiuam, vt,ſcilicet, ſi quis inſti-
tutus ſit hæres à Meuio, & in ſuo teſtamento
alicui Meuianam leget hæreditatem, lega-
tum portionis feciſſe intelligatur, &, ab hac
opinione,videtur non diſſentire Iac.Cuiac. in
not.ad tit.24.Vlpiani,in fragm.ea ratione mo-
uetur Turam.
Quia vbicumque,quoquo modo,hæredita
tis portio legatur, legatum portionis fieri di-
313 citur, ita vt is quoque, cui legatur legata-
rius partiarius dici poſsit. Sed legans hæredi-
tatem Meuianam,in qua fuit inſtitutus, ſine
dubio propriæ hæreditatis partem legat, cum
Meuiana hæreditas, poſt aditionem, fuerit
confuſa cum patrimonio teſtatoris, & effecta
portio illius:igitur,Meuianæ hæreditatis lega
tum,eſt legatum portionis. Nec dicas,memo-
ratam Meuianam hæreditatem, non eſſe cer-
tam quotam hæreditatis legantis, quia facilè
poteſt ad quotam redigi,& certa reddi; præte
rea,incerta quoque pars, vbi non omnino ſit
incerta,partis nomen,& effectus habet,vt di-
cit Turam.per text.in l.locus,ff.de acqu.poſſ.
& in l.ſi quis extraneus,§.ſi quis partem,ff.de
acquir.hæred.
Hoc tamen argumento minimè obſtante,
cogor ego in hac difficultate, à Turamin.pro-
poſita, ab eodem Turamin. diſſentire, ex plu-
ribus.
314 Primum quidem, quia non niſi vbi pars,
id eſt quota hæreditatis, vel bonorum ſit reli-
cta, portionis legatum datur,vt patet in l.non
amplius,§.vltimo,cum l.ſequen.infr.eodem,
in l. ſi quis ſeruum, §.vltimo, cum l.ſequen.
infra titulo proximo, in l.cum ex filio, ſupra
de vulgar.& pupillar. in l. mulier, §.vltimo,
infra ad Senat. Conſult. Trebellian. in §.ſed
quia,verſic.poſt quod,Inſtitut.de fideicomm.
hæred.cum ſimilibus,nullibi enim exemplum
legati portionis reperitur in iure, niſi quando
315 aliqua hæreditatis, vel bonorum quota ex-
preſsè ſit relicta. At hæreditas Meuiana non
eſt portio,& quota hæreditatis, vel bonorum
legantis eam,ſed res,& vniuerſitas hæredita-
ria,diſcreta,& diuiſa ab alijs,& demonſtrabi-
lis ad oculum,vt ad ſenſum patet,igitur, Me-
uianæ hæreditatis legatum, non eſt portionis
legatum.
Secundo, Vbicumque legatarius non par-
316 titur cum hærede hæreditatem ipſam, & bo-
na,vt nomina ipſa indicant, nec legatum por-
tionis, nec legatarius datur partiarius. At is,
cui legata eſt Meuiana hæreditas, ius aliquod
in hæreditate, & in bonorum vniuerſitate,
non habet, cuius virtute poſſit hæreditatem
ipſam, vel bona cum hærede partiri, ſed ſo-
lummodo poteſt petere res certas, quæ fue-
runt in hæreditate Meuij, & eiuſdem Meuia-
næ hæreditatis appellatione, demonſtratio-
nis cauſa,continentur.igitur cogimur negare,
factum eſſe legatum portionis,vbi Meuiana
ſit hæreditas,per legatum,relicta.
Tertio loco. Legatum hæreditatis Meuia-
317 næ,potius legato peculij, vel alterius ſimilis
vniuerſitatis, eſt ſimile, quàm legato partis
hæreditatis, vel bonorum, vt ad ſenſum pa-
tet. At legatum gregis peculij, vel alterius ſi-
milis vniuerſitatis,non eſt legatum portionis,
vt patet ex tit. de pecul.leg. & omnes admit-
tunt, igitur, legatum hæreditatis Meuianæ,
non eſt legatum portionis.
Nec facit negocium, argumentum ex ad-
318 uerſo, ad mentem Turamini, adductum,
quia Meuiana hæreditas, nec Meuij hæredi-
tas eſt, nec pars hæreditatis legantis, qui fuit
319 in ea,à Meuio,inſtitutus. Nõ hæreditas Me-
uij, quia, per aditionem confuſa eſt cum pa-
trimonio adeuntis, licet, demonſtrationis gra
tia, appelletur adhuc, ſecundum communem
vſum loquendi, hæreditas Meuij, quemad-
modum res quoque furtiua, vitio etiam pur-
320 gato,furtiua dicitur in §.aliquando,Inſtitut.
de vſucap. demonſtrationis gratia, quia talis
quandoque fuit. Non pars,id eſt quota hære-
ditatis legantis, ſed res,vel vniuerſitas hære-
ditaria,vt grex, vel peculium, &, licet ſit pars
incerta hæreditatis legantis, quæ poſſet redi-

gi

gi ad aliquam cettam pattem, hoc non ſuffi-
321 cit ad legatum portionis conſtituendum,
neceſſe eſt enim, vt legetur, non pars ſenſibi-
lis, & demonſtrabilis ad oculum, ſed pars in-
diuiſa, & quota hæreditatis, vel bonorum, cu-
ius virtute, ius habeat legatarius pro rata in
omnibus rebus hæreditarijs, ita vt partiri poſ-
ſit hæreditatem cum hærede, &, ea ratione
appellatur legatarius partiarius, & certè, niſi
hoc modo inrerpretemur, & intelligamus,
non modo legatum, menſæ, peculij, & ſimi-
lium vniuerſitatum, ſed etiam fundi, & do-
mus erit legatum portionis, cum legatũ quo-
que fundi, habita ratione æſtimationis, poſſit
magnam hæreditatis partem continere, §. ſi
quis vna, verſic. quin etiam licet. Inſtitut. de
fideicomm. hæred. quinimo facilè eſſet, etiam
cuiuſcumque rei minimæ, per legatum reli-
ctæ, æſtimatione conſidetara, redigere lega-
tum ad portionem aliquam hæreditatis, quæ
322 & dupondij, & tripondij, & deinceps conſti-
tui poteſt, & diuidi in quantaſcumque pluri-
mas vncias voluerit teſtator, §. hęreditas, cum
ſequen. Inſtitut. de hæred. inſtitu. Nec faciunt
negocium, l. locus, ff. de acquirend. poſſeſſ. &
l. ſi quis extraneus, §. ſi quis pattem, ff. de ac-
quirend. hæred. quia non video quo pacto te-
neat hæc ſequela, pars loci pro indiuiſo poteſt
vſucapi, ignorans in qua parte inſtitutus ſit,
poteſt adire, ergo hæreditatis Meuianæ lega-
tum, licet ſit incerta pars hæreditatis legan-
tis, eſt legatum portionis; ad hoc enim, vt le-
gatum portionis conſtituatur, neceſſe eſt, vt
legetur quota hæreditatis, vel bonorum, vt
in iuribus ſupra prolatis, & ſic pars indiuiſa to-
tius hæreditatis, non ſpecies, vel vniuerſitas
hæreditaria, eiuſmodi enim legatarij, quibus
res certa relicta eſt, non partiuntur hæredita-
tem cum hærede, ſed rem, vel vniuerſitatem,
nominatim relictam, petunt. Nec quia in d. l.
323 cum filius, §. 1. infra titulo proximo, lega-
tarius hæreditatis Meuianæ, ſuſcipit illius hæ
reditatis onera, quæ perſeuerauerunt in diem
mortis hæredis Meuij, intelligere debemus, vt
ſuſcipiat, virtute ſtipulationum, quæ interpo-
nebâtur inter hæredem, & legatarium partia-
rium, de quibus in §. ergo, & ſequen. Inſtitut.
de fideicomm. hæred. vt ſentit Turam. neque
virtute nouationis, quam ſomniat ibi Accurſ.
in verbo, onera, aut ipſo iure, vt ibidem ſentit,
idem Accurſ. Sed virtute cautionis de indem-
nitate, quam illi præſtant legatarij, quibus
aliqua relinquitur vniuerſitas, cuius appella-
tione veniunt onera, vt patet ex l. cum pater,
in §. menſæ, infra de legat. 2. & viciſſim hæres
illis præſtat, & cedit actiones, vt rectè docet
324 Cuiac. ad d. l. cum filius, §. 1. Sed, vt materiæ
huic vniuerſæ lucem aliquam afferamus, ad-
monendi ſumus, alterum eſſe legatum, quo
ſingulæ relinquuntur res, altetum, quo relin-
quuntur vniuerſitates, vt docemur ab Vlpia-
no in fragmentis, tit. 24. in verſic. ſicut ſingu-
læ, primi exemplum eſt, ſi legetur, equus, fun-
dus, veſtis, domus, ſecundi autem generis le-
gatum, eſt in duplici differentia, aut enim eſt
325 legatum vniuerſitatis, onera, ex vi verbi,
non includentis, cuiuſmodi eſt familiæ, ideſt,
turbæ ſeruorum, vel gregis legatum, §. ſi grex
Inſtitut. de legat. aut vniuerſitatis, cuius no-
men etiam onera includit, cuiuſmodi eſt le-
gatum portionis hęreditatis, legatum negocij,
menſæ, & legatum hæreditatis Meuianæ. Dif-
326 ferentia autem maxima eſt, inter hæc lega-
torum genera, quia, vbi legatę ſunt res ſingu-
læ, vel vniuerſitates, quarum nomina non in-
cludunt onera, nullis prorſus oneribus ſubij-
ciuntur legatarij, vbi verò vniuerſitas relicta
ſit, cuius nomen includat onera, quia legati ti-
327 tulus, ſui natura, omne onus excludit, l. ſi
hæreditatem, ff. mandati: propterea legata-
rius non ſubſtinet onera ipſo iure, ſed ex con-
uentione hoc modo, videlicet. Aut eſt legata-
rius partiarius, aut non, ſi partiarius, aut lega-
ta eſt partio hæreditatis, aut bonorum, ſi pars
hæreditatis, ex reſcripto D. Adriani, neque fu
neris impenſa, neque pretia manumiſſorum
deducuntur, l. ſi quis ſeruum, §. vltimo, infra
titulo proximo, ad alia autem onera non tene
tur, niſi interponantur ſtipulationes, de qui-
bus in §. ergo, Inſtitut. de fideicomm. hæred.
ſi pars bonorum, quo caſu pariter legatum
partionis eſſe arbitramur, quicquid dicat Cu-
iac. in d. tit. 24. Vlpian. vt mox videbimus, le-
gatarius non ſubijcitur alicui oneri, niſi per
interpoſitionem memoratarum ſtipulationũ,
& liberum, hoc caſu, eſt hæredi, vel æſtima-
tionem illius partis, vel bonorum partem le-
gatario partiario dare, d. l. non amplius, §. vl-
timo, cum l. ſequen. infra eodem. Si verò non
ſit legatarius partiarius, ſed vniuerſitatis, cu-
ius nomen iura actiua, & paſſiua includat, ſi
vult conſequi legatum, præſtare debet cau-
tionem de indemnitate ipſi hæredi, & viciſ-
ſim hæres illi actiones præſtat, & cedit, vt non
obſcurè colligitur ex d. l. cum filius, §. 1. & ex
l. cum pater, §. Menſæ negocium, infra titulo
proximo, & ex his, ni fallor, planiſſima, & ex-
plicatiſſima redditur materia hæc, difficillima
alioqui, & inuoluta.

328 Subſequitur modo ſecunda difficultas,

Digitized by Google

an, ſcilicet legatum partis bonorum ſit legatum portionis, &, in hoc capite, interpretes communiter videntur ire in eam ſententiam, vt non ſit legatum partionis, ita ſentit Bar. ad l. ſi quis ſeruum, in §. vltimo, infra titulo proximo, num. 2. vbi appellat hoc legatum particulare, legatum enim portionis, vniuerſale eſt, ſecundum communes traditiones, non particulare, &; hanc opinionē, expreſsè tenet Aretin. ad §. ſed quia; verſic. poſt quod, Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. & ſequuntur ibi, & alibi DD. communiter, & in primis tenet hanc opinionem Iac. Cuiac. in not. ad Vlpian. in d. titu. 24. verſicu. ſicut ſingulæ, vbi inquit. quòd ſi ita legatum ſit. Bonorum meorum partem tertiam, non eſt partitio. hanc autem opinionem, iuribus, vel rationibus non probat Cuiac. dicens, non affero capita legum, quæ ſunt notiſſima, ego tamen, vno, vel altero argumento, communem hanc ſententiam probabo:

Et primum, quia illud eſt legatum portio-
329 nis, (quod partitio nuncupatur) quod tam
commoda, quàm onera, pro parte, includit, l. ſi
quis ſeruum, §. vltimo, vbi Bart. infra titulo
proximo. Sed legatum partis bonorum, onera
aliqua non includit, l. cum autem, infra titulo
proximo, faciunt l. ſubſignatum, §. bona, & l.
bonorum, infra de verb. ſign. igitur legatum
partis bonorum, partitio, ſiue legatum portio-
nis, non eſt.

330 Secundo, tunc demum; vbi eſſet legata
pars bonorum; diceretur factum legatum
partionis, quando hæres cogeretur cum legatario partis bonorum, hæreditatem ipſam, vel bona partiri, nec audiretur, ſi vellet, partis bonorum legatæ, æſtimationem ſoluere. At neutrum eſt, quia, nec cogitur, hoc in caſu, hæres cum legatario partiri, & auditur, ſi velit æſtimationem præſtare, l. non amplius, §. vltimo, cum l. ſequent. infra eodem, igitur, legatum partis bonorum, partionis legatum dici non poteſt. Corroborantur hæc argumenta, quia, tam Vlpianus in d. tit. 24. quam Theophilus in d. §. ſed quia, Inſtitut. de fideicomm. hæred. afferunt exempla partitionis ſolummodo in legato partis hæreditatis, non in legato partis bonorum.

Ego tamen, legatum quoque partis bonorum, arbitror eſſe legatum portionis, & conſequenter eum, cui pars bonorum legatur, legatarium eſſe partiarium, ad ita ſentiendum adductus, vnica Iuſtiniani auctoritate, nimirum per text. apertum in §. ſed quia hæredes, verſic. poſt quod, Inſtitut. de fideicomm. hæred. Poſt quod ſenatus conſultum, inquit Imperator, ipſe hæres onera hæreditaria ſuſtinebat; ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id eſt, eius legatarij, cui pars bonorum legabatur, quæ ſpecies legati partitio vocabatur, quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Hic text. præterquamquod in terminis, vt vulgo dicunt, probat hanc ſententiam, poteſt duobus modis, pro hac mea opinione, ponderari.

Primum, quia illud ſine dubio eſt legatum
331 partionis, quod partitionis recipit appella-
tionem, &, cuius legatarius, partiarius appel-
latur, vt per Vlpianum in fragment. tit. 24. At
332 legatum partis bonorum, partitionis reci-
pit appellationem, & is, cui bonorum pars le-
gatur, legatarius dicitur partiarius, d. verſ. ſed
poſt, igitur legatum partis bonorum, eſt lega-
tum portionis.

Secundo, quia vbicumque legatarius par-
333 tiebatur, cum hærede hæreditatem, portio-
334 nis legatum habere dicebatur. At is, cui bo-
norum pars legabatur, cum hærede partieba-
tur hæreditatem, vt diſertis verbis dicit Iuſti-
nian. in d. §. ſed quia hæredes, verſ. poſt quod
igitur, legatum partis bonorum, eſt legatum
portionis, & is, cui pars bonorum legatur le-
gatarius partiarius, niſi velimus temere negare, quod apertè Iuſtinianus affirmat.

Non obſtant contraria, & præſertim pri-
335 mum argumentum, quia falſa eſt illius ma-
ior, Legatum enim portionis, non includit onera, repugnant naturæ legati onera, d. l. ſi hæreditatem, ſupra mand. & profectò fruſtra fuiſſent adhibitæ ſtipulationes illæ, de quibus in d. §. ſed quia, inter hæredem, & legatarium partiarium, ſi cum honoribus, & oneribus legatum portionis factum intelligeretur. In hoc ſolummodo conſtituitur differentia, inter legatum portionis hæreditatis, & partis bonorum, quia vbi portio hæreditatis legata eſt, ad precia ſeruorum manumiſſorum, & ad funeris impenſam, quæ ipſo iure minuunt hæreditatem, legatarius concurrere debet, ex reſcripto Diui Adriani, l. ſi quis ſeruum, §. vltimo, infra titulo proximo, vbi verò pars bonorum ſit relicta, etiam funeris impenſa, & precia ſeruorum deducenda ſunt, l. cum autem, infra titulo proximo, nec non, quia, vbi pars hæreditatis legata eſt, præcisè tenetur hæres cum legatario hæreditatem partiri, vbi autem non hæreditatis, ſed bonorum pars, iure legati ſit relicta, in eo ſuccurritur hæredi, poſt Sabinianorum, & Proculianorum cōtrouerſias,

vt

vt hæres ipſe eligat,ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare malit, iuxta dict.l. non amplius,§.vltimo,infra eodem, nec ideo deſinit eſſe legatum portionis, cum legatarius non niſi partem bonorum petere poſſit, & partiatur, niſi malit hæres æſtimationem ſoluere, quam etiam ſoluere cogitur,vbi commodam, bona ipſa,& res,non patiantur diuiſionem,d. §.vlt.in fin.&,ex his,vires etiam ſecundi argumenti eneruantur,& diluuntur.

336 Nunc autem, redeundo ad Bart. concluſiones, & regulas.

Tertia,& vltima eſt.Fideicommiſſa vniuerſalia,non ſunt exæquata legatis ſingularibus, & econuerſo.

Et hæc quoque vera eſt, ſed rationibus ſupra allatis,ſic reformanda.Legata non ſunt fideicommiſſis vniuerſalibus exæquata.

Si quis tamen vellet defendere tres à Bar-
337 tolo propoſitas concluſiones,tamquam veras,& bene conceptas,poſſet conſiderare,non
338 eſſe inconueniens, vt legatum eam recipiat diuiſionem,vt aliquod ſit particulare,aliquod vniuerſale,non quia aliquod reperiatur legatum,quod ſit modus acquirendi per vniuerſitatem,ſed quia aliquod refertur,ad res ſingulas,vel ad vniuerſitates nominatim relictas,vt legatum fundi, veſtis,gregis,peculij, aliquod ad quotam hæreditatis,vel bonorum, vt legatum portionis. quid enim prohibet, vt illud magiſtraliter legatum particulare dicatur, hoc vniuerſale, non quia ſit modus acquirendi per vniuerſitatem, ſed aliam ob cauſam? Qua declaratione ſic ſtante, nihil neceſſe eſt primam,& tertiam Bartoli regulam reformare,& ſecunda veriſſima eſt,& bene concepta. Nam legata vniuerſalia, quæ ad hæreditatē, vel ad bonorum vniuerſitatem referebantur,
339 ſunt exæquata fideicommiſſis vniuerſalibus, quæ nec ipſa ante Senatum Conſultum Trebellianum erant modi acquirendi per vni-
340 uerſitatem, id quod probatur ex eo, quia olim legatum totius hæreditatis non valebat, vt ſupra latè deduximus,& non obſcurè colligitur ex l.Mater,in §.fin.infra ad Senat.Conſult.Trebellian.hodie autem,ſublata differentia verborum,per l.2. C.communia de legat. valet in vim fideicommiſſi, vt admittebamus etiam ſupra in Rubrica, dum de verbo lego,
341 ad vniuerſitatem bonorum relato differebamus. Legatum quoque portionis, quod olim, niſi interponebantur ſtipulationes, de quibus in d. §.ſed quia hæredes,cum ſequentibus,&,citra conuentionem,erat ſine onere, hodie,cum,ſublata verborum differentia,habeat vim fideicommiſſi, ſine ſtipulationum reprobatarum interuentu,onera includit,& cum fideicommiſſo partis hæreditatis identificatur, & hoc quoque modo contraria inter legata,& fideicommiſſa dirimuntur, & legata fideicommiſſorum naturæ aggregantur benigniori,iuxta admonita per Iuſtinianum, in ſæpius repetita l.2. C.communia de legat. quæ non de fideicommiſſis ſingularibus tantummodo loquitur, ſed generaliter de fideicommiſſis. Hoc enim erat contrarium,inter legata,& fideicommiſſa,vt totius hæreditatis vniuerſale legatum non valeret,totius autem hæreditatis fideicommiſſum fieri poſſet, hodie autem legatum quoque totius hęreditatis aggregatur fideicommiſſorum naturæ, & valet in vim fideicommiſſi,ob ſublatam verborum, & formarum differentiam.Hoc etiam erat cōtrarium inter fideicommiſſum, & legatum portionis, vt legatum,citra conuentionem, per memoratas ſtipulationes, nullum onus, vel non omnia includeret,d.l.ſi quis ſeruum, §.vltimo,iuncta l.ſequen.& §.ſed quia hæredes, Inſtitut.de fideicomm.hæred. fideicommiſſum autem ſine ſtipulationibus,virtute Senat.Conſult.Trebellian.includeret, hodie autem legatum quoque portionis, fideicommiſſi naturę benigniori aggregatur,&,citra captioſas ſtipulationes,onera,pro rata,continet, ita vt amplius inter fideicommiſſum, & legatum portionis, non ſit differentia. Nec dicas cum Alexan.Turamin.in ſuo lib.ſingulari, de exæquat.legatorum, & fideicomm.cap.2.num.5. nihil reperiri immutatum circa legatum portionis,quia ſatis reperitur mutatum,cum ſtipulationes, quæ interponebantur, tamquam captioſæ fuerint exploſæ,& differentia verborum, quibus concipiebantur legata, & fideicommiſſa,ſit omnino ſublata.Accedat etiam, quòd Iuſtinianus,& Theophilus,in titulo,Inſtitut.de fideicomm.hæred.loquuntur de legato portionis, tamquam de legato, quod olim in vſu fuerit, quaſi hodie locum amplius non habeat.

Quicquid ſit,quia ex his,quæ hactenus dicta ſunt,liquido conſtat, legata, quæ particularia à Bart. & ab alijs appellantur, non eſſe, fideicommiſſis vniuerſalibus æquiparata, opportunè, quarto loco, principaliter quærebamus,quibus nominibus inter ſe differrent.

Dicimus ergo nos, quatuor potiſſimum no-
342 minibus inter ſe differre legatum ſingularum rerum,à fideicommiſſo vniuerſali,nomine nimirum,natura,obiecto,& effectu.nomi-
343 ne, quia hoc legatum, vel ſingularum rerum

rum fideicommiſſum appellatur, vt colligitur
ex l.2. C.communia de legat. illud autem fi-
deicommiſſum vniuerſale, fideicommiſſaria
hæreditas, ſubſtitutio fideicommiſſaria, &
reſtitutio, vt patet ex titulo, Inſtitut.de fidei-
comm.hæred. ex titulo, C.de inſtitut.ſubſti-
344 tut.& reſtit.& omnes admittunt. Differunt
etiam natura, quia legatum eſt modus acqui-
rendi titulo particulari, vt docuimus ſupra ad
Rubr.huius tituli, in 6.quæſtio.principe, per
text.in §.vltimo, Inſtit.per quas perſonas no-
bis acquiritur, & per princip.Inſtitut.de legat.
Fideicommiſſum autem vniuerſale, eſt mo-
dus acquirendi titulo vniuerſali, vt colligitur
ex d.§.vltimo, & ex titulo, Inſtit.de fideicom-
345 miſ.hæreditatibus. Obiecto etiam differunt,
& materia circa quam, quia legatum, non niſi
de rebus particularibus fit, & de vniuerſitati-
bus facti, & de portione hæreditatis, vt patet
ex toto titulo, Inſtitut.de legat. & de ſingulis
rebus per fideicommiſſum relict. nec non ex
l.mulier, §.vltimo, infra ad Sen.Conſult.Tre-
bellian. Fideicommiſſum autem vniuerſale,
non niſi de vniuerſitate iuris, hoc eſt de tota
hæreditate, vel parte, toto titulo, Inſtit.de fi-
deicomm.hæred.& habetur in titulis, ff.& C.
ad Senat.Conſul.Trebellian. Effectu quoque
346 differunt in quampluribus, de quibus om-
nibus ſigillatim non agam, ſed de aliquibus
dumtaxat, adhibitis etiam diſputationibus,
vbi opus fuerit.

Primum igitur differunt effectu, quatenus
347 legatarij non poſſunt compellere hæredem
grauatum adire hæreditatem, neque fideicō-
miſſarij particulares, §.quantitas, verſic.ex di-
uerſo, Inſtitut.de lege Falcid. etiam ſi velint
hæredi de indemnitate cauere, l.numquid, §.
vltimo, infra ad Senat. Conſult. Trebellian.
348 Fragile enim, & periculoſum dicitur reme-
dium cautionis, l.qui ita, §.1. vbi gloſ. eodem
titulo, facit l.pupilli, ſupra quod cum falſo tut.
& cap.accedens, 2. extra, vt lite non conteſt.
quibus addo ego text.in §.vltimo, Inſtitut.de
ſuſpect.tut.idem eſſe ſcribit Ripa hic num.31.
ſi legatarius offerat pignora, cum non tenea-
tur hæres inuitus ſuſcipere eorum cuſtodiam.
Vniuerſales autem fideicommiſſarij poſſunt,
l.ſi quis omiſſa, §.vltimo, ff.ſi quis omiſ.cauſa
teſtament.§.ergo, verſic.ſed ſi recuſabar, In-
ſtitut.de fideicomm.hæred. tradunt gloſ.&
Bart.hic, num.8. & ſequuntur DD.commu-
niter, & hoc verum eſt, etiam in fideicommiſ-
ſario, cui ſit relicta pars hæreditatis, cum &
ipſe poſſit compellere hæredem grauatum
adire ſuo periculo, & totam reſtituere, l.cogi,
§.ſi quis hæres, infra ad Senat.Conſult.Tre-
bellian. tradit, poſt Iaſ.Soc.Iun.hic, nu.212.
cum ſequentibus. Ratio autem differentiæ po
teſt eſſe multiplex, & vltra eam, quam reddit
349 Bart.hic, nu.8.ver.vera differentiæ ratio, di
350 cimus nos, hoc vſu venire, quia hęc virtus,
vt fideicommiſſarius vniuerſalis poſſit com-
pellere hæredem grauatum, ad adeundam hæ
reditatem, & reſtituendam, eſt Senat.Conſul
ti Pegaſiani, tributa Senat.Conſult.Trebel-
liano, d.§.ergo, verſic.ſed ſi recuſabar, iuncto
§ ſed quia, eodem titulo, Inſtitut.de fideicom
miſſ.hæred. Legata autem non præſtantur ex
S.C.Trebelliano, l.mulier, §.vltimo, infra ad
S.C.Trebell.

Ex hac differentia inferunt DD.ad plura,
verum quia parum ad rem ficiunt, venio ad
alias differentias.

351 Secunda igitur princeps differentia, quo
ad effectum, eſt, ſecundum Dyn. quem refert
idem Bart.hic num.8. verſ.addit Dyn. aliam
differentiam, quia dominium rei legatæ tran-
ſit in legatarium, recta via l.legatum ita, infra
tit.prox.l.à Titio ff.de furt.in fideicommiſſa-
ſarium autem vniuerſalem, non ante factam
reſtitutionem. l.reſtituta ff.ad S.C.Trebell.

Verum, quia damnat Bart. hanc differen-
tiam, propterea, pro explicatione eorum, quæ
ab eodem Bart.tanguntur, occaſione huius
differentię, vt diſtinctè procedamus, tres pro-
pono diſcutiendos articulos.

Primus erit, An vera ſit differentia.

Secundus, An quemadmodum à teſtatore
in legatarium, ipſo iure tranſit, & recta via, do
minium, ita etiam tranſeat recta via, de pri-
mo legatario, in ſecundum, ſi à primo ſit le-
gatum.

Tertius, & vltimus, An ius, quòd legatur,
tranſeat recta via in legatarium, vbi tacitum
factum ſit legatum.

Quod attinet ad primum, omiſſa diſputa-
tione, concludo contra Bart. veriſſimam eſſe
Dyni differentiã, quam communiter appro-
bant DD. hic, &, differentiæ rationes, quam-
plurimæ afferuntur, ab Imola, ab Aretino, à
Ruino, & ab alijs, vt latè per Soc.Iun. hic nu.
223.cum ſeqq.inter quas Aretini ratio vide-
352 tur probabilior. Ego autem addo etiam a-
lias, quarum vna poteſt eſſe, quia, cum fidei-
commiſſum vniuerſale, non fuerit compræ-
henſum exæquatione, de qua in l.noſtra, & in
l.2.C.communia de legat.quæ exæquationes
ſolummodo ad particularia relicta referun-
tur, non potuit, vniuerſale fideicommiſſum,
effectum hunc tranſitus dominij recta via, à
legati

Digitized by Google

legati natura accipere, & quatenus legatum aliquod, ſi quod fuit, vniuerſale, vt de legato portionis dicunt, fuerit fideicommiſſo exæquatum, non ſuum effectum tribuit fideicommiſſariæ hæreditati, ſed vt contrarietas dirimeretur; legatum ipſum fuit fideicommiſſo, quaſi humaniori, aggregatum, vt ſupra dicebamus, per tex. in d.l.2. C. communia de leg. in verſic. Vbi autem aliquid contrarium. Præ-
353 terea, ratio differentiæ poteſt eſſe, quia legata, vel fiunt verbis directis, propria vi ſignificantibus tranſitum iuris recta via, de teſtatore, in legatarium, vel verbis obliquis, in relictis particularibus, eandem vim habẽtibus, ob ſublatam differentiam in d.l.2. C. communia de legat. Fideicommiſſa autem vniuerſalia, fiunt ſolummodo verbis obliquis, quę non ſunt apta, ad ſignificandum dominij trãſitum ſine medio; etenim, in relictis vniuerſalibus, cuiuſmodi ſunt directæ, & obliquæ ſubſtitutiones, ſeu fideicommiſſariæ, non ſunt confuſæ formæ, neque ſublata eſt differentia verborũ, vt ſentit etiam Bar. ad l. Centurio, ff. de vulgar. & pupillar. num. 18. alioquin perperam fierent à DD. ad l. præcibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. & ad d.l. Centurio, tam ſubtiles, tam prolixæ, & perplexæ, de verbis, directis, obliquis, & communibus, diſputationes. Ac-
334 cedat etiam, quod non expedit fideicommiſſario vniuerſali, vt in eum transferatur dominium rerum, vniuerſali fideicommiſſo, relictarum, cũ oneribus hæreditarijs, quæ ad ipſum in totum pertinent, vel pro rata, anteaquam, ipſi volenti, & petenti, fideicommiſſum præſtetur, & vt tranſeat ſine onere, æquitati repugnat, & non expedit hæredi grauato. Rei autem legatæ dominium, quod eſt ſine onere, expedit legatario, vt in eum, recta via, tranſeat, & ipſo iure, vt, per actionem etiam in rem, poſſit rem legatam petere.

355 Hæ ſunt rationes & aliæ ſimiles, quæ poſſent excogitari, ob quas factum eſt, vt in fideicommiſſarium vniuerſalem, ante reſtitutionem hæreditatis, dominium recta via non tranſeat, non autem, quia res hæreditariæ, per fideicommiſſum, non principaliter, ſed in conſequentiam relinquantur, vt Bart. comminiſcitur. Hæc enim ratio, ſi valeret, nec gregis, vel armenti, aut peculij, vel hæreditatis fraternæ, aut Meuianæ legato, capitum animalium, ſeruum peculiarium, vel Meuianæ, & fraternæ hæreditatis rerum hæreditariarũ, quaſi in conſequentiam relictarum, in legatarium transfiret recta via dominium, quod tamen falſum eſſe conuincitur ex l. grege autem legato, infra titulo proximo, ex l. ſi peculium, 1. in princip. infra de pecul. legato, & ex l. cum filius, §. Lucio, infra titulo proximo, vbi Bart. id quod etiam DD. hic animaduertunt. Nec facit negocium, l. ſeruum filij, in fine, infra eodem, per Bart. allegata, quia procedit in longe diuerſis terminis, vt rectè obſeruat Ripa hic, num. 33. & nos infra opportunius explicabimus.

356 Venio nunc ad ſecundum articulum, & quęro, vna cum interpretibus, An dominium rei legatæ à legatario, recta via, tranſeat, à primo legatario, in ſecundum.

Sunt, in hac iuris controuerſia, contrariæ opiniones, altera eſt negatiua, quam probauerunt Bald. Caſtr. & Corn. ad l.2. C. communia de legat. Imol. ad l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, infra titu. prox. ſequuntur hic Alex. nu. 28. Iaſ. nu. 87. & Hieron. Torniell. nu. 62. pluribus moti.

357 Et primum, per tex. in l. Imperator, in princip. infra titulo proximo, & per l. ſi legatarius, infra de legat. 3. ex quibus ſic poſſumus ratiocinari. Tunc demum in ſecundum legatarium diceretur feciſſe tranſitum dominium rei legatæ à primo legatario, quando, aduerſus primum legatarium, illi rei vendicatio competeret, ad petendam rem legatam, argumento l. in rem, ſupra de rei vendic. & §. omnium, Inſtitu. de act. At, ſecundo legatario, anteaquam fiat ceſſio actionum à primo, actio aliqua non competit, d.l. Imperator, in princip. & d.l. ſi legatarius. igitur ante reſtitutionem, vel ceſſionem, dominium ipſo iure, & recta via, ſine medio, non eſt in ſecundum legatarium tranſlatum.

358 Secundo, quia, ſi de primo legatario, in ſecundum, dominium rei legatę, recta via, tranſiret, ante factam præſtationem, ſequeretur illud incommodum, vt duo domini in ſolidum eiuſdem rei, & eodem tempore darentur, primus nimirum legatarius, qui, ſine controuerſia, fit, recta via, rei legatæ dominus, l. à Titio, ff. de furt. l. legatum ita, infra titulo prox. & ſecundus, ſed hoc conſequens eſt falſum, l. ſi vt certo, §. ſi duobus, ff. commodati, ergo falſum eſt etiam antecedens.

359 Tertio, ad mentem Caſt. ad d.l.2. C. communia de legat. ſic ratiocinamur. Si, immediatè, & recta via, dominium rei legatę tranſiret, de primo legatario, in ſecundum, ſequeretur illud incommodum, vt dominium in primo eſſet inutile, & momentaneum, ſed hoc non eſt admittendum, cum acquiſitio inutilis, & momentanea non admittatur, l. vltima, C. de

bonis,

bonis, quæ liberis, l.qui ſic, infra de ſolut. §.
360 illud. Inſtitut.de rerum diuiſ. Ars enim, & natura nihil operantur fruſtra, l.qui bis idem, infra de verb.oblig.igitur nec illud eſt admittendum, vnde hoc ſequitur.

Quarto ponderatur text. in l. ſi quis vſumfructum, infra de vſufruct.legar. vbi alicui fuit relictus fundi vſusfructus, qui fuit rogatus, vt illum alteri reſtitueret, & reſtituit, inducendo illum in fundum, fruendi cauſa, deinde mortuus eſt, vel capite minutus, dubitatur, an vſusfructus, per mortem primi vſufructuarij, ſit extinctus, vel remaneat in ſecundo, quaſi in illum fuerit tranſlatus, & concluditur remanere vſumfructum apud ſecundum, perinde ac ſi ei, cui ex fideicommiſſo reſtitutus eſt, legati iure, acquiſitus fuiſſet. poteſt ergo hic text. ſic induci. Si res, à legatario relicta, acquireretur ei, cui relicta eſt, ipſo iure, & recta via, nihil neceſsè eſſet, vt legatarius, à quo relictus eſt vſusfructus, induceret illum in fundum, fruendi cauſa, Sed neceſsè eſt, vt primus legatarius vſusfructus, inducat ſecundum in fundum, fruendi cauſa, vt patet in d.l. ſi quis vſum fructum. igitur ſecundo legatario, ipſo iure, & ſine facto primi, rei relictæ dominium non acquiritur.

Quinto, & vltimo ad mentem Torniel. hic, num. 62. Si ſecundus legatarius fieret dominus ipſo iure, ante rei legatæ præſtationem, profectò dominium ipſum, aut à teſtatore, aut à primo legatario haberet, ſed neutrum dici poteſt, igitur, non ipſo iure, ante præſtationem rei legatæ, fit dominus ſecúndus lega
361 tarius. Non poſſumus dicere ſecundum legatarium habere à primo, cum primus legatarius, ſine facto, & conſenſu ſuo, rei ſuæ dominium in alium, non transferat, §. per traditionem, Inſtitut. de rerum diuiſ. Nec poſſumus dicere habere dominium à teſtatore, quia tūc neceſsè eſſet, vt teſtator ademiſſet à primo, ad hoc, vt ad ſecundum tranſtuliſſet. l. ſicut in annos, & ibi notatur. ff. de ademen. legat. l. ſi plu
362 ribus, vbi Iac. infra eodem. l. ſi fortidianum, C. eodem. legatum enim, factum vni, ſub commemoratione primi, tollit primum, dictis iuribus. Quapropter tunc non eſſet ſecundus legatarius, ſed primus, cui non à legatario, ſed ab hærede, facta tranſlatione, legatum eſſet.

In contrariam ſententiam iuit Dyn. ad l. vnum ex familia, in §. ſed ſi vno, infra titulo proximo, & eandem tenuerunt gloſs. & Bart. ad l. 2. C. communia de leg. ſecuti ſunt etiam nonnulli recentiores hic, & in primis Ripa, num. 34. Iac. de Nigr. num. 58. Ioannes Crot. num. 35. & Ioan. Bolognet. num. 211. in fine, vbi teſtatur eandem opinionem firmaſſe Alciatum, teſtans etiam communem eſſe. & huic ſententiæ ego quoque ſubſcribo. (omiſſis leuioribus, adductis hic per eundem Ioan. Bolognet. nu. 211. verſiculo vnde, gloſſ.) vnica, ductus ratione, petita à l. 1. C. communia de legat. Vbi Imperator, poſtquàm declarauit, ex quocumque genere legati, & fideicommiſſi, competere triplicem actionem, realem, nimirum, perſonalem, & hypothecariam, addit eiuſmodi verba. & hæc diſpoſuimus, non tantum ſi ab hærede fuerit legatum derelictum, vel fideicommiſſum, ſed etiam ſi à legatario, vel fideicommiſſario, vel alia perſona, quam grauare fideicommiſſo poſſumus, fideicommiſſum cuidam relinquatur, quibus ex verbis, relatis ad id, quod ſuperius generaliter dictum eſt, non obſcurè colligitur, ſecundo quoque legarario, vel fideicommiſſario competere, ad petendum legatum, vel fideicommiſſum, etiam actionem rei vendicationis, quod cum ita ſit, licet nobis, inſolubili hoc
363 argumento, ſententiam hanc probare. In quemlibet, qui rem legatam, actione in rem, petere poteſt, neceſsè eſt, vt ipſo iure, & ante rei legatæ præſtationem ſit dominium tranſ
364 latum, argumento l. in rem, ſupra de rei vendic. & §. omnium, Inſtitut. de act. Sed, & is, cui à legatario legatum eſt, petere per rei vendicationem, poteſt rem legatam, igitur cogimur fateri, in neceſſariam antecedentiam, dominium in eum recta via, ante præſtitam rem legatam, ipſo iure tranſitum feciſſe.
365 Non obſtant contraria, & præſertim primum argumentum, petitum à d. l. Imperator, quia vēdicat ſibi locum de iure Digeſtorum, quo tempore legari à legatario non poterat, vt ſupra concludebamus, per text. in §. 1. Inſtitut. de ſingul. rebus per fideicommiſſ. relict. Sed fideicommitti dumtaxat. in fideicommiſſarium autem, de quo loquitur ille text. ſiue à legatario præſtandum fuiſſet, ſiue ab hærede, præſtatione rei relictæ non facta, dominium non tranſibat, ante factam exæquationem per Iuſtinianum, in d. l. 2. C. communia de leg. & propterea opus erat ceſſione actionum, ſecus autem hodie, per dd. ll. 1. & 2. C. communia de legat.
366 Nec facit negocium, ſecunda ratio, ad mētem Alexand. & aliorum, propterea quod regula illa, quæ habet duo domini in ſolidum vnius, & eiuſdem rei eſſe non poſſunt, vendicat ſibi locum, in dominio naturali, & iuriſgētium,

tium, vero, & naturali, nõ autẽ in dominio fi-
cto, & ciuili, cuiuſmodi eſt illud, quod ipſo iu-
re, ante rei præſtationem, ad legatarium tran-
ſit, quod, porius quàm verum dominium, po-
tentia quædam eſt, & facultas ad verum, &
actuale dominium conſequendum, hinc, ſi
367 duobus eadem res legata eſt inſolidum, v-
nuſquiſque ciuiliter eſt dominus, ita vt, per
rei vendicationem, rem integram petere poſ-
ſint, quæ tamen ſcinditur, quo ad dominium
actuale iuriſgentium, vtroque ad legatum
concurrente, §. ſi eadem res duobus, Inſtitut.
de legat. tradunt DD. ad l. re coniuncti, infra
de legat. 3. Præterea, quando dicta regula ven
dicaret ſibi locum, etiam in dominio ciuili, ve-
niret limitanda, iuxta tradita per DD. ad l. 3.
in §. ex contrario, infra de acquirend. poſſeſſ.
vt, ſcilicet locum non haberet diuerſo reſpe-
ctu, quapropter, cum, in caſu noſtro, in quo v-
368 no reſpectu eſt dominus in ſolidum primus
legatarius, nimirum per prius, & reuocabili-
ter, altero autem reſpectu, ſecundus, qui do-
minus eſt per poſterius, & irreuocabiliter, li-
cet enim ſimul tempore domini in ſolidum ef-
369 ficiantur, ordine tamen intellectus, & prio-
ritate naturæ, de qua per Ariſtot. in prædica-
ment. tract. 3. cap. 2. & 3. prius efficitur domi-
nus primus legatarius, poſteà verò ſecundus,
& huius naturæ prioritatis, & poſterioritatis,
rationẽ etiam in iure noſtro haberi, docet eru
ditè, & egregiè Bald. noſter ad l. 1. ſupra de iu-
ſtitia, & iure, num. 8. ad princip. Inſtit. eodem,
num. 2. & ad l. Aretuſa, ff. de ſtatu hominum,
num. 2. & 8. quamobrem, cum non omnino ſi-
mul ſint domini in ſolidum eiuſdem rei, pri-
mus legatarius, & ſecundus, in caſu noſtro, ſed
ſucceſſiuè, ſaltem inſpecta prioritate naturæ,
& ordinis intellectus, ſilet regula, d. l. ſi vt cer-
to, §. ſi duobus, ſupra commod.

Tertium quoque, ad mentem Pauli Ca-
ſtrenſis, argumentum facilè ſolui poteſt, de-
370 claratione, & limitatione minoris propoſi-
tionis, nam, tunc demum non admittitur, &
non attenditur momentanea acquiſitio, quan
do actu, & potentia eſt momentanea, & inuti-
lis, ſecus autem, quandò ſaltem in potentia eſt
duratura, vt in caſu noſtro, ſecundo, ſcilicet le-
gatario repudiante, vel facto incapaci, vt ſen-
tit Socin. Iun. hic num. 235. & tradidimus e-
tiam nos, ex ſententia Petri Criſpi, ad Rubr.
ſupra eodem.

Quartum autem argumẽtum, de d. l. ſi quis
371 vſumfructum, leuiſſimum eſt, loquitur enim
lex illa de fideicommiſſario, cui, à legatario,
vſusfructus, per fideicommiſſum præſtandus,
ſit relictus, non de ſecundo legatario, in fidei-
commiſſarium autem, eo iure, ſine dubio, ius
rei relictę, recta via, non tranſibat, ante factam
per grauatum præſtationem, vt mox ſupra di-
cebamus.

Facile etiam ſoluitur argumentum Tor-
372 nielli, quinto loco allatum, licet inſolubile
à ſuo auctore appelletur. Nam reſpondemus,
dominium ciuile rei legatæ, de quo agimus,
ex voluntate teſtatoris, ſine aliqua ademptio-
ne, feciſſe tranſitum, ab eo, in primum legata-
rium, & à primo legatario, in ſecundum; vo-
luit enim teſtator ſeruari ordinem ſucceſſi-
uum inter iſtos legatarios; abſque eo, quòd
fieret aliqua ademptio à primo, quem graua-
uit, vt daret ſecundo, hinc, ſecundo repudian-
te, res legata, non ad hæredem pertinet, ſed
ad primum legatarium, cui expedit, hanc ob
cauſam, potius grauatum eſſe, vt reſtituat al-
teri, quàm factam eſſe ademptionem, ſeu trãſ-
lationem. Aliud eſt enim legatum de vno ad
alium transferre, Aliud primo legatario alte-
rum ſubſtituere; primo enim caſu, impeditur
acquiſitio in primo legatario (tacto, per adem
ptionem illius, legato inualido) ita, vt, ſi ſecun-
dus legatum non capiat, ad hæredem perti-
neat; ſecundo autem caſu, poſtquam primus
acquiſiuit, & conſequenter primum legatum
effectum habuit, ordine ſucceſſiuo vocatur le-
gatarius ſecundus; quo non capiente, apud
primum legatarium, cui ſecundus eſt ſubſtitu
373 tus, remanet legatum, &, in hoc, confunden
do terminos, deceptus eſt Torniellus, doctus
aliqui, & ſubtiliſſimus iuris noſtri interpres.

374 Supereſt modo tertia, & vltima inſpectio.
An, ſcilicet, vbi tacitè quid, & in conſequen-
tiam legatum ſit, dominium, vel aliud ius, re-
cta via, & ipſo iure, in legatarium tranſeat.
Et, in hac quoque iuris controuerſia, ſunt con
trariæ DD. opiniones, quarum altera eſt affir-
matiua, quam tenet Cuman. quem refert, &
ſequitur Socin. Iun. ad l. ex hac ſcriptura, ff. de
donat. num. 8. & idem videtur ſentire hic, nu.
217. & hanc opinionem ſequuntur etiam hic
Imol. Alex. & Aret.

Primum per d. l. ex hac ſcriptura, de donat.
ſic ratiocinando, quælibet diſpoſitio, verbis
enunciatiuis concepta, vt diſpoſitio, tacita eſt,
non autem expreſſa, licet, vt enunciatum, &
narratum, ſit expreſſum, cum verba enuncia-
tiua expreſsè enuncient, non autem diſponãt,
niſi tacitè, & aliqua concurrente coniectura,
l. ex his verbis, C. de teſtament. milit. gloſ. eſt
in l. 1. C. quando non pet. part. faciunt cap. au-
ditis, de elect. & cap. 2. de dolo, & contum. At

ex diſpoſitione,& legato,reſultante ex verbis
enũciatiuis,dominium tranſit recta via in ho-
noratum, & legatarium,l.ex hac ſcriptura,in-
fra de donatio. vbi notat,poſt Cuman.Socin.
Iun.num.8. igitur etiam,vbi tacitum factum
eſt legatum,tranſit rei legatæ dominium, à te-
ſtatore,in legatarium,ipſo iure,& recta via,
ante factam rei legatæ præſtationem.

376 Secundo adducitur text.in l.ſi fundum,
§.qui fundum, infra eodem, vbi teſtator ali-
cui fundum legauit, excepto ædificio, &, ſi
per ædificium intellexit ſuperficiem,& ſolum,
quod in dubio intellexiſſe præſumitur, fun-
dus, excepta villa, vendicari poterit, & ſerui-
tus ipſo iure villæ debebitur, quæ, cum ita
ſint, poſſumus, per hunc text. hoc pacto, pro
communi opinione,ratiocinari. Niſi ex tacita
quoque diſpoſitione, & legato, recta via, &
ipſo iure,in honoratum,& legatarium ius trã-
ſiret,in propoſita facti ſpecie,vbi nulla de ſer
uitute facta eſt mentio, ſed venit in neceſſa-
riam conſequentiam, vt patet, non ipſo iure,
ſeruitus deberetur, ſed debetur ipſo iure, vt
diſertis verbis affirmat Iulian.I.C. in d.l.ſi fun
dum,in §.qui fundum.igitur,ex tacita quoque
diſpoſitione,& ex tacito legato,ius,recta via,
tranſit in legatarium.

Tertio adducitur text. in l.ſi peculium, 1.
377 in princip.infra de pecul.legat.qui ſic poteſt
induci. Vbi peculium legatur, corpora, & res
peculiares, de quibus mentio facta non eſt,
non niſi tacitè, & in conſequentiam intelli-
guntur legatæ, vt ſentit Bart.hic num.8. Sed
378 rerum etiam peculiarium, & corporum, in-
telligitur in legatarium tranſlatum dominiũ,
cum poſſit illa vendicare, d.l.ſi peculium, in
prin. igitur etiam per legatum tacitum,tranſ-
fertur rei legatæ dominium,ipſo iure, & recta
via,in legatarium.

Quarto, per quodlibet legatum transfer-
379 tur dominium recta via,& ipſo iure,in lega-
tarium, pro quo competit actio in rem, argu-
mento l.in rem, ſupra de rei vendic. & §.om-
nium,Inſtitut.de act. Sed pro omni genere le-
gatorum competit actio rei vendicationis,l.1.
C.communia de legat. & ſic etiam pro lega-
to tacito, omne enim qui dicit,nihil excludit,
l.Iulianus, in princip.infra de legat.3. igitur,
etiam per legatum tacitum,tranſit, recta via,
dominium,& ipſo iure,in legatarium.

Quinto,& vltimo,Taciti,& expreſſi par eſt
380 virtus,vulgata l.cum quid,ſupra ſi certum
petatur. ſed expreſſi legati virtus ea eſt,vt per
illud tranſeat dominium recta via, & ipſo iu-
re,à teſtatore,in legatarium,l.legatum ita, in-
fra de leg.2.l.à Titio,ff.de furt.igitur eandem
virtutem transferendi ipſo iure dominium,ha
bet etiam legatum tacitum.

In contrariam tamen opinionem iuit Iac.
de Aren. ad l.ſeruum filij, in §.vltimo, infra
eodem,quem refert,& ſequitur ibi Bar.num.
2. vbi eandem tenent etiam Bald.Angel.Flor.
Caſtr.& Alexand.ſibi contrarius,& hanc ean
dem ſententiam,ſibi ipſi conſtans,probat Bar
tol.hic num.8. quam videtur ſequi etiam Iaſ.
num.84.cum ſequen.& hæc eſt communis o-
pinio, vt de communi teſtatur Socin.Iunior.
num.216.

Fundamentum autem vnicum huius com-
381 munis opinionis eſt in l.ſeruum filij, in §. vl-
timo, infra eodem,& in l.damnas eſto,in §. 1.
infra de vſufruct.legat. quibus in iuribus,qui-
dam,cum duos fundos vicinos haberet, alte-
rum ex fundis,vni legauit, alterius autem v-
ſumfructum alteri,ſed vſusfructuarius,ad fun
dum aliunde viam non habebat,quã per fun-
dum alteri legatum, quærebatur, an fructua-
rio ſeruitus deberetur,& reſpondetur affirma-
tiuè, & propterea non aliter concedendum
eſſe legatario fundum vendicare, niſi prius
tranſeundi ius vſufructuario præſtet,hæc cum
ita ſint, ſic poſſumus communem hanc ſen-
tẽtiam comprobare. Si per legatum tacitum,
ius,recta via,& ipſo iure,in legatarium tran-
ſiret,ſeruitus viæ,tacitè,& in neceſſariam con
ſequentiam legata vſufructuario, qui aliunde
aditum non habebat, ipſo iure, intelligeretur
conſtituta, non autem veniret facto alterius
legatarij conſtituenda,& præſtanda. At non
ipſo iure conſtituta intelligitur ſeruitus, &
non ipſo iure, & recta via, ius tranſeundi, in
vſufructuarium tranſit, ſed illud præſtare is,
cui alter legatus eſt fundus,compellitur, igi-
tur,per tacitum legatum,non tranſit recta via
ius in legatarium, quemadmodum per lega-
tum expreſſum.

Non faciunt negotium adducta in contra-
382 rium argumenta, & præſertim illud, quod
petebatur ex l.ex hac ſcriptura,de donat.pri-
mum,quia,per ſcripturam,de qua ibi,non in-
ducitur legatum, ſed donatio inter viuos, vel
donationis inter viuos anteà factæ, probatio,
vt patet ex illis verbis. viuum donaſſe; præte-
383 rea, non poteſt dici omnino tacita diſpoſi-
tio, quæ verbis ènunciatiuis eſt expreſſa, &
384 declarata, tacitum enim omnino eſt, quod
nullo modo verbis expreſſum eſt, ſed venit
per interpretationem mentis, aliunde, quàm
ex verbis ſumptam, argumento eorum, quæ
tradunt Bart. & DD. ad l.1. & 2. ſupra de
vul-

vulgar. & pupillar. faciunt tradita per Bart. ad l. vxorem, in §. agri plagam, infra de legat. 3. & ad l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, infra eodem.

385 Accedat etiam, quòd, ſi per dictam ſcripturam admitteremus inductum eſſe legatum tacitum, quod ego numquàm admitterem, nihilominus, leuiſſimum eſſet argumentum, quia ibi non dicitur dominium tranſire ad illos libertos legatarios, ſed ad eos pertinere, quod aliud eſt.

Nec facit ad rem ſecundum, petitum à d. l.
386 ſi fundum, in §. qui fundum, quia d. tex. non loquitur de legatario, ſed de hærede, apud quem remanet villa excepta à fundo legato, vna cum iure ſeruitutis itineris, quod ipſo iure intelligitur conſtitutum, ad fauorem hæredis, quando legatum fundum præſtat, quemadmodum ipſo iure remanet vſusfructus, apud eum, qui fundi proprietatem tradit.

Nec facit negocium tertium, de d. l. ſi pecu
387 lium, quia rés contentæ in peculio, ſunt expreſſæ, ſaltem in genere, quod ſatis eſt ad inducendum legatum expreſſum, dum igitur legatur peculium, non tacitè, & in conſequentiam, ſed expreſsè legantur rés peculiares, quæ, no-
388 mine illo collectiuo, ſignificantur, & exprimuntur, cùm res peculiares ſimul ſumptæ, & aggregatæ, ſeparatim à rationibus dominicis, idem prorſus ſint, cum peculio. cum igitur ſatis ſit expreſſum, quod continetur ſub generalitate verborum, vt, ex Bart. ad l. prætor ait, in princip. infra de noui operis nunciat. docet Iaſ. hic nu. 85. non poſſumus dicere, eum, qui peculium legat, tacitè res peculiares legare, quæ, ſub verbo generali, & collectiuo peculij, continentur.

Nec obſtat quartum, quod nitebatur au-
389 ctoritate, l. 1. C. communia de legat. quia, ſi referatur ad ius Digeſtorum, non poteſt ſua generalitate comprehendere legatum taci-
390 tum, quia, ante Iuſtinianum, non dabatur, cum forma illius conſiſteret in verbis ciuilibus, ſine quibus, nutu, vel alio modo fieri non poterat, vt non obſcurè declarat Vlpian. in fragment. tit. 24. de legat. & eſt text. in l. nutu, infra de legat. 3. Si verò referatur ad ius nouiſſimum, quo repleta eſt natura legatorum, quæ ſtrictè concludebatur, natura pinguiori ipſorum fideicommiſſorum, ita vt hodie etiã tacitum relictum poſſit habere vim legati, facilè admiſerim, etiam per legatum tacitum, ius recta via in legatarium tranſire.

Nec obſtat regula, l. cum quid, ff. ſi certum
391 pet. quia locum habet in his, in quibus expreſſio non eſt de forma actus, ſed olim, in legatis, expreſſio erat de forma, & propterea tacitæ diſpoſitiones, vim fideicommiſſi, non legati habebant, non eſt, ergo mirum, ſi ius, recta via, non tranſibat, quod tamen iure nouiſſimo, quod etiam legatum tacitum admittit, quo minus tranſeat, nihil eſſe impedimento arbitror.

392 Et propterea, vt etiam in hac iuris controuerſia diuerſæ concilientur opiniones, & contraria omnia diluantur, breuis hæc adhibenda eſt diſtinctio. Aut dubitamus de legato non omnino tacito, quia, ſcilicet ſit expreſſum ſaltem in genere, aut de legato, & relicto omnino tacito. Primo caſu, indiſtinctè concludendum eſt, eam habere vim, vt recta via ad legatarium ius, & dominium transferat, & tranſmittat, &, in his terminis, locum ſibi vendicat; l. ſi peculium, 1. in princip. infra de pecul. legat. & l. cum filius, §. Lucio, infra titulo proximo, peculium enim, & hæreditatem fraternam legans, generali ſaltem, & collectiuo nomine, res peculio, & hæreditate contentas, exprimit. Secundo autem caſu, rurſus diſtinguendum eſt, quia, aut loquimur ante factam, per Iuſtinianum, vltimam legatorum, & fideicommiſſorum exæquationem, de qua in l. 2. C. communia de legat. aut poſtea, ſi ante, tacitum omnino relictum, eam vim non habet, vt per illud, recta via, in honoratum ius, & dominium transeat, &, in his terminis intelligi debent, d. l. ſeruum filij, §. vltimo, infra eodem, & d. l. damnas eſto, §. 1. infra de vſufruct. legat. ratio autem eſt, quia nulla diſpoſitio tacita omnino, eo iure, poterat vim legati habere, ſed in vim fideicommiſſi valebat, legata enim expreſſionem, per verba ciuilia, & directa, neceſſario requirebant, vt per Vlpian. in fragment. in ſæpius repetito tit. 24. de legat. in veſtibulo, vbi fideicommiſſa, quæ non ex rigore Iuris ciuilis proficiſcebantur, ſed ex voluntate dabantur relinquẽtis, vt dicit Vlpian. in tit. 25. de fideicõmiſſis, etiam nutu, &, ſine verborum expreſſione, fieri poterant, vt per eundem Vlpian. in d. titul. 25. in princip. & eſt text. in d. l. nutu, infra de legat. 3. ſed eam vim non habebant, vt, per ea, recta via, rerum relictarum dominium in fideicommiſſarium transferet. Si verò loquimur, poſt factam memoratam Iuſtiniani omnimodam exæquationem, cuius virtute communicati ſunt legatorum effectus, etiam fideicommiſſis, & factum eſt etiam, vt quod amplius in fideicommiſſis eſt, inſit etiam legatis, puto concludendum eſſe, cum tacitum quoque relictum poſſit vim legati habere, & econtra, fideicommiſſum le-

gati effectus ſortiatur, vt, recta via, etiam per relictum tacitum, iure nouiſſimo, quo vtimur, dominium in honoratum tranſeat, argu. d. l. 2. C. comm. de leg.

Eſſet nunc deueniendum ad reliquas in-
393 ter legata, & fideicommiſſariam hæreditatem differentias, verum quia aliquæ tutæ non ſunt, aliquæ ferè nullam patiuntur difficultatem, mediocrem continent vtilitatem, & non eſt hic de illis agendi locus, cum vniuerſalia fideicommiſſa non fuerint re vera exæquatione comprætenſa, de qua hic & in l. 2. C. communia de legat. propterea non imprudẽs tacitus eas relinquo, referens me ad ea, quæ tradunt hic DD. & in primis Socin. Iun. num. 250. cum ſequentibus, & Ioan. Bologn. à nu. 213. vſque ad num. 226. vbi octo conſiderat differentias, quibus accedunt etiam nonnullæ aliæ per Io. Cro. & per Iac. de Nigr. excogitatæ, ad eos igitur ſtudioſi, ne dixerim curioſi, confugiant.

394 Supereſt modo, vt ad quartam, & vltimã partem veniamus, quæ pertinet ad Bart. quæſtiones, pro quarum explicatione, vt breuiter, & diſtinctè, de more, procedamus, quatuor propono, principes diſcutiendos articulos.

Primus erit, An, & quando pro legatis competat actio perſonalis ex teſtamento.

Secundus, An, & quando competat actio in rem.

Tertius, An, & quando competat actio hypothecaria.

Quartus, quomodo poſſint cõcurrere tres, quæ competunt pro legatis actiones, redeundo ad primum articulum, ſubdiuido illum in quinque inſpectiones.

Prima erit, An diſpoſitio, quæ ad vtilitatem, & auctoritatem teſtatoris refertur, iuxta terminos, l. Quintus, de annuis legat. ſit legati ſpecies.

Secunda, An, quando legatum iure communi non valeret, ſed ſuſtineretur, quia conditio non impleta, pro impleta haberetur iure ſpeciali, competat actio perſonalis ex teſtamento.

Tertia, An, pro legatis, non concernentibus commodum pecuniarium legatarij, competat actio perſonalis ex teſtamento.

Quarta, An competat eadem actio perſonalis ex teſtamento pro legatis, quæ debentur per edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.

Quinta, An competat pro legatis, quæ, vel ex diſpoſitione ſtatuti, vel teſtatoris, debentur, etiam hæreditate non adita.

395 Quod attinet ad primam, ſunt contrariæ DD. opiniones, altera eſt affirmatiua, vt, ſcilicet, diſpoſitio, quæ refertur ad teſtatoris auctoritatem, veluti, quando ſcribit, vt hæres monumẽtum ſibi certa pecunia conſtruat, ſpecies quædam ſit legati, ita ſentit Bart. hic, numero 11. quem ſequuntur vno ore interpretes omnes.

396 Et primum, pro hac opinione, ſic virtualiter argumentatur. quælibet diſpoſitio, talis eſt cenſenda, qualem eam tractatus, in quo poſita eſt, demonſtrat, vulgata l. Imperator, ff. de in diem adiect. At, titulus de annuis legatis, in quo poſita eſt diſpoſitio, in controuerſia poſita, demonſtrat eam legatum eſſe, l. Quintus, §. 1. ff. de annuis legat. igitur, quin ſpecies ſit legati, dubitare non debemus.

397 Secundo, quicquid eſt fideicommiſſum, eſt legatum, l. & fideicommiſſum, infra de legat. 3. l. 2. C. communia de leg. Sed diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris, ſine dubio, eſt fideicommiſſum, cum fidei hæredis committatur, d. §. 1. iuncto prin. Inſt. de fideic. hæred. igitur eſt legatum.

In contrariam opinionem, diſputando, licet firmare non fuerit auſus, iuit Socin. Iun. hic num. 278. cum ſequent. ego vero opinionem hanc veriſſimam abſolutè eſſe arbitror.

398 Primum, quia, nulla poteſt dari legati ſpe
cies, cui non competat legati diffinitio, l. 1. §.
399 dolum, ff. de dolo, ſed diſpoſitioni, quæ ſolummodo ad teſtatoris auctoritatem refertur, legati definitio non competit, igitur ſpe-
400 cies legati non eſt. Minor propoſitio probatur, quia nulla datur donatio, in qua donator
401 à donatario non diſtinguatur realiter, cum actio, & paſſio non poſſit dari in eodem ſubiecto, ſed diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris, ſecundum exemplum ſupra poſitum, eſt eiuſmodi, vt in ea non diſtinguatur realiter donator à donatario, igitur non eſt donatio, nec doni datio, cum nihil à teſtatore in alium tranſeat, & conſequenter, nec eſt delibatio hæreditatis, quam teſtator, ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

402 Accedat ſecundo, quòd nulla diſpoſitio vltima, poteſt ad genus legatorum, neceſſitatem præſtationis habentium, referri, quæ non ſit obligatoria, §. 1. Inſtitut. de legat. iuncto §. hæres quoque, Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi
403 contr. naſcuntur. Sed diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris, duntaxat, obligationem non parit, vt diſertis verbis docet

Pom-

Pompon. in d. l. Quintus, §. 1. infra de annuis legat. & eſt text. in l. hæreditas etiam, de pet. hæred. igitur, diſpoſitio eiuſmodi, de genere legatorum non eſt.

404 Item, & tertio, pro omni legatorum genere competit actio, l. 1. C. communia de legatis.

405 At, pro diſpoſitione, quæ ad auctoritatẽ dũtaxat teſtatoris, refertur, non competit actio, d. l. Quintus, §. 1. ſed officium Iudicis, vt docet Bart. hic num. 11. & eſt communis opinio, vt, poſt Alex. & Iaſ. teſtatur Soc. Iun. hic nu. 276. igitur eiuſmodi diſpoſitio non poteſt ad legatorum genus referri.

11 Non obſtat primum argumentum, ex aduerſo allatum, nam dicta lex Quintus, poſita eſt in d. tit. de annuis legatis, quia, in principio, de annua quadã præſtatione agit, deinde obiter de alijs voluntatibus vltimis, & diſpoſitionibus, quæ, eum referantur ad auctoritatem duntaxat ſcribentis, neque legata ſunt, neque annua, vt patet, nec ſemper tituli qualitas oſtendit qualitatem diſpoſitionis cuiuſlibet, in eo tractatæ, ſed ſolummodo, quando titulus eſt ſũptus à ſubiecto adæquato, quod, quia ſæpe factum reperitur in iure noſtro, ideo, in dubio, intelliguntur leges ſecundum terminos tituli, ſub quo poſitę ſunt, ſed, quando de re aliqua obiter agitur, & aliunde conſtat de qualitate diſpoſitionis, vt in caſu noſtro, leuiſſimum eſt, & ſuccumbit, à tituli qualitate, ſumptum argumentum.

Nec alicuius roboris eſt ſecundum argumentum, quia non omne, quod fidei hæredis, vel alterius committitur, dicitur fideicommiſſum, alioqui, & mandata, & tutorum dationes, & ſexcenta ſimilia eſſent fideicommiſſa. ab ethymologia fideicommiſſi, quod à genere ſumpta eſt, non niſi negatiue poteſt ſumi argumentum. Iuxta ea, quæ tradimus in prima noſtra ſelectarum diſtinctionum centuria, diſtin. 7. nu. 22. cum ſeqq.

406 Subſequitur modo ſecunda eiuſdem primi articuli inſpectio, An, ſcilicet, quãdo legatum iure communi non valet, ſed ſubſtinetur, quia conditio non impleta pro impleata iure ſpeciali habeatur, competat actio, perſonalis ex teſtamento.

Et hoc quoque eſt controuerſi iuris. Bart. enim negatiuam tenet opinionem ad l. in teſtamento ita, erat ſcriptum, infra de condit. & demonſtrat. in penult. quæſtio. & idem ſentit hic num. 11. quatenus ſe refert ad id, quod dixit in d. l. in teſtamento ita, & hic, & ibi, ſequũtur eum communiter DD.

Fundamentum autem huius opinionis eſt in l. ſi peculium ſeruo, in §. is cui ſeruus, infra de ſtat. liber. vbi inquit Paulus; is, cui ſeruus pecuniam dare iuſſus eſt, & liber eſſe deceſſit, Sabinus ait, ſi decem habuiſſet parata, liberum fore, quia non ſtaret per eum, quominus daret, Iulianus autem, ait, fauore libertatis cõſtituto iure, hunc ad libertatem peruenturum, etiam ſi poſtea habere cęperit decem. deinde. adeo autem ex conſtituto potius iure, quàm ex teſtamento ad libertatẽ peruenit, vt, ſi eidem, & legatum ſit (aliquid ſcilicet præter libertatem, vt gloſ. exponit, ibi) mortuo eo, cui dare iuſſus eſt, ad libertatem quidem perueniat, non autem, & legatum habiturus ſit.

407 Poſſumus ergo, per hunc tex. hoc pacto Bartoli ſententiam, & communem comprobare. Quod ex teſtamento non eſt, peti per actio-

408 nem perſonalem ex teſtamento non poteſt, cum effectus dari nequeat, vbi cauſa non eſt, l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. cap. cum ceſſante, de appellat. cum vulgaribus. At legatum libertatis, quod, ſecundum communem intellectum, ſubſtinetur, in d. §. is cui, quia ſpeciali iure, fauore libertatis, defecta conditio habetur pro impleta, ex teſtamento non eſt, ſed ex conſtituto iure, ſpeciali, fauore libertatis legatæ. igitur, pro eiuſmodi legato, actio perſonalis ex teſtamento non competit, ſed condictio ex illa l. & iure.

In contrariam tamen ſententiam iuerunt Imola, & Barthol. Socin. ad d. l. in teſtamento, ita erat ſcriptum, quos ſequuti ſunt Carol. Ruin. hic, num. 54. Io. Crot. nu. 58. & Hieron. Torniel. num. 87. in fin. & hanc veriorem eſſe arbitror.

Primum per l. Stichum, §. penultimo, eodem titulo, de ſtat. liber. vbi de eodem ſeruo, quem teſtator iuſſit liberum eſſe, ſi Titiæ mille daret, in caſu, vbi conditio dandi, mortua Titia, habeatur pro impleta fauore libertatis, inquit Iubolenus, ſed hoc iure vtimur, vt is ſeruus ex teſtamento liber ſit. Tunc demum igitur legatum, in controuerſia poſitum, actione perſonali ex teſtamento peti non poſſet, quando ſeruus eo modo fieri ex teſtamento liber non diceretur, ratione, de qua ſupra, ſed hoc non eſt, quia immo ex teſtamento dicitur fieri liber, d. l. Stichum, §. penultimo, de ſtatu liber. igitur nihil eſt impedimento quominus legatum, quod ſpeciali iure, contra regulas iuris communis, ſubſtinetur, actione perſonali ex teſtamento petatur, nec d. §. pen. aduerſatur d. §. is cui, vt mox, in ſolutione contrarij, manifeſtum fiet.

Secundo, ſi legatum, quod iure ſpeciali ſubſti-

ſubſtinetur contra regulas iuris communis, non peteretur actione perſonali, ex teſtamento, ſequeretur illud incommodum, vt nec legata, quæ ſubſtinentur, per Authen. ex cauſa, C. de liber. præter. per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. per edictum de leg. præſtand. poſſent actione perſonali ex teſtamento peti, cum & hæc ſpecialibus iuribus ſubſtineantur, contra regulam l. ſi nemo, ff. de regul. iur.

409 Sed hoc conſequens eſt falſum, quia eiuſmodi legata, non condictione ex lege, vel actionibus in factum ex memoratis edictis, ſed actione perſonali ex teſtamento petuntur, vt ſentiunt DD. communiter hic, & in primis Ripa num. 40. quod, & infra vberius declarabimus, igitur falſum eſt etiam antecedens.

410 Nec facit negocium d. §. is cui, in contrarium ponderatus, qui ad rem non facit, cum non loquatur de legato libertatis, quod non datur, vt ſupra latiſſimè demonſtrauimus, ſed de manumiſſione teſtamentaria, quæ, licet ex teſtamento competat, §. penultimo, Inſtitut. de ſingulis rebus per fideicomm. relict. & toto titulo, ff. & C. de manumiſſ. teſtament. pro libertate tamen, eo modo data, nō competit aliqua actio, cum ipſo iure, ſecuta morte teſtatoris, eo modo manumiſſi, abſque facto alicuius grauati, liberti Orcini, ideſt, morientis, & tendentis ad O. cum, efficiantur, l. directis, C. de teſtament. manumiſſ. l. ſi legato, §. vltimo, ff. eodem, d. §. penultimo. Inſtitut. de ſingulis rebus per fideicomm. relict. vt rectè conſiderat etiam Socin. Iun. hic, num. 289. &, in his terminis, loquitur d. l. ſi peculium, in §. is cui, & d. l. Stichum, in §. pen. qui non contradicit d. §. is cui, in illis verbis. ſed hoc iure vtimur, vt is ſeruus ex teſtamento liber ſit, quia etiam in d. §. is cui, ſeruus intelligitur fieri, liber ex teſtamento, ſed non ex ſolo teſtamento, propterea quòd, niſi acceſſiſſet illud ius fauore libertatis conſtiturum, cuius virtute, defecta conditio, habetur pro impleta, contra l. legatum, C. de condit. inſert. contra. l. in teſtamento 2. infra de condit. & demonſtr. ex ſolo teſtamento non potuiſſet libertas competere, ſed nec ſpeciale illud ius conſtituitur, niſi factum ſit teſtamentum, quia tamen memoratum ius, libertatis fauore conſtitutum, reddit validum in ea parte teſtamentum, in qua defecerat, potius ex conſtituto iure, quàm ex teſtamento, ille ſeruus dicitur ad libertatem peruenire, potius. ſ. comparatiuè, non excluſiuè, quatenus ergo text. in d. l. Stichum §. penult. dicit hoc iure vtimur, vt ex teſtamento liber ſit, nō aduerſatur d. §. is cui, quia illud, hoc iure vtimur, refertur ad conſtitutum ius, fauore libertatis, cuius virtute ſeruus fit liber ex manumiſſione teſtamentaria, & conſequenter ex teſtamento, quòd in ea parte defeciſſet, ob defectum conditionis, ſecundum regulas iuris communis, & hæc eſt vera declaratio horum iurium, ad mentem Io. Croti hic, num. 59. quicquid dixerit Torniell. num. 74. cum ſeq. Accedat etiam, quòd nec, quando admitteremus, ſecundum communes traditiones, in d. §. is cui, agi de legato libertatis, ad rem faceret, quia, etiam ex legato competeret directa libertas, vt ſentiunt communiter DD. pro qua nulla daretur actio, &, quando etiam legatum libertatis, iure conſtituto ad fauorem libertatis, ſubſtineretur, adhuc libertas, virtute eiuſdem conſtituti iuris, ex teſtamento cōpetere diceretur, rationibus ſupra adductis.

411 Subſequitur modo tertia inſpectio, An ſcilicet pro legatis, non concernentibus commodum pecuniarium, competat legatarijs actio perſonalis ex teſtamento.

412 Libet, pro faciliori propoſitæ diſputationis intelligentia, prænotare, interdum grauari aliquem ex fideicommiſſo ad præſtandum aliquid, quòd non concernit æſtimationem pecuniariam, neque ex parte honorati, neque ex parte grauati, veluti quando pater grauatur emancipare filium; etenim incōmodum, quòd ſentit pater, ex priuatione patriæ poteſtatis, emancipando filium, non eſt pecuniarium, neque commodum, quòd ſentit filius, qui emancipatur, vt conſiderant etiam Soc. Iun. hic num. 280. & Torniell. num. 74. Interdum autem grauatur, quis ad præſtandum aliquid, quòd, licet non concernat commodum pecuniarium, reſpectu honorati, concernit tamen incommodum pecuniarium, reſpectu grauati, veluti; quando quis grauatur libertatem dare ſeruo, nam ille, qui manumittitur, dum ſentit commodum libertatis, non ſentit commodum pecuniarium, cum libertas ſit res inæſtimabilis. l. planè. 2. ff. eodem, grauatus tamen manumittere, ſentit incommodum, & damnum pecuniarium, cum ſeruus, quem manumittendo amittit, certo ſit prætio æſtimabilis.

413 Modo, quando verſamur in primo capite, cōcludendum eſt, ſine diſputatione, actionem perſonalem ex teſtamento, non competere, ſed peti per officium iudicis, per text. in l. ſi cui, infra de condit. & demonſtrationibus, vbi legatarius erat grauatus emancipare ſuos liberos, dubitabatur, an, ad petitionem filiorum, cogeretur pater emancipare, & concluditur,

ditur, dictos filios deficere à petitione fidei-
commiſſi, patrem nihilominus, ſi agnouerit,
quod ſibi relictum eſt, extra ordinem cogen-
dum eſſe emancipare. hæc, cum ita ſint, poſſu-
mus, primi huius capitis reſolutionem, ſic com-
414 probare. quod quis præſtat, extra ordinem
coactus, deficiente partis petitione, ſine du-
bio, non iure actionis, ſed per officium Iudicis
præſtat, cum actio, quæ perſecutio ordinaria
eſt, l. pecuniæ verbum, §. perſecutionis, infra
de verb. ſignific. facit text. in princip. Inſtitut.
415 de act. petitionē præſupponat, ſed grauatus
emancipare, ex cauſa fideicommiſſi, pecunia-
rium commodum non continentis, neque re-
ſpectu honorati, neque reſpectu grauati, defi-
ciente honorati petitione, cogitur extra ordi-
nem, vt liquet ex d. l. ſi cui legatum, igitur eiuſ-
modi legata, ſeu fideicommiſſa, nō iure actio-
nis, ſed per officium Iudicis præſtantur, & im-
plentur. &, in hoc capite, ita ſentit gloſ. ad l. fi-
liusfamilias, in §. ſecundum vulgarem, infra
eodem, ſequuntur etiam hic, Imola, Alexand.
& plerique, vt dicit Soc. Iun. nu. 280.

Quod attinet autem ad ſecundum caput,
maior eſt difficultas, & propterea, circa illud,
diligentius inſiſtendum. In quæſtionem igi-
tur vocabimus, An fideicommiſſaria libertas,
vel legata (ſi datur) petatur iure actionis, vel
per officium Iudicis. Huius controuerſiæ ter-
416 mini ſunt notiſſimi: Etenim, per officium Iu
dicis, intelligimus officium illud, quod nobile
appellant, quia non ſeruit actioni intentatæ,
iuxta tradita per DD. ad Rubr. ſupra de offi-
cio eius, vbi nos quoque ſcripſimus, per actio-
417 nem autem intelligimus perſonalem ex te-
ſtamento, naſcentem ex quaſi contractu adi-
tionis hæreditatis, iuxta §. hæres quoque, In-
ſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſc.
418 quid autem ſit legata libertas, quæ hodie,
(cum ſemper veniat ab hærede præſtanda,
quando vim manumiſſionis teſtamentariæ nō
habet, vt docuimus ſupra non differt à fidei-
commiſſaria) non ignoratis.

Veniendo igitur ad diſputationem, ſunt
contrariæ, de more, DD. ſententiæ, quarum
altera eſt exiſtimantium, pro fideicommiſſa-
ria libertate, actionem competere, & hæc opi
nio, vt dicit Socin. Iun. hic num. 280. videtur
eſſe ex intentione DD. & in primis Bart. ad d.
l. in teſtamento, ita erat ſcriptum, in penult. q.
ff de cond. & demon. quæ ex pluribus fieri po
teſt probabilis.

419 Et primum, quia omne id, pro quo aſſe-
quendo dicimur poſſe experiri, neceſſe eſt, vt
peti poſſit iure actionis, cum nemo ſine actio-
ne experiatur, l. ſi pupilli, §. videamus, ſupra
de negoc. geſt. Sed ſeruus, vt conſequatur li-
bertatem fideicommiſſariam, dicitur poſſe
experiri, l. cum fidei, in princip. infra de fidei-
comm. libert. igitur fideicommiſſaria libertas,
à ſeruo, cui relicta eſt iure actionis peti poteſt.

420 Secundo loco, paucis plura perſtringen-
do, ſic poſſumus, pro hac ſententia, ad men-
tem interpretum, argumentari. Vbi verba le-
gis concedentis ius petendi aliquid, referun-
tur ad partes, nō ad Iudicem, inducunt actio-
nem, non officium Iudicis. Doctrina Bar. com
muniter recepti, ad l. vnicam, num. 6. ff. de
condit. ex lege. At in iuribus, in quibus agi-
tur de iure petendi libertatem, ſemper verba
referuntur, vel ad perſonam ſerui manumit-
tendi, vt libertatem petat, vt in l. generaliter,
§. ſi homini, & §. ſi quis ſeruo, infra de fidei-
comm. libert. vel, vt de libertate experiatur,
dict. l. cum fidei, aut de libertate cum domino
contendat, l. de libertate, eodem titulo, de fi-
deicommiſſ. libert. vel ad perſonam domini
manumiſſuri, ſtatuendo eum libertatem de-
bere, vel cogendum eſſe manumittere, l. cum
quaſi, §. idem dicendum, l. fideicommiſſa, §.
vltimo, & l. in teſtamento, ff. eodem, cum cæte
ris congeſtis hic per Socin. Iun. num. 295. igi-
tur, pro libertate legata, vel per fideicommiſ-
ſum relicta, competit actio, non officium Iu-
dicis.

421 Tertio, Vbi datur obligatio, ibi datur a-
ctio, l. licet, §. ea obligatio, ff. de procurat. Fa-
ciunt tradita per glo. & DD. ad Rubr. Inſtitut.
de obligat. non autem officium Iudicis, quod
nullam præſupponit obligationem, l. qui per
colluſionem, vbi DD. ſupra de act. empti, ſed
vbi grauatus libertatem dare, & manumitte-
re illud agnoſcit, quod ſibi fuit relictum, da-
tur obligatio, cum talis grauatus teneatur ma
numittere, l. decem, §. videamus, de fideicom.
libert. l. cum quaſi, §. idem dicendum, eod. tit.
igitur actio, & non officium Iudicis, pro fidei-
commiſſaria datur libertate.

422 Quarto, pro illis potiſſimum legatis, & fi-
deicommiſſis competit actio, quæ pijs actibus
ſunt deputata, l. 1. verſic. & præcipue, C. com-
munia de legat. At fideicommiſſa, & legata
libertatis, actui pio deputata eſſe dicuntur,
cum nihil piū magis ferè eſſe videatur, quàm
datio libertatis, vt dicit Socin. Iun. hic num.
423 290. quam ob cauſam, etiam in ſacroſanctis
Eccleſijs manumiſſionem celebrare licet §. 1.
Inſtit. de libert. igitur legata etiam libertas, &
per fideicommiſſum relicta, iure actionis peti
poteſt.

Quin-

Digitized by Google

424 Quinto, ad mentem eiuſdem Socin. Iun. hic, num. 298. pro omnibus legatis, & fideicommiſſis actio compeiit perſonalis ex teſtamento, l. 2. C. communia de legat. at relictum libertatis, in controuerſia poſitum, vel legatum eſt, ſine dubio, vel fideicommiſſum, vt nemo negat, igitur pro eiuſmodi relicto competit perſonalis ex teſtamento actio.

425 Sexto, tunc demum pro fideicommiſſaria, vel legata libertate, actio non competeret, quando ſeruus non poſſet dominum ſuum in ius vocare, & actionis eſſet incapax, ſed neutrum eſt ex his; igitur abſolutè poteſt, pro legata, vel per fideicommiſſum relicta libertate, actio competere. Minor probatur, quia poteſt ſeruus, cui per fideicommiſſum libertas ſit relicta, dominum in ius vocare. Lis quoque ſ̃ de in ius vocando, quòd nihil aliud eſſe videtur, quàm actionem proponere, l. ſed ſi hoc §. prætor ait ff. eod. tit. & poſse ſeruum, aduerſus dominum, hanc ob cauſam, in iudicio conſiſtere, probat tex. in l. vix ex certis, in verſ. præterea, ſupra de iudic. & tandem, ſeruum actionis eſſe capacem, probat text. in l. ſi filius §. vlt. in ſæpius repetito tit. de fideicommiſs. libertat. inquit enim text. ſi is, cui ſeruus legatus eſt, fuerit rogatus, vt eum manumitteret, & nolit eum accipere, compellendus eſt, vt actiones ſuas ei præſtet, ſi ſeruus velit, ne intercidat libertas; etenim is, cui præſtari, & cedi poſſunt, & debent actiones, neceſsè eſt, vt actionum ſit capax, ſed poſſunt, & debent ſeruo, cui per fideicommiſſum relicta ſit libertas, præſtari, eo volente; & cedi actiones, vt cõſtat ex d. §. vlt. igitur talis ſeruus actionis eſt capax, & conſequenter nihil eſt impedimento, quominus, pro legata, vel per fideicommiſſum relicta libertate, actio competat.

Septimo, & vltimo, omiſſis leuioribus, adducitur tex. in l. ſi cui legatum infra de condit. & demonſtr. quatenus in d. l. longa ſit differentia, inter fideicommiſſum de emancipando, & fideicommiſſum de manumittendo, quandoquidem filij legatarij, grauati emãcipare, deficientes à petitione, parentem non poſſunt compellere ad emancipandum, neque enim prætor fideicommiſſarius, inquit eo loci Vlpian. ad libertatem eos tuetur, vt ſeruos, deinde ſubdit paulo infra, arbitror autem extra ordinem debere conſtitui eum, qui agnouerit, quòd ſibi relictum eſt, hac contemplatione, vt liberos ſuos emanciparet, cogendum emancipare, ſcilicet per officium Iudicis, vt omnes interpretantur, quamobrem, ex hoc tex. eiuſmodi concipi poteſt argumentum: ſi, pro fideicommiſſaria libertate, officium Iudicis competeret, non autem actio, certè non eſſet differentia, quo ad perſecutionem, inter grauamen de emancipando, & illud de manumittendo, cum, grauatus quoque emancipare, extra ordinem cogatur, id eſt per officium Iudicis. At, in d. l. ſi cui, ſit differentia inter vnum grauamen, & aliud, ergo neceſsè eſt, vt fideicommiſſaria libertas, non per officium Iudicis petatur, vt differat à grauamine de emancipando, ſed iure actionis.

His tamen argumentis, minimè negocium facientibus, veriorem eſſe arbitror contrariam ſententiam, quam probauit, poſt Imolam, & Alex. Iaſ. hic num. 106. Ruin. num. 49. & Hieron. Torniell. num. 337. & hanc, ante eos, probauit etiam Caſtr. ad d. l. vix ex certis, de Iudic. Nititur autem hæc opinio, duobus potiſſimum fundamentis.

426 Primum eſt Caroli Ruini, & eſt eiuſmodi.
pro ijs legatis, in quibus legatarius actionis
eſt incapax, locum habere actio nullo modo
poteſt, ſed locus eſt Iudicis officio, l. ſeruos, in-
fra de alim. & cib. legat. At legatarius, vel fi-
deicommiſſarius, cui relicta eſt libertas, cum
ſit ſeruus, eſt incapax actionis, igitur pro lega-
to, vel fideicommiſſo libertatis, non compe-
427 tit actio, ſed officium Iudicis; probatur mi-
nor, quia eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, ſerui
ſunt incapaces, l. quod attinet, l. ſeruitutem, ff.
428 de reg. iur. Sed actio eſt de iure ciuili, l. 2. §.
deinde ex his, ff. de origin. iur. tradunt D.D. in
princip. Inſtitut. de act. ergo ſerui actionis ſunt
incapaces.

429 Secundo, ad mentem Tornielli hic num.
72. à ſufficienti partium enumeratione, ſiue à
diuiſione, ſic argumentor. Si actio perſonalis
ex teſtamento competeret pro libertate, ex
cauſa legati, vel fideicommiſſi relicta, profe-
ctò, aut competeret pro directa, aut pro fidei-
commiſſaria, ſed pro neutra poteſt compete-
430 re, igitur abſolutè non poteſt pro libertate
competere. Minor probatur, quo ad directã,
quia, cum ipſo iure directa competat, libertas,
ſine facto alicuius grauati, §. penultimo, In-
431 ſtitut. de ſingulis rebus per fideicomm. re-
lict. non eſt opus actione aliqua. probatur e-
tiam quo ad fideicommiſſariam, quia, cum
ſeruus ſit incapax actionis, habet ſolummodo
facultatem, vbi ſibi relicta eſt fideicommiſſa-
ria libertas, adire prætorem, & petere domi-
num in ius vocari, vt ſibi libertatẽ det, quòd,
ſi non veniat, conſtituatur in mora, &, per mo-
ram illius grauati ad manumittendum, virtu-
te Senatuſconſulti Rubriani, perducatur ad
liber-

libertatem,etiam manumiſſione non ſecuta,
iuxta tex.in l.cum verò,in §.ſubuentum,cum
ſequen.ff.de fideicommiſſ.libert. tradit etiam
Azo in ſumma eiuſdem tituli, & in hac liber-
tate debet eũ tueri Prętor fideicommiſſarius,
d.l.ſi cui legat,id quod vberius etiam docebi-
mus, ſoluendo contraria.

432 Non obſtat primum ex aduerſo allatum
argumentum, quia, & ille, qui vtitur officio
Iudicis, dicitur experiri, nec facit negocium,
l.ſi pupilli,in §.vidamus, ſupra de negoc.geſt.
propterea quòd, dum dicit neminem ſine a-
433 ctione experiri,intelligitur de actione fuſio
re vocabulo accepta, cuius appellatione,etiã
officium Iudicis continetur,l.Papinianus, vbi
Bart. ad S.C.Treb.l.actionis verbo, de act.
& obligat.

Nec obſtat ſecundum, quia,in dubio, ver-
ba legis,relata ad perſonas,& ad partes, ſigni
ficant actionem, non autem officium Iudicis,
& tunc demùm, quando perſona eſt capax,
ſecus autem vbi capax non eſt, quapropter,
cum in caſu noſtro, non verſemur in dubio,
ſed in claris,non poſſunt verba legum in con-
trarium allegatarum ſignificare actionem,cu-
ius ſerui,de quibus in illis,ſunt incapaces,&
quam exercere non poſſunt.

434 Tertium quoque argumentum facile ſol-
uitur,primum, negando colligi ex d.l.decem,
in §.videamus, & ex d.l.cum quaſi, in §.item
dicendum,grauamen de manumittendo,ſup-
ponere obligationem,ſolummodo enim in di-
ctis iuribus habetur,grauatum manumittere;
debere libertatem præſtare, & eundem co-
gendum eſſe manumittere, quod fit ex æqui-
tate prætoria,non autem quia grauatus obli-
435 gatus ſit, ea obligatione, quæ actionem pa-
rit, non enim omnis obligatio, ita efficax eſt,
vt actionem producere valeant, vt tradunt
DD.ad Rub.Inſtitut.de obligationibus.Præ-
terea,quando etiam vera eſſet ſimpliciter,di-
cta concluſio,vbi datur obligatio, ibi datur a-
ctio,locum ſolummodo haberet in caſibus,in
quibus creditor,& actor eſſet actionis capax,
quod non eſt in caſu noſtro, vt ſupra dedu-
ximus.

Quartum quoque, & Quintum argumen-
tum ſoluuntur eadem conſideratione, quia
admittimus, pro omnibus legatis, & in pri-
mis, pro deputatis actibus pijs, competere
actionem, dummodo legatarius illius ſit ca-
pax.

436 Sextum quoque argumentum nullius eſt
roboris, proptereaquòd minor illius propoſi-
tio,partim falſa eſt,partim nihil concludit ad-
uerſus ſententiam, quam defendimus: ete-
nim falſa eſt,quatenus ſupponit ſeruum capa-
cem eſſe actionis,oppoſitum enim ſupra pro-
batum eſt. Nec facit negocium,l.ſi filius,in §.
vltimo,ff.de fideicommiſ.libert.quia verba il-
la, compellendus eſt, vt actiones ſuas ei præ-
ſtet,ſi ſeruus velit,ſunt mendoſa, & debent le
gi, vt in Pandectis Florentinis, compellendus
eſt actiones ſuas ei præſtare, cui ſeruus velit,
ad hoc, ſcilicet,vt ab alio, cui præſtet, & cedat
actiones,manumittatur, &, hoc modo, non
probat actiones cedi ſeruo, qui non poteſt il-
las exercere, ſed alteri, in gratiam ſerui, illud
autem, quod in eadem minori aſſumebatur,
ſeruum nimirum ſtare poſſe in iudicio, &
poſſe in ius vocare, non vrget, quia, vt rectè
conſiderat etiam Socin.Iun.hic,num.293.nõ
437 tenet ſequela: Seruus vocat in ius eum, à
quo manumittendus eſt,& in Iudicio,aduer-
ſus eum, conſiſtit, ergo actionis eſt capax,
quandoquidem,etiam implorans officium Iu
dicis,dicitur dominum in ius vocare,& aduer
ſus eum in iudicio conſiſtere,cum,vocare in
ius, ſit vocare aliquem, iuris experiundi cau-
ſa,l.1.ſupra de in ius vocando,quod debet in-
telligi generaliter, ſiue illud experiamur per
viam actionis, ſiue per officium Iudicis. Nec
438 dicas cum Socin.Iun.hic,num.298.ſeruum
incapacem eſſe actionis, quando eſt ſeruus
permanſurus, etiam poſt actionem intenta-
tam, vt in d.l.ſeruus, ſecus autem, vbi eſt per
actionem conſecuturus libertatem,quaſi tunc
439 habeatur pro libero, per regulam proximè
accingendus habetur,pro accincto,& quia,eo
caſu poſſit dici quaſi liber,iuxta l.non tantum,
in §.1.de fideicomm.libert.cum videatur eſſe
in quaſi poſſeſſione libertatis, l.eum verò, in
§.1.eodem titulo,quia reſpondeo,hanc eſſe
meram ipſius diuinationem, ex qua, nec po-
teſt colligi capacitas actionis, quæ non com-
petit quaſi liberis, & quaſi conſtitutis in poſ-
ſeſſione libertatis, ſed liberis hominibus dun-
taxat.

440 Nec obſtat ſeptimum, & vltimum argu-
mentum, quia differentia inter grauatum e-
mancipare,& grauatum manumittere,non in
eo conſiſtit,quia hic cogatur iure actionis,il-
le per officium Iudicis,ſed in alio,vt rectè con-
ſiderat Hieronym.Torniell.hic,num.72.quia
ſcilicet,vbi prætor vocat in ius grauatum ma-
numittere, ſi non veniat, eo in mora exiſten-
te,etiam,ſine manumiſſione,producitur ad li-
bertatem, ſeruus manumittendus, per Sena-
tuſconſulta, de quibus in §.ſubuentum, in
quaquidem libertate eum conſeruat etiam

Prætor, vbi à domino conueniatur, qui, cum eum non manumiſerit, reuocare in ſeruitutem velit, quod non accidit in emancipatione, cum prætor extra ordinem cogat parentes liberos emancipare, nec poſſit eos in libertate tueri, ſine emancipatione, cum nullo ſenatuſconſulto cautum ſit, eos effici ſui iuris, ob moram patris, in emancipando, ita Torniell. hic, num. 72. in fin. cum ſequen. vltra quem, conſiderari etiam poteſt differentia in alio, nam, grauatus emancipare, tunc demum extra ordinem compellitur, cum agnouerit id, quod ſibi relictum eſt, vt habetur in d. l. ſi cui, in verſic. arbitror, ita vt prætor, eo caſu. Solummodo, tueatur filios in libertate, non autem quando non agnoſcit grauatus id, quod ſibi relictum eſt, vt vſu venit in ipſis ſeruis, quos quandoque tuetur in libertate Prætor, etiam quando grauatus eos manumittere, quod ſibi relictum eſt, recuſat accipere, iuxta text. in d. l. ſi filius, §. vlt. ff. de fideicomm. libert.

Conſtat ergo ex his, pro legatis, ſeu relictis in teſtamento, non concernentibus commodum pecuniarium, actionem non competere, & idem quoque eſſet, vbi in alijs generibus legatorum eſſent legatarij actionum incapaces, vt in l. ſeruos, infra de aliment. & cibar. legat.

441 Subſequitur quarta inſpectio. Vtrum, ſcilicet, competat actio perſonalis ex teſtamento, pro legatis, quæ debentur per edictum ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.

442 Propoſitæ difficultatis exemplum eſt. Is, cui ego, etiam non facto teſtamento, eram ſucceſſurus ab inteſtato, inſtituit me hæredem, & plura in teſtamento reliquit legata, ego autem, vt legatis fraudarem legatarios, omittendo hæreditatem ex teſtamento, in quo facta erant. perſuadebam mihi, me liberum eſſe ab illorum præſtatione, cum nouerim, hæreditate non adita, corruere regulariter omnia, quæ teſtamento ſunt comprahenſa, l. ſi nemo, de

443 teſtamen. tutel. l. ſi nemo, de reg. iur. Prætor tamen, qui ſemper habuit ante oculos æquitatem, l. quod ſi epheſi, ff. de eo, quod cert. loco, meæ occarrens caliditati, & fraudi, compellit præſtare legata, perinde, ac ſi hæreditatem, ex cauſa teſtamenti, poſſiderem. Quæritur, an, poſſim a legatarijs, vel fideicommiſſarijs conueniri actione perſonali ex teſtamento, quæ naſcitur ex quaſi contractu aditionis hæreditatis, vel per actionem in factum, proficiſcentem ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, per quod memorata legata, & relicta conſeruantur.

Et in hac quoque iuris controuerſia, diſſentiunt, de more interpretes, Bart. Bald. & Salic. ad l. vltimã. C. eodem, iuerunt in eam ſententiam, vt crediderint locum eſſe, hoc in caſu, actioni in factum ex edicto, non autem actioni perſonali ex teſtamento, & hanc eandem ſententiam ſecuti ſunt hic, poſt Alexan. Iaſ. num. 108. Hieronym. Torniel. num. 76. Socin. Iun. num. 205. Ioan. Bolognet. num. 246. & alij allegati per Socin. Iun. hic, num. 303. ita vt hæc, vt vno verbo dicam, ſit communis, & recepta ſcribentium opinio, vt de communi teſtatur Hieronym. Torniel. num. 75. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, & de communi teſtatur etiam Bologn. tam ſub nu. 245. quàm ſub num. 246.

444 Primum autem probatur communis hæc opinio, quia, vbi non datur quaſi contractus aditionis hæreditatis, & obligatio ex eo, ex qua oritur actio perſonalis ex teſtamento, ibi ex teſtamento perſonalis actio dari non poteſt, quæ illius obligationis præexiſtentiam, neceſſariò ſupponit, l. licet, §. ea obligatio, de procurat. faciunt tradita per DD. ad Rubr. Inſtitut. de obligatio. non poteſt enim dari effe-

445 ctus, vbi non datur cauſa, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. At, in propoſito, vbi repudiata eſt hæreditas ex teſtamento, cum non, dētur quaſi contractus aditionis hæreditatis ex teſtamento, non datur illa obligatio, quæ eſt cauſa actionis, in diſceptatione poſitæ, igitur nec memorata actio perſonalis ex teſtamento dari poteſt.

446 Secundo, qualibet actio perſonalis ex teſtamento, eſt de iure ciuili, cum ciuilem cauſam habeat, §. ſed iſte, Inſtitut. de act. nimirum quaſi contractus aditionis, de quo in §. hæres quoque, Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi con

447 tract. naſc. cumque talis ſit effectus, qualis eſt cauſa, Inſtitut. in princip. de perpet. & temporal. act. At actio, quæ competit ex edicto prætoris, quo ſubſtinentur legata, de quibus diſputamus, eſt prætoria, cum prætoriam cauſam habeat, æquitatem, ſcilicet, illius edicti, ex quo datur, l. duo hæredes, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. igitur actio. pro huiuſmodi legatis competens, non eſt actio perſonalis ex teſtamento, ſed actio prætoria in factum, ex edicto ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.

448 Tertio, Vbicumque Prætor actionem pollicetur, nomine illius non expreſſo, intelligitur dare actionem in factum ex illo edicto, l. 3. §. ait prætor, ſupra naut. caupon. ſtabul. l. ex hoc edicto, ſupra per quem factum eſt. At, in propoſito, pro legatis, quæ ſubſtinentur per

edi-

edictum ſi quis omiſ.cauſ.teſtament. ſimplici-
ter pollicetur actionem prætor, nomine, &
qualit ate illius minime expreſſis, l.1.in prin.ff.
ſi quis omiſ.cauſ.teſtamen. igitur, pro eiuſmo-
di legatis, actionem in factum ex illo edicto
dare intelligitur.
449 Quarto, ad mentem Tornielli. Nulla actio
perſonalis ex teſtamento oritur ex obligatio-
ne doli, vel fraudis, ſed ex quaſi contractu, vt
ſupra dicebamus, quælibet enim obligatio
ſuam ſpecialem producit actionem, vt quæli-
450 bet cauſa ſuam particularem habet opera-
tionem, & ſpecificum effectum, argumento
d.l.licet, §.ea obligatio, de procurat.facit tex.
in l.ſingulis, ff.de except.rei iud. At actio pro
legatis, aduerſus omittentes cauſam teſta-
menti, oritur ex fraude, & dolo hæredis, omit
tentis cauſam teſtamenti, in fraudem legata-
riorum, l.1.in princip.& §.ſi autem, & l.quia
autem, §. ſi patronus, ſupra ſi quis omiſ.cauſ.
teſtament. tradunt Bald.& Salicet. ad d.l.vl-
tim. C.eodem titulo, igitur, pro huiuſmodi
legatis, actio perſonalis ex teſtamento non
competit.
451 Quinto, ad mentem eiuſdem Tornielli,
nulla actio perſonalis ex teſtamento eſt dati-
ua, ſed natiua, cum habeat obligationem ex
quaſi contractu aditionis, quæ eſt cauſa præ-
exiſtens, ex qua oritur d.§.hæres quoque. At
actio, quæ datur pro legatis, quæ ſubſtinentur
per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti,
non eſt natiua, ſed datiua, igitur non eſt actio
perſonalis ex teſtamento. probatur aſſum-
452 ptum, quia vbicumque lex dicit ſimpliciter,
ſe daturam actionem, eamque ſimpliciter, &
in genere pollicetur, intelligitur actionem da-
tiuam polliceri, & dare. eſt doctrina Bar.com-
muniter recepta ad l.cum mota, C.de tran-
ſact.num.8. At actionem, pro legatis in con-
trouerſia poſitis, pollicetur ſimpliciter prætor
in d.l.1.in princip.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtam.
& illam dare ex edicto profitetur, l. quod au-
tem, §. non ſimpliciter, l.ſi dolo, & l.duo hære-
des, §.1.eod.tit.igitur eiuſmodi actio datiua
eſt, non natiua.
453 Sexto, & vltimo, ex ſententia Bart. Actio
perſonalis ex teſtamento eſſe non poteſt, quæ
etiam contra eum, qui nullo modo ſit hæres,
neque ex teſtamento, ſcilicet, neque ab inte-
ſtato, locum habere poteſt, & ſic contra non
adeuntem, nec poſſidentem, cum nulla, tali ca-
ſu, ſubſit cauſa, ob quam memorata actio com
petat. Sed actio, pro eiuſmodi legatis, datur
etiam contra non hæredem, qui repudiauit in
fraudem legatariorum, licet hæreditatem nõ
poſſideat, l.ſi pecuniam, l.ſi quis pecuniam, ff.
ſi quis omiſs.cauſ.teſtam. igitur actio, quæ da-
tur pro eiuſmodi legatis, non eſt actio perſona
lis ex teſtamento.

Horum tamen argumẽtorum, quamquam
ſubtilium, ratione minime habita, non defue-
runt, qui in contrariam iuerunt opinionem,
ſentientes, pro legatis eiuſmodi, edicto con-
ſeruatis, actionem perſonalem ex teſtamento
competere. in hanc ſententiam ire videtur Ac
curſ.ad l.1.in princip. in verbo, pollicetur, &
in l.ſi pecuniam, in fin. in ſæpius repetito titu-
lo, ſi quis omiſ.cauſ.teſtament. ſequuntur ean-
dem ſententiam hic Ioan. Franciſ. Ripa, num.
44. Ioan. Crot. num.53. & Ruin. nu.52. & huic
ſententiæ ego quoque ſubſcribo.
454 Primum, quia, pro legatis, quæ ſubſtinen
tur per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽt.
perinde datur actio à Prætore, ac ſi ex teſta-
mento eſſet adita hæreditas, l.duo hæredes,
cum l.ſequen.& l.ſi dolo, ff.ſi quis omiſſ.cauſ.
teſtament. At, ſi eſſet adita hæreditas ex teſta-
mento, competeret ſine dubio actio perſona-
lis ex eo, l.1.& 2.C.communia de legat. igitur,
etiam omiſſa cauſa teſtamenti, competit, pro
legatis, eadem perſonalis actio. Corroboratur
455 argumentum, quia dictio, perinde, denotat
omnimodam ſimilitudinem, & repetit om-
nes ſimiles qualitates, vt docet Bar. ad l.1. de
recepta. & in Extrauagan. ad reprimendum,
in verbo, perinde, &, in terminis noſtris, ad l.
1. ſupra titulo proximo, num.14. nec vires hu-
ius argumenti eneruant verba illa, Prætorio
iure, tum quia, vt conſiderat Ripa hic, num.
44. per gloſ. ad l.1. de legat. præſtand. non eſt
456 inconueniens, vt eadem actio, quandoque
prætoria, quandoque ciuilis eſſe dicatur, tum
quòd tex. in d.l.duo hæredes, non dicit actio-
nem illam eſſe prętoriam, ſed competere, quia
hæres, omittens hæreditatem ex teſtamento,
Prætorio iure, perinde habetur, atque ſi ex te-
ſtamento hæreditatem adijſſet, quaſi ſit ſen-
ſus, vt prætor, conſeruando legata, quę, de iu-
re ciuili, non haberent effectum, conſeruet
eum ſuis qualitatibus, & actionibus, ita vt
quemadmodum legata ſunt eadem, ita quo-
que eadem ſit pro illis actio, argumento l.le-
cta, ff.ſi certum pet. præſertim, cum expreſsè
profiteatur conſeruaſſe, perinde, ac ſi hæredi-
tas ex teſtamento eſſet adita, vt in d.l.duo hę-
redes, & ideo, tam in d.l.duo, §.1. quàm in l.ſi
dolo, & alibi in eo titulo, illa actio, legatorum
actio appellatur, nec obeſt conſideratio Ioan.
Bolognet. hic, num. 245. dicentis particulam,
perinde, implicare eandem poteſtatem agen-

Digitized by Google

di in d.l.duo hęredes,vt in §.1.Inſtitut.quibus
mod.re contr. obligat. non autem eandem a-
ctionem,nam replico,ideo illum tex.eandem
actionem non includere, quia Imperator ex-
preſſit diuerſam actionis ſpeciem, nimirum a-
ctionem condictitiam ex lege, quod, ſi non
expreſſiſſet, certè in dubio incluſiſſet etiam
identitatem actionis, iuxta tradita per Bar.ad
d.l.1,§ tit.prox.nu.14.
457 Secundo,pro quibus legatis competit rei
vendicatio, competit etiam actio perſonalis
ex teſtamento,cum eiuſmodi actiones proce-
dant à pari l.1.& 2. C.communia de legat.
458 At, pro legatis, conſeruatis per edictum ſi
quis omiſſa cauſa teſtamenti, competit actio
rei vendicationis,cum dicantur vendicari,l.ſi
eadem, ſupra ſi quis omiſſa cauſa teſtament.
igitur competit etiam actio perſonalis,nec di-
cas verbum vendicabit accipiendum eſſe,in
459 d.l.ſi eadem,generaliter,quia,in dubio, ver
ba,quæ poſſunt accipi in genere, & in ſpecie,
ſunt in ſpecie accipienda, non autem in gene-
re.Bart.ad l.hoc legatum,ff de leg.3.c.Rodul-
phus,de reſcript.
460 Tertio,& vltimo,pro omnibus legatis, e-
tiam ſi ſubſtineantur iure ſpeciali, ad hoc, vt
obſeruetur voluntas teſtatoris competit actio
perſonalis ex teſtamento, vt pro legatis, quæ
debentur ex edicto de legat. præſtandis, pro
illis, quæ debentur per Authent ex cauſa, C.
de liber.præter.per l.vltimã, ſupra de hæred.
inſtit.cũ ſimilibus, vt concludunt DD.omnes
hic. At relicta, de quibus agimus, ſunt lega-
ta, quæ ſpeciali iure edicti,ſi quis omiſſa cauſa
teſtamenti,ſubſtinentur, ad hoc,vt conſerue-
tur voluntas teſtatoris, igitur eiuſmodi lega-
ta,& fideicommiſſa,peti poſſunt actione per-
ſonali ex teſtamento, Nec dicatur cum Ioan.
Bolognet.hic,num.246.edictum ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamenti,non tendere ad conſerua-
tionem teſtamenti, cum dirigantur verba ad
perſonam, dum prætor actionem pollicetur,
quia hoc falſum eſt, cum expreſsè profiteatur
Prætor, per hoc edictum, velle conſeruare
voluntatem teſtatoris, hinc Vlpianus exordi-
tur, in l.1.prætor voluntates defunctorum
tuetur.
461 Non obſtat primum ex aduerſo allatum
argumentum, quia falſum eſt, in caſu noſtro,
non dari quaſi contractum,cum ſupponamus
hæreditatem aditam, &, quamquam non ſit
adita ex teſtamento, ſed ab inteſtato, quia eſt
eo modo in fraudem legatariorum adita,per-
inde eſt,ac ſi eſſet adita ex teſtamento,& pro-
pterea nihil eſt impedimento, quominus na-
ſcatur actio perſonalis ex teſtamento, non
ſecus, ac ſi eſſet hæreditas ex teſtamento
adita.
462 Nec obſtat ſecundum,quia non eſt incon
ueniens, vt conſiderat etiam Ripa hic, vnam,
& eandem actionem, aliquo caſu, prætoriam
eſſe, aliquo caſu ciuilem, gloſ.eſt in l.1.de le-
gat.præſtand. præterea,vt dicebamus ſupra
d.l.duo hæredes,non dicit actionem,quæ cõ-
petit pro legatis,quæ ſubſtinetur,per edictũ,
ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, eſſe præto-
riam,ſed iure prætorio,omiſſa cauſa teſtamen
ti,perinde haberi, ac ſi ex teſtamento eſſet adi
ta hæreditas, quod intelligitur quoad effe-
ctum,cum efficaciter petantur legata, non ſe-
463 cus, ac ſi ex teſtamento eſſet adita hæredi-
tas, & licet actio detur à prætore, non eſt no-
ua actio, ſed actio ciuilis, quam tamen ius ci-
uile non dat, vbi omiſſa eſt cauſa teſtamenti,
nec eſt inconueniens, actiones quoque ciui-
les,prætorem ſuo edicto polliceri,& dare,l.1.
ff.commod.l.1.§.1.ff.depoſiti, & vtrobique
gloſſ.
464 Tertium quoque argumentum, leue eſt,
quia falſa eſt eius minor, ſatis.n. expraſſa eſt
actio,quę datur a prætore hoc caſu,cum dica-
tur actio legatorum,quæ datur, omiſſa cauſa
teſtamenti, perinde, ac ſi ex teſtamento eſſet
adita hæreditas,d.l.duo hæredes, quæ verba
videntur optimè circumſcribere actionem
perſonalem ex teſtamento, numquid autem
aliquid nominatim exprimatur, vel circum-
ſcribatur,non refert text.eſt in §.1.Inſtitut.de
exhæredat.liberorum,& in l.certum ff.ſi cert.
pet.
465 Quartum quoque argumentum Forne-
li,facilè corruit,cum falſa ſit illius minor, pro-
pterea, quòd actio pro legatis, de quibus di-
ſputamus,non oritur ex dolo, vel fraude,quæ
dedit cauſam edicto, vt colligitur ex princip.
d.l.1.ſed ex obligatione orta ex quaſi contra-
ctu aditionis hæreditatis, quæ idem operatur,
virtute edicti, quòd aditio ex teſtamento de
466 iure ciuili. dolus enim, & fraus, fuit cauſa
impulſiua,qua motus prætor,edixit conſeruã-
do legata, & pro illis ciuilem actionem dan-
do,vt dolo,& fraudi occurreret.
467 Quintum etiam argumentum, negatione
minoris propoſitionis facilè ſoluitur, actio.n.
pro huiuſmodi legatis, datiua non eſt, ſed na-
tiua,cum oriatur ex obligatione, proficiſcen-
te ex aditione hęreditatis,vt ſupra docuimus,
nec faciunt negocium illarum legum verba,
quæ dicunt eiuſmodi actionem ſimpliciter da
ri,quia prætor, etiam de actione commodati,
& de

& de actione depoſiti dicit. iudicium dabo, d.
l.1. in princip. ff.commod. d.l.1.§.1.ff.depoſ.
cum ſimilibus, & tamen, certo certius eſt,
eiuſmodi actiones depoſiti, & commodati, eſ-
ſe natiuas, non autem datiuas, cum naſcantur
ex obligatione depoſiti, & commodati, nec
obſtat Bart. doctrina, ad d.l.cum mota, quia
vendicat ſibi locum, in dubio, vbi verba illa
referuntur ad nouam actionem, cuius præexi-
ſtens cauſa, non poteſt aſſignari, ſecus, vbi præ-
tor veterem actionem pollicetur, in caſu, de
quo ab anterioribus legibus, quæ actionem
inuenerunt, non fuit cogitatũ, vt in propoſito.
468 Sextum tandem, & vltimum argumen-
tum, facile etiam ſoluitur, quia id, quod dice-
batur. actionem ex teſtamento, non poſſe da-
ri contra eum, qui, nec adiuit hæreditatem,
nec eam poſſidet, locum habet in actione ex
teſtamento directa, ſecus autem in vtili, quam
ſupponimus, in caſu noſtræ, diſputationis, lo-
cum habere, l.ſi quis pecuniam in princ. ff.ſi
quis omiſ.cauſa teſtam. præſertim cum videa-
tur poſſidere is, qui, vel dolo malo fecit, quo-
minus poſſideret, vel pecuniã poſſidet, quam,
pro hæreditate non adita, accepit.
469 Supereſt modo, quinta, & vltima in-
ſpectio, quam, diſputatione omiſſa, diſtin-
ſpectio adhibita abſoluo, ſic materiam hanc,
difficilem, & ſubtilem, explicando. Quatenus
quæritur An competat actio perſonalis ex te-
ſtamento, pro legatis, quæ ex diſpoſitione ſta-
tuti, vel teſtatoris, debentur, etiam hæreditate
non adita. Aut teſtamento, vel ſtatuto expreſ-
sè cautum eſt, vt ille ipſe, qui hæres eſt inſti-
tutus, teneatur præſtare legata, etiam ſi hære-
ditatem non adierit. Aut ſtatuto, vel teſtamen
to eſt diſpoſitum impersonaliter, vt legata
debeãtur, & præſtentur, etiam hæreditate nõ
adita. Primo caſu, Aut dubitamus de diſpoſi-
tione teſtatoris, aut de diſpoſitione ſtatuti, ſi de
teſtatoris diſpoſitione, indiſtinctè concluden-
dum eſt, nullam legatarijs actionem compe-
tere, quia teſtatoris diſpoſitio non valuerit, vt
potè, quæ legibus repugnat, nemo enim po-
470 teſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo
teſtamento locum habeant, l. nemo poteſt ꝟ
471 eod. iura autem nolunt, aliquem inſtitutum
hæredem, ad eundum compelli. l.nec emere
472 C.de iur.delib.l.vlt. C.vnde legit. Præterea
nulla clauſula valet in teſtamento poſita, ita,
vt poſſit ſuum ſortiri effectum, niſi aditione
confirmetur, l.ſi iure, vbi Bart. infra de leg.3.
tradit etiam Soc.Iun.hic num.214. facit text.
in l.ſed, & ſi conditioni §.vltimo ſupra de hæ-
red. Inſt. & in l.ſi nemo de teſtam.tut. ſi igitur
diſpoſitio, & clauſula, de qua inſtituta eſt diſpu
tatio, aditione hæreditatis non confirmetur,
non poteſt effectum aliquem operari, & ita
intelligo communem opinionem, de qua te-
ſtatur Bolognet.hic num.248. ſi verò dubita-
mus de ſtatuti diſpoſitione, rurſus diſtinguen-
dum eſt, quia, Aut ſtatutum loquitur de hæ-
de extraneo, vel de hærede ſimpliciter, Aut
loquitur de ſuo hærede, quem ſpecialiter vult
legata præſtare, etiam ſi hæreditatem non a-
deat. ſi de hærede extraneo, vel de hærede
ſimpliciter, idem dicendum eſt, quòd in teſta-
tore, ſtatuti ſcilicet diſpoſitionem, tamquam
473 iniquam, & contra iuris communis regulas,
non valere, abſurdum enim eſt, & periniquũ,
vt ille, qui nolit hæreditatem adire, neque vti-
litatem aliquam ex teſtamento habere, ſolue-
re cogatur legata, & alienis ſe in negocijs in-
gerere, contra.l.quia poterat, infra ad Sen.C.
Trebell. vt latè ſpeculatur Io. Bologn. hic nu.
249. facile enim fieret, vt, ſtante. d. ſtatuto,
pauper diuitem inſtitueret, eumque, etiam
non adeuntem damnoſam hæreditatem, ad
præſtandum maximi momenti legata obliga-
ret, quòd tam abſurdum eſt, & contra omne
ius, & æquitatem, quam, quòd maximè, non
474 poteſt igitur tam iniqua lex municipalis
valere. can. erit lex quarta diſtinct. niſi in ca-
ſibus quibuſdam ſpecialibus, & aliquibus con
currentibus circunſtantijs, de quibus per Bo-
lognett. in prælegato loco, ſed, de illis caſi-
bus, non agimus nos in præſentia. ſi verò ſta-
tutum, in controuerſia poſitum, loquitur de
475 ſuis duntaxat hæredibus, eam recipere de-
bet interpretationem, vt cenſeatur tollere vo-
luiſſe beneficium abſtinendi, quòd ſuus hæ-
res habuit à prætore, §.ſed his permittit præ-
tor, Inſt.de hæred.qual.& diff.& conſequen-
ter operatur ſtatutum eiuſmodi, vt filius, ſub-
lato beneficio prætoris, ſuus efficiatur, & ne-
ceſſarius, vt antea erat; quamobrem, cum e-
iuſmodi ſtatuti diſpoſitio, non inducat nouam
legatarum obligationem, ſed tollat abſtinen-
di beneficium, quòd erat impedimento, quo-
minus ſuus hæres, ipſo iure, ratione ſuitatis
obligaretur ad legata, quemadmodũ extrane-
us per aditionem, & propterea etiam, hoc in
caſu, actio perſonalis ex teſtamento, locum
habere debet, cum, virtute huius ſtatuti, ſuus
hæres teſtatori, & neceſſarius fiat, & conſe-
quenter ad onera hæreditaria obligetur, vt re-
ctè conſiderat Torniell. hic num.91. non eſt o-
pus igitur cõdictione ex lege, de qua in l.vni-
476 ca ſupra de condic.ex lege, quia, tunc demũ
locum habet actio illa, quando obligatio indu
citur

citur de nouo ab ipſa lege, ſecus autem quan-
do lex tollit impedimẽtum, quo ſublato, actio
oritur ex ſua cauſa, vt in caſu noſtro; naſcitur
477 n. ex obligatione vetere, fluẽte ex neceſſita
te ſuitatis, quæ pro aditione habetur, & , ſe-
cundum eiuſmodi terminos, procedit deciſio
Baldi ad l.dotis, C.de iur.dot. Poterunt tamẽ,
etiam hoc in caſu ſui hæredes iuuari, benefi-
cio legis, & inuentarij, vt ſentit Io.Bolognet.
hic, ſub d.num.249. Secundo autem princi-
pe caſu, quando ſcilicet ſtatutum, vel teſta-
mentum; ſimpliciter, & imperſonaliter, diſpo-
nunt, vt, etiam hæreditate non adita, præſten-
tur legata, nec exprimunt, vt præſtentur ab
hærede inſtituto, non adeunte, & tunc, ſen-
ſus eſſe intelligitur, vt ſi hæreditas non adea-
tur, ex teſtamento, ab inteſtato nihilominus
debeãtur, quaſi per clauſulam codicillarem te
petita l.codicillis in fin. infra tit. prox. l.cum
pater §.filius mater, eod.tit. docet Alex.ad d.
l.nemo poteſt infra eod. nec non Hier. Torn.
hic nu.90. & legata, hoc in caſu, poterunt peti
478 actione perſonali ex teſtamento vtili, quæ
etiam pro legatis factis in codicillis ab inteſta-
to competit, iuxta tradita per DD. communi-
ter ad l.vltimã, C.de codicillis, & de commu-
ni teſtatur Soc.Iun.hic num.267. Nec dicatur,
hoc non poſſe locum habere, quia nouiſſimè
cautum ſit per tex.in §.ſi quis autem non im-
plens, cum ſeq. & in §. ſi verò expreſſim. in
auth. de hæred. & falcid. vt quotieſcumque
hæres ſcriptus in teſtamento, nolit hæredita-
tem adire, hæreditas deuoluatur, primum ad
ſubſtitutos, deinde ad cohæredes, & tandem
fieri locum fideicommiſſarijs etiam, legata-
rijs, & ſeruis, in eodem teſtamento liberatis,
&, vltimo loco, venientibus ab inteſtato, &
fiſco. Hæc enim cum ita ſint, hærede inſtituto
non adeunte, & ſubſtitutis, & cohęredibus nõ
ſuccedentibus, à quibus peti poſſint legata;
iuxta l. quidam referunt, ſupra tit. prox. fa-
ciunt tradita per Bald.ad l.primam, C.ſi quis
omiſſa cauſa teſtam.num.6. nec poterunt ſuc-
cedere venientes ab inteſtato, à quibus poſ-
ſint legatarij petere legata, ſed adiudicabun-
tur, bona defuncti, legatarijs, & fideicommiſ-
ſarijs ipſis, tamquam hæredibus, &, cautione
data, de adimplenda voluntate teſtatoris, po-
terunt ipſi adire, vt hæredes, nam responde-
479 mus. d.§.ſi quis autem non implens, & d.§.
ſi verò expræſſim, intelligendos eſſe, vbi hæ-
reditas ſit adita, vt ſentit Bald. ad d.l.1. C. ſi
quis, omiſſa cauſa teſtam. num.6. per tex.in
auth. ſed cum teſtator, C.ad legem falcid. fa-
cit etiam gloſ. in auth. hoc amplius C. de fi-
deicommiſſ.in verbo, ſubſtitutus, ita vt illius
text. ſenſus ſit huiuſmodi. ſcriptus hæres, li-
cet, hæreditatem adiuiſſet, recuſabat adim-
plere, in aliquibus, teſtatoris voluntatem,
deciditur in d. §. ſi quis autem non implens,
vt, ſi, poſt admonitionem factam ſibi per de-
cretum Iudicis, vt adimpleat, ſteterit per an-
num, & non adimpleuerit, priuetur hæredita-
te, ita vt, aditione non obſtante, per quam iam
erat hæredi quæſita, deuoluatur ad ſubſtitu-
tum, ſi ipſe caueat de adimplenda voluntate
teſtatoris, quòd ſi non adſit ſubſtitutus, ea-
dem cautione præſtita, admittantur cohære-
des, &, poſt cohæredes, fideicommiſſarij, &
legatarij, & ſerui liberati, eo ordine, de quo in
d.Authent.hoc amplius, C.de fideicomm. &
tandem, recuſantibus ijs, qui quoquo modo
in teſtamento ſunt honorati, admittuntur ve-
nientes ab inteſtato, etiam extranei, & fiſcus,
ita vt diſpoſitio, dict.§.ſi quis autem non im-
480 plens, & d.§.ſi verò expreſſim, non faciant
ceſſare edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamen
ti, vt non rectè ſentit Ioan.Bologn.hic, num.
246. in fine, non quia dicta iura habeant lo-
cum ſpecialiter, quando in teſtamento eſt ad-
iecta illa cauſa, ne detrahatur Falcidia, quaſi
tunc, ſi illo timore hæres omiſerit, deferatur
hæreditas nominatis in teſtamento, ſecun-
dum memoratum ordinem, vt dixit Bart. ad
l.1.in princip. ff.ſi quis omiſſ.cauſa teſtamen.
num.1. ad mentem Iacobi de Beluiſo, ſed
quia generaliter, etiam poſt aditam hæredita-
tem, vbi hæres recuſat infra annum, poſt fa-
ctam iudicialem admonitionem, teſtatoris vo
luntatem adimplere, priuatur hæreditate, quę
defertur honoratis in eodem teſtamento, ſe-
cundum præfatum ordinem, de quo in dictis
iuribus, quod, ſi à principio hæres hæredita-
tem non adiuiſſet, ſed repudiaſſet, tunc non
ad quemlibet honoratum in teſtamento fuiſ-
ſet deuoluta, ſed ad ſuccedentes ab inteſtato,
ſubſtitutis, & cohæredibus non exiſtentibus,
quamobrem ille ipſe hæres, qui erat ſciptus
in teſtamento, cum poſſit ſuccedere ab inte-
ſtato, malit, omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſta
to ſuccedere, etiam hodie ſit locus edicto ſi
quis omiſſa cauſa teſtamenti, per quod lega-
ta conſeruantur, quicquid dicat Bolognet.
quòd, ſi ipſe ita repudiet, vt nec ab inteſtato
velit hæreditatem poſſidere, adhuc legata
corruunt, l.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, ſu-
pra ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. & hic, ni fal
lor, verus eſt illius text. intellectus, quem vi-
detur ſenſiſſe Bart. ad l.1.C.ſi quis omiſ. cauſ.
teſtam.num.6.

Conſtat

481 Conſtat ergo ex his, nullum dari proprium, & verum legatum, pro quo non competat actio perſonalis ex teſtamento, & propterea falſas eſſe omnes, aut inneptas, & non de regula, limitationes, quas hic DD. afferunt ad dictam concluſionem, & præſertim Iaſon. num. 105. cum ſequentib. Ripa num. 42. cum ſequentibus, Socin. Iun. num. 276. cum ſeqq. & Io. Bologn. à num. 239. vſque ad num. 251. vbi octo refert præfatæ concluſionis, & regulæ exceptiones.

482 Sed iam veniendum eſt ad ſecundum principem articulum, quo, vna cum Bar. quærebamus, quando, pro legatis competat actio rei vendicationis, &, quod de legatis dixerimus, intelligetur etiam dictum de fideicommiſſis, cum hodie ſint omnimodo æquiparata, atque adeo identificata.

483 Cęterum, vt in hoc quoque Articulo diſtinctè procedamus, diuido illum in quatuor inſpectiones.

Prima erit, An, & quando competat actio rei vendicationis, pro legatis rerum, in quibus cadit dominium.

Secunda, An, & quando competat actio in rem, id eſt, confeſſoria, vel negatoria, pro legatis rerum, quarum non datur dominium.

Tertia, An dominium rei legatæ tranſeat in legatarium à die mortis teſtatoris, vel à die aditæ hæreditatis, aut à die acceptati, & agniti legati.

Quartus, An, quando tranſit dominium in legatarium, tranſeat immediatè de teſtatore in legatarium, vel de teſtatore in hæredem, & de hærede in legatarium.

Et quod attinet ad primam inſpectionem,

484 quia legatum vniuerſale, aut nuſquam datum eſt, aut hodie, non differt à fideicommiſſo vniuerſali, vt ſentit etiam Bar. hic num. 12. & conſequenter, per illud, non tranſit recta via dominium in fideicommiſſarium, ſed ſolummodo, poſt factam reſtitutionem totius, vel partis hęreditatis, propterea, omiſſo mem bro de legato vniuerſali, ſic diſtinguo. Aut legata eſt ſpecies, vel vniuerſitas certa, Aut aliud, ſi ſpecies, vel vniuerſitas certa, ſiue facti, vt grex, ſiue miſta, vt peculium. Aut eſt ſpecies, vel vniuerſitas aliena, Aut teſtatoris, ſi aliena, Aut, ante aquam moriatur teſtator, efficitur illius rei legatæ dominus, puta ex cauſa donationis, vel emptionis, vel alio quolibet modo, Aut non, ſi dominus efficitur, competit actio rei vendicationis legatario, cum in eum dominium fecerit tranſitum recta via, l. à Titio, ff. de furt. vt tradit, poſt Bald. Socin. Iun. hic, num. 390. per l. apud Iulianum, §. ſi Titius, infra eodem, ſi verò non ſuperueniat ante mortem teſtatoris in eo dominium, cum do minium illius non tranſeat in legatarium recta via, argumento l. nemo plus iuris, de regul. iur. & l. traditio, infra de acquiren. rerum domin. actio rei vendicationis legatario non competit, ſi verò res legata propria eſt teſtatoris, Aut relicta eſt ſub conditione, vel in diem, Aut purè, ſi ſub conditione, vel in diem, ante aduentum diei, vel conditionis non competit rei vendicatio, ſed poſtquam venit, & ceſſit dies, l. ſi peculium, §. ſed & creditor, verſic. certè ſi ſub condit. ſupra de pecul. tradunt Bald. Alexan. Iaſ. & alij hic, & in primis Socin. Iun. num. 380. cum ſequentibus, ſi purè. Aut expreſſe cautum eſt, vt dominium ſine traditione non tranſeat, quod facere poteſt teſtator. Aut nihil dictum, primo caſu non competit rei vendicatio, vt ſingulariter docet Bald. ad l. 2. C. vt in poſſeſ. leg. per gloſſam, ibi, ſequitur Socin. Iun. hic, num. 378. Secundo caſu, nimirum ſi nihil dictum, tranſit dominium recta via, l. à Titio, infra de furt. l. legatum ita, infra titulo proximo, & conſequenter competit actio rei vendicationis, iuxta l. 1. & 2. C. communia de legat. & §. ſed non vſque, Inſtitut. de legat. etiam ſi ſit vniuerſitas, l. ſi peculium, huius initij prima, in princip. ff. de pecul. legat. niſi res legata ſit penes legatarium, quo caſu rei vendicatio competere non poteſt, l. emptor, §. vltimo, ſupra de rei vendicat. cum poſſidenti non detur, §. æque, Inſtitut. de act. tradit Alc. hic, num. 28. in fin. Si verò aliud legatum ſit, quàm ſpecies, vel vniuerſitas certa. Aut legatum eſt genus, ſeu quãtitas, Aut ſpecies incerta. ſi genus, id eſt, res, conſtans pondere, numero, vel menſura, iuxta tradita per Bart. ad l. Meuius, §. ſi duobus, in veſtibulo, infra titulo proximo. Aut eiuſmodi quantitas relicta eſt reſtricta ad certum corpus, & circũſcripta loco, vt puta frumentum talis orrei, pecunia in tali arca, Aut ſimpliciter relicti ſunt decem, aurei, decem frumenti ſalmæ. Primo caſu competit rei vendicatio, non ſecus, ac ſi certa ſpecies eſſet relicta, l. 1. §. ſi decem, infra vt legatorum nom. cau. facit l. planè, 1. §. 1. infra eodem, tradit Soc. Iun. hic, nu. 349. in fin. Secundo autem caſu, quia generis dominium non poteſt in legatarium tranſire, nõ poteſt eidem legatario actio rei vendicationis competere, quod, non niſi domino competit, l. in rem, ff. de rei vendic. §. omnium, Inſtit. de act. tradit, poſt Bart. hic, num. 12. Soc. Iun. nu. 349. Si verò legata eſt ſpecies incerta, aut eſt

legata

legata in genere, puta ſeruus, veſtis, equus,
aut nominatim, ſed alternatiuè, puta Stichus,
aut Pamphilus, liber, vel veſtis, & tunc, in v-
troque caſu, non competit actio rei vendica-
tionis, niſi poſt factam electionem. l. apud Au
fidium infra de opt. leg. l. 3. §. ſciendum. ſu-
pra ad exhibendum, l. huiuſmodi §. Stichum,
infra eod. l. ſtatu liberum, §. Stichum, infra tit.
prox. tradit Bart. hic num. 12. & ſequuntur o-
mnes, & præſertim Socin. Iun. num. 350. &
352. cum ſeqq.

485 Subſequitur modo ſecunda inſpectio, An,
& quando, ſcilicet, pro rebus legatis, in quibus
dominium non cadit, competat in rem actio;
ideſt, confeſſoria, vel negatoria, &, in hac quo-
que iuris controuerſia, diſtinguendum eſt. nã
aut legantur facta, aut iura, ſi facta, iuxta text.
in §. tam autem, Inſtitut. de legat. actio aliqua
in rem non competit, vt puta, quando libera-
tio legata eſt, toto titul. de liberatione legata,
& ita intelligo, l. vxorem, in §. agri plagam, in-
fra de legat. 3. ſi iura, aut iura conſtituta, & in
eſſe deducta, ante factum legatum, vel, quæ le
gato ipſo, ipſo iure, & ſine alicuius facto conſti
tuuntur, aut ſunt iura legata, quæ, ad hoc, vt
conſtituantur, opus eſt facto alicuius, vltra le-
gatum. primo caſu arbitror locum eſſe actioni
in rem, l. planè, 1. inf. eodem, l. ſi Titio fundus,
infra de vſufruct. legat. iuncto §. æque, Inſtitut.
de act. Secundo autem caſu, vt puta, ſi legetur
quaſi vſusfructus earum, ſcilicet, rerum, quæ
vſu conſumuntur, qui non conſtituitur, niſi ſe-
cuta rerum æſtimatione, & præſtita cautione,
§. conſtituitur, Inſtitut. de vſufruct. l. ſi vini, &
l. penult. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu
conſumuntur, actio in rem non competit, vt,
ex Ancharan. tradunt DD. communiter, & de
communi teſtatur Ioan. Bologn. hic num. 304
& puto veriſſimum, quicquid dixerint Alexã.
& alij hic, qui ſine neceſſitate plura in hac ma-
teria effundunt, & facit pro hac ſententia, l. ſer
uum filij, §. vlt. infra eodem.

486 Quod attinet autem ad tertiam inſpectio-
nem, eſt valde cõtrouerſa, vt patet ex traditis
hic per Socin. Iun. à num. 399. vſque ad num.
448. & per Ioan. Bologn. à num. 280. vſque ad
num. 288. Ego autem, omiſſa longiore diſpu-
tatione, diſtinguendo, de more, contrarias cõ
ciliare conabor opiniones. tres enim ſũt in hac
difficultate opiniones, quas ſigillatim recen-
ſet Io. Bologn. hic, num. 280. quandoquidem
aliqui opinantur dominium translatum eſſe
à die mortis teſtatoris, per tex. in l. à Titio, ff. de
furt. aliqui ſentiunt transferri dominium in le
gatarium à die aditæ hæreditatis, per tex. in l.
ſeruo legato, in princip. infra eodem. & hęc eſt
communis opinio, vt teſtatur idem Bolognet.
hic ſub d. nu. 280. Nonnulli vero arbitrantur,
non tranſire dominium, niſi facta acceptatio-
ne, argumento l. ſi tibi homo §. cum ſeruus in-
fra eod. l. quædam infra de rebus dub. l. petin-
de, ff. ſi cert. pet. & opiniones omnes poſſunt,
diſtinctione adhibita, defendi, quia, aut dubi-
tamus, numquid dominium ciuile, de quo in-
telligenda eſt diſputatio noſtra, quodque ip-
ſo iure acquiritur, & ſine appræhenſione, vel
traditione, acquiratur fictè, aut verè, & profe
ctò verè, non niſi adita hæreditate, acquiritur
&, in his terminis, locum ſibi vendicat, d. l. ſer-
uo legato, in princip. cum alijs ſupra adductis,
& propterea ante aditam hæreditatem, fictũ
iſtud dominium, verum rei vindicationis effe-
ctum non habet, fictè autem intelligitur acqui
ſitum à die mortis teſtatoris, &, in his termi-
nis, loquitur lex à Titio ff. de furt. cum ſimilib.
Nec dicatur cum Socin. Iun. hic, nu. 416. cum
ſequent. non poſſe dari eiuſmodi dominium
fictum, fictione tranſlatiua, quæ illud retrotra
hat, ad diem mortis teſtatoris, propter inhabi
litatem extremi ad quod, iuxta tradita per
Bart. ad l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.
quia extremum eiuſmodi redditur habile, per
eam fictionem, qua fingitur hæreditas longo
interuallo poſt mortem teſtatoris adita, ſta-
tim cũ mortuus eſſet, adita per l. hæres quan-
doque ff. de acquir. hæred. quicquid dicat So-
cin. Iun. hic nu. 423. non inficior tamen a die
aditæ hæreditatis dominium iuriſgentium nõ
eſſe tranſlatum, & ciuile dominium non eſſe
tranſlatum irreuocabiliter, cum poſſit lega ta-
rius repellere legatum à ſe, vt habetur in l. ſi ti
bi homo in §. cum ſeruus, infra eod. cum alijs
ſimilibus, quæ adducuntur pro illa opinione,
quæ habet dominium non eſſe acquiſitũ ante
factam legati præſtationẽ, quaſi illius opinio-
nis ſit ſenſus, vt non ſit acquiſitum dominium
rei legatæ plenè, & irreuocabiliter, &, hoc mo
do, apparet nullam eſſe repugnantiam inter
tres mox relatas opiniones, quas, ita diſtinguẽ
do, nouiſſimè conciliauit etiam excellentiſſi-
mus, & multiplici eruditione excultus D. Cæ-
ſar Argelus, in ſuo eleganti, & copioſo tracta-
tu de legitimo contradict. ad l. fin. C. de edict.
D. Adrian. toll. q. 12. art. 7. num. 5.

487 Supereſt modo, quarta, & vltima inſpe-
ctatio, An ſcilicet, cum realiter, & verè domi-
nium non tranſeat in legatarium, niſi poſt a-
ditam hæreditatem, tranſeat tunc immedia-
tè, & recta via, de teſtatore in legatarium, vel
de teſtatore in hæredem adeuntem, & ſta-
tim

tim de hærede in legatarium. qua in re diſſen-
tiunt interpretes, vt colligere eſt ex Bologn.
hic num. 285. Ego tamen, omiſſa diſputatio-
ne, ſic arbitror, in hac quoque iuris controuer-
ſia, contrarias conciliandas eſſe opiniones, vt
dicamus, dominium ciuile facere tranſitum
immediatè à teſtatore, vel potius ab hæredi-
tate iacente, quæ teſtatorem defunctum re-
præſentat. l. hæreditas in multis, & l. hæreditas
enim infra de acquir. rerum domin. in legata-
rium. d. l. à Titio infra de furt. & l. legatum ita
infra tit. prox. vbi inquit tex. in fine, ſecundum
Pandectarum Florentinarum lectionem. re-
cta via dominium, quòd hæreditatis fuit, ad
legatarium tranſeat, numquam factum hære-
dis, & in his terminis locum ſibi vendicet eo-
rum opinio, qui ſentiunt dominium immedia-
tè trãſire, de teſtatore, in legatariũ, dominium
autem iuris gentium, quòd, non niſi per tradi-
489 tionem, & præſtationem, quæ fit ab hære-
de, §. 1. Inſtitut. de legat. acquiritur, iuxta tex.
in l. traditionibus, C. de pact. & §. per traditio-
nem, Inſtitut. de rerum diuiſ. tranſit de hære-
ditate iacente in hæredem, & de hærede in
490 legatarium, & propterea confunduntur ſer-
uitutes debitæ hæredi in relegata. l. Papinia-
nus, ſ de ſeruit. l. huiuſmodi §. ædes, ſ eo. cum
cæteris adductis per Io. Bologn. hic, ſub d. nu.
285. & ĩ his terminis vera eſt opinio cõtraria.
491 Quod attinet autem ad tertiam principẽ
inſpectionem, An, & quando legatario com-
petat actio hypothecaria, omiſſis DD. confu-
ſionibus, arbitror ego ſic diſtinguendum eſſe.
Aut verſamur in caſu, vbi pro legato compe-
tit actio perſonalis ex teſtamento, non autem
rei vendicatio, Aut in caſu, vbi etiam rei ven-
dicatio competit. Primo caſu, Aut loquimur
492 de iure digeſtorum, Aut de iure nouiſſimo,
inducto à Iuſtiniano, ſi de iure antiquo dige-
ſtorum, competit ſolummodo pro legatis, &
pro legatis, vt ego arbitror, in diem, vel con-
ditionalibus, nõ autem pro alijs legatis, & pro
fideicommiſſis, & ita intelligo. l. creditoribus,
ff. de ſeparat. quam etiam Ripa hic, num. 64.
putat ſolummodo in legatis locum habere. Si
verò loquimur de iure nouiſſimo, competit,
non modo pro omnibus legatis, tàm in diem,
vel ſub conditione, quàm etiam puris, ſed
493 pro fideicommiſſis quoque, & hoc eſt, quòd
innouauit Iuſtinianus per l. 1. & 2. C. commu-
nia de legat. Secundo autem caſu, quando ſci-
licet vna cum actione perſonali, competit e-
tiam actio rei vendicationis, Aut dubitamus,
an competat hypothecaria cõtra alias res de-
functi, Aut contra rem ipſam legatam, ſi con-
tra res alias defuncti, concludendum eſt affir-
matiuè, per d. l. 1. & 2. C. communia de legat.
& per §. noſtra Inſtitut. de legat. id, quòd, poſt
Bart. hic num. 13. omnes admittunt, ſi contra
rem legatam, indiſtinctè concluderem negati-
uè, per l. neque pignus, infra de reg. iur. quic-
quid dicat Bart. & ita ſentit etiam Ripa hic,
num. 65. vbi difficultates optimè diluit.
494 In eo autem, quod dicit idem Bart. hic,
ſub d. nu. 13. verſ. ſi verò non competit actio.
hypothecariam competere etiam pro legatis
pro quibus competit officium iudicis, audien-
dus nõ eſt, peccat enim in duobus, primum in
eo, quòd diſpoſitiones teſtamentarias innomi
natas, & non obligatorias, de quibus in l. quin
tus, infra de annuis leg. legata appellat, quòd
fieri poſſe negauimus ſupra ex pluribus, & in
primis, quia illis legati, definitio aliqua non
495 poteſt accommodari. Secũdo peccat etiam,
quia, pro eiſdem diſpoſitionibus, quæ obliga-
toriæ non ſunt, d. l. quintus, §. 1. arbitratur hy-
pothecariam competere, licet magis commu-
nis opinio ſit cum eo, vt teſtatur Soc. Iun. hic,
num. 466.
496 Supereſt modo quartus, & vltimus arti-
culus, quomodo, ſcilicet poſſint concurrere
tres illæ actiones, quæ pro legato competunt.
Bart. refert ſe ad gloſ. in §. noſtra, Inſtitu. de
legat. & ad tradita per Cyn. ad l. 1. C. commu
nia de legat. tu verò breuiter, dicas, hypo-
thecariam concurrere cum actione rei vendi-
cationis, quatenus competit contra alias res
defuncti nõ legatas, vt ſ dicebamus. Actio au
tem realis, & perſonalis concurrunt, quia le-
gatarius, quatenus eſt dominus de iure ciuili,
iuxta l. à Titio, ſ de furt. poteſt agere actione
rei vendicationis, quatenus autem dominium
iuriſgentium non habet, quod ante pręſtatio-
nem, & traditionem non acquiritur, l. traditio
nib. C. de pact. per actionem perſonalem ex te
ſtamento, naſcentẽ ex quaſi contractu aditio-
nis hęreditatis, poteſt petere rem legatã ſibi
dari, hoc eſt dominiũ illius naturale, & iuriſgẽ
tiũ in ſe trãsferri, iuxta tex. in §. ſic itaq;, Inſt.
497 de act. Non tamẽ debet legatarius ijs omni-
bus actionibus ſimul vti, ſed vnã ex illis elige-
re, l. cũ filius, §. varij, ſ tit. prox. tradit Accur. ad
d. §. noſtra, in verb. per hypothecariã, circa fi.
498 An autẽ, & quando ſimul poſſint intenta-
ri, vel in eodẽ libello cumulari, nõ eſt hic do-
cendi locus, ſi quis tamen velit huius quoque
difficultatis reſolutionẽ habere, videat Io. Bo-
logn. hic à nu. 337. vſq; ad fin. nobis autẽ, pro
exacta legis huius interpretatione, ſufficiat, ad
Dei laudem, & Deiparæ Virginis, hæc dixiſſe.

Ad l. ſi pluribus 54. ff. de legat. 2.

Summæ Rerum, & Verborum.

1 Methodus obſeruanda proponitur.
2 Diuiditur textus.
3 Summarium Bart. & aliorum reprobatur.
4 Summatur ab Auctore.
5 Facti, ſpecies confingitur, prima.
6 Ambiguitas verborum, actum nullum reddit.
7 Interpretatio, in dubio, fieri debet, vt actus valeat.
8 Voluntas teſtatoris lex, & Regina eſt in teſtamentis.
9 Oratio ſingularis, in qua poſitum ſit nomen proprium, non poteſt vniuerſali æquipollere.
10 Indefinita, in qua terminus communis ſit etiam in numero ſingulari, æquipollet vniuerſali.
11 Singulari etiam appellatione vtimur, cum plura eiuſdem generis ſignificare volumus.
12 Facti, ſpecies confingitur, ſecunda.
13 Legata, vbi vni, eadem eſt quantitas à diuerſis, à ſingulis debetur, declaratur num. 15.
14 Indefinita æquipollet vniuerſali; collectiuè, non diſtributiuè, & num. 21.
15 §. 1. legis noſtræ, declaratur.
16 Facti, ſpecies confingitur, tertia.
17 Hæredes plures, vbi ſimul ad aliquid tenentur, intelliguntur in ſolidum obligati. declaratur nu. ſeq.
18 Teſtamenti illa, in dubio, admittitur interpretatio, per quam hæredes minus grauantur.
19 Litteræ, expoſitio.
20 Hæredes plures inſtituens, & damnans hæredem ad dãdum quinque, omnes ſimul damnaſſe intelligitur.
21 Omnis, particula, eſt collectiua, quilibet diſtributiua.
22 Ordo quæſtionum diſputandarum, proponitur.
23 Teſtator, ſi dixerit, quilibet hæres meus det quinque, an omnes ſimul, vel ſingulos ad dandum quinque damnaſſe intelligatur.
24 Argumentum valet, de ſententia, ad teſtamentum.
25 Sentẽtia, plures per particulam diſtributiuam condemnati, ad eandem quantitatem omnes in ſolidum obligati intelliguntur.
26 Iudex, ſi quemlibet ex reis conuentis in quinque, condemnauerit, an omnes ſimul, vel ſingulos ad dandum quinque condemnaſſe intelligatur.
27 Sententia, eam, in dubio, recipit interpretationem, per quam eſt libello conformis.
28 Iudex non poteſt fines petitionis excedere.
29 Res plures debendi ſimul poſſunt, ita conueniri, vt ſinguli in ſolidum ſententia vna condemnentur.
30 Argumentum valet, de libello, ad ſententiam.
31 Bartoli declaratio, ex ſententia Baldi, reprobatur.
32 Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.
33 Petens plures in ſolidum condemnari, tacitè ſentit ex natura cauſæ, vt, vnius ſolutione, cæteri liberentur.
34 Differentia, inter particulas, omnis, & quilibet.
35 Dictiones collectiua, & diſtributiua, quæ.
36 Fundus, ſi pluribus fratribus in feudum concedatur, vt præſtent ſingulis annis quartã bouis partem, & quatuor operas, an, & quãdo omnes ſimul eandem bouis partem, & operas eaſdem præſtare debeant, vel ſinguli.
37 Propoſitionum, materia, quotuplex.
38 Propoſitio de materia neceſſaria, & naturali, quæ.
39 Propoſitio de materia impoſſibili, & remota, quæ.
40 Propoſitio de materia contingenti, & accidentali, quæ.
41 Propoſitionum materia contingens, aut ſpecialis, aut regularis, & communis.
42 Propoſitio de materia contingenti, ſpeciali, quæ.
43 Propoſitio de materia contingenti, regulari, quæ.
44 Materia eadem contingẽns, poteſt eſſe, diuerſis reſpectibus, interdum regularis, interdum ſpecialis.
45 Propoſitionum, forma, quotuplex.
46 Propoſitio Cathegorica, quæ.
47 Propoſitio Hypotetica, quæ.
48 Hypotetica, quotuplex.
49 Hypotetica copulatiuè, quæ.
50 Hypotetica diſiunctiuè, quæ.
51 Hypotetica conditionaliter, quotuplex.
52 Hypotetica conditionalis cauſaliter, quæ.
53 Hypotetica conditionalis rationaliter, quæ.
54 Hypotetica conditionalis, in ſpecie, quæ.
55 Propoſitionum, quantitas, quotuplex.
56 Propoſitiones vniuerſales, quæ.
57 Propoſitio non vniuerſalis, quotuplex.
58 Propoſitio particularis, quæ.
59 Propoſitio ſingularis, quæ, & quotuplex.
60 Indiuiduum, aut nominatum, aut demonſtratum,

tum, aut circumlocutum.
61 *Propoſitio indefinita, quæ.*
62 *Propoſitio, ſeu oratio indefinita, dicitur etiam generalis.*
63 *Indefinita, ex ſententia Auctoris, aut ſimplex, & indeterminata, aut reſtricta, & coarctata.*
64 *Indefinita indeterminata, quæ.*
65 *Indefinita coarctata, quæ.*
66 Propoſitionum, *qualitas, quotuplex.*
67 *Propoſitio perfecta, quæ.*
68 *Propoſitio imperfecta, quæ.*
69 *Propoſitio, ſeu oratio imperfecta, interdum pro perfecta habetur.*
70 *Propoſitio, aliqua falſa, aliqua vera.*
71 *Propoſitio, aliqua affirmatiua, aliqua negatiua.*
72 *Propoſitionibus ex duabus, an, & quando vna ſit de neceßitate falſa, altera de neceßitate vera, remißiuè.*
73 *Propoſitionum, aliqua enunciatiua, aliqua diſpoſitiua.*
74 *Enunciatiua, quæ.*
75 *Enunciatiua quoque oratio, interdum diſponit.*
76 *Diſpoſitiua oratio, quæ.*
77 *Propoſitionum vniuerſalium, aliqua collectiua, aliqua diſtributiua.*
78 *Collectiua, quæ.*
79 *Diſtributiua, quæ.*
80 *Propoſitio vniuerſalis, aliqua dialectica, aliqua legalis, & moralis.*
81 *Vniuerſalis dialectica, quæ.*
82 *Cōditio, ſi ſeruos ſuos omnes manumittat, vno non manumiſſo, deficit.*
83 *Vniuerſalis, moralis, & legalis, quæ.*
84 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
85 Indefinita, *an, & quando, & quomodo æquipolleat vniuerſali.*
86 *Indefinita de materia neceſſaria indiſtinctè æquipollet vniuerſali.*
87 *Indefinita de materia impoßibili, neque vniuerſali, neque particulari æquipollet, ſed ſemper eſt falſa.*
88 *Probatio debet de neceßitate concludere.*
89 *Indefinita de materia contingenti enunciatiua, in materia probatoria, numquam æquipollet vniuerſali.*
90 *Indefinita enunciatiua ſimplex de materia raro contingenti, & ſpeciali, vniuerſali non æquipollet, ſed particulari.*
91 *Indefinita enunciatiua ſimplex, non de materia ſpeciali, ſed communi, & regulari, æquipollet vniuerſali, morali, & regulari, non dialectica, & rigoroſa.*
92 *Hæres regulariter tenetur ad onera hæreditaria, vltra vires patrimonij defuncti.*
93 *Dominus regulariter eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.*
94 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur vltra vires.*
95 *Dominus quilibet non poteſt de rebus ſuis diſponere.*
96 *Exceptio firmat regulam non deſtruit.*
97 *Regula omnis patitur exceptionem.*
98 *Regulæ ſtandum eſt, quamdiu non probatur exceptio.*
99 *Regulam, qui habet, cauſæ ſuæ inſeruientem, rem certam habere dicitur.*
100 *Exceptionem allegant, incumbit onus probandi.*
101 *Indefinita de materia contingenti, enunciatiua, coarctata, & negatiua, æquipollet vniuerſali præciſe, affirmatiua autem, nequaquam.*
102 *Indefinita, à lege diſpoſitiuè prolata, ſi legis alterius correctionem inducat, non æquipollet vniuerſali.*
103 *Correctio numquam admittitur, vbi verbis expreßis, & ſpecialibus facta non ſit.*
104 *Indefinitæ, à lege prolata, vbi legum correctio non ſequitur, æquipollet ſaltem vniuerſali, morali, & regulari, ſiue à lege communi, ſiue à municipali proferatur.*
105 *Iudicia pœnalia, ſemel accepta, in hæredem tranſmitti poſſunt.*
106 *Propoſitio, & oratio legis, etiam ſingularis, vniuerſali æquipollet.*
107 *Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas referatur, in materia mere odioſa, neque vniuerſali, neque particulari æquipollet, ſed ſua ambiguitate vitiat actum.*
108 *Exhæredans indefinitè filiũ, ſi plures habeat, nullum exhæredaſſe intelligitur.*
109 *Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas referatur, in materia fauorabili, ſeu indifferenti, æquipollet vniuerſali.*
110 *Teſtator dicens, hæredibus pluribus inſtitutis, hæres meus damnas eſto dare decem, omnes damnaſſe intelligitur.*
111 *Tutorem, qui dat filijs ſuis, omnibus dediſſe intelligitur.*
112 *Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam, vel genus relata, quod in diſponentis patrimonio non reperitur, ſi ſimplex ſit, & indeterminata, vitiat actum.*
113 *Legatum ſimplex, & indeterminatum, vini, olei, frumenti, nullum eſt.*
114 *Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, &*

ad materiam, vel genus, quod in illius patrimonio non reperitur, relata, ſi ſit coarctata, puta lego vinum Titij, ęquipollet vniuerſali.

115 Indefinita prolata ab homine, & ad materiam relata, quę reperitur in patrimonio diſponentis, ſi eiuſmodi eſt, vt ex ea conflata ſpecies poſſit ad rudem materiam reuerti, abſolutè ęquipollet vniuerſali.

116 Legato auro, vel argento, etiam aurum, & argentum factum, pręter pecuniam, debetur.

117 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam relata, ad quam conflata ſpecies non poſſunt reuerti, ęquipollet vniuerſali coarctatę, ad materiam ſimplicem, & rudem, non vniuerſali generaliſſimę, quę comprehendat etiam materiam ad ſpeciem redactam.

118 Legata lana, vel marmore, nec lanea veſtis, nec marmorea ſtatua debetur.

119 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, habens terminum communem ſingularem, relata ad ſpeciem artificialem, quę non reperiatur in diſponentis patrimonio, vitiat actum.

120 Legans domum, qui domum in bonis nō habet, nulliter legat.

121 Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, habens terminum communem numeri ſingularis, relata ad ſpeciem artificialem mobilem, quę reperiatur in patrimonio diſponentis, ęquipollet vniuerſali.

122 Legans veſtem, ſuam omnes ſuas veſtes legaſſe intelligitur.

123 Indefinita diſpoſitiua hominis, ſingularis numeri, relata ad ſpeciem artificialem immobilem, quę reperiatur in patrimonio diſponentis, ęquipollet particulari.

124 Legans domum cenſetur legaſſe vnam ex ſuis domibus, quam hęres elegerit.

125 Indefinita diſpoſitio hominis, numeri ſingularis, relata ad rem naturalem, habens terminum communem, ita generalem, vt comprehendat etiam ea, in quibus ſolutio eſt inutilis, vitiat actum.

126 Legatur inutiliter, res, vel animal.

127 Indefinita diſpoſitio hominis, in ſingulari numero, relata ad ſpeciem naturalem, cuius communis terminus non ita ſit tranſcendens vt ſolutio ſit inutilis, ęquipollet particulari.

128 Legans ſeruum, cenſetur legaſſe vnum eligendum à legatario, ſi ſerui ſint in patrimonio, ſi non ſint, eligendum ab hęrede.

129 Indefinita diſpoſitio hominis, in numero plurali, ad ſpeciem naturalem relata, quę in diſponentis patrimonio reperitur, ęquipollet vniuerſali.

130 Legans ſeruos ſuos, omnes legaſſe intelligitur.

131 Indefinita diſpoſitio hominis, in plurali numero ad naturalem ſpeciem relata, quę in diſponentis patrimonio reperitur, ſi ſit indeterminata, facit diſpoſitionem inualidam.

132 Legans ſeruos, vel equos ſimpliciter, cum nullum in bonis, habeat inutiliter legat.

133 Indefinita hominis diſpoſitio, in plurali numero, ad ſpeciem naturalem relata, quę in diſponentis patrimonio non ſit, vbi limitata, & coarctata eſt, ęquipollet vniuerſali.

134 Legans equos, vel ſeruos Titij, omnes Titij ſeruos, vel equos legaſſe intelligitur.

135 Indefinita, in caſibus, in quibus ęquipollet vniuerſali, an propriè ęquipolleat ex vi verborum, vel per interpretationem.

136 Indefinita, ſi ex vi propria ęquipolleret vniuerſali, vbi aliquid falſum in ea reperiretur, tota falſa efficeretur.

137 Propoſitio illa naturaliter, & propriè, non dicitur vniuerſali ęquipollere, quę, cum ſit generalis, & ambigua, ex humanitate, & per benignam interpretationem, habet vim vniuerſalis.

138 Indefinita eſt per ſe ambigua, & ex benigna interpretatione, vim habet vniuerſalis.

139 Aequipollentia nomen, proprietatem excludit.

140 Lex 2. ff. de liber. & poſthum. declaratur.

141 Exhęredationis materia eſt merè odioſa.

142 Diſtinctio ab auctore, quandoque excogitata, reprobatur.

143 Indefinita, vi propria, neque vniuerſali ęquipollet, neque particulari, ſed tamquam ambigua, & generalis, regulatur ſecundum ſubiectam materiam.

144 Indefinita, in caſibus, in quibus ęquipollet vniuerſali, collectiuè, non diſtributiuè ęquipollet, niſi aliud diſponentem ſenſiſſe appareat.

145 Legans filiabus centum, omnibus eadem centum legaſſe intelligitur, non ſingulis.

146 Lex qui filiabus, §. 1. ſupra titulo proximo, declaratur.

147 Si qua. eſt particula diſtributiua.

148 Indefinita, vbi ęquipollet vniuerſali, an, & quando, ita ęquipolleat, vt ad futura trahatur.

149 Indefinita prolata à lege, in dubio, ita ęquipollet vniuerſali, vt etiam ad futura trahatur.

150 Indefinita hominis, relata ad perſonas, in materia

teria fauorabili, trahitur etiam ad futura.

151 *Lex placet, de liberis, & poſthumis, declaratur.*

152 *Indefinita hominis, relata ad res, cuius terminus communis generaliſſimus eſt, & tranſcendens, in vltima voluntate, in numero plurali, & ſine poſſeſſiui nominis coarctatione, generalitate, & ambiguitate, ſua vitiat actum.*

153 *Si in plurali numero, cum coarctatione poſſeſſiui nominis, valet diſpoſitio, & trahitur ad futura.*

154 *Indefinita hominis relata ad res, cuius terminus communis generaliſſimus eſt, & tranſcendens, in contractibus, inducentibus diſpoſitionem, quæ habeat tractum in futurum diuturnum, & ſuſpenſiuum, trahitur ad futura.*

155 *Secus in ijs, quæ ſtatim poſſunt recipere conſummationem, & implementum.*

156 *Donatio, & venditio bonorum non trahitur ad futura.*

157 *Indefinita hominis, relata ad res, cuius terminus communis eſt ſpecificus, neque in vltimis voluntatibus, neque in contractibus ad futura trahitur, niſi æquitas, & præſumpta diſponentium voluntas contrarium ſuadeat.*

POMPONIVS
LEX XLV.

SI pluribus hæredibus inſtitutis, ita ſcriptum ſit. Hæres meus damnas eſto dare aureos quinque. non quilibet hæres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vna quinque dent.

1 Cum vniuerſalia, quæ ad legatorum naturam pertinent, fuerint à nobis non indiligenter explicata ad Rubr. ſupra de legat. 1. ſtatim, abſque aliquo animaduerſionum apparatu, veniam ad huius Pomponij reſponſi interpretationem, mox ſigillatim quæſtiones opportunas à Bartolo propoſitas examinaturus.

2 Breue igitur huius noſtræ legis principium diuiditur, facilioris intelligentię gratia in duas particulas, in quarum prima breuiter factum narratur, ex quo elicitur quæſtio. In ſecunda quæſtio ipſa, & dubitatio ſoluitur. Secunda pars habet initium ab illis verbis, non quilibet hæres.

3 Sic redigitur in compendium, ex ſententia Dyni, Bart. Baldi, & Caſtrenſis. Indefinita æquipollet vniuerſali, non diſtributiuè, ſed collectiuè. mihi tamen videtur potius ſententia quędam hęc, & axioma, adnotatione dignum, quod poteſt per interpretationem ex hac lege colligi, quàm huius reſponſi argumentum, & propterea ego, ad mentem Alberi. hoc pacto
4 paucis legis noſtræ ſententiā perſtringo. Si teſtator damnat hæredem ſuum indefinitè, omnes intelliguntur damnati, non quilibet.

5 Facti ſpecies ſic confingi poteſt, Titius inſtituit hæredes Pamphilum, Sempronium, & Gaium, deinde ita ita cauit. Hæres meus damnas eſto dare aureos quinque Proculo, dubitatum fuit, primum, coram Pomponio I.C. huius reſponſi auctore, an diſpoſitio eiuſmodi valeret, & dubitandi cauſa, videbatur reſpon-
6 dendum negatiuè. Quia verborum ambiguitas, quæ eſt in cauſa, vt diſpoſitio poſſit ad plures perſonas referri, cum tamen teſtator non niſi de vno intellexerit, actum, & diſpoſitionē infirmat, l. duo ſunt Titij, ſupra de teſtament. tutela, ſed in propoſita teſtatoris diſpoſitiua oratione, eiuſmodi ineſt ambiguitas, & incertitudo, cum verba illa, hæres meus damnas eſto dare, poſſint ad plures hæredes inſtitutos referri, & tamen teſtator non niſi de vno intellexerit, vt conſtat ex numero ſingulari, quo vſus eſt, igitur ambiguitas eiuſmodi debet eſſe in cauſa, vt, diſpoſitione infirmata, nullus ex hæredibus, ob incertitudinem, dare teneatur.

7 Hac tamen ratione minime obſtante, contrarium deciditur in lege noſtra, & ratio deciſionis, ſeu ſuppoſitionis eſſe poteſt, quia ſemper fieri debet, in dubio, interpretatio, vt actus valeat, l. quoties, vbi Barthol. Socin. infra de rebus dub. l. quoties, vbi Iaſ. infra de verborum obligat. præſertim vbi agitur de obſer-
8 uatione voluntatis ipſius teſtatoris, quæ, vti regina dominatur in vltimis voluntatibus, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat. & vti lex obſeruatur, §. diſponat, in Authent. de nupt.

9 Non obſtat ratio dubitandi in contrarium adducta, propterea quod in d. l. duo ſunt Titij, conſtabat teſtatorem, non niſi vnum ex duobus Titijs voluiſſe ſuorum filiorum tutorem facere, cum vſus fuerit oratione ſingulari, in qua poſuit nomen proprium, iuxta theoriam Bart. ad l. proximam, ſupra eodem, in princip. quæ vniuerſali æquipollere nequit, vt per eundem Bart. ibi, in caſu autem legis no-
10 ſtræ, vſus eſt diſponens oratione indefinita, cum poſuerit ſine aliquo ſigno terminum illum

lum communem, hæres, per quem potuit intelligere diſpoſitionem ſuam in omnibus hæredibus locum habere, licet numero ſingulari vſus fuerit, cum indefinita ęquipolleat vniuerſali, d.l. proxima, in princip. ſupra eod. vbi Bar.

11 Accedat etiam, quòd non eſt nouum, in vſu iuris, vt ſingulari appellatione vtamur, cum plura etiam generis eiuſdem ſignificare volumus, vt ex Caſcellio docet Celſus I.C. in l. in vſu iuris, vbi Alciat. & alij, infra de verb. ſignificat.

12 Cæterum, ſuppoſita diſpoſitionis validitate, rurſus dubitatum fuit, an hæredes ſinguli, Proculo aureos quinque dare tenerentur, ita, vt quindecim memoratus legatarius eſſet habiturus, vel omnes ſimul eandem deberent quantitatem, ita, vt non niſi quinque ſemel legatarius conſequi poſſet, &, dubitandi cau-
13 ſa, videbatur reſpondendum, à quolibet hærede quinque deberi, per text. in §. ſequenti, huius eiuſdem legis noſtræ, vbi, ſi vni à diuerſis hæredibus eadem relinquitur quantitas, in dubio à ſingulis debetur, ſed, in caſu noſtro à diuerſis hæredibus, nimirum, à Pamphilo, à Sempronio, & à Gaio, eidem Proculo, eadem quinque aureorum quantitas relicta eſt, igitur à ſingulis, memorato Proculo, quinque aureorum quantitas debetur, ita, vt, vno ſoluente, alter non liberetur.

Hac tamen ratione minime negocium faciente, contrarium deciditur in principio legis noſtræ, eandem nimirum quantitatem, ſimul ab omnibus hæredibus, ſemel tantum, deberi, & ratio deciſionis potuit eſſe, quia indefinita æquipollet vniuerſali, collectiuè, non autem distributiuè.

15 Nec rationis, in contrarium adductę, aliqua habenda eſt ratio, quia in §. 1. infra eadem l. noſtra, à quo petita eſt, vt rectè conſiderat Bart. hic, à pluribus fuerat hæredibus, eadem legata quantitas vni, non vniuerſaliter, & indefinitè, ſed ſingulariter, & non vnica oratione, ſed diuerſis, quo caſu, nulli dubium eſt, quemlibet teneri in ſolidũ, & ſolutione vnius alterum non liberari, vt poſt Dynum ſentit etiam Bart. in d. §. 1. certo igitur certius eſt, in caſu legis noſtræ, non niſi ſemel ab hæredibus omnibus quinque deberi.

16 Sed, adhuc, tertio loco, cõtingit dubitari, an hæredes omnes, de quibus hic, ad dicta quinque in ſolidum, vel pro parte teneantur,
17 & videbatur reſpondendum, omnes in ſolidum teneri, quia vbicumque plures hæredes ſimul ad aliquid tenentur, intelliguntur in ſolidum obligati, l. 2. §. vlt. & l. 4. §. Cato, infra de verb. oblig. ſed hic plures ad idem tenentur, ergo inſolidum.

18 Cęterum, hac quoque ratione minime obſtante, contrarium deciditur in textu noſtro, & ratio deciſionis poteſt eſſe, quia diſpoſitio teſtatoris, illã admittit, in dubio, interpretationem, per quam hæredes minus grauari intelliguntur, l. vnum ex familia, §. ſi rem, infra eodem.

Nec refragatur dubitandi ratio, in contrarium adducta, quia locum ſibi vendicat in indiuiduis, & ita intelligendi ſunt tex. in d. §. vlt. & in dict. §. Cato, in caſu autem noſtræ legis, quinque debetur aureorum quantitas, quæ diuidua eſt, d. l. 2. §. 1. infra de verb. obligat. & propterea pro parte tenentur, non autem in ſolidum.

19 Nunc autem, ſublatis, per caſus figurationem, contrarijs, venio ad interpretationem litteræ, quę planiſſima eſt, inquit Pomponius.

SI PLVRIBVS HÆREDIBVS INSTITVTIS. Simpliciter, ſcilicet, vel æqualiter, vel etiam in diſparibus partibus.

ITA SCRIPTVM SIT. HÆRES MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVINQVE, & ſic diſpoſitum ſit indefinitè, per terminum communem, hæres, in numero ſingulari. hucuſque narratio facti, ſuper quo dubitabatur, ſequitur deciſio, & quæſtionis ſolutio.

NON QVILIBET HÆRES, quinque ſcilicet.

SED OMNES VIDENTVR DAMNATI, VT VNA QVINQVE DENT, quaſi ſit ſenſus, indefinitam, qua vſus eſt teſtator, intelligendam eſſe collectiuè, non diſtributiuè, ad dandum igitur quinque ſemel omnes tenentur hæredes, ſi ſint inſtituti ſimpliciter, vel æqualiter, pro virili, ſi in diſparibus partibus, pro rata, vt videtur ſentire etiam Bart. in §. 1. infra ead. l. noſtra, in veſtibulo.

Colligo nunc ex hoc tex. vt ſupra explicato, tres concluſiones.

Prima eſt, qui, pluribus, hæredibus inſtitutis, damnat hæredem dare quinque, ad quinque dandum omnes ſimul grauat.

21 Secunda, particula, omnis, eſt collectiua, dictio, quilibet, diſtributiua.

Tertia, & vltima indefinita æquipollet vniuerſali, collectiuè, non diſtributiuè.

22 Abſoluta ex his prima huius interpretationis parte, quæ ad textum pertinebat, venio nunc ad ea, quę pertinent ad illius materiam,

cam-

eamq; diuido in decem quęſtiones principes.

Prima erit, ſi teſtator dixerit, quilibet hæres meus det quinque, an ſinguli quinque debeant.

Secunda erit, de differentia inter particulas, omnes, & quilibet.

Tertia, de multiplici propoſitionum materia.

Quarta, de multiplici propoſitionũ forma.

Quinta, de multiplici propoſitionum quantitate.

Sexta, de multiplici propoſitionum qualitate.

Septima, an, & quando indefinita ęquipolleat vniuerſali.

Octaua, an, in caſibus, in quibus æquipollet, ex proprietate verborum, vel per interpretationem, dicatur æquipollere.

Nona, an collectiuè, vel diſtributiuè, dicatur æquipollere.

Decima, an, ita æquipolleat, vt trahatur ad futura, redeundo ad primam quæſtionem, diuido illam in duas inſpectiones.

23 Prima erit, an, ſi teſtator dixerit quilibet hęres meus det quinque.

Secunda, an, ſi iudex quēlibet ex reis conuentis in quinque condemnauerit.

Ad primam dubitationem, citra controuerſiam, reſpondendum eſt, vna cum Bart. ad mentem gloſ. quàm omnes ſequuntur, ſingulos ad quinque in ſolidum teneri, per tex. in l. 1. C. ſi plur. vn. ſent. condemn. ſunt, vbi, ſi generaliter plures in vna certa quantitate condemnati ſunt, per eandem ſententiam, omnes pro portionibus virilibus tenentur, nõ autem inſolidum, ſecus autem ſi ſinguli condemnati ſint, quòd intelligitur fieri per dictionem quilibet, cum ſit diſtributiua, vt pet gloſ. & Bart. hic, & eſt tex. in l. non diſtinguemus §. cum in plures ſupra de recept. arbitr. poſſumus ergo per d. l. 1. hoc pacto ratiocinari. quicquid re-
24 petitur ſtatutum in ſententia, intelligendum eſt etiam ſtatutum in teſtamento, cum de teſtamento ad ſententiam, & è contra valeat argumentum, l. ſeruus hac lege ff. de manumiſſ. cum cæteris congeſtis per Euerardum, in ſuis centum locis argumentorum, in loco à ſenten-
25 tia ad teſtamentum. At; in ſententia, vbi plures pet particulam diſtributiuam condemnantur ad eandem quantitatem, omnes inſolidũ obligati intelliguntur, d. l. 1. igitur, eodẽ quoquè modò, plures, per particulam diſtributiuam, in teſtamento damnati, eandem quantitatem alicui dare, inſolidum tenentur ſinguli.

26 Quod attinet autem ad ſecundam inſpectionem, breuis adhibenda eſt, ad mentem Dyni, diſtinctio, quam ſequitur Bart. hic, in prima quæſt. num. 2. Aut enim actor, qui plures reos ſimul conueniebat, expręſſit in libello, vt quilibet eorum, vel ſinguli in ſolidum condemnatētur ad eandem quantitatem, aut ſimpliciter petijt eos, ad certam quantitatem condemnari. Primo caſu, ſine dubio, rei condemnati tenentur ſinguli integram ſoluere quantitatem, per d. l. 1. C. ſi plures vna ſent. facit etiam text. noſter, arguendo de teſtamento ad ſententiam. Secundo autem caſu, quia ſenſus libelli eſt, vt omnes rei conuenti, ad eandem quantitatem, pro parte virili, condemnetur, argumento l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſent. & l. Paulus reſpondit, huius initij ſecunda, ff. de
27 re iud. arguendo de ſententia, ad libellum, & ſententia eam ſemper recipit inretpretationẽ, per quam eſt libello conformis, l. vt fundus ff. communi diuid. propterea, licet per particulam diſtributiuam, quilibet, vel ſinguli, fuerint, ad eandem quantitatem, in ſolidum condemnati, non niſi pro parte virili, ſecundum ſenſum libelli, & petitionis, condemnati intel-
28 liguntur, cum nequeat Iudex petitionis ſines excedere, d. l. vt fundus.

29 Ex hac Dyni declaratione, infert Bart. non eſſe inconueniens, vt plures rei debendi ſimul conueniantur, & libellus, contra eos, ita formetur, vt petamus quemlibet, vel ſingulos condemnari in ſolidum, id, quod probari etiã poteſt ex ſententia ipſius Bart. ad Auth. hoc ita, nu. 21. C. de duobus reis, per l. 1. C. ſi plures vna ſent. vbi, ſi non ſinguli in ſolidum, ſed generaliter tu, & collega tuus vna, & certa quantitate condemnati eſtis, nec additum eſt, quòd ab altero ſeruari non poſſet, id alter ſuppleret, effectus ſententiæ, pro virilibus portionibus, diſcretus eſt, igitur ſi ſinguli fuiſſent in ſolidum condẽnati, ſinguli tenerētur, ita vt, quòd ab altero ſeruari non poſſet, id alter ſuppleret. Tunc ſic. ſi per libellum non poſſet peti, plures in ſolidum condemnari, caſus vtique dari non poſſet, vt plures in ſolidum condemnarētur, cum ſententia debeat eſſe conformis
30 libello, d. l. vt fundus § communi diuid. cumque valeat argumentum, de libello ad ſententiam, vt per Euerar. in ſuis centum locis argumentorum, in loco, à libello ad ſententiam, vbi plura congerit. At, ſententia vna, poſſunt plures condemnari in ſolidum, d. l. 1. igitur neceſſario ſequitur, vt libellũ quoque, ita concipi poſſit, vt, per eum, petamus, plures in ſolidum condemnari.

31 Declarat tamen hanc concluſionem Bart.

tàm

Digitized by Google

tàm hic, quàm ad d. Auth. hoc ita C. de duobus reis, num. 21. vt vendicet ſibi locum tantummodo, vbi proponens libellum contra plures, petat eos in ſolidum condemnari, ita vt vna ſolutio ſufficiat, & ſic, ſi proteſtetur vnica ſolutione contentum eſſe, ſecus autem, ſi hoc modo non proteſtetur, & ad ſuam hanc declarationem probandam, adducit, tàm hic, quàm ad d. Auth. hoc ita, ſub d. num. 21. referens ſe ad ea, quæ ibi dixit, plures, tàm legum, quàm etiam gloſſarum auctoritates, quæ tamen Bart. ſententiam, ſi rectè perpendantur, non probant, & propterea iure optimo Bald. hic reprobat hanc Bar. declarationem, ductus
32 fortè hac ratione. Expræſſio eorum, quæ ta-
33 citè inſunt nihil operatur. l. cũ quid, ff. ſi cert.
pet. ſed, ex natura cauſæ, vbicumque petimus plures in ſolidum condemnari, tacitè ineſt, vt, vnius ſolutione, cæteri liberentur. §. vlt. Inſtit. de duobus reis, igitur proteſtationis expræſſio, quam deſiderat Bart. non eſt neceſſaria, &, cum hac Baldi reſolutione, pertranſeo, quàm ipſe, teſtatur etiam eſſe ex intentione gloſſ. & Iac. de Butr. ad l. 1. C. de fide inſtrumẽtorum.

34 Subſequitur modo ſecunda princeps quæſtio, de differentia inter particulas, omnes, & quilibet, quam diuidam in duas inſpectiones. prima pertinebit ad differentiam ipſam; ſecunda ad Dyni illationem, de fundo cõceſſo duobus fratribus in feudum, vt præſtent quarterium bouis, vt ipſe loquebatur, & quatuor operas, quomodo ſcilicet intelligatur.

Quod attinet ad primum, reſpondeo, vna cum Accur. eam eſſe, inter particulam omnes, & dictionem quilibet, differentiam, vt particula, omnes, ſit collectiua, & coniungat plurium actiones ad idem, dictio autem, quilibet, ſit diſtributiua, & diuidat actiones, eas referẽs ad ſimilia, ſed numero diuerſa, obiecta. Hinc dicit Accurſ. aliud eſſe dicere. omnes iſti ferunt lapidem, aliud. quilibet iſtorum fert lapidem, primus enim loquendi modus, ſignificat plures ſimul ferre eundem lapidem, ſecunda autem propoſitio, deſignat ſingulos ſeparatim ferre lapidem, probat autem hanc differentiam Bart. per text. in l. non diſtinguemus §. cũ in plures ff. de recept. arbr. vbi I. C. facit differentiam, quando in plures eſt compromiſſum, numquid dictum ſit, ea conditione, vt quam quilibet ſententiam dixerit, ei ſtaretur, vel ea, vt omnes dicant, quia, primo caſu, cæteris abſentibus, cogetur vnus dicere ſententiã, ſecundo autem caſu, non ſinguli poterunt cogi, ſed
35 omnes ſimul, quæ autem ſint dictiones collectiuæ, & quæ diſtributiuæ, docet egregiè Bart.
ad l. hoc articulo ff. de hæred. Inſtit. & pleniſſimè de eiuſmodi dictionibus, &, de earum vi, & poteſtate, agit Io. Bologn. ad l. heredes mei §. cum ita infra ad Sen. Conſ. Trebell. in animaduerſionibus.

36 Quod attinet autem ad ſecundam inſpectionem, ſi concedatur duobus fratribus fundus in feudũ, vt præſtent ſingulis annis quartam bouis partem, & quatuor operas, quatenus dubitatur, an debeant omnes ſimul eaſdẽ quatuor operas, eandemque bouis partem præſtare, vel ſinguli operas quatuor, itemque ſinguli bouis partem quartam, ita, vt duæ bouis quartæ, & octo ſint præſtandæ operæ. ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut, in conceſſione, appoſita eſt particula collectiua, omnes, aut non eſt appoſita, ſi eſt appoſita puta, quia dictum ſit præſtent omnes quartam partem bouis, & octo, operas ſatis eſt, vt omnes præſtent eãdem bouis partem, & operas eaſdem. ſi verò particula vniuerſalis collectiua non eſt appoſita, Aut conceſſio facta eſt indefinitè, Aut cum particula vniuerſali diſtributiua, ſi indefinitè, vt puta fratres præſtent, in dubio fieri debet interpretatio, vt collectiuè ſint grauati, non autem diſtributiuè, vt omnes ſcilicet teneantur ad eaſdem operas, & ad eandem bouis partem, & ſic omnes pro parte, vt hic, & in l. mortuo boue. §. vltimo, infra eod. ita, poſt Dyn. concludit Bart. hic in fin. num. 8. nec non Alber. pariter in fine ſub num. 6. & Bald. num. 1. quorum ſententiæ, ego quoque ſubſcribo, & venio ad tertiam principem quæſtionem, quæ pertinet ad multiplicem propoſitionum materiam.

37 Ad quam breuiter reſpondeo, triplicem eſſe propoſitionum materiam, licet, non niſi duplicem poſuerit Bart. hic num. 6. Aut ſcilicet naturalem, & neceſſariam, Aut impoſſibilem, & remotam, Aut cõtingentem, & accidentalem, vt, poſt dialecticos, docent Bart. hic, ſub d. nu. 6. & Bald. ad l. ex perſona, C. de procur.
38 num. 2. verſ. in iſta igitur propoſitione, ex na-
turali, & neceſſaria materia concipitur propoſitio, quando prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, vel proprietas illius, vt homo eſt animal, homo eſt riſibilis, hæres eſt ſucceſſor, hæres repræſentat defunctum, harum propoſitionum exemplum habemus in l. 1. ff. de teſtament. & in princip. Inſt. cod. in princ. Inſt. de nct. cum ſi-
39 milibus. ex materia autem remota, & impoſ-
ſibili, concipitur propoſitio, quando prædicatum non poteſt conuenire cum ſubiecto, vt teſtamentum eſt ſtipulatio, poſſeſſio eſt contractus, homo eſt lapis, vt per Bald. in prælle-

gato

gato loco, huius autem propoſitionis exem-
pla, poſſumus colligere ex §.impoſſibilis Inſt.
de hæred. Inſtit. ex §.ſi impoſſibilis, Inſtit. de
inutil. ſtipul. facit l.impoſſibilium,& ibi gloſſ.
40 ff.de reg.iur.cum ſimil. ex materia autem cō-
tingenti, & accidentali dicitur concepta pro-
poſitio, in qua prædicatum, cum ſit accidens
commune ipſius ſubiecti, poteſt, ab eo abeſſe,
& adeſſe, præter illius corruptionem, vt homo
eſt ſeruus, ſeruus eſt exercitor, homo eſt grā-
maticus, tutor, miles, vt per Bart. hic, & per
Bald. ad d.l.ex perſona, in præallegatis locis,
& huius propoſitionis exempla occurrunt fre
quentiſſima in iure, & in ſpecie habemus in l.
ferè, & in l.expræſsè ff de reg.iur. cum ſimili-
41 bus. & materia eiuſmodi contingens, & acci-
dentalis, vt ego, præter alios, animaduerto,
rurſus poteſt ſubdiuidi, in ſpecialem, vel de
raro contingentem, & in communem, vel re-
42 gularem, primi generis exemplum eſt in pro-
poſitione hoc modo concepta. homo eſt mo-
noculus, homo eſt mutus, homo reſtituitur in
43 integrum, homo eſt ſolutus legibus. Secun-
di autem generis exemplum eſſe poteſt in
propoſitione hoc modo concepta. homo eſt
bipes, erectus, eſt ſuę rei moderator, & arbiter,
ſemel hæres nō deſinit eſſe hæres. hanc autem
materiæ ſubdiuiſionem, colligimus nos ex l.
44 nam ad ea ſupra de legibus, nec eſt inconue-
niens, vt vna, & eadem materia contingens, &
accidentalis, diuerſis reſpectibus, & ratione
diuerſorum ſubiectorum, ſit interdum regu-
laris, & communis, interdum ſpecialis, & ſin-
gularis, etenim reſtitutio in integrum, relata
ad hominem ſimpliciter, eſt ſpecialis, vel ſin-
gularis, relata autem ad minores laſos, eſt re-
gularis, & frequens, toto tit. ff. de minoribus.
45 Quod attinet autem ad quartam quæſtio-
nem, dicimus eam à forma orationem, & pro-
poſitionem recipere diuiſionem, vt aliqua ſit
Cathegorica, aliqua Hypotetica, vt, poſt Dia
lecticos, docet Accurſ. ad l.quęſitum in vltima
gloſ. de acquir. rerum domin. & plenius Bart.
ad l.ſi is qui ducenta §.vtrum de rebus dub. in
46 veſtibulo. Cathegorica eſt ſimplex oratio, ex
ſubiecto, & prædicato conſtans, vt legatum
47 eſt donatio, Titius contrahit. Hypotetica au-
tem eſt propoſitio, non ſimplex, ſed compoſi-
ta, ex duabus partibus cathegoricis, quòd cō-
tingit fieri multipliciter, vt non obſcurè colli-
gitur ex Bar. in præallegato loco, & in primis,
48 copulatiuè, diſiunctiuè, & conditionaliter.
copulatiuè, vbi coniunguntur partes per co-
49 pulam, veluti Titius eſt bone fidei poſſeſſor,
& facit fructus ſuos, diſiunctiuè, vbi partes iun
50 guntur per copulam diſiunctiuā, veluti. Dies
eſt, aut nox eſt, vt in l. hæc verba de verborū
51 ſign. conditionaliter autem, tripliciter, cauſa-
liter, nimirum, rationaliter, & conditionaliter
52 in ſpecie. cauſaliter, vbi copula eſt redditiua
cauſæ, veluti, quia contraxiſti obligatus es,
53 rationaliter, vbi copula eſt illatiua. Sol lucet,
54 ergo dies eſt. conditionaliter in ſpecie, vbi co-
pula eſt particula conditionalis. ſi Sol lucet,
dies eſt, ſi impubes eſt, teſtari non poteſt.
55 Subſequitur modo quinta quæſtio, quę per-
tinet ad multiplicem propoſitionum quanti-
tatem, ſecundum quam poſſunt diuidi propo-
ſitiones, ad mentem Bart. ad l.ſi is qui ducen-
ta in §.vtrum de rebus dubijs, & ad l.proxi-
mam in princ. ſ cod. vt aliquæ ſint vniuerſa-
56 les, aliquæ non vniuerſales, & vniuerſales illę
dicuntur, in quibus ſubijcitur terminus com-
munis, determinatus ſigno vniuerſali, vt om-
nis homo currit, nullus homo currit, omnis iu-
riſdictio eſt poteſtas, nullus libertinus eſt inge-
nuus, exempla habemus in l.1. ſ eod. in l.na-
turaliter in §.nihil commune ff de acquir.poſ-
ſeſſ. in l.in omnibus. in l.omnia, in l.omnis, in
l.omnes, in l.nullus videtur, in l.nemo poteſt
57 condemnare, in l.nihil ff. de reg.iur. Non vni-
uerſalis autem propoſitio, eſt in duplici diffe-
rentia, Aut ſcilicet definita, Aut indefinita, &
58 definita. Aut eſt particularis, Aut ſingularis.
particularis illa eſt, quæ determinatur ſigno
particulari, deſignante indiuiduum vagum,
cuiuſmodi ſunt, quidam, aliquis, non omnis.
vnus quidam homo eſt pubes, aliquis homo
eſt ſeruus, non omnis hæres eſt neceſſarius, v-
nus heres eſt incapax, huius propoſitionis exē
pla habemus, in l.contractus de reg. iur. in l.
quidam cum filium, de verb. obligat. in l.vni
ex hæredibus de pecul. in l.nō omnis ff. ſi cert.
59 pet. & paſſim in iure. Singularis autem eſt il-
la, in qua ſubijcitur terminus diſcretus, ſigni-
ficans indiuiduum certum, vt puta per nomē
60 proprium, vt per Bart. in l.prox. ſupra in prin.
verſ. oratio ſingularis, vel per circumſcriptio-
nem, vel per particulam, ad ſenſum demon-
ſtratiuam. Titius eſt ſeruus verna, Sophoniſci
filius eſt doctus, hic homo eſt tutor, exemplū
indiuidui nominati eſt in l. Lucius Titius de fi
deicommiſſ. libert. indiuidui circumſcripti, vel
circumlocuti, vt dialectici loquuntur, in fine
princ. Inſt. de exhæred. liber. & in l.2. ſupra de
lib. & poſth. indiuidui ad oculum demonſtrati
in l.hoc edicto infra de nou. operis nunciat.
vbi DD. faciunt tradita per Bart. & DD. ad l.
Męuius §.duobus, hoc eod. tit. noſtro. De tri-
plici autem hoc indiuiduo nominato, ſcilicet

circumlocuto, & demonſtrato, eſt text. adnotatione digniſſimus, in l. certum ff. ſi cert. per. Nam Pedius (inquit ibi I.C.) lib. 1. de ſtipulationibus, nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabu-
61 lis quibuſdam demonſtretur. Oratio autem, ſeu propoſitio indefinita ea eſt, in qua terminus communis ſubijcitur ſine aliquo ſigno vniuerſali, vel particulari, aut ſingulari, vt homo eſt ſociabilis, hæres tenetur ad onera, filius eſt in poteſtate patris, vt per Bar. ad d. l. pro-
62 ximam, verſ. oratio indefinita. Hæc oratio appellatur etiam à legiſlatoribus generalis, vt colligitur ex l. 1. C. ſi plures vna ſententia cōdemn. ſunt. ex l. ſi ſeruitus, ſupra de ſeruit. vrban. præd. & paſſim occurrunt exempla in tit. de reg. iur. vt in l. fœminæ, in l. in teſtamentis, in l. ſi filius familias, in l. nuptias. eſt autē hęc
63 indefinita oratio, & propoſitio, vt ego, vltra alios, animaduerto, in duplici differentia, Aut enim ſimplex eſt, & indeterminata, Aut re-
64 ſtricta, & coarctata, primi generis exemplum eſſe poteſt. Hæres repreſentat perſonam defuncti, in qua terminus communis, hæres, non
65 eſt per aliquam differētiam coarctatus. ſecundi autem generis illa indefinita eſt, cuius communis terminus limitatus eſt, & reſtrictus, per aliquam differentiam tacitam, vel expręſſam. cuiuſmodi eſt indefinita, de qua in tex. noſtro. Hæres meus damnas eſto dare aureos quinque, reſtringitur enim terminus ille cōmunis, hæres, per illud poſſeſſiuum, meus, ad duos, vel plures hæredes teſtatoris, eandem indefinitam proferentis,
66 Subſequitur modo quinta quæſtio, quæ ad varias propoſitionum qualitates pertinet, ad quam reſpondeo. quamplurimas, à varijs qualitatibus recipere propoſitiones, diuiſiones, vna eſt, vt aliqua propoſitio perfecta ſit, ali-
67 qua imperfecta, perfecta ea eſt, quæ perfectū generat ſenſum, & intelligentiam, vt homo
68 ſtudet, Titius eſt hæres, imperfecta eſt, quæ non conſtituit quietum audiētis intellectum, ſed ſuſpenſum dimittit, vt. ſi Titius venderet.
69 Titius hæres, quæ imperfecta oratio, per ſubauditum intellectum, interdum pro perfecta, in iure noſtro, habetur, quaſi plus nuncupatū minus ſcriptum, l. 1 ſupra de hæred. Inſt. eam etiam, à qualitate, recipit diuiſionem oratio, &
70 propoſitio, vt aliqua ſit vera, vt Deus eſt verax, aliqua falſa, vt proprietas eſt poſſeſſio, itē oppoſitas habet oratio, & propoſitio qualita-
71 tates, quatenus aliqua eſt affirmatiua, vt Titius habet teſtamenti factiomem actiuam, aliqua negatiua, vt Titius non habet teſtamen-
72 ti factionem actiuam, An autem, & quando, ex duabus propoſitionibus, quarum altera ſit affirmatiua, altera negatiua, vna ſit de neceſſitate falſa, altera vera tradidimus in noſtra prima ſelectarum diſtinctionum centuria, diſtinct. tertia, ſunt etiam aliæ, propemodum inumerę, oppoſitæ propoſitionum qualitates, quas copioſè tradunt Philoſophi, & Dialectici, ſed tres potiſſimum, quę ad rem noſtram faciunt, ſuot à nobis in medium afferendæ. Pri-
73 ma ergo diuiſio eſt, vt aliqua, cuiuſcumque quātitatis, &, de quacumque materia, propo-
74 ſitio, ſit enuociatiua, aliqua diſpoſitiua. enunciatiua eſt, quæ ſimpliciter factum recenſet, & narrat, nihil diſponendo, vt. Imperator venturus eſt in Italiam. ſciant hæredes mei, me donaſſe veſtem meam libertis meis, exemplum propoſitionis enunciatiuæ peti poteſt, à l. ex hac ſcriptura ff. de donat. à l. ex his verbis C.
75 de milit. teſtam. & ſimilibus, &, licet regulariter oratio enunciatiua nō diſponat, interdum tamen, vim etiam diſpoſitionis habet, vt per
76 DD. in prolatis iuribus. Oratio autem, ſeu propoſitio diſpoſitiua eſt, quæ non ſimpliciter narrat, ſed diſponit, vt promitto tibi decem aureos, Lucius Titius mihi hæres eſto, hæres meus damnas eſto dare quinque, vt hic in l. no-
77 ſtra, in l. 1. ſupra de hæred. inſt. & paſſim in iure. ſecunda diuiſio eſt, maximè ad rem noſtrā faciens, quæ omnibus propoſitionibus communis non eſt, ſed ad vniuerſales ſolummodo refertur, vt aliqua ſit vniuerſalis propoſi-
78 tio collectiua, aliqua diſtributiua, illa conficitur, ſi apponatur ſignum vniuerſale omnes. hæredes mei omnes dent quinque, hæc au-
79 tem, ſi apponatur ſignum vniuerſale, quilibet, vel vnuſquiſque ex hæredibus, det quinque, vt hic per Accurl. & per Bart. qui ad probandam differentiam, inter particulas collectiuas, & diſtributiuas, adducit text. in l. non diſtinguemus §. vt in plures ſupra de receptis arbitr. & materiam hanc diligenter exa-
80 minat, ad l. hoc articulo, ſupra de hæred. Iuſt. Tertia, & vltima diuiſio, ſatis nobis in propoſito opportuna, quæ pariter, ad vniuerſalem propoſitionem tantummodo refertur, eſt, vt aliqua ſit propoſitio vniuerſalis dialectica, quæ eſt præciſa, & rigoroſa, aliqua ciuilis, & moralis, quæ temperamentum recipit. hanc diuiſionem, ex Felino, & alijs, tradit Cagnol. ad l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. num. 1. vbi interpretatur, ſemper, ideſt communiter, & regulariter, ſecundum naturam tit. de reg. iur. iuxta l. Imperator, ff. de in diem adiect.
81 Vniuerſalis igitur dialectica oratio, illa eſt, in

qua,

qua,ſi aliquid falſum reperitur,totam oratio-
nem falſam efficit,vt dicit I.C.in l.ſi is qui du
centa §.vtrum infra de rebus dub.vbi Bar.hæc
enim propoſitio. omnis homo currit, ſi vnus
dumtaxat non currit,falſa eſt,& ſic intelligun-
tur regulariter orationes,& propoſitiones in
82 diſpoſitionibus hominum, nam,ſi quis hære-
dem inſtituat Titium,ſi ſuos omnes ſeruos ma
numittat, ſi vnum dumtaxat, non manumit-
83 tat,hæres non erit. Vniuerſalis autem ciui-
lis, & moralis eſt ferè quælibet regula, & pro-
poſitio legalis,habens ſignum vniuerſale,cũ,
nihilominus aliquam ſemper exceptionem
admittat, argumento l.omnis definitio ff.de
84 regul.iur. mitius enim ſemper agitur cum le-
ge,quàm cum homine.l.ſi cum dies §.vlt.cum
l.ſeq.ff.de recep.arbitr. talis ergo eſt propoſi-
tio illa.per omnia exæquata ſunt legata fidei-
commiſſis,de qua in l.1. ſupra tit.prox. vt latè
ibi declarauimus,& tradit etiã Zaſ. ibi num.
11.alias plures adducens auctoritates. Talis il-
la. nihil commune habet proprietas cum poſ-
ſeſſione, de qua in l. naturaliter §. nihil com-
mune ĩ de acquir. poſſ. vbi pariter quãdoque
diximus, & paſſim regulæ reperiuntur in tit.
infra de regu.iur. quæ ſigno vniuerſali conce-
ptæ ſunt, & tamen exceptiones varias admit-
tunt, id, quòd ſentit etiam gloſſ. ad l.1. ſ ſol.
matr.in verbo,ſemper,in fine,vbi latè Iaſ. nu.
33.in verſ.in eadem gloſ. ex qua ſub num.34.
infert in praxi, ad defenſionem teſtium vni-
uerſaliter deponentium.

85 Sed iam veniendum eſt ad ſeptimam prin-
cipem quæſtionem, An ſcilicet,& quando, &
commodo, indefinita æquipolleat vniuerſali,
in cuius gratiam, quæſtiones,de materia,quã-
titate, & qualitate propoſitionum præmiſi-
mus.Quatenus igitur quæritur, An,& quando
indefinita æquipolleat vniuerſali, ſic, & ple-
nius,quàm fecerimus in noſtris ſelectis diſtin-
ctionibus,diſtinctoione 1.diſtinguendo,ſubti-
lem,& difficilem materiam hanc declaramus.
Aut indefinita eſt de materia neceſſaria, Aut
86 de materia non neceſſaria, ſi de materia ne-
ceſſaria, cuiuſmodi eſt hæc, homo eſt animal,
teſtamentum eſt teſtatio mentis,Inſt.in princ.
de teſtam. æquipollet vniuerſali, vt rectè do-
cet Bart.hic num.6.ſentiunt etiam Bal.Caſtr.
& alij. ſi de materia non neceſſaria, rurſus di-
ſtinguendum eſt, quia, Aut eſt oratio, & pro-
poſitio indefinita,de materia impoſſibili, Aut
87 de materia contingenti, ſi de materia impoſ-
ſibili veluti homo eſt lapis, Alueus fluminis
publici, non eſt publicus, l.1.§.ſimili modo ff.
de flumin. vel ſeruus non eſt moritutus, l.non
moriturum C.de contrahen.empt.neque par-
ticulari, neque vniuerſali æquipollet, ſed fal-
ſa, & nulla omnino eſt. l.impoſſibilium ff.de
reg.iur.cap.nemo poteſt eod.tit.lib.6.ſi de ma
88 teria contingenti,& accidentali, Aut indefini-
ta profertur enunciatiuè, Aut diſpoſitiuè. ſi
enunciatiuè, Aut in materia probatoria, Aut
in alia materia. ſi in materia probatoria,vt in
diſpoſitionibus teſtium, quoniam probatio
debet de neceſſitate concludere,non ęquipol-
let,vt colligitur ex Innoc.ad c.auditis num.4.
89 de præſcript.quem ſequitur ibi, & commen-
dat Abbas num.24. & Felin. num.pariter 24.
verſ.guſta.tradit Alex.conſ.108. num.13. lib.
2.faciunt tradita per Bald. ad l.ab hoſtibus §.
ſed quòd ſimpliciter ff.quibus ex cauſ.maior.
tradit in ſpecie Rebuff.alios adducens ad l.pu
pillus eſt in §.verbum ſum. de verb. ſign. col.
2.in princ. necnon Maſcar.de probat. concluſ.
1313.num.13.& 14.idem ſcripſit de inſtru-
mentis Natta conſ.164.num.25. Hinc, ſi ſcri-
ptum ſit in inſtrumento, Monachos eligiſſe
ſyndicum,intelligitur de quibuſdam, non de
omnibus.Oldrad.conſ.100. Alex.conſ.7.lib.
1. Imola poſt Ancharan. ad cap. quanto de
his,quæ fiunt à prælat.ſine conſen. capitoli. ſi
extra materiam probatoriam. Aut eſt ſim-
plex,Aut reſtricta,& coarctata,ſi ſimplex.Aut
de materia ſpeciali,Aut de materia communi,
90 & regulari, ſi de ſpeciali, non æquipollet v-
niuerſali,hinc ſi dicatur homo eſt monoculus,
eſt grammaticus, eſt tutor, nõ perinde eſt,ac
ſi dicatur. omnis homo eſt monoculus,grãma
ticus,tutor,ſed ſonat, aliquis homo eſt mono-
culus, grãmaticus,tutor,ita vt æquipolleat po
91 tius particulari.ſi de materia non ſpeciali, ſed
regulari,& cõmuni. Aut quęrimus,nũquid æ-
quipolleat vniuerſali dialecticæ,præciſæ,& ri-
goroſæ, Aut vniuerſali ciuili, & morali, quæ
regularis eſt, ſed temperamentum recipit, &
exceptiones admittit.primo modo non æqui-
pollet vniuerſali,vt non obſcurè colligitur ex
Bart.hic num.6.verſ.verbi gratia, vbi tamen
confundit enũciatiuam cum diſpoſitiua.hinc,
ſi dicimus,homo eſt ſanus,homo loquitur,cõ-
trahit, teſtatur, litigat, non ita æquipollet in-
definita vniuerſali, vt præciſè omnes homi-
nes,nemine excepto,includat.ſecundo autem
92 modo æquipollet vniuerſali; Nam ſi dicatur.
hæres tenetur ad onera hæreditaria, etiam
vltra vires patrimonij defuncti, vel dominus
93 rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, licet aliquis
94 hæres, ni mirum,qui fecit inuentarium,vltra
95 vires non teneatur l.vlt. C.de iur.delib. & a-
liquis dominus non poſſit diſponere de rebus

ſuis §.nunc admonendi, & toto tit. Inſt. qui-
bus alienare licet, vel non. tradit Bart. ad l.ſi
quis vi §. differentia infra de acquir. poſſeſſ.
96 nu.4. exceptio enim in vno, vel altero firmat
97 regulam, non deſtruit, cum omnis regula,
quantumuis generalis, & vniuerſalis, patia-
tur exceptionem. l.omnis diffinitio, infra de
98 reg.iur.vbi Dec.& Cagnol. ſed in dubio, &
quamdiu non probatur exceptio, ſtandum
eſt regulæ vniuerſali. Bart.ad l.2. nu.1. in fin.
ff.ſi quis in ius vocat. non ierit Dec.ad l.1.nu.
99 7.ff.de reg.iur. Regulam enim, qui habet cau-
ſę ſuæ inſeruientē rem certam habere dicitur,
100 ita vt alleganti exceptionem, incumbat onus
probandi, vt per Iaſ. ad l.qui ſe patri C. vnde
101 lberi. Vbi verò indefinita eſt reſtricta, & co-
arctata, Aut dubitamus numquid ęquipolleat
vniuerſali negatiuæ, Aut affirmatiuæ, ſi nega-
tiuæ concludendum eſt æquipollere vniuer-
ſali dialecticæ, rigoroſæ, & præciſæ per l.ſi is
qui ducenta in §. vtrum in fin. infra de rebus
dub.ibi. non fecit, ideſt nihil eorum fecit, do-
cet etiam Bar.hic nu.6.ſi affirmatiuæ, nō æqui
pollet, vt per eūdem Bart.hic nu.5.verſ.verbi
gratia, dum dicit ſerui mei textores, licet ibi
quoque cōfundat indefinitā ſimplicem, cum
indefinita coarctata, illa enim. ſerui, mei tex-
tores, eſt coarctata per poſſeſſiuum, mei, illa
162 autem homo currit, eſt ſimplex. Vbi verò
indefinita pronunciatur diſpoſitiuè, rurſus, ex
ſententia Bart.& Alber. hic, diſtinguendum
eſt, Aut profertur à lege, Aut ab homine, ſi à
lege, Aut, ſi ęquipollet vniuerſali, ſequitur cor
rectio aliarum legum, Aut non, ſi ſequitur nū-
quam fit interpretatio, vt æquipolleat vniuer-
103 ſali, nam correctio, niſi facta ſit verbis ſpe-
cialibus, & expræſſis, numquam admittitur. l.
præcipimus C.de appellat.in fin. Alex. conſil.
25.num.14.lib.5.non admittitur enim per in-
terpretationem, gloſ.eſt ad cap. cupientes, in
§.quòd ſi per viginti, de elect.lib.6.nec ex ma-
ioritate quidem rationis, vt rectè docet, ex
Romano, & Alex.Camill.Plaut.ad Rub.infra
104 de verborum oblig.lib.2.cap.2.num.6.ſi ve-
rò correctio aliarum legum non ſequatur, æ-
quipollet ſaltem vniuerſali ciuili, morali, & re-
gulari, ſiue ſit lex communis, ſiue municipa-
lis, vt per Bart.ad l.qui ædificium ff.de ſeru.
vrban.præd. & quæſt.8. num.12. Vetal.deciſ.
105.parte tertia. hinc, dum dicit I.C. in l.pœ-
105 nalia ff de reg.iur. pęnalia iudicia ſemel ac-
cepta, in hæredem tranſmitti poſſunt, perin-
de eſt, ac ſi dixiſſet omnia pœnalia iudicia. ita
ſentit etiam Bart. hic num.5. per l.iura, non
166 in ſingulas ſupra de legibus. Ex quo colligi-
tur, orationē legis, etiam ſingularem, vniuer-
ſali, æquipollere, igitur multo magis æquipol-
lebit indefinita legis. Si profertur ab homine,
107 Aut refertur ad perſonas, Aut ad res, ſi ad
perſonas, Aut verſamur in materia merè odio
ſa, ſeu odioſa irrationabiliter. Aut in materia
fauorabili, ſeu indeferenti. ſi in materia merè
odioſa, non æquipollet vniuerſali, vt docent
Bart.hic.num.6.in fin. & Alber.num.3.in fin.
per tex.in l.2. ſupra de lib. & poſth. & per l.1.
§.quare eſt ſi ita, infra de ventr. in poſſ. mit-
tēdo, quibus in locis, pater, qui plures habens
108 filios, filium exhæredat, nullum exhæredaſ-
109 ſe intelligitur. ſi in materia fauorabili, vel
indifferenti, & ſic non odioſa, æquipollet vni-
uerſali, vt per Bart.hic in præallegato loco, &
110 per Alberic. num.4. Hinc teſtator, qui, plu-
ribus hæredibus inſtitutis, dixerit. Hæres me-
us damnas eſto dare quinque, omnes damnaſ
ſe intelligitur, vt in l.noſtra, & pater, filijs ſuis
111 tutorem dans, omnibus dediſſe cenſetur. l.ſi
quis ita §.1. ſupra de teſtam.tut. & l.qui filia-
112 bus ſupra tit. prox. ſi refertur ad res, adhuc
diſtinguendum eſt, quia, Aut terminus com-
munis refertur ad materiam, vel genus, Aut
ad ſpeciem, ſi ad materiam, vel genus, puta,
ad argentum, aurum, marmor, vinum, oleum,
triticum, Aut eiuſmodi materia, vel genus in
patrimonio diſponentis non reperitur, Aut re-
peritur, ſi non reperitur, Aut indefinita eſt ſim
plex, & indeterminata, Aut reſtricta, & coar-
ctata, ſi indeterminata, non æquipollet vniuer
113 ſali, ſed actum nullum reddit. Hinc, ſi quis
ſimpliciter, & indeterminatè, vinum, triticū,
vel argentum leget, nullum eſt legatum, quia
hæres, dando tritici granum, vel vini guttam,
vel minimam argenti particulam, liberaretur,
gloſ.eſt in l.legato generaliter, ſupra titu. pro-
ximo, & in §.ſi generaliter, Inſtitut.de leg.fa-
cit, in fortioribus terminis, l.ſi domus, in prin-
114 cip.ſupra eodem titulo proximo, ſi determi-
nata, & coarctata, puta, per aliquod nomen
poſſeſſiuum, quia, ſcilicet legatum ſit vinum
Titij, vel quia ſit legatum frumentum, quod
eſt in tali orreo, intelligitur relictum vniuer-
ſum Titij vinum, & frumentum vniuerſum,
quod in memorato loco reperitur, & ſic æqui-
pollet vniuerſali, argumento l.noſtræ, iuncto
§.non ſolum, Inſtitut.de legat. Si verò mate-
115 ria, vel genus reperitur in patrimonio diſpo-
nentis, Aut eſt materia, ex qua conflata ſpe-
cies poteſt reuerti ad rudem materiam, Aut
materia, ex qua conflata ſpecies ad rudem
materiam, & maſſam non reuertitur. Si ea eſt,
ad quam ſpecies poteſt reuerti, vt aurum, &
argen-

argentum , indefinita abſolutè æquipollet v-
niuerſali , ita vt compræhendat etiam ſpecies
116 illius materiæ,& ſic argentum, & aurum fa-
ctum. Hinc auro,vel argento legato,etiam au
rum, & argentum factum teſtatoris debetur,
& ſic ſpecies quoque illius materiæ , dummo-
do non ſit pecunia , l. Quintus Mutius , huius
initij,2.§. 1.& l.cum aurum,infra de aur.& ar-
gent.legat .l.quæſitum, eſt §.illud fortaſſis, &
l.lana legata,in fin.infra titulo proximo.Si ve
117 rò eſt eiuſmodi , vt ad eam confecta ſpecies
reuerti non poſſit,cuiuſmodi eſt lana, & mar-
mor,indefinita æquipollet vniuerſali coarcta-
tæ ad materiam ſimplicem , & rudem , non v-
niuerſali generaliſſimæ , quæ compræhendat
etiam materiam, ad ſpeciem redactam . Hinc
118 legata lana,vel marmore, nec veſtis ex lana
facta,nec ſtatuæ marmoreæ debentur, d.§.il-
119 lud fortaſſis,& l.ſi cui lana, l.lana legata, in-
fra titulo proximo. Si vero indefinita refertur
ad ſpeciem, Aut terminus communis eſt in nu
mero ſingulari, Aut in numero plurali,ſi in ſin
gulari , Aut ſignificat ſpeciem artificialem ,
Aut naturalem,ſi artificialem, Aut nullum in-
diuiduum illius ſpeciei reperitur in patrimo-
nio diſponentis , Aut reperitur , ſi non reperi-
tur,neque vniuerſali æquipollet, neque parti-
120 culari,ſed ſua ambiguitate actum vitiat,&
diſpoſitionem ipſam. Hinc ſi quis ſimpliciter,
& indeterminatè domum legat , & nullam in
bonis domum habet , magis deriſorium eſt ,
121 quàm vtile legatum,vt inquit I.C.in l.ſi do
mus, in fin. ſupra titulo proximo . Si vero ali-
qua illius ſpeciei indiuidua reperiuntur in pa-
trimonio diſponentis,Aut terminus commu-
nis ſignificat ſpeciem artificialem mobilem ,
Aut immobilem, ſi mobilem æquipollet vni-
122 uerſali , hinc legans veſtem ſuam, omnem
ſuam veſtem legare intelligitur , l. ſi ita lega-
tum,& l.Plautius, ff.de aur.& argent.legat. ſi
123 immobilem,æquipollet particulari.Hinc le-
124 gans domum , cenſetur vnam legaſſe ex ſuis
domibus,quam elegerit hæres, d.l.ſi domus,
in primo reſponſo, vbi Bart.num.2. Vbi vero
125 terminus communis ſignificat ſpeciem na-
turalem. Aut dictus terminus communis,ita
generalis eſt , vt compræhendat etiam ea , in
quibus ſolutio eſſet inutilis , aut non eſt ita
generalis , vt compræhendat etiam res mini-
mas,& nullius pretij,vel vſus.primo caſu,nec
126 vniuerſali,nec particulari æquipollet : nam ,
ſi legetur res,vel animal, legatum eſt inutile
ob nimiam generalitatem , & ambiguitatem
rei relictæ , poſſet enim hæres ; dando feſtu-
cam, vel muſcam, liberari, vt dicit gloſ.in d.l.
legato generaliter, ſupra titulo proximo, &
in d.§.ſi generaliter , Inſtitut.de legat. Secun-
127 do autem caſu , quando non compræhendit
res minimas , & omnino inutiles , æquipollet
128 particulari,non vniuerſali. Hinc,legans ſer-
uum,cenſetur legaſſe vnum ſeruum tantum ,
eligendum à legatario,ſi ſerui ſint in patrimo-
nio , ſi verò in diſponentis patrimonio ſerui
non ſint,eligendum ab hærede, vt per gloſ. in
d.l.legato generaliter , & d.§. ſi generaliter.
129 Quando autem terminus communis indefi-
nitæ,eſt in numero plurali, & ſignificat ſpeciē
naturalem , pariter diſtinguendum eſt. Aut
aliqua indiuidua illius ſpeciei ſunt in patrimo
nio diſponentis , Aut non, ſi ſunt,indefinita
130 æquipollet vniuerſali , & propterea ſeruos
ſuos legans,omnes legaſſe intelligitur,l.ſi ita
legatum,in fine, cum l.ſequen.infra de aur.&
131 argent.legat. Si nullum illius ſpeciei indiui-
duum eſt in patrimonio diſponentis , Aut in-
definita eſt indeterminata, Aut determinata,
& limitata,ſi indeterminata arbitror, nec vni-
uerſali,nec particulari æquipollere,ſed ſua am
132 biguitate actum ipſum, & diſpoſitionem elu
ſoriam reddere , quamobrem ſi quis, vel ſer-
uos,vel equos legauerit,cum nullum in bonis
habeat ſeruum, vel equum, nullum erit lega-
tum,argumento l.ſi domus,in fine princip. ſu-
133 pra titulo proximo.Si verò indefinita,ita,eſt
coarctata, & limitata, vt rei, de qua indefinitè
diſponitur,determinatam aliquam tribuat cer
134 titudinem,arbitror vniuerſali æquipollere ,
& propterea , legans ſeruos , vel equos Titij ,
omnes Titij ſeruos , vel equos legaſſe cenſe-
bitur,argumento d.l.ſi ita legatum,in fin. de
aur.& argent.legat.iuncto §.non ſolum,Inſti-
tut.de legat.
135 Nunc autem,abſoluta,per longiorem di-
ſtinctionem, ſeptima difficillima quæſtione ,
An,& quando indefinita æquipolleat vniuer-
ſali,ſequitur,ſecundum propoſitum ordinem,
vt inueſtigemus,An,in caſibus, in quibus ea-
dem indefinita æquipollet vniuerſali , æqui-
polleat ſecundum propriam illius ſignificatio-
nem,& naturam,vel per quandam interpreta
tionem , & profectò, prima facie , videtur re-
ſpondendum , indefinitam æquipollere vni-
uerſali,ſecundum propriam illius ſignificatio-
nem,& naturam,per text.in l.2.ſupra de liber.
& poſthum. Vbi ſi quis filium ſuum exhære-
det , cum plures habeat , benigna interpreta-
tione potius ,a pleriſque reſponderi, nullum
exhæredatum eſſe , ex qua quidem deciſione,
eiuſmodi,pro hac parte, oritur argumentum,
ſi indefinita non æquipolleret vniuerſali , ex
pro-

Digitized by Google

propriá natura,interpretatio,per quam fieret,
vt eiuſmodi indefinita non æquipolleret vni-
uerſali,non diceretur benigna,ſed ſecundum
naturam,& ſecundum ſummi iuris rigorem.
At interpretatio eiuſmodi benigna appella-
tur,in d.l.2. quaſi non ex vi,& natura propoſi-
tionis fluat,ſed ex æquitate,per ſpecialem ali-
quam rationem, igitur regulariter,communi-
ter, &, ſecundum propriam naturam, vniuer-
ſali æquipollet.

In contrariam tamen opinionem, ex ſen-
tentia Petri iuit hic Bar.num.4.& ad l.omnes
populi, ſupra de iuſtitia,& iure, in 3.quæſt.6.
quæſt.principalis,num.57.ſequutus eſt eum
Angel.ad l.2. C.de impuber.& alijs ſubſtitut.
ſentit Aret.ad d.l.2.ſupra de liber.& poſthum.
& eſt communis,& receptiſſima omnium opi-
nio, vt de communi teſtatur nouiſſimè Syl-
uius Spannoch. ad Rubr. infra de nou.oper.
nunciat.lib.2.num.173.teſtantur etiam Dec.
& Cagnol.ad l.1. de regulis iuris, hanc tenuit
etiam Dominic.ad cap.vt circa,de electio.&
Didacus Couaru.lib.1.variarum reſolut.cap.
13. num. 5. & eiuſmodi opinio, quam veriſſi-
mam eſſe arbitror,& ratione,& auctoritate fa
cile comprobari poteſt.

136 Et primum ratione, ad mentem Petri,
quia, ſi indefinita æquipolleret vniuerſali ex
propria natura, vbi aliquid falſum in ea repe-
riretur,tota oratio falſa efficeretur, quemad-
modum vſu venit in oratione ſumpta ex vni-
uerſo,l.ſi is qui ducenta,§.vtrum, infra de re-
bus dub. ſed non eſt ita, ſi quid falſum in ea
reperiatur d.§.vtrum, vbi Bart.& DD. igitur
non ex propria vi,& natura, indefinita æqui-
pollet vniuerſali.

137 Secundo probatur etiam auctoritate, ni-
mirum per tex.in l.ſi ſeruitus,ſupra de ſeruit.
vrb.præd.vbi fuerat,conſtituta ſeruitus,ne lu-
minibus, & ſic indefinitè; cum non eſſet di-
ctum vniuerſaliter, ne omnibus luminibus,
eapropter,cum ſcriptura eiuſmodi eſſet ambi-
gua, dubitabatur, an intelligeretur cautum,
ne luminibus tantum præſentibus officeretur,
aut vniuerſaliter, ne luminibus omnibus,
tam præſentibus, quàm futuris, & humanius
eſt, reſpondet ibi I. C. verbo generali, omne
lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue
quod poſt tempus conuentionis contigerit.
ex hac igitur deciſione, ſic poſſumus ratioci-
nari. Oratio illa propriè, & naturaliter mini-
mè poteſt vniuerſali æquipollere, quæ, cum
ſit per ſe ambigua, ex humanitate, & per be-
nignam interpretationem, habet vim vniuer-
138 ſalis. At indefinita oratio eſt per ſe ambigua,
ita vt ex humanitate,& ob ſpecialem cauſam,
vim habeat vniuerſalis, d.l.ſi ſeruitus, igitur
indefinita, propriè, & naturaliter, non æqui-
139 pollere vniuerſali,& profecto nomen ipſum
æquipollentiæ, omnem excludit ſignificatio-
nis proprietatem,& naturalitatem.

Nec obſtat d.l.2. ſupra de lib. & poſthum.
in contrarium adducta, quia eo loci indefini-
140 ta,neque vniuerſali,neque particulari æqui
pollet, ſed ex benignitate vitiat actum, cum
referatur ad perſonas, in materia exhæreda-
141 tionis, quæ eſt merè odioſa, quamobrem à
contrario ſenſu, ſolummodo colligi poteſt ex
illa lege, naturaliter, & regulariter diſpoſitio-
nem,oratione indefinita conceptam, valere,
licet ibi ex benignitate,in materia omnino o-
dioſa, vitietur, benigna igitur interpretatio,
non conſiſtit in eo,vt indefinita non æquipol-
leat vniuerſali, ſed in eo, vt neque particula-
riter,neque vniuerſaliter diſponat.

142 Indiſtinctè igitur concludo, indefinitam,
in caſibus,in quibus æquipollet vniuerſali,nõ
propriè, ſed per interpretationem æquipolle-
re, licet, quandoque venerit mihi in mentem
diſtinguere, vt indefinita de materia neceſſa-
ria, quæ ſemper vniuerſali æquipollet, pro-
priè æquipolleret,indefinita autem de mate-
ria contingenti, per interpretationem, ſed nõ
placet diſtinctio, quia illa neceſſitas, indefi-
nitę de materia neceſſaria,non fluit ex quali-
tate propoſitionis, ſed ex qualitate materiæ;
cuius virtute etiam particularis, vt.hic homo
eſt animal, vniuerſali æquipollet.

143 Ex hac tamen concluſione, quæ habet,
non propriè indefinitam æquipollet vniuerſa-
li, non ideo inferrem, ergo propriè æquipol-
let particulari, ſed potius dicerem indefini-
tam,vi propria,&,ſecundum naturam ſuam,
orationem eſſe ambiguam,& generalem, d.l.
ſi ſeruitus,& l.1.C.ſi plures vna ſent.cõd.ſunt.
cum ad vtrumque poſſit ſe habere, ratione
ſubiectæ materiæ, & ob varias cauſas, modo
eam recipere interpretationem, vt æquipol-
leat vniuerſali, modo,vt vim particularis ha-
beat;modo, vt, nimia ſua ambiguitate, vitiet
actum,iuxta ea quæ tradidimus ſupra in præ-
cedenti quæſtione,latiſſimè diſtinguendo.

144 Sed videamus, an in caſibus,in quibus in-
definita æquipollet vniuerſali, collectiuè æ-
quipolleat,an diſtributiuè. Qua in re, omiſſa
declaratione Bart. diſtinguentis hic num.67.
indiſtinctè concludo, vbi verſamur in dubio,
& non conſtat de contraria voluntate teſtato-
ris, indefinitam æquipollere vniuerſali,colle-
ctiuè,ſiue res ſit indiuidua, vt in l.4. §.cato in-
fra

fra de verb.obligat.ſiue diuidua,vt in tex.no-
145 ſtro; & propterea, legans filiabus centum
aureos, omnibus eadem centum legaſſe in-
telligitur, nec admittit hæc concluſio diſtin-
146 ctionem aliquam per l.qui filiabus §.1.ſu-
pra tit.prox.quicquid dicat Bart.hic,in d..n.§.
1.non eſt oratio indefinita, ſed vniuerſalis di-
147 ſtributiua, vt patet ex particula, ſi qua, quã
diſtributiuam eſſe ſtatuit idem Bart. in eo-
dem §.1.
148 Supereſt modo, vt decimam, & vltimam
quæſtionem explicemus. Numquid ſcilicet
indefinita, vbi æquipollet vniuerſali, ita æqui-
polleat, vt ad futura etiam trahatur. Hanc
quæſtionem latè examinat Bart. ad l.vltimã,
C.quæ res pignori oblig. poſſ. & latiſſimè ad
l.ſi ita legatum, infra de auro, & argent.legat.
Ego autem, ex ſententia illius, & aliorum, ſic
149 diſtinguendo, ad quæſtionem reſpondeo.
Aut indefinita profertur à lege, Aut ab ho-
mine, ſi à lege, ſine dubio, niſi conſtet expræſ-
sè, vel præſumptiuè de contraria mente di-
ſponentis, trahetur etiam ad futura l.1. ff.de
condit. ex lege; lex enim ſemper loquitur, l.
Ariani, C.de Hæretic.& Manich. tradit Bart.
150 ad d.l.ſi ita legatum, num.2. Si ab homine,
ita, ſcilicet, vt pariter dubia ſit diſponentis vo-
luntas, Aut prolata indefinita, refertur ad per-
ſonas, Aut ad res, ſi ad perſonas, Aut in mate-
ria fauorabili, Aut odioſa, ſi in fauorabili trahi-
tur etiam ad futura, l.ſi cognatis, infra de re-
151 bus dub.& l.placet, ſupra de lib.& poſthum.
vbi ſpecialitas non conſiſtit in eo, vt indefini-
ta trahatur ad futura, vt ſentit Bart. ad d.l. ſi
cognatis, num.1.in fine, ſed in alio, nimirum,
vt ſermo verificetur, non modo in prima vi-
ce, ſed etiam in ſecunda, tertia, & deinceps,
quod eſt contra l.boues, §.hoc ſermone, infra
de verb.ſignificat. Si in materia odioſa non
152 trahitur, argumento d.l.ſi ita legatum. Vbi
vero indefinita refertur ad res, Aut terminus
communis eſt generaliſſimus, & tranſcendẽs,
vt bona, & res, Aut eſt terminus ſubalternus,
& ſpecificus, vt ſeruus, veſtis, equus. Primo
caſu, Aut verſamur in vltima voluntate, quæ
non ſtatim perficitur, ſed ſequuta morte diſpo
nentis vim, & perfectionem recipit, Aut in a-
ctibus inter viuos, qui ſtatim perficiuntur. Si
in vltimis diſpoſitionibus, Aut indefinita pro-
lata eſt abſolutè, & ſine nomine poſſeſſiuo in
numero ſingulari, Aut in numero plurali non
ſine coarctatione poſſeſſiui nominis. Si in ſin-
gulari numero ſine poſſeſſiuo nomine, gene-
ralitate, & ambiguitate ſua, vitiat actum, l.le-
gato generaliter, vbi gloſ. ſupra titulo proxi-
mo, §.ſi generaliter, vbi pariter gloſ. Inſtitut.
153 de legat. Si verò in plurali numero, cum no
minis poſſeſſiui coarctatione, puta lego bona
mea, lego res meas, & diſpoſitio valet eo mo-
do indefinitè concepta, & trahitur etiam ad
futura, in caſibus, in quibus vniuerſali æqui-
pollet, argumento l.quoties, §.vltimo, vbi glo.
154 de vſufruct. Si verò verſamur in actibus in-
ter viuos, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut
verſamur in contractibus inducentibus diſpo
ſitionem, quæ habeat tractum temporis diu-
turnum, & ſuſpenſiuum, cuiuſmodi eſt rerum
communio per ſocietatem, nec non ius hypo
thecæ, per contractum pignoris, & tunc, ſuo
ambitu amplectitur etiam futura, l.vltima, C.
quæ res pignor.obligar.poſſ. & l.3. ſupra pro
155 ſoci. Aut verſamur in contractibus, qui ſta-
tim recipere poſſunt implementum, & conſu-
mationem, & tunc indefinita futura non in-
156 cludit. Hinc donatio, & venditio bonorum,
ad futura non porrigitur, glo.eſt in d.l.vltima,
157 C.quæ res pignor.obligar.poſſ. Vbi autem
terminus communis eſt ſpecificus, regulari-
ter, neque in contractibus, neque in vltimis di
ſpoſitionibus, futura includit, d.l.ſi ita legatũ,
infra de aur.& argent.legat. Suadente tamen,
vel æquitate, vel præſumpta voluntate diſpo-
nentium, benigniore, & humaniore interpre-
tatione, poterit etiam hoc caſu indefinita, ita
quandoque æquipollere vniuerſali, vt etiam
futura amplectatur, veluti in caſu, l.ſi ſeruitus,
ſupra de ſeruitut. vrbanorum prædiorum. &,
ex h·s, ad Dei Optimi Maximi, & Deiparæ
Virginis laudem, habetis pleniſſimè, ni fallor,
materiam orationis indefinitè explicatam.

Ad Rubr. ff. ad legem Falcidiam.

Summæ Rerum, & Verborum.

1 M*Eſthodus obſeruanda proponitur.*
2 Falcidia, *quibus modis vſurpetur.*
3 *Falcidia interdum legitimam ſignificat.*
4 *Falcidia interdum quartam etiam illam ſignificat, qua nepotibus ex filia, detrahebatur, & agnatis dabatur.*
5 *Falcidia propriè ſignificat quartam, qua de legatis, & de fideicommiſſis detrahitur.*
6 *Communis vſus loquendi peritorum, omnem abuſionem, & improprietatem excludit.*
7 *Statutorum diſpoſitiones, de Falcidia loquentes, comprahendũt etiam Trebellianicam.*
8 Falcidia, *vnde dicta ſit.*
9 *Alluſio, & etymologia, quo nomine differant.*

10 Fal-

10 Falcidia, *quo iure introducta.*
11 *Falcidia lex, cur ſic appellata, cum fuerit plebiſcitum.*
12 *Lex nomen generale eſt, ad omnes iuris ſcripti partes.*
13 *Plebiſcita, lege Hortenſia lata, non minus, quã leges, valere cœperunt.*
14 *Legis nomen maiorem habet, quàm plebiſciti auctoritatem.*
15 *Aquilia quoque lex fuit à plebe lata, cum Tribunus plebis eſſet Gallus Aquilius.*
16 *Falcidia, quomodo, & quando ad fideicommiſſa extenſa.*
17 Falcidia, *qua ratione introducta.*
18 *Cauſa, & ratio finalis, qua.*
19 *Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.*
20 *Cauſa impulſiua, qua.*
21 Falcidia, *quid ſit.*
22 *Legitima, debita iure natura, olim erat quarta.*
23 *Relictorum appellatione, veniunt legata, fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis.*
24 Falcidia, *quotuplex.*
25 *Falcidia directa qua.*
26 *Fideicommiſſa, eo tempore, quo lata fuit lex Falcidia, vel non erant in vſu, vel præſtationis neceſſitatem non habebant.*
27 *Falcidia vtilis, qua.*
28 *Falcidia vtilis, extenſa à iure prætorio, qua.*
29 *Falcidia vtilis, extenſa à iure ciuili, per Senatuſconſultum, qua.*
30 *Falcidia vtilis, per principum conſtitutiones, extenſa, qua.*
31 *Falcidia vtiliter extenſa eſt per D. Pium ad fideicommiſſa ab inteſtato relicta.*
32 *Falcidia vtiliter extenſa eſt, per Seueri conſtitutionem, ad donationes cauſa mortis.*
33 *Falcidia vtiliter extenſa eſt, per Antoninum Auguſtum, ad donationes inter virum, & vxorem, morte confirmatas.*
34 *Falcidia vtiliter extẽſa eſt, per Iuſtinianum, ad datum cauſa conditionis implendæ, de quo in l. pen. C. ad l. Falcid. qua ab Auctore declaratur.*
35 Falcidiæ, *vt ſit locus, quæ requirantur.*
36 *Circumſtantia rei, quæ.*
37 *Falcidia poteſt à teſtatore prohiberi.*
38 *Falcidia, non niſi ſemel deducitur.*
39 *Falcidia, vt ſit locus, neceſſe eſt, vt, vltra dodrantem, legatis, & fideicommiſſis, ſit onerata hæreditas.*
40 *Vt non ſit ære alieno abſumpta.*
41 *Falcidia, non detrahitur de re ſpecialiter prohibita alienari.*
42 *Non de re ad hæredem reuerſura.*
43 *Non de dote, non de legitima, non de libertate, non de inſtrumentis.*
44 *Circumſtantia perſona, qua.*
45 *Falcidiam detrahit hæres tantum, non legatarius, vel alius.*
46 *Falcidiam, Principem detrahere, non decet.*
47 *Falcidiam, nec hæres, qui promiſit, vel capit integra relicta præſtare, qui inuentarium non fecerit, qui in crimen incidit, ob quod factus ſit Falcidia indignus, detrahere poteſt.*
48 *Falcidia, in teſtamẽto militis, locum non habet.*
49 *Falcidia non detrahitur de relictis locis pijs.*
50 *Circumſtantia loci, qua.*
51 *Circumſtantia temporis, qua.*
52 *Falcidia detractioni, nullo tempore præſcribitur*
53 *Circumſtantia modi, qua.*
54 *Falcidia ex ſingulis legatis, pro rata portionis, detrahitur.*
55 *Falcidia, anteaquam detrahatur, deducitur quod eſt extra bonorum quantitatem, & æs alienum.*
56 *Falcidia de re indiuidua deducitur, quo ad æſtimationem.*
57 *Falcidia deducitur in totum, ſi vniuerſum ſit erogatum patrimonium, pro rata, ſi aliquid remanſerit appud hæredem, imputatis imputandis.*
58 Falcidia, *quos operetur effectus.*
59 *Falcidiam, quibus remedijs hæres conſequatur.*
60 *Falcidia, quibus modis finiatur, vel ceſſet.*
61 *Falcidia, quando ceſſet fine perfectionis.*
62 *Falcidia, quibus modis ceſſet, fine defectionis, facto teſtatoris.*
63 *Quando ceſſet facto hæredis.*
64 *Quando ceſſet prouiſione legis.*
65 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
66 *Non entium nullæ ſunt partes.*
67 Rubricæ, *continuatio.*

AD LEGEM FALCIDIAM.

1 INTERPRETATVRVS celebrem, &, non minus, re ipſa, quàm fama difficilem legem in quartam, ff. ad l. Falcid. faciendum mihi putaui, anteaquam ad illius expoſitionem venirem, vt in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis, Rubricam, ſub qua poſita eſt, breuiter explicarem: perparam enim ageretur de ijs, quæ in Falcidiam imputãtur, cum ijs, qui Falcidiæ naturam, & quidditatem, vt ſcholaſtici loquuntur, ignorarent.

Habi-

Habitura eſt ergo breuis hęc noſtra præam
bula Interpretatio duas partes, quarum al-
tera continebit ſolutionem nouem noſtrarum
ſolitarum Quæſtionum de Falcidia. Altera ve
ro ad Rubricæ continuationem pertinebit.
Redeundo igitur ad primam partem, quæro
de Falcidia.

Quibus modis vſurpetur.
Vnde dicatur.
Quo iure ſit introducta.
Qua ratione.
Quid ſit.
Quotuplex.
Quæ requirantur, vt illi ſit locus.
Quos operetur effectus.
Et quomodo finiatur.

2 Ad primam autem reſpondeo, Falcidiam, in
Iure noſtro, duobus modis reperiri vſurpatā,
vno modo fuſiore vocabulo, & impropriè, al-
tero autem modo, anguſtius, & propriè, vt do
cet etiam Ripa ad l. in quartam, infra eodem,
num. 5. primo modo refertur ad omnem quar
tam, ex defuncti bonis, vel hæreditate dedu-
3 cēdam, ita vt interdum, etiam ad quartam iu-
re naturæ debitam; quam legitimam appella-
mus; referatur, vt in Authent. vnde ſi parens,
C. de inofficioſo teſtamento, gloſ. in cap. reſpō
ſa, 2. diſtinct. tradit Petr. Rebuff. ad l. pratum,
ff. de verb. ſignific. col. 4. & Petr. Gregor. Tho-
loſ. in ſyntagmate iuris vniuerſi, par. 3. lib. 42.
4 cap. 34. num. 5. & Anton. Contius, lib. 2. ſubſe
ciuarum lect. iur. ciuil. cap. 4. docet, ex l. ſi de-
functus, C. de legit. hæred. in Cod. Theodoſ.
Valentinianum, & Gratianum appellaſſe Fal-
cidiam etiam quartam illam, quam, nepoti-
bus ex filia, detrahebant antiqua iura, vt a-
gnatis darent, de qua in §. ſed cum adhuc, In-
ſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur. Se-
cundo autem modo, ad eam quartam refer-
5 tur, quæ detrahitur, tam de legatis, quàm de
fideicommiſſis, vt patet in titulo noſtro, & in
titulis, C. & Inſtitut. eodem: non enim impro-
priè eam quartam etiam ſignificat, quæ dedu-
citur de fideicommiſſis vniuerſalibus, ut in l.
Titia, in l. pater filiam, in l. filius famil. ſupra
eodem, in l. 1. §. numquam, & in l. ita tamen,
§. Trebellianum, infra ad Senat. Conſult. Tre-
bellian. licet magiſtraliter DD. eam Trebel-
lianicam appellent, quæ nihil aliud eſt, quàm
Falcidia ipſa, de legatis, ad fideicommiſſa vti-
liter extenſa, & propterea, à legiſlatoribus,
6 nuſquam alio nomine, quàm Falcidiæ reperi-
tur ſignificata, quorum communis vſus, abu-
ſionem omnem, & improprietatem excludit,
7 & propterea ſtatutorum diſpoſitiones, de Fal-
cidia loquētes, Trebellianicam quoque com-
præhendere, rectè cenſuerunt, Bart. Caſtrenſ.
Vincent. Herculanus, & alij, latiſſimè conge-
ſti per Cæſarem Fiumagiolium noſtrum, ad
d. l. in quartam, infra eodem, num. 5. &, in hanc
ſignificationem, quatenus, ſcilicet, refertur
ad quartam, quæ deducitur, tam de legatis,
quàm de fideicommiſſis, accipietur à nobis in
ſequentibus quæſtionibus, & in vniuerſa hac
materia.

Ad ſecundam autem Quæſtionem reſpon-
deo, ex ſententia Accurſij, ad l. 1. infr. eodem,
& aliorum, & pręſertim Harmenopoli, dictam
eſſe Falcidiam à falce, cum legata ipſa, vel fi-
deicommiſſa, ſemper minuat, & quodammo-
9 do defalcet. Cæterum hæc nominis explica-
tio, tamquam alluſio, facile poteſt admitti, cū,
non modo ad vocis ſonum alludat, ſed etiam
naturæ, & effectui ipſius rei reſpondeat, non
autem tamquam notatio, ſeu ethymologia,
quæ, vocabulum, per veram illius originem,
explicet, nam Falcidia ſic dicta eſt; ſi ad veram
illius originem reſpiciamus; à Caio, vel Pu-
blio Falcidio, Tribuno plebis, qui legem tulit,
ne quis plus extraneis teſtamento legaret,
quàm, vt quarta pars ſupereſſet hæredibus,
canon. Quædam, 2. diſtinct. id quod teſtatur
etiam D. Hieronymus, in Euſebij Cronica, cu-
ius verba referunt Alc. lib. 5. paradoxorum,
cap. 18. & lib. 5. parerg. iur. ciuil. cap. 24. Re-
buff. ad d. l. pratum, ff. de verborum ſignificat.
Anton. Auguſtinus ex Dione, & Euſebio, de
legibus, in cap. de leg. Falcid. teſtamentaria.
Cæſar Fiumagiolius ad d. l. in quartam, num.
8. Angel. Matheacius lib. 2. de via, & ratione
iuris, cap. 22. num. 2. Petrus Gregor. Tholoſ.
in d. cap. 34. num. 3. tradunt etiam DD. com-
muniter, ad Rubr. C. & Inſt. de lege Falcid. &
hic, vbi Duarenus in pręludijs, Anton. Gouca
nus 1. & Ioan. Bologne t. num. 6. idem tenet
etiam Ventidius Tamberlanes, in tract. de Fal
cid. num. 16.

10 Ad tertiam Quæſtionem reſpondeo, fuiſſe
introductam eiuſmodi quartam, ab ea iuris ci
uilis ſcripti parte, quæ plebiſcitum appellaba-
tur, de qua in §. conſtat, in verſic. plebiſcitum,
11 Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. &, licet lex
appelletur hæc P. Falcidij diſpoſitio, credide-
12 rim hoc factum eſſe, vel quia lex eſt nomen
generale, quod poteſt etiam accommodari
alijs quinque partibus iuris ciuilis ſcripti, de
quibus in d. §. conſtat, vt ſentit eo loci Theo-
phyl. & Duarenus, ad titul. ff. de legibus, in 2.
13 cap. & præſertim plebiſcitis, quæ, poſt legem
Hortenſiam latam, non minus valere, quàm

leges cæperunt,d.§.conſtat, verſic.ſed & ple-
biſcitum, vt rectè ſentire etiam Hugo Donel-
lus, in ſuis Commentarijs de iur.ciuil. lib.8.
cap.22. in veſtibulo, necnon Anton. Gouea-
nus hic,num.2. Quapropter maluerunt com-
pilatores,communi legis nomine,quod maio
14 rem videtur habere dignitatem, & auctorita
15 tem, appellare. Hinc Galli quoque Aquilij
diſpoſitionem, quæ Gallo Aquilio Tribuno
pleb. interrogante,ab ipſa plebe rogata fuit,
vt colligitur ex §.vltimo, Inſtitut.de lege A-
quil.legem Aquiliam appellauerunt,vel alias
ob cauſas,de quibus Tamberlanes,in d.tract.
16 de Falcidia,& Trebellianica,num.5. Nec di-
catur, Falcidiam,quæ de fideicommiſſis dedu
citur, non potuiſſe induci à dicto plebiſcito,
vel lege Falcidia, quæ lata fuit, Anno Vrbis
ſeptingenteſimo duodecimo,vel decimoquar
to,vt Anton.Auguſtinus,cæterique eruditio-
res,memoratis in locis,teſtantur,quo tempo-
re nullam,fideicommiſſa,præſtationis neceſſi-
tatem habebant,vt colligitur ex principio,In
ſtitut.de fideicommiſſ.hæredit.& obſeruat e-
tiam Goueanus hic,num.5.ſed à Senatu Con
ſulto Pegaſiano,quod poſtea,Veſpaſiani Au-
guſti temporibus, ſuperuenit, inductum fuiſ-
ſe,vt quarta, quam Trebellianicam appellãt,
de fideicommiſſis deduceretur, quia, omiſſis
ijs,quæ tradit Franciſc.Huſman.in ſuis Para-
doxis,ad l.Falcidiam,Paradox.8.Vbi,negan-
do,datum vnquam eſſe Senatum Conſultum
Pegaſianum, abſolutè refert etiam illius quar
tæ inductionem,quæ deducitur de fideicom-
miſſis,ad l.Falcidiam,redarguens,de menda-
cio Iuſtinianum,& Paulum,& verè paradoxũ
loquens,dicimus nos, Senatum Conſultum
Pegaſianum, non adinueniſſe nouæ alicuius
quartæ deductionem, ſed eandem à P.Falci-
dio inductam, de legatis, ad fideicommiſſa
perduxiſſe vtiliter,& ſtatuiſſe,vt liceret hære-
di grauato ad reſtituendam hereditatem,per-
inde quartam partem retinere, atque per l.
Falcidiã,ex legatis retinere concedebatur, vt
diſertis verbis, ſcriptum reliquit Iuſtinianus,
in §.ſed quia, Inſtitut.de fideicommiſſ.hære-
dit.in fin.

17 Subſequitur modo quarta quæſtio, ad quã
reſpondeo,duplicem ob cauſam, Falcidiam
inductam fuiſſe, quarum altera videtur fuiſſe
finalis, altera verò motiua, ſeu impulſiua, vt
eleganter declarat Franciſ.Huſman. cuius, in
hoc, ſententiam ſequor, in dictis ſuis parado-
xis ad l.Falcidiam,paradox.2.circa finem,&
ſenſit etiam Hugo Donell. in ſuis Comment.
de iur.ciuil.lib.8.cap.26.verſic.in hoc tamen,
18 cauſa enim finalis fuit commodum hæredis,
vt apertè probat text.in l.poteſt hæres,infra
hoc, eodem titulo noſtro, & propterea huic
19 commodo, in fauorem ſui ipſius introducto,
poteſt renunciare,d.l.poteſt hæres,cauſa ve-
20 ro motiua,& impulſiua fuit,vt per eam alice-
rentur hæredes, qui recuſabant, pro minimo
lucro,vel nullo,adire hæreditates,legatis,vel
fideicommiſſis exhauſtas, ad illas adeundas,
& eo modo prouiderent etiam teſtatoribus,
qui plerumque,eam ob cauſam, inteſtati mo-
riebantur, vt docet Iuſtinianus in principio,
Inſtitut.de l.Falcid.tradit Bart.ad l.nemo po-
teſt, ff.de legat.1. Alciat.lib.5. paradox.cap.
18.& 19. & Petr.Gregor.Tholoſan.in d.cap.
34.num.6.

21 Abſoluta quarta quæſtione, venio ad quin
tam,ad quam reſpondeo.Falcidiam eſſe quar
tam partem, quæ deducitur, & completur ex
relictis,quibus onerata eſt ſupra dodrantem
hæreditas.dixi eſſe quartam partem,vt pone-
22 rem genus;Quarta enim dicitur etiam de le-
gitima,quæ ante Authent.de trient.& ſemiſ.
& ipſa quarta erat l.Papinianus, §.quoniam
autem,cum ſequen.ff.de inofficioſo teſtamen
to, nec non de ea quarta, quæ à patre arroga-
tore debetur filio impuberi emancipato, de
qua in §.cum autem, Inſtitut.de adopt.& de
alia qualibet cuiuſcumque rei quarta,quas,vt
excluderem, addidi, quæ deducitur, & com-
pletur ex relictis,& dixi ex relictis,vt compre-
23 henderem Falcidiam, ſiue ex legatis, ſiue ex
fideicommiſſis deducatur, ſiue etiam ex do-
nationibus cauſa mortis, quæ omnia relicta
poſſunt appellari, & dixi, deducitur,vel com-
pletur,vt comprahẽderem etiam caſum, vbi,
præſtitis legatis,vel fideicommiſſis,aliquid re
manet apud ipſum hæredem, quod ad quar-
tam non aſcendit,tunc enim completur,non
deducitur,addidi vltimo loco,quibus onera-
ta eſt ſupra dodrantem hæreditas,vt exclude-
rem caſum,vbi,& integra poſſunt præſtari le-
gata,& fideicommiſſa,& quarta remanere a-
pud ipſum hæredem,quo caſu Falcidiæ non
eſt locus.

24 Ad ſextam autem quæſtionem reſpondeo,
Falcidiam,vt ſupra definitam,duplicem eſſe,
25 directam,nimirum,& vtilem, directa illa eſt,
quę deducitur de legatis ſtrictè acceptis,in te-
ſtamento relictis, de quibus ſolummodo Fal-
26 cidij diſpoſitio loquebatur, cum,tunc tempo
ris,fideicommiſſa, vel non eſſent reperta, vel
non haberent adhuc præſtationis neceſſita-
tem, Inſtitut.in princip.de fideicommiſſ.hæ-
redit.& in princip.de Codicill. tradit Alc.hic,
num.

Digitized by Google

27 num. 2. Falcidia autem vtilis illa eſt, quæ vti-
liter fuit extenſa ad alia relicta, & ad legata
ipſa, in caſibus, de quibus, nec cogitauit, nec
locutus eſt P. Falcidius, veriſimiliter tamen di
ſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet, & hæc rurſus duplex
eſt, quædam extẽſa per ius prætorium, quædã
28 extẽſa per ius ciuile, &, per ius prętorium ex-
tẽſa, eſt illa quarta, quæ detrahitur de legatis,
conſeruatis, per edictum de legatis præſtan-
dis, per edictum ſi quis omiſſ. cauſa teſtamen-
ti, necnõ de præſtandis legatis illis legatarijs,
quibus iuſiurandi conditio remiſſa eſt, de qua
in l. quæ ſub conditione ff. de cond. inſtit. tex.
eſt adnotatione digniſſimus in l. 1. in §. ad eos,
29 infra eod. illa vero Falcidia vtilis per extẽſio-
nem Iuriſciuilis, eſt rurſus duplex, quædam
extenſa per Senatuſconſultum, quædam
extenſa per conſtitutiones principum, prima
illa eſt, quæ deducitur ex fideicommiſſis, tàm
particularibus, quàm vniuerſalibus, teſtamen
to relictis, ad quæ extendit vtiliter hanc. legẽ
Falcidiam S.C. Pegaſianum §. ſed quia hære-
des, Inſt. de fideicommiſſ. hæred cuius deinde
virtutes, eo ipſo exploſo, fuerunt tributæ S.C.
Trebelliano §. ſed quia ſtipulationes, Inſt. eod.
tit. à quo, quartam hanc, noſtrates magiſtrali-
30 ter Trebellianicam appellauerunt. ſecunda,
31 extenſa ſcilicet per conſtitutiones, eſt multi-
plex, nimirum extenſa per Diuum Pium, ad
fideicommiſſa, tàm vniuerſalia, quàm particu
laria, ab inteſtatore relicta, vt conſtat ex l. fi-
liusfamilias, infra eodem, tradit Cuiac. lib. 8.
32 obſeruat. cap. 4. extenſa per Seueri conſtitu-
tionem, ad donationes cauſa mortis, vt patet
in l. ſi mortis cauſa, infra eodem, & in l. 2. C. de
donat. cauſa mortis: etenim ex donationibus
quoque cauſa mortis Falcidia detrahitur, l. in
donationib. & l. pen. C. ad l. Falc. l. cũ pater, §.
1. ff. de leg. 2. l. vbi ita, l. Seia, §. vlt. ff. de donat.
cau. mortis, docet Iac. Cuiac. lib. 8. ſuar. obſer.
33 c. 4. item extenſa ad donationes inter virũ, &
vxorem morte confirmatas, per Antoninum
Auguſtum, l. cum hic ſtatus, in principio, ff. de
34 donat. inter virum, & vxorem, nec non per Iu
ſtinianum ad ſpeciem, l. penultimę, C. ad l. Fal
cid. tradit Anton. Gouean. hic, in fin. ſub num.
15. qui tamen refert ſpeciem illam ad mortis
cauſa capionem, quemadmodum faciunt glo.
ibi, in ver. beneficium, & DD. ibi, & hic, & ali-
bi, ſed, ſi veritatem amamus, potius, quod ibi
figura conditionis iubetur ſoluere de pecu-
nijs hæreditarijs hæres, anteaquam hæredita-
tem adeat, accedit ad donationem cauſa mor-
tis, quàm ad ſimplicem mortis cauſa capio-
nem, vt docet Franciſc. Huſman. in ſuis, ad l.
Falcid. paradox. paradox. 16. id quod verum
eſſe arbitror, non anteaquam datum ſit, cum
nullum ius petendi habeat is, cui dandum eſt,
ſed poſtquam datum eſt, cum ſit datum de eo,
quod erat in hæreditate teſtatoris, & propte-
rea, de eo Falcidiã deduci, voluit Iuſtinianus.
Arbitror etiã a Iuſtiniano tacitè, per ſuã iden-
tificam æquiparationem, eſſe extenſam Falci-
diam ad legata, quæ in codicillis ab inteſtato
relinquuntur, de quibus nec Caius Falcidius,
nec D. Pius cogitauit, per l. 2. ſcilicet, C. com-
mun. de leg.

Nunc autem veniendum eſt ad ſeptimam,
ad quam reſpondeo, plura requiri, ad hoc, vt
Falcidiæ ſit locus, de quibus latiſſimè per glo.
& DD. ad l. in teſtamento, C. ad l. Falcidiam,
in §. fin. Inſtitut. eodem, & in §. hinc nobis, in
Authent. de hæred. & Falcid. in cap. Raynal-
dus, in ver. in beneficio contra voluntatem,
& in cap. fin. in fin. de teſtament. tradit Petr.
Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. iuris vniuerſi, p. 3.
lib. 42, cap. 31. num. 9. & plenius, quàm cæteri
Berengar. Fernand. ad l. in quartam, ff. ad l.
Falcidiam, in 1. cap. ſuæ repetitionis, præfatio-
ne 2. num. 211. cum ſequen. & num. 228. nec
non Nicolaus Vigell. in ſua Methodo iuris ci-
uilis, in 4. par. lib. 13. cap. 15. poſſunt tamẽ om-
nia, quotquot ſunt, requiſita, redigi ad quin-
que ſolitas circumſtantias, nimirum, rei, per-
ſonæ, loci, temporis, & modi. primum enim
36 deſideratur circumſtantia Rei, tam reſpectu
Falcidiæ, quàm reſpectu hæreditatis, & rerum
37 relictarum, reſpectu Falcidiæ, vt non ſit à te-
ſtatore prohibita, Authent. ſed cum teſtator,
C. eodem, & vt deducta amplius non ſit, l. 1.
§. denique, ver. inde Neratius, infra ad Senat.
Conſult. Trebellian. nec, ſcilicet, per imputa-
38 tionem. reſpectu hæreditatis, vt, ſcilicet, hære
39 ditas, legatis, vel fideicommiſſis ſit onerata
vltra dodrantem, l. 1. in principio, inf. eodem,
40 Inſtitut. in princip. eodem titulo, nec non, vt
eadem hæreditas non ſit ære alieno abſum-
pta, ita, vt, deductis debitis, nihil in bonis ſu-
41 perſit, l. ſucceſſores, C. eodem. item reſpectu
rerum relictarum, vt, ſcilicet, rei relictæ non
ſit prohibita, ſpecialiter alienatio, nam tunc,
de ea re, non detrahitur Falcidia, Authen. ſed
in ea, C. ad l. Falcidiam, vbi notat Bald. vt non
ſit res reuerſura ad hæredem, l. ſi à me, infra
42 eodem, vt non ſit dos, non legitima, l. ſcimus,
43 C. de inofficioſo teſtament. non libertas, l. Pa-
pinianus, §. quarta, ff. de inofficioſo teſtament.
non inſtrumenta, l. ſi prædiorum, C. eodem,
non ſimplex mortis cauſa capio, vt rectè do-
cet Franciſcus Huſmanus, in ſuis paradoxis,

ad l. Falcid. paradox. 16. Secundo autem prin
44 cipe loco requiritur circumſtantia perſonæ,
nō modo reſpectu grauati, & detrahentis Fal-
cidiam, ſed etiam reſpectu teſtatoris, & gra-
uantis, de cuius bonis detrahitur, nec non re-
ſpectu honorati, ideſt, eius, vel eorum, quibus
legata, vel fideicommiſſa veniunt præſtanda,
45 reſpectu grauati, & detrahentis, quia debet
eſſe hæres; legatarius enim Falcidiam non de-
trahit, l. mulier, §. vltimo, infra ad Senat. Con-
46 ſul. Trebellian. item, quia non debet eſſe Prin
ceps, quem non decet Falcidiam detrahere,
l. ſi legatus, §. vltimo, ff. ad Senat. Conſul. Tre
47 bellian. item vt hęres non promiſerit integra
præſtare legata, l. vltima, C. eodem, vt non cę-
perit integra præſtare, l. 1. C. eodem, nec non,
vt inuentarium fecerit, dicta Authen. ſed cum
teſtator, &, vt non inciderit in crimē, ob quod
factus ſit Falcidia indignus, l. beneficio, infra
eodem, reſpectu teſtatoris, & grauantis, qua-
48 tenus neceſſe eſt, vt non ſit miles, in cuius te-
ſtamento Falcidia locum non habet, l. 1. §. de-
nique, l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Senat.
49 Conſult. Trebell. reſpectu autem honorati, id
eſt, eius, vel eorum, quibus legata, vel fidei-
commiſſa ſunt prętanda, neceſſe eſt, vt nō ſint
cauſæ, vel loca pia, Authent. ſimiliter, C. eodē.
50 Tertio requiritur circumſtātia loci, nimirum,
vt ſit eiuſmodi, in quo obſeruetur ius commu
ne, & non ſit, municipali lege, Falcidiæ detra
ctio prohibita, nam ſi bona eſſent in loco, vbi
ſtatuto cautum eſſet, vt Falcidia non poſſet de
51 trahi, nō eſſet Falcidię locus. Quarto, requiri-
tur circumſtantia temporis, quatenus, neceſſe
eſt, vt hęres illam detrahat antea quam ſoluat
integra legata, l. 1. C. eodem, & quatenus, in
ratione legis Falcidię ineunda, ſpectatur tem
pus mortis teſtatoris, §. quantitas, Inſtitut. eo-
52 dem, detractioni autem Falcidię nullo tempo
re pręſcribitur, l. legis Falcidiæ, infra eodem.
53 Quinto, & vltimo loco deſideratur circūſtan-
54 tia modi, quatenus neceſſe eſt, vt ex ſingulis
legatis pro rata portionis quarta detrahatur,
§. fin. Inſtitut. de lege Falc d. l. ſi quis, ff. de le-
gat. 1. l. 2. C. ad l. Falcidiam, niſi verſemur in ca
ſibus, in quibus interdum in vna aliqua certa
re deduci poteſt, vt latè tradidimus in prima
noſtra ſelectarum diſtinct. Centuria, diſtinct.
55 67. & tradituri ſumus etiam ad l. in quartā, in-
fra eodem. Ita etiam detrahitur Falcidia, vt
antea deducatur, quod eſt extra bonorū quan
titatem, deinde ęs alienum, iuxta textum in d.
56 §. vltimo, Inſtitut. eodem, vtque de re indiui-
dua, non rei ipſius, ſed ęſtimationis eius pars
retineatur, l. ſi is, §. vltimo, infra eodem, & de-
57 ducitur in totum ſi vniuerſum ſit erogatum
patrimonium, pro rata, ſi aliquid remanſerit
apud hęredem, ita, vt compleatur quarta, im-
putatis imputandis, de ijs autem, quę in Falci-
diam imputatur, latè agendum eſt ad d. l. in
quartam, ꝭ eo.
58 Ad octauam autem reſpondeo, Falcidiæ ef-
fectum potiſſimum eſſe, commodum trium
perſonarum, teſtatoris, nimirum, hæredis, &
legatariorū, ſeu fideicommiſſariorū teſtatoris,
legatariorum, ſeu fideicommiſſariorum, qua-
tenus hæres huius detractionis ſpe, hæredita-
tem adeundo, quam alioquin repudiaſſet, te-
ſtamentum ipſum ad effectum perducit, id
quod, tam teſtatori, quàm legatarijs, & fidei-
commiſſarijs expedire manifeſtum eſt, Inſti-
tut. in princip. eodem titulo, de lege Falcidia,
hæredis autem commodum conſiſtit in ipſa
quartæ retentione, ſeu deductione, & conſe-
quenter in remedijs, quibus eam cōſequitur;
59 conſequitur autem hæres Falcidiæ quartam,
aut retentione, aut petitione, & petitione, aut
ope replicationis, ſi ſit liberatio legata, l. quod
de bonis, infra eodem, aut ope actionis, vel rea
lis, ſcilicet, vel perſonalis, realis, ſi res ſit apud
legatarium, ſine facto hæredis, l. linea, infr. eo-
dem, perſonalis, ſi facto hæredis, integrè res le-
gata ſit apud honoratum, nam tunc, aut, quia
incertū erat vtrum legi Falcidiæ eſſet locus,
fuit interpoſita cautio, ſi cui plus, quam per le-
gem Falcidiam, & competit actio ex ſtipulatu
de eo quod amplius, quàm per legem Falci-
diam, l. 1. infra titulo proximo, aut nulla fuit in
terpoſita cautio, & tunc, aut hæres per errorē
ſoluit, & competit condictio indebiti, l. 1. §. ſi
legatarius, ꝭ eodem, aut dolo aduerſarij, & cō-
petit actio de dolo, l. ſi legatarius, ff. de dolo,
quę omnia latius tradidimus, & declarauimus
in eadem 1. noſtra ſelect. diſt. Centur. diſt. 59.
60 Supereſt modo nona, & vltima quæſtio,
qua quærebamus, quibus modis, & caſib. Fal-
cidia finiretur, vel ceſſaret, ad quam reſpon-
deo, pluribus modis, & caſibus ceſſare, de qui-
bus latè per glo. & DD. in locis ſupra adductis
in veſtibulo ſeptimæ quæſtionis, & in primis
per Nicolaum Vigel. in ſua methodo iuris ciui
lis, in 4. par. lib. 13. cap. 15. nec non per Beren
gar. Fernand. ad l. in quartam, infra eodem tit.
noſtro, in 1. cap. ſuę longioris repetitionis, prę-
fat. 2. num. 211. qui caſus fere omnes, quatuor
his carminibus, concluduntur.

Falcidiam ceſſare facit pars debita natis,
Dos, miles, vetitum, libertas, ſponte ſolutum,
Res vetita vendi; pietas, & cartula, crimen,
Ac hæres, ſi non facit inuentaria ſubſit.

Ego

Digitized by Google

Ego verò facilioris intelligentiæ gratia,
breui diſtinctione eoſdem comprehendo, hoc
61 modo declarãdo, ceſſat Falcidia, aut ſine per-
fectionis, aut ſine defectionis, ſine perfectio-
nis, ſi ſemel ſit deducta; l. 1. §. deniq; verſ. inde
Neratius ȷ̃ ad S.C. Trebell. vel ſi tot. veniant
imputãda in Falcidiam, quæ ad quartã aſcen-
dant, iuſta ea, quæ tradunt DD. ad l. in quartã
62 ȷ̃ eodem. ſine autẽ defectionis, Aut facto ho-
minis, aut prouiſione legis, facto hominis, aut
teſtatoris, ſcilicet, aut hæredis grauati, & fa-
cto teſtatoris, aut expræſsè, aut tacitè, expræſ-
sè, ſi teſtator eam prohibeat, auth. ſed cum te-
ſtator C. eod. qua de re latè Berengar. Fernãd.
ad d. l. in quartam in primo cap. in tertia pręę-
fat. num. 295. cum pluribus ſeqq. tacitè, vbi te-
ſtator rem aliquam legat, eamque ſpecialiter
63 alienari prohibet, auth. ſed in ea C. eod. facto
autem hæredis, aut expræſsè, aut tacitè, ex-
præſsè, ſi hæres conuenit, & promiſit integra
legata præſtare. l. vlt. C. eod. tacitè, quando cę-
pit integra legata ſoluere. nam tunc, nec de
alijs poteſt deducere quartam Falcid. d. auth.
64 ſed cum teſtator, verſic. item ſi hæres. Legis
autem prouiſione ceſſat, aut intuitu, & ratione
perſonæ, aut intuitu, & ratione rei, & ratione
perſonæ, aut ob condecẽtiam, aut ex alia cau-
ſa ob cõdecedentiam, in Principe inſtituto d. l.
ſi legatus, §. vlt. ff. ad S.C. Trebell. ex alia cau-
ſa, aut ob gratiam, & in fauorem, aut ob odiũ,
& in pœnam, ob gratiam, & in fauorem, aut
grauãtis, ſcilicet, aut honorati, grauantis, ſi te-
ſtator ſit miles, & in militia iure militari teſta-
tus fuerit, tunc enim in eius teſtamento Fal-
cidia locum non habet. l. in inteſtato C. eod. l.
in teſtamento C. de militar. teſtamento. Tra-
dit Nicol. Vigell. in d. cap. 15. in prima except.
ſunt tamen qui velint hodie hoc correctum eſ-
ſe, per tex. in §. pen. in auth. de hæredib. & Falc.
vbi gloſ. in verſ. militari, in fin. quòd tamen tu-
tum omnino non eſt, in gratiam autem hono-
rati ceſſat, ſi legatarius, vel fideicõmiſſarius,
ſit locus, vel cauſa pia, auth. ſimiliter C. eod.
id, quod locum habet, quando pia cauſa non
65 eſt hæres, tunc enim priuilegiatus non vtitur
priuilegio aduerſus priuilegiatum. l. aſſiduis C.
qui pot. in pignor. habeantur. l. verum §. vlt. ff.
de minorib. Tradunt Dynus, & Alberic. ad l. ſi
quis ad declinandam C. de epiſ. & cler. Abbas
ad c. in præſentia de probat. ob odium autem,
in pœnam, grauati ſcilicet, aut ex cauſa omiſ-
ſionis, aut ex cauſa cõmiſſionis, ex cauſa omiſ-
ſionis, vbi hæres omiſit facere inuentarium,
vel fecit, ſed non omnia, quæ erant in patri-
monio defuncti appoſuit. d. auth. ſed cum te-
ſtator. l. hæreditatum §. vlt. infra eod. ex cauſa
autem commiſſionis, vbicumque hæres moli-
tus eſt aliquid, vt legatum non valeret. l. bene-
ficio ȷ̃ eod. vel negauit qualitatem, aut quan-
titatem legati, de quo deducenda eſt Falcidia,
Bar. ad l. vlt. §. licentia C. de iur. delib. aut fidẽ
accommodauit de reſtituendo incapaci d. l. be-
neficio, & l. etiam, vbi Saly. C. eo. rei autem ra
tione ceſſat, aut ratione hæreditatis, aut ratio-
ne relictorum, ratione hęreditatis, puta, ſi non
ſit ſupra dodrãtem grauata, vel ſi ſit ære alieno
abſumpta, quo caſu legata non valẽt. l. vlt. §. &
ſi præfata C. de iur. delib. & conſequẽter tunc
66 fruſtra de detractione Falcidiæ quæritur. l.
ſucceſſores C. eodem, non entium enim nullę
ſunt partes l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet.
ratione autem relictorum, vel quia res legata
ſit priuilegiata, vel quia inęſtimabilis, priuile-
giata, vt legitima, dos, res vxoris cauſa em-
pta, & parata, eidemque legata. l. ſcimus C. de
inoff. teſtamẽto. l. in teſtamento C. eod. l. ſi, &
vſusfructus §. dos, infra eod. inęſtimabilis, pu-
ta, ſi relicta ſit libertas. l. Papinianus §. quarta
ff. de inoff. teſtamento, vel relicta ſint inſtru-
menta, & ſcripturæ, iuxta l. ſi prædiorum, C.
eodem.
67 Abſoluta prima parte, ſecunda, quæ perti-
net ad rubricę cõtinuationem, ſic, Bartol. ver-
bis, abſoluitur. ſupra de legatis, verum quia de
legatis detrahitur Falcidia, igitur ſequitur vi-
dere de lege Falcidia, hæc communis eſt, &
veriſſima huius tituli ad ſuperiores connexio
& continuatio.

Ad l. in quartam ff. ad legem Falcidiam.

Summa Rerum Capita.

1 *Methodus obſeruanda proponitur.*
2 *Capiuntur ea, de quibus dubitari po-
teſt, an imputẽtur in Falcidiam, aut extra
cauſam teſtati, aut ex cauſa teſtati.*
3 *Capiuntur ea, quæ ex teſtamento capiuntur,
aut contingenter, aut neceſſario.*
4 *Contingenter quid capi dicatur.*
5 *Contingenter quod capitur, aut figura condi-
tionis capitur, aut non figura conditionis.*
6 *Capi figura conditionis, quid dicatur.*
7 *Capitur non figura conditionis, quod capitur
in vim modi.*
8 *Item, quòd capitur in vim pretij.*
9 *Neceſſariò, quod capitur, aut iure hæredita-
rio capitur, aut iure non hæreditario.*
10 *Capitur iure hæreditario, aliquid ſecundum
natu-*

naturam iuris hæreditarij, aliquid præter naturam.

11 Hæreditario iure, ſecundum illius naturam, quæ capiantur.

12 Legatum non eſſe, vel remanere apud hæredē, idem eſt.

13 Hæreditario iure, præter illius naturam, quod capiatur.

14 Quaſi legatum, quid, & cur ſic appellatum ab Auctore.

15 Quaſi legatum, quibus nominibus differat ab eo, quod capitur iure hæreditario, & à legato, & prælegato.

16 Hæreditario iure, quod non capitur, aut ſimplex eſt relictum, aut relictum cauſa conditionis implendæ.

17 Relictum ſimplex legatum eſt, & fideicommiſſum, tam particulare, quàm vniuerſale.

18 Relictum cauſa conditionis implendæ, quid ſit.

19 Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, non cognitum à DD. quibus nominibus differat à fideicommiſſo ſimplici, & à ſimplici dato cauſa conditionis implendæ.

20 Conditio honorato iniuncta in diſpoſitionem tranſit.

21 Conditio ſemper diſpoſitionem conditionalem præcedit.

22 Difformiter quid, & quibus ex cauſis capiatur.

23 Lex id autem ſupra eodem declaratur.

24 Difformitas in quo propriè conſiſtat.

25 Tituli varij, reſpectu diuerſarum rerum, difformitatem non faciunt.

26 Differentia inſignis inter legatum vni ex hæredibus factum, & prælegatum.

27 Imputatio, quibus modis vſurpetur.

28 Imputare eſt cauſam, vel culpam in aliquem conferre.

29 Imputare eſt calculare, & rationem ſubducere.

30 Imputare eſt recipere rem, debitam ex vna cauſa, pro ſatisfactione etiam alterius cauſæ.

31 Imputari in Falcidiam dicitur, quod, ad illam explendam, prodeſt.

32 Imputatio, vnde dicta.

33 Imputatio, quo iure introducta.

34 Imputatio, qua ratione ſit introducta.

35 Imputatio, quid ſit, & num. 220.

36 Imputatio, quibus nominibus differat à contributione, & computatione.

37 Imputatio, interdum, pro computatione accipitur.

38 Imputatio, quotuplex.

39 Imputatio ſimplex, quæ.

40 Imputatio per compenſationem, quæ.

41 Imputationi, vt ſit locus, quæ requirantur.

42 Imputatio, quos operetur effectus.

43 Imputatio, quando ceſſet.

44 Legis, in quartam literam, ſecundum Auctoris emendationem, & reſtitutionem.

45 Legis in quartam, in partes diuiſio.

46 Summa.

47 Subdiuiſio primæ partis.

48 Caſus, figuratio, in prima parte.

49 Imputantur in Falcidiam, quæcumq; in Trebellianicam imputantur.

50 Trebellianica eſt Falcidia vtilis, extenſa de legatis ad fideicommiſſa, num. 132.

51 Indefinita legis æquipollet vniuerſali.

52 Falcidia eſt quarta hæreditatis.

53 Argumentū, de Trebellianica, ad Falcidiam, affirmatiuè, in hac materia, ſecūdum communes traditiones, non valet.

54 Fideicommiſſa ſunt legatis fauorabiliora.

55 Diuiſionem non patitur textus, qui vnica ſtructura clauditur.

56 Summa.

57 Caſus, figuratio in ſecunda parte.

58 Continens ea, quæ in Trebellianicam nō imputantur, nō debet in Trebellianicā imputari.

59 Compoſitum habet naturam ſimplicium.

60 Difformiter capitur interdum, etiam, quod datur cauſa conditionis implendæ.

61 Diuiſio tertiæ partis legis noſtræ.

62 Summa.

63 Caſus, figuratio.

64 Pecunia, qua accepta, iubetur quis hæreditatem reſtituere, non accipitur iure hæreditario, ſed quaſi ex legato.

65 Quaſi legatum eſt, quod, iudicio teſtatoris, apud hæredem grauatum remanet iure hæreditario, ſine onere, ad inſtar legati, & 68. & 170.

66 Ablatiuus abſolutus, non expreſſa perſona dantis, conditionem non inducit.

67 Pecunia ſimpliciter accepta, vbi vnus ex cohæredibus iuſſus eſt partem hæreditatis retinere, intelligitur iuſſus accipere de ſua portione.

68 Quaſi legatum, in Falcidiam imputatur.

69 Hæreditarij iuris quidditas, in quo conſiſtat.

70 Diuiſio quartæ partis legis noſtræ.

71 Summa.

72 Caſus, figuratio, in prima particula quartæ partis principij.

73 Modi non habetur ratio, dummodo ſequatur effectus. declaratur nu. 76.

Legare

74 *Legare quinquaginta, & legare domum centum aureorum, ſi quinquaginta dederit, idem eſt, quo ad effectum.*

75 *Legans domum centum aureorum alieni, ſi quinquaginta dederit, re vera, de patrimonio ſuo, non quinquaginta, ſed centum legat.*

76 *Falcidia lex, ipſo iure reſecat legata, quibus ſupra dodrantem onerata eſt hareditas.*

77 Caſus, *figuratio in ſecunda particula tertiæ partis.*

78 *Data cauſa conditionis implendæ, ſi ſunt apud haredem remanſura, in quartam imputantur. declaratur num. 80.*

79 *Hareditario iure, quæ non capiuntur, in Falcidiam non imputantur, & num. 93. in fin.*

80 *Differentia inter datum cauſa conditionis implenda figura conditionis, & non figura conditionis.*

81 Litteræ, *totius legis noſtræ expoſitio.*

82 *Quarta hareditatis, in materia noſtra, cum quarta bonorum confunditur.*

83 *Quarta bonorum, rectius ad Falcidiam, quàm ad Trebellianicam refertur, cum in Falcidia ratione, antea deducitur æs alienum.*

84 *Ratio debet eſſe generalior dicto.*

85 *Intellectus verſiculi, ſed in fideicõmiſſariam.*

86 *Intellectus verſiculi pro ea verò parte.*

87 *Verò, aduerbium, non ſemper eſt particula aduerſatiua, ſed interdum idem ſignificat, quod certè, vel quidem.*

88 *Intellectus eiuſdem verſiculi. pro ea vero parte. Raynaldi Corſi recenſetur, & non improbat.*

89 *Intellectus verſiculi, ſed & quod implenda.*

90 *Intellectus verſiculi, ſed & ſi accepta pecunia.*

91 *Intellectus verſic. ſi quid verò implenda.*

92 Accepta, *à teſtatore, extra cauſam teſtamenti, titulo lucratiuo, puta, donationis, vel dotis, an in Falcidiam imputentur.*

93 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius. declaratur nu. 95. in fin.*

94 *Accepta extra cauſam teſtamenti, nec teſtatore iubente, in Falcidiam imputantur.*

95 *Imputari in Falcidiam non debet, quod in teſtatoris hareditate non reperitur.*

96 *Exempla non reſtringunt regulam.*

97 *Lex cum quo, §. vltimo, ſupra eodem, declaratur.*

98 *Dare eſt dominium transferre.*

99 *Turnielli intellectus, ad d. §. vlt. adiuuat, non deſtruit Bart. intellectum.*

100 *Videtur, verbum ad veritatem interdum refertur, & idem ſignificat, quod manifeſtum eſt.*

101 *Lex pater filiam, in principio, ſupra eodem, declaratur.*

102 *Lex 3. §. ſed et ſi non mortis, ff. de bonis libert. declaratur.*

103 Accepta, *extra cauſam teſtamenti, an, & quando in Falcidiam imputentur.*

104 *Falcidia poteſt à teſtatore prohiberi.*

105 *Hareditario iure, quæ capiuntur, in Falcidiam indiſtinctè imputantur.*

106 Legata, *& fideicommiſſa, in Falcidiam, an imputentur.*

107 *Falcidiam quod ceſſare facit, in Falcidiam imputatur.*

108 *Legis Neſennius, ſupra eodem, facti ſpecies recenſetur, & exemplo illuſtratur.*

109 *Compenſatio, eſt ſpecies imputationis.*

110 *Legata, & fideicommiſſa, ita ſunt exæquata, vt inter ea nulla amplius ſuperſit differentia.*

111 *Legis, filio, ſupra eodem, facti ſpecies recenſetur, & exemplo illuſtratur.*

112 *Ius ſingulare, habet in contrarium ius commune.*

113 *Lex quod autem, in verſic. ſed ſi ideo, ſupr. eod. declaratur.*

114 *Lex Neſennius, ſupra eodem, declaratur in quibus terminis procedat.*

115 *Replicatio, exceptionis appellationem recipit.*

116 *Lex filio, infra eodem, nouiter declaratur.*

117 Legata, *fideicommiſſa, & prælegata, an, & quando, & quomodo pro ea parte, quæ à cohærede accipitur, in Falcidiam imputentur.*

118 Legatum, *à legatario, hæredi, vtrum in ratione legis Falcidiæ, eidem tantum legatario, vel alijs quoque proſit.*

119 *Legis, filium quem habentem, C. famil. erciſc. facti ſpecies recenſentur.*

120 *Lex Neſennius, in verſ. planè, diligenter declaratur.*

121 *Lex deducta, §. nummis, ad S.C. Trebell. declaratur.*

122 *Lex id autem, ſupra eodem, declaratur.*

123 *Lex quod autem, verſic. ſed ſi ideo, ſupra eod. declaratur.*

124 Legata, *& fideicommiſſa, & prælegata, an, & quando, & quomodo, ita in Falcidiam imputentur, vt omnibus proſint.*

125 *Methodus in explicanda quarta concluſione proponitur.*

126 Differentia, *an ſit inter Falcidiam, & Trebellianicam, quo ad effectum imputationis.*

127 *Differunt etiam effectu, quæ, nomine, cauſa, natura, & ratione, differunt.*

Falci-

128 *Falcidia, & Trebellianica, nomine, natura, & effectu differũt. declaratur nu. 238. in fin.*

129 *Differre effectu non ſolent, quæ nomine non differunt.*

130 *Quarta, quæ deducitur de fideicommiſsis, ab ea, quæ deducitur de legatis, nomine non differt, & nu. 238. in fin.*

131 *Trebellianica vox Latina non eſt, ſed Scolaſtica, & magiſtralis.*

132 *Vtilia à directis, regulariter non differunt.*

133 *Perinde dictio, ſignificat omnimodam, ſimilitudinem.*

134 *Prælegatum, legatum eſt.*

135 *Lex iubemus, C. ad S.C. Trebel. perpenditur, & declaratur.*

136 *Correctio non præſumitur.*

137 *Differentia ratio probabilis, inter Falcidiam, & Trebellianicam, quoad imputationem non reperitur.*

138 *Iacobi Cuiaci argumentum refellitur.*

139 Prælegati, *portio, quæ capitur iure hæreditario, an imputetur in Falcidiam directam, quæ deducitur de legatis.*

140 *Hæreditatis appellatione, quæ non veniunt, in Falcidiam, quæ eſt quarta hæreditatis, non imputantur.*

141 *In habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus.*

142 *Prælegatum non venit appellatione hæreditatis, vel portionis hæreditariæ. declaratur num. 145.*

143 *Grauatus hæreditatis portionem reſtituere, non tenetur reſtituere prælegata, vel fideicommiſſa.*

144 *Prælegati portio, quàm hæres à ſe ipſo accipit, non à cohærede, iure hæreditario capit.*

145 *Imputatur in Falcidiam, quod capitur iure hæreditario, licet hæreditatis appellatione non veniat.*

146 *Hæres grauatus hæreditatem reſtituere, tenetur reſtituere etiam prælegati partem, quam à ſe ipſo accipit, non quam accipit à cohærede.*

147 *Legatum, in ea parte, in qua non valet, portio hæreditatis eſt.*

148 Prælegata, *an, & quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſariam.*

149 Prælegatum, *vniuerſum, an in Trebellianicam imputetur.*

150 *Difformiter, quod capitur, in Falcidiam non imputatur, nec in Trebellianicam in totum.*

151 *Prælegatum quodlibet difformiter capitur.*

152 *§. ſi quis vna, Inſt. de fideicomm. hæred. declaratur.*

153 Prælegati, *portio hæreditaria, an vniuerſa in Falcidiam imputetur.*

154 *Legis Titia, ſupra eodem, facti ſpecies recenſetur.*

155 *Imputatur in quartam, quod extra quartam non eſt.*

156 *Legis Titia, deciſionis ratio noua redditur, & omnis in ea difficultas diluitur.*

157 Prælegatum, *quod ſemper difformiter capitur, an, & quando, & quomodo in Falcidiam imputetur.*

158 *Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, in Falcidiam non imputatur.*

159 *Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, eſt quoddam mixtum ex ijs, quæ iure hæreditario non capiuntur.*

160 Conditionis, *implendæ, cauſa, quod datur, an in Trebellianicam imputetur.*

161 *Ablatiuus abſolutus, conditionem ſignificat.*

162 *Pecunia, vel ſpecies, qua accepta, iubetur quis hæreditatem reſtitui, in Trebellianicam imputatur.*

163 *Mortis cauſa contingenter, quod capitur, in Falcidia, vel Trebellianica quartam non imputatur.*

164 *Conditionis implendæ cauſa, quod datur, mortis cauſa contingenter capitur.*

165 *Imputantur in Trebellianicam ſolummodo, quæ, tempore mortis teſtatoris, in illius hæreditate reperiuntur.*

166 *Conditionis implendæ cauſa, quod datum eſt, nec per viam compenſationis, in Falcidiam imputatur.*

167 *Antimonia inter l. in ratione, §. tametſi, ſupra eod. & l. noſtram, in verſic. ſed & quod implenda, ſoluitur, & vterque locus nouiter declaratur.*

168 *Cuiacij, & Antonij Fabri, opiniones, & emendationes, circa verſ. ſed & quod implenda, reprobantur.*

169 *Pecunia accepta, non expreſſa perſona dantis, vbi quis hæreditatem reſtituere iubetur, quaſi ex legato pecuniam accipere intelligitur.*

170 *Quaſi legatum in Trebellianicam imputatur, ratio redditur nu. 201.*

171 *Ablatiuus abſolutus, vbi expreſſa eſt perſona dantis, conditionem inducit, non habentem figuram conditionis. & nu. 187.*

172 *Conditionis implendæ cauſa, quòd non figura conditionis datur, in Falcidiam imputatur, quaſi datum in vim pretij.*

173 *Antonij Fabri opinio reprobatur.*

174 *Lex acceptis, inf. eod. declaratur.*

175 *Cauſa conditionis implendæ datum, an, & quan-*

quando in Falcidiam imputetur, ſecundum opinionem Accurſij.

176 *Cauſa conditionis implendæ datum, an, & quando in Trebellianicam imputetur, ſecundum communes traditiones.*

177 Eadem, *res, an poſſit ſimul in conditione, & in diſpoſitione eſſe poſita.*

178 *Contraria non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto.*

179 *Conditio, & diſpoſitio ſunt oppoſita.*

180 *Diſpoſitio ſemper aliquid ponit in eſſe.*

181 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

182 *Contingenter, & neceſſariò ſimul capi, res eadem, non poteſt. declaratur nu. 192.*

183 *Poſiti in conditione non cenſentur vocati. declaratur nu. 192.*

184 *Contingens, à conditione, cuius definitionem ingreditur, non poteſt abeſſe.*

185 *Conditio, nec iniuncta heredi, in diſpoſitionem tranſit.*

186 *Conditionis implendæ cauſa capientes, nec legatarij ſunt, nec fideicommiſſarij. declaratur num. 198.*

187 *Nomen debet eſſe conſequens rei.*

188 *Hæreditario iure, quod capitur, ex teſtatoris diſpoſitione capitur.*

189 *Legis penultima C. ad legem Falcidiam, facti ſpecies recenſetur.*

190 *Falcidia, de ijs, quæ mortis cauſa capiuntur, non detrahitur.*

191 *Conditio, & diſpoſitio, quo pacto poſſint recipi in eodem ſubiecto.*

192 *Conditio poteſtatiua, cur ſic appellata.*

193 *Contingens ingreditur definitionem ſimplicis conditionis, non relicti cauſa conditionis implendæ.*

194 *Lex id autem, in principio, ſupra eodem, declaratur.*

195 *Conditio tranſit in diſpoſitionē, ſi ita iniungitur honorato, vt honorem ſubſequatur, ſecus, ſi antecedat.*

196 *Grauare aliquem non poſſumus, quem antea non honorauimus.*

197 *Diſpoſitio, in quam conditio tranſit, eſt pura.*

198 *Lex ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, declaratur.*

199 *Lex in ratione, §. tametſi, ſup. eod. declaratur, & nu. 222.*

200 *Ablatiuus abſolutus inducit etiam diſpoſitionem, vbi prolatus eſt ab eo, qui habet diſponendi facultatem.*

201 *Conditio, abſque eo, quod deſinat eſſe conditio, poteſt in diſpoſitionem tranſire.*

202 Ablatiuus, *abſolutus, quando diſpoſitionem ſignificat, ad quam ſit referendus.*

203 Legatus, *ſi ſic alicui fundus centum dignus, ſi quinquaginta heredi dederit, an computari debeat pro legato centum, vel pro legato quinquaginta aureorum.*

204 *Legaſſe quinquaginta intelligitur, qui damnauit hæredem, vt alicui fundum dignum centum, pro quinquaginta venderet.*

205 *Hæres damnatus vendere fundum, dignum centum, pro quinque, non niſi quinque in Falcidiam imputat.*

206 *Legatum illud intelligitur, in computatione legis Falcidiæ, quod legatarius ex cauſa legati intelligitur accipere.*

207 *Correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio.*

208 *Legatarius, ex cauſa legati, illud intelligitur accipere, quod ſupereſt deducta ſumma, quam ſoluit cauſa conditionis implendæ. declaratur nu. 210.*

209 *Caſus legis, vbi eſt, omnis ceſſat dubitatio.*

210 *Legatum fundi, digni quinquaginta, ſi quinquaginta dederit, vtile eſt, & Falcidiam patitur.*

211 *Non entium nulla ſunt partes.*

212 *Lex ſi fundum, in princ. & l. ſi dignum, ſup. eo. declarantur.*

213 *Lex ſed etſi hoc, in §. 1. de condit. & demonſtr. declaratur.*

214 Conditionis, *implendæ cauſa, quod accipitur, an in Falcidiam imputetur, ſaltem per viam compenſationis.*

215 *Hæres in quartam imputat, quod accipere ab eo iuſſus eſt, cui aliquid ex teſtamento præſtat.*

216 *Intellectus diuinatiuus, & reſtrictiuus non admittitur.*

217 *Imputare verbum, æque propriè dicitur de ſimplici imputatione, & de ea, quæ fit per viam computationis.*

218 *Falcidia vſum impedit, quod in Falcidiam imputatur, ſi, quod deducendum eſt, ſupplet.*

219 *Lex Plautius, de cond. & demonſtr. exemplo illuſtratur.*

220 *Conditionis implendæ cauſa, quod accipitur, nulla ex cauſa debetur.*

221 *Conditionis implendæ cauſa, quod accipitur, neque anteaquam accipiatur, neque poſtea, reſpectu eius à quo accipitur, imputari poteſt.*

222 *Lex Neſennius, ſup. eo. declaratur.*

223 Quæ, *& quando in Falcidiam imputentur.*

224 *Differentia, quæ ſit ſecundum communes traditiones, inter Falcidiam, & Trebellianicam.*

Digitized by Google

225 Differentiæ, *ratio, quæ ſit inter Falcidiam, & Trebellianicam, ſecundum communes traditiones.*

226 *Praeceptoris probati eſt, non in varijs opinionibus recenſendis laborare, ſed in veritatis indagatione.*

227 *Legatorum dominium, tranſit recta via, de teſtatore, in legatarios.*

228 *Ars, & natura, nihil operantur fruſtra.*

229 *Fideicommiſſum, non transfert dominium rerum relictarum, ante præſtationem.*

230 *Hæreditas adita, amplius non eſt hæreditas, ſed patrimonium adeuntis.*

231 *Falcidia, cum ſit propria, & vera hæreditatis pars, non niſi ex ijs, quæ hæreditario iure capiuntur, poteſt confici.*

232 *Falcidia, qua ratione magis propriè dicatur quarta hæreditatis, quàm Trebellianica.*

233 *Falcidia inuenta, vt illius lucro alliciantur hæredes, qui non poſſunt à legatarijs compelli, ad adeundam hæreditatem.*

234 *Differentiæ ratio, reddita à Ripa, defenditur ab impugnationibus Soc. Iun.*

235 *Fauendum magis explicanti actum ex neceſſitate, quàm agenti ex voluntate, declaratur num. 236.*

236 *Trebellianicam detrahens, non adit ex neceſſitate, cum hæres coactus adire, quartam non detrahat.*

237 *Teſtator magis diligit hæredem, quàm legatarios, ſed fideicommiſſarium vniuerſalem magis, quàm hæredem, & ſic fauorabiliora ſunt fideicommiſſa, & num. 240.*

238 *Trebellianica detractio, magis eſt contra voluntatem teſtatoris, quàm Falcidia.*

239 *Fideicommiſſario vniuerſali, non expedit dominium, recta via, in eum tranſire, quemadmodum in legatarium.*

240 *Grauatus in vno, debet releuari in alio.*

241 Fideicommiſſa, *vniuerſalia, ſimul, & legata, vbi ſunt præſtanda, quæ, & quomodo in quartam ſint imputanda.*

242 Differentia, *quæ ſit, quo ad imputationem, inter corpus hæreditarium, & pecuniam.*

243 Differentiæ, *ratio.*

244 *Pretium, ſuccedit loco rei.*

245 *Dominium generis, quod eſt ens abſtractum, non datur.*

246 *Pecunia in genere, actu non eſt in hæreditate, ſed in potentia.*

247 Differentia, *inter corpus hæreditarium, & non hæreditarium.*

248 Differentiæ, *ratio.*

249 *Imputatio, eſt quædam quaſi confuſio.*

250 *Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

251 *Prælegati eſſentia in eo conſiſtit, vt capiatur ante partem, & præcipuum habeatur.*

252 *Imputare difformia in ſe poteſt, id, cuius natura eſt heterogenia.*

253 *Trebellianica, heterogeniam habet naturam.*

254 *Tranſitus facilior, in habentibus ſymbolum.*

255 *Simplicia recipiens, debet poſſe etiam mixtum recipere.*

256 *Trebellianica, recipit ſimplicia.*

257 *Prælegatum eſt quoddam mixtum ex iure hæreditario, & ex iure legati.*

258 *Partis quo ad partem, & totius, quo ad totum, idem eſt iudicium.*

259 *Differentia inter corpus hæreditarium, & non hæreditarium, ex ſententia Auctoris.*

260 Falcidia, *vel Trebellianica, an, & quando poſſit detrahi in vna re.*

261 *Contractus, ex conuentione legem accipiunt.*

262 *Argumentum, de contractibus, ad vltimas voluntates, valet.*

263 *Solui aliud pro alio, conſentiente creditore, poteſt.*

264 Filius, *an poſſit quartam Falcidiæ, vel Trebellianicæ, in eo, quod pater in vita ei conceſſit in peculium, retinere.*

265 *Legis, filium quem habentem, C. famil. erciſcun. facti ſpecies, ad mentem Antonij Fabri recenſetur.*

266 *Teſtator, præſumitur velle, poſt mortem quoq́, locum habere, quod in vita obſeruari voluit. declaratur nu. 274.*

267 *Voluntas, coarctata ad vitam alicuius, poſt mortem illius, non debet aliquid operari.*

268 *Regulis iuris communis, in dubio, ſtādum eſt.*

269 *Peculij conceſſio, intelligitur coarctata ad vitam patris concedentis, cum, ſequuta eius morte, extinguatur.*

270 *Falcidia, vbi de voluntate teſtatoris non conſtat, vt in vna certa re detrahatur, detrahi debet in pluribus, vel in paucioribus, aut in vna tantum re, ſecundum Iudicis arbitriū & æſtimationem.*

271 *Lex filium quem habentem, C. famil. erciſcun. declaratur ad mentem Arnaldi, Ferrerij, & Antonij Fabri intellectus reprobatur.*

272 *Habere verbum generale eſt, et poteſt ad quemcumque titulum referri.*

273 *Lex vltima. C. de alluuion. & palud. declaratur.*

274 *Exempla, licet non reſtringant regulam, eam tamen declarant.*

275 *Filius non poteſt eligere rem ſibi conceſſam a patre in peculium, vt in ea Falcidia quartam habeat.*

Legi-

276 Legitima interdum reperitur Falcidia appellata.

277 Methodus obſeruanda, in tractatione de imputatione in legitimam, proponitur.

278 Legitima, quibus modis vſurpetur.

279 Legitima debetur, liberis, parētibus, & interdum fratribus.

280 Legitima, vnde dicta.

281 Legitima debetur tantum liberis legitimis, nō autem ſpurijs, & illegitimis.

282 Legitima pluribus modis appellatur, & circumſcribitur in iure.

283 Legitima, quo iure introducta.

284 Ius duplex, quoddam diſpoſitum, quoddam diſponens.

285 Ius diſponens habet ſe ad iura diſpoſita, tamquam cauſa ad ſuos effectus.

286 Homo animal eſt, omnium perfectiſſimum.

287 Leges, & iura, quamquam in aliquo videantur inter ſe pugnantia, omnia tamen ad eundem finem conſpirant, dirigendo humanum genus, ad bene beatèque viuendum.

288 Lex æterna, eſſe hominis, quod commune habet cum omnibus entibus realibus, accommodata, quæ ſit.

289 Lex viuentium, vitæ accommodata, quam communem habet homo cum brutis, & plantis, quæ ſit.

290 Ius naturale, accommodatum naturæ ſenſibili ipſius hominis, quod commune eſt ei cum brutis, quid ſit.

291 Iuris naturalis diffinitio D. Tho.

292 Ius gentium, accommodatum naturæ rationali ipſius hominis, quam, cum alijs rebus, communem non habet, quid ſit, ex ſententia M. Tullij, Alberti Magni, & Diui Thomæ, declaratur.

293 Ius humanum, quod naturæ hominis ſociabili accommodatur, quid ſit, & quale.

294 Ius ciuile, municipale, quod accommodatur naturæ politicæ ipſius hominis, quid, & quale.

295 Ius ciuile commune, ſeu Ius Cæſareum, quo vtitur homo; quatenus imperio eſt ſubiectus, quid, & quale.

296 Ius Canonicum, ſeu Pontificium, quo vtitur homo, quatenus Chriſtianus eſt, & ſubiectus Eccleſiæ, quid, & quale.

297 Iuris ſumma diuiſio, ex Ariſtot. eſt, vt aliquod ius ſit naturale, aliquod poſitiuum.

298 Ius naturale comprahendit legem æternam, legem viuentium, Ius naturale, ius gentium.

299 Ius poſitiuum comprahendit ius humanum, ius municipale, ius Cæſareum, & ius Pontificium.

300 Ius diuinum diuiditur in naturale, & poſitiuum, & quale ſit vtrumque, declaratur.

301 Legitima, an ſit de iure naturali, vel poſitiuo.

302 Iuris naturalis eſſe dicitur, quod iure naturæ debetur. declaratur num. 325.

303 Legitima, iure naturæ debetur.

304 Subrogatum, ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. declaratur nu. 330. & ſequent.

305 Legitima ſubrogata eſt in locum alimentorum.

306 Alimenta iuris naturæ eſſe dicuntur. declaratur num. 332.

307 Iuri illi vnumquodque adſcribitur, à cuius ratione, per interpretationem, fuit deſumptū. declaratur num. 334.

308 Legitima à parentibus filijs debita, à ratione iuris naturalis, deſumpta eſt.

309 Naturalia iura, criminoſi non amittunt.

310 Deportati, quæ iuris naturalis ſunt, retinent.

311 Legitima, per ingrati animi crimen, amitti poteſt.

312 Filij ingrati, à parentibus poſſunt, varias ob cauſas, exhæredari.

313 Naturalia iura ſunt immutabilia.

314 Legitima mutari, & alterari poteſt.

315 Naturalia iura, tolli non poſſunt, iuribus ciuilibus.

316 Legitima, præſcriptione, quæ eſt de iure ciuili, tollitur.

317 Naturalis iuris eſſe dicitur, quod non procedit immediatè à naturali inſtinctu, & à principijs rationis, ſine diſcurſu, & neceſſitate.

318 Legitima non potuit proficiſci à principijs rationis, ſine prauio diſcurſu, & ſine humana poſitiua conſtitutione.

319 Naturalis iuris eſſe non poſſunt, quæ, poſt reperta teſtamenta, & contractus, fuerunt inducta.

320 Teſtamentum eſt de iure ciuili. & nu. 341.

321 Ius naturæ, vna cum genere humano, Natura prodidit.

322 Legitima, poſt teſtamētarias ſucceſſiones, fuit reperta, ne, contra naturalem pietatem, parentes liberos excluderent, propria ſobole alienam præponentes, & num. 342.

323 Legitimum ius, eſt ius poſitiuum.

324 Legitima eſt ius legitimum, vt nomen demonſtrat.

325 Debitum naturale, duplex.

326 Poſitiua iura, & legalia, à naturali iure proficiſcuntur.

327 Legitima dicitur quarta debita iure naturæ, ad differentiam Falcidiæ.

Digitized by Google

328 Falcidia à mera iuris ciuilis ratione profecta eſt, naturali ratione, & pietate minimè impellente.
329 Poſitiuo iure, quod naturali ratione debetur, dici poteſt, quodammodo, iure naturali deberi.
330 Subrogatum non eſt idem cum eo, in cuius locum ſubrogatur.
331 Simile non eſt idem.
332 Alimenta, an, & quando, & quomodo de iure naturæ eſſe dicantur.
333 Legitima, cum debeatur etiam filijs diuitibus, & poſt mortem patris, non videtur ſubrogata in locum alimentorum, cum quibus ſimilitudinem non habet.
334 Legitima non eſt de illo iure naturali, quod à poſitiuo contradiſtinguitur.
335 Legitima, an ſit de iure humano, & gentium ſecundario, vel, de iure ciuili Romanorum.
336 Ius gentium ſecundarium, eſt ius poſitiuum, quòd magis accedit iuri naturali, & ideo interdum, iuris naturalis appellationem recipit.
337 Natura debetur, quod iure gentium dari oportet.
338 Iuris gentium eſſe dicitur, quicquid ratione naturali introductum eſt, & peraquè obſeruatur & cuſtoditur apud omnes gentes.
339 Legitima, debetur à parentibus filijs, apud omnes, etiam barbaras nationes, declaratur num. 352.
340 Iuris ciuilis ſit, neceſſè eſt, quod per interpretationem prudentum, poſtquam filij ceperunt exhæredari, introductum eſt.
341 Exhæredatio, non, niſi in teſtamento fieri poteſt.
342 Iuris ciuilis eſſe dicitur omne illud, per quod aliquid additur, vel detrahitur de iure communi omnium gentium.
343 Legitimæ conſtitutione, aliquid fuit detractũ ſucceſsioni liberorum, quæ vniuerſa deberet ad ipſos pertinere.
344 Iuri illi vnumquodque tribui debet, à quo formam habuit.
345 Forma dat eſſe rebus.
346 Denominari debet vnumquodque, potius à ſuo eſſe ſpecifico, quàm à generali, & indefinita materia.
347 Legitima, formam habet à iure ciuili, & 349.
348 Legitima forma, olim quæ fuerit.
349 Legitimæ forma, hodie quæ ſit.
350 Ius quoque ciuile, eſt ex naturalibus præceptis.
351 Ius ciuile eſſe dicitur, quod non in totum à naturali iure, vel gentium recedit, nec per omnia ei inſeruit.
352 Alimenta, legitimæ appellationem, non recipiunt.
353 Alimenta, ex æquitate canonica, filijs etiam ſpurijs debentur.
354 Alimenta, formam legitimæ non habẽt, & extraneis quoque relinqui poſſunt; habent enim relationem ad omnem viuentem.
355 Succeſsionis primus gradus, apud quoſdam populos, eſt nepotis ex ſorore.
356 Legitima, qua ratione ſit introducta.
357 Filijs, hæreditas parentum, naturaliter debetur.
358 Filius, ergo hæres, D. Pauli eſt conſequentia.
359 D. Auguſtinus recuſauit hæreditatem Eccleſiæ relictam, ab eo, qui filios habebat.
360 Legitima, quid ſit.
361 Legitima conſtituitur, deducto ære alieno.
362 Legitima debetur ſolummodo liberis, obtinentibus primum gradum in ſucceſsione.
363 Legitima, quotuplex ſit.
364 Legitimæ, vt ſit locus, quæ requirantur.
365 Circumſtantia rei, quæ.
366 Circumſtantia perſonæ, quæ.
367 Circumſtantia loci, quæ.
368 Circumſtantia modi, quæ.
369 Legitima, quos operetur effectus.
370 Legitima, quibus modis finiatur, vel ceſſet.
371 Ius ciuile, contrario ciuili iure tolli poteſt.
372 An, &, quando in legitimam imputentur, quæ capiuntur citra parentes iudicium.
373 Dos filiæ data, contemplatione patris, an in Falcidiam imputetur.
374 Aduentitia, in legitimam non imputantur.
375 Profectitia illa, quorum ipſe pater, dum viuit, proprietatem non retinet, in legitimam non imputantur.
376 Donatio facta à patre filio, emãcipationis gratia, in legitimam non imputatur.
377 Subſtitutio pupillaris, facta, à patre arrogatore, filio arrogato, habet locum, non ſolum in bonis arrogatoris, ſed etiam in bonis relictis filio arrogato, contemplatione patris arrogatoris.
378 Filio quæ dantur ex ſubſtantia patris, & quæ aliunde ex contemplatione patris obueniunt, procedunt à pari.
379 Dos profectitia in legitimam imputatur.
380 Dotans filiam contemplatione patris, videtur patri donaturus, dotare intelligitur.
381 Lex vna, recipit ab alia interpretationem.
382 An, & quando, quæ capiuntur contingenter, ex teſtamẽto patris, in legitimã imputẽtur.
383 Legitima debetur hodie honorabili titulo inſtitutionis.

An

384 An quod, capitur ex teſtamento contingenter, ſi ſit ex re patris, in legitimam imputetur.

385 Imputare in legitimam filius non cogitur, quod ſtatim, poſt mortem parentis peti non poteſt.

386 Legitima, nullam patitur dilationem.

387 Legitima, à die mortis parentis, intelligitur filio acquiſita.

388 Conditionis implendæ cauſa, quod datur, ſtatim peti non poteſt.

389 Legitima debita à patre filijs, & à libertis patronis, æquiparantur.

390 Argumentum de Trebellianica, ad legitimam affirmatiuè valet. & nu. 429.

391 Imputantur plura in legitimam, quàm in Trebellianicam.

392 Imputatur in legitimam quicquid excludit filium à querela inofficioſi teſtamenti. & num. 417.

393 Legitimæ ſupplementum, non niſi quod in legitimam imputatur, poteſt recipere.

394 Imputatur in legitimam, quod datur filio, cauſa conditionis implendæ, ab hærede patris, vel à legatario, vel à ſtatu libero.

395 Imputatur in legitimam quicquid capitur ex patrimonio paterno, ex parentis diſpoſitione, & iudicio.

396 Conditio, vbi res eſt poſita in conditione, de qua poteſt diſponere teſtator, in diſpoſitionem tranſit.

397 Teſtatoris iudicio debetur, quod cauſa conditionis implendæ debetur, præſertim, ſi res, de qua potuit diſponere, ſit in conditione poſita.

398 An, & quando, imputentur in legitimam, quæ neceſſario ex parentis teſtamento capiuntur.

399 Conditio, in ſubſtitutionibus directis, eſt formæ.

400 Ius accreſcendi, cum ſit quædam quaſi ſubſtitutio, tacitam eſſentialem conditionem habet.

401 Donationis cauſa, quod capitur de ſubſtantia patris, an in legitimam imputetur.

402 An quod, filius familias ex ſubſtãtia patris, per donationem inter viuos morte confirmatam, capit, in legitimam debeat imputare.

403 Donatio cauſa mortis in legitimam imputatur.

404 Fideicommiſſi cauſa, quod ſtatim, poſt mortem parentis capitur, in legitimam imputatur.

405 Donata inter viuos, non imputantur in legitimam, niſi ex contemplatione data ſint, vt imputentur.

406 Donatum inter viuos à patre, filio in poteſtate, non excludit eum à querela, licet de hoc cum patre expreſsè conuenerit.

407 Fictio, idem operatur, in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.

408 Lex etiam, §. ſed etſi non mortis, ff. de bonis libert. declaratur.

409 Donatio inter viuos, facta à patre filio in poteſtate, morte confirmata, retrotrahitur ad tempus, quo fuit facta, & fingitur ab initio valuiſſe.

410 Donatio inter viuos, quando fideicommiſſi vice fungatur.

411 Lex in donationibus, C. ad legem Falcidiam, declaratur.

412 Quando, aduerbium, & cauſaliter, & caſualiter accipi poteſt.

413 Donatio, facta à patre filio in poteſtate, vltra quingentos aureos, & non inſinuata, niſi expreſſè ſit in vltima voluntate confirmata, remanet inualida, etiam poſt mortem teſtatoris.

414 Donationis cauſa inter viuos, à parente filio datum, an, & quando teneatur filius in Falcidiam imputare.

415 Dotis cauſa, quod datum eſt, vel propter nuptias donatum, an in legitimam imputetur.

416 Falcidia, ciuili ratione debetur, legitima naturali.

417 Dos, & donatio propter nuptias, faciunt ceſſare querelam inofficioſi.

418 Argumentum de Falcidia ad legitimam, in materia imputationis, non valet.

419 Lex pater filiam, ſup eo. declaratur.

420 Differentiæ ratio, cur plura imputentur in legitimam, quàm in Falcidiam.

421 Imputatur in legitimam, quod pater ſoluit pro maleficio filij, à ſtatuto coactus, vel ob aliam ſimilem neceſſitatem.

422 Compenſatio præſumitur à lege, in ſolutis ex neceſſitate.

423 Dos, profectitia, an, & quando in legitimam imputetur.

424 Datum, à parente filio, ob dignitatem, & ob ſtatus incrementum, in legitimam imputatur.

425 Imputatio, eſt quædam ſpecies permutationis.

426 Peculium, filio conſtitutum, an in legitimam imputetur.

427 Donatio, in dubio, non præſumitur.

428 Præſumitur potius inſanire quis, quàm donare.

429 Imputantur plura in legitimam, quàm in Trebellianicam.

430 Præcipua, quæ habentur, in legitimam non imputantur.

431 Legitimam in re, in peculium conceſſa, contradicentibus ijs, quorum intereſt non detrahi, filius non poteſt detrahere.

432 Legitimam debet habere filius in pluribus, vel paucioribus rebus, vel in vna, iudicis arbitrio.

433 Voluntas coarctata ad placitum, & ad vitam alicuius, poſt mortem illius, & placito ceſſante, nihil debet operari.

434 Peculij conceſsio eſt coarctata ad placitum parentis concedentis, per quem poteſt adimi.

435 Peculium, morte concedentis, extinguitur.

436 Peculium, poſt mortem patris concedentis, commune eſt inter illius filios.

437 Trebellianica, & legitima, habent ſe ad inuicem tamquam excedens, & exceſſum.

438 Lex ſi donatione, C. de collat. declaratur.

439 Differentiæ ratio, cur in legitimam imputentur etiam quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, non in Trebellianicam.

440 Datum à patre, filio emancipato, ea contemplatione, vt in Falcidiam imputetur, an ſi decedat, relictis filijs, & hæredibus, debeāt præfati filij ſibi in legitimam imputare.

441 Commoda, habentia annexa onera, ſi tranſeāt de perſona, in perſonam, tranſeunt cum ſuis oneribus. declaratur nu. 443.

442 Imputatur in legitimam, quod proficiſcitur immediatè ex bonis, & ſubſtantia parentis, debentis legitimam.

443 Conditionalis diſpoſitio, non habet effectum, conditione deficiente.

444 Modalis diſpoſitio, quando deficiat, deficiente modo.

445 Dotem, matris, ab Auo profectam, an debeāt nepotes in Falcidiam imputare, quemadmodum mater eorum, ſi patri ſuperuixiſſet.

446 Dos à patre profecta, ſuperſtitibus filijs, mortua filia, ex Martini conſuetudine, ad patrem non reuertitur.

447 Imputantur in legitimam, quæ in bonis parentum reperiuntur, non quæ extra eorum patrimonium acquiruntur. declaratur numero 455.

448 Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus. declaratur nu. 463.

449 Dominus, ex vna cauſa, non poteſt amplius ex alia fieri dominus.

450 Poſſeſsionis cauſam, mutare ſibi, nemo poteſt.

451 Nepos, non iure matris, ſed iure proprio, ſuccedit Auo.

452 Dos, vel donatio propter nuptias, vbi cōfertur, in legitimam etiam imputatur.

453 Dos matris, vel donatio propter nuptias, ab auo profecta, à nepotibus confertur.

454 Argumentum, de collatione, ad imputationem, quando valeat.

455 Mixtus caſus, ſub ſimplicibus, comprahenditur.

456 Profectitia qualibet, in legitimam imputantur.

457 Argumentum, à ſufficienti partium enumeratione, valet.

458 Aduentitia non conferuntur.

459 Imputatur in legitimam, quicquid ex ſubſtantia parentis, legitimam debentis, capitur.

460 Profectitia, in filijfamilias hæreditate, eſſe non poſſunt.

461 Nepos in ſucceſsione potior eſſe non debet, quàm filia, & num. 464.

462 Filia excluſa à ſtatuto, cenſentur excluſi omnes illius deſcendentes.

463 Conſuetudinis Martini declaratio.

464 Doti, onus imputandi in legitimam, annexus, debet in filium tranſire.

465 Imputabile, quod ſemel factum eſt, in legitimam ſemper imputatur.

466 Imputationis materia admittit, vt res ex duplici cauſa habeatur, & retineatur.

467 Dos matris, ab auo profecta, an, & quando teneatur nepos ſibi in legitimam imputare.

468 Imputandum, an ſit in legitimam filij, quod ei ex ſubſtitutione eſt acquiſitum.

469 Imputandum, an ſit filio in legitimam, quod capit ex ſubſtitutione facta legatario.

470 Legari etiam à legatario hodie poteſt.

471 Subſtitutionis ex cauſa quod capitur, in legitimam non imputatur.

472 Imputare in legitimam nō cogitur filius, quod diei, vel conditionis dilationem recipit, & num. 476.

473 Subſtitutio nulla ſine conditione fieri poteſt, & num. 476.

474 Lex etiam, §. penult. de bonis libertorum. declaratur.

475 Hæres fiduciarius, quis eſſe dicatur.

476 Fideicommiſſum, etiam vniuerſale, differt à fideicommiſſaria ſubſtitutione.

477 Imputetur ne in legitimam, quod capitur ex ſubſtitutione facta hæredi parentis, qui debet legitimam.

478 Legitima, dilationem non patitur.

479 Conditio, fauore legitimæ, habetur pro non adiecta.

480 Indefinita legis, æquipollet vniuerſali.

481 *Supplementum legitimæ, non recipit dilationem.*

482 *Lex, quoniam in prioribus, & lex ſcimus, §. cum autem, C. de inofficioſo teſtamento, declarantur.*

483 *Fauor non debet retorqueri in odium.*

484 *Lex ſcimus, in §. repletionem, C. de inoff. teſtament. declaratur.*

485 Imputetur, *ne in legitimam, quod capitur ex ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, qua ſuccedit filius hæredi, vel legatario ipſius parentis, qui legitimam debet.*

486 *Legitimæ repletio, an fieri debeat ab hęredibus parentis dumtaxat, vel tam ab hæredibus, quàm à legatarijs pro rata.*

487 *Legitima filiorum, & legitima patroni æquiparantur.*

488 *Supplementum legitimæ patroni, non ſolum hęredes, ſed etiam legatarios grauat.*

489 *Onus reale, tranſit in quemcumque ſucceſſorem.*

490 *Aes alienum deducitur anteaquam legata præſtentur.*

491 *Legitima eſt quoddam æs alienum, cum ſit debitum naturale parentis.*

492 *Actione perſonali, quod petitur non niſi ab hæredibus, ad quos tranſit peti poteſt.*

493 *Legitimæ ſupplementum petitur per condictionem ex l. omnimodo, C. de inofficioſo teſtamento.*

494 *Legatarij, ſi hæreditas eſt ſoluendo, præferuntur, in re legata, & filij in legitima, & creditoribus ipſis, qui filijs præferuntur.*

495 *Legitimæ repletio, non niſi de bonis hæreditarijs fieri poteſt.*

496 *Legitimæ ſupplementum dicitur deberi filijs, quaſi ex legato.*

497 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

498 *Legitimæ ſupplementum, ſubrogatum eſt in locum querelæ inofficioſi teſtamenti.*

499 *Lex ex patronis, in principio, & l. ſi libertus, in §. libertus, ff. de bon. libert. declarantur.*

500 *Legitima creditum quoddam eſt, non ius reale.*

501 *Legatorum præſtationem, antecedit æris alieni deductio.*

502 Legitimæ, *repletio, vbi minus legitima relictum eſt, an, & quando ab hæredibus tantum parentis, vel tam ab hæredibus, quàm à legatarijs, fieri debeat.*

IN QVARTAM, HÆ-
REDITATIS. QVAM
1 PER LEGEM FAL-
CIDIAM, &c. diuide-
tur à nobis celebris, & dif-
ficilis huius reſponſi inter-
pretatio, in quatuor princi-
pes partes, quarum prima pertinebit ad ani-
maduerſiones, ſecunda ad litteræ expoſitio-
nem, tertia ad concluſiones colligendas ex
textu, quarum occaſione, opportunos diſputa
bimus articulos, in quarta, & vltima vna cum
Bart. diligenter, quantum in nobis erit, varias,
de legitima, quæſtiones examinabimus. *Pri-*
ma autem pars, in qua animaduerſiones con-
ſtituētur, duas habebit particulas, in quarum
prima, diſtinctione adhibita, latè docebimus,
quibus ex cauſis capiantur ea, de quibus du-
bitari poteſt, an in Falcidiam imputentur, in
ſecunda autem particula, nouem ſolitas quæ-
ſtiones noſtras de imputatione breuiter ex-
plicabimus, & ſimul docebimus quo pacto dif
ferant inter ſe, imputatio, contributio, & com
putatio. quod attinet igitur ad primam parti-
2 culam, ſummatim dicimus ea, de quibus du-
bitari poteſt, an in Falcidiam imputentur, aut
capi extra cauſam teſtamenti, aut ex teſtamē-
ti cauſa, extra cauſam teſtamenti, puta, ex cau
ſa dotis, ex cauſa donationis, vel ſi qua alia lu-
cratiua eſt cauſa inter viuos, de quibus in l. pa
ter filiam, & in l. cum quo, §. vlt. ſupra hoc
eodem titulo noſtro, & ſic omne id, quod eſ-
ſet conſecuturus hæres, etiam teſtamento nō
3 condito. ex teſtamenti autem cauſa quicquid
capitur, aut contingenter capitur, aut neceſ-
ſariò, contingenter dicitur capi, quod nobis,
4 ſi conditum non fuiſſet teſtamentum, datum
non fuiſſet, anteaquam, tamen nobis ex teſta-
mento daretur, peti cum effectu, aliquo iuris
remedio, non poterat; & quod hoc modo con
5 tingenter accipitur, aut figura conditionis,
aut non figura conditionis datur, vt colligitur
ex l. in ratione, 2. in §. tametſi, ſupra eodem,
6 figura conditionis datū intelligitur, quod cau
ſa conditionis implendæ datum eſt, vt puta in-
ſtituo hæredem Titium, ſi Sempronio cohæ-
redi decem dederit, lego fundum Meuio, ſi hę
redi decem dederit, quibus caſibus petere hæ
res actione aliqua à cohærede, vel à legata-
rio, iuſſis dare decem cauſa conditionis im-
plendæ, minime poteſt, cum in poteſtate eo-
rum ſit, quibus dicta conditio dandorum de-
cem iniuncta eſt, legatum, vel hæreditatem
non accipere, & conditionem ipſam non im-
plere, hæres enim cui danda ſunt decem cau-

ſa

ſa conditionis implendæ, nec legatarius eſt,
nec fideicommiſſarius illorum decem, l. ſi
quis ſub conditione dandorum decem, ſupra
ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, l. inter mor-
tis,& l.mortis cauſa,ff.de donat.cauſa mortis.
7 Quod verò contingenter capitur non figura
conditionis, aut capitur in vim modi, aut in
vim pretij, in vim modi, ſi dicat teſtator lego
fundum Titio, vt det hæredi centum, vel iu-
beo hæredem, centum acceptis à Titio, ei hæ-
reditatem reſtituere,l.acceptis, infra eodem,
& ita intelligo d.l. in ratione, in §.tametſi, in
vim pretij, puta, ſi dignum decem fundum,
damnetur hæres quinque vendere, vt in l. ſi
dignum, & in l.ſi fundum hoc, eodem titulo
8 noſtro. Neceſſariò autem, quod ex cauſa te-
ſtamenti capitur, ita,ſcilicet,vt efficaciter,per
aliquod iuris remedium,ex teſtamento fluens
peti,vel retineri,legitimo, ali uius vltimæ vo
9 luntatis titulo,poſſint,aut iure hæreditario ca-
pitur,aut iure non hæreditario; & quod iure
10 hæreditario capitur, aut ſecundum naturam
iuris hæreditarij capitur, ita, ſcilicet, vt onera
pro rata includat,aut præter naturam iuris hæ
11 reditarij, ideſt, ſine onere, primo modo capi-
tur,quicquid iure inſtitutionis accipitur, iux-
ta titulum ff.de acquiren.hæred.per eiuſdem
hæreditatis aditionem, & ſic quod ſupereſt,
deducto ære alieno, & funeris impenſa, & le-
gatis, ac fideicommiſſis præſtitis, quod ære
alieno,ſcilicet,non abſorbetur,& à teſtore,le-
gatis, vel fideicommiſſis, non erogatur; id e-
tiam,quod per legatum, vel fideicommiſſum
relictum eſt, ſi relictum caducum efficiatur,
apud hæredem,iure hæreditario, remanet, vt
colligitur ex l.non eſt dubium hoc eodem ti-
12 tulo noſtro,nihil enim refert,an ſtatim ab ini-
tio,legatum non ſit, an quod legatum eſt, re-
manſerit,l.id autē, ſ eod. titulo noſtro. Item,
ſi hæres iubeatur,quota aliqua retenta,hære-
ditatem reſtituere,quota illa,ſine dubio,apud
eum iure hæreditario remanet,ſecundum na-
turam iuris hæreditarij, ideſt cum oneribus,
pro rata,§.ſi quis vna,Inſtitut.de fideicomm.
13 hæredit. Secundo autem modo capitur iure
hæreditario,præter naturam,ſcilicet,iuris hæ-
reditarij, & ſine onere, quaſi legatum, quaſi
14 legatum autem appello ſpeciem illam, vel
quantitatem, quam nominatim iubetur hæ-
res, ad reſtituendam hæreditatem grauatus,
retinere, præcipere, vel deducere, de hæredi-
tate vniuerſa reſtituenda,ſi ſit hæres ex aſſe,
vel de propria portione, ſi cohæredē habeat,
non de communi,iuxta ea, quæ habentur in
§.ſi quis vna, Inſtitut.de fideicommiſſ.hæred.

vbi diſertis verbis Iuſtinianus ſtatuit dictam
ſpeciem, vel quantitatem, intelligi hæredi',
quaſi ex legato,acquiſitam, appellatur autem
dictæ ſpeciei, vel quantitatis deductio, vel re-
15 tentio,non abſolutè legatum, quia non capi-
tur ab alio, quemadmodum capitur legatum,
§.1.Inſtitut.de leg.ſed iure proprio,& iure hæ
reditario, appellatur tamen quaſi legatum,
quia retinetur ſine onere,& in hoc præter na-
turam iuris hæreditarij; ſapit naturam legati,
l.ſi hæreditatem, ff.mandati, differt ergo ab
eo, quod capitur iure hæreditario, quia ſine
onere, differt a legato, quia non ab alio capi-
tur, differt etiam a prælegato, cum quo con-
fundunt quaſi legatum DD. tum quia habet
locū etiam vbi vnicus ſit inſtitutus ex aſſe hę-
res,tū quòd vniformiter capitur,non difformi
ter,quemadmodum prælegatū,quod propriè
non,niſi pluribus hæredibus inſtitutis,induci-
16 tur.Quod verò iure non hæreditario capitur;
aut ſimplex eſt relictum, aut relictum cauſa
17 conditionis implendę,ſimplex relictum eſt le-
gatum, vel fideicommiſſum, & fideicommiſ-
ſum, ſiue ſit vniuerſale, ſiue ſit particulare,
quorum naturam nemo eſt,qui ignoret,ex his
quæ habentur in titulo, Inſtitut. & C.de leg.
& in titulis, ſupra de legat.1.2. & 3.in tit. *In-
ſtitut.* de ſingulis rebus per fideicomm. relict.
& in tit.C.de fideicomm.nec non in tit.Inſti-
tut.de fideicomm.hæred. & in titulis, ff.& C.
ad Sen.Conſult.Trebellian.poteſt autem hæ-
res conſequi aliquid iure fideicommiſſi,vel le-
gati, ſi cohæres fuerit grauatus ei totam, vel
partem ſuæ portionis hæreditariæ reſtituere,
aut ſi eidem à legatario,vel etiam à cohærede
aliquid non hæreditarium, vel de portione
cohæredis fuerit legatum,& ita poteſt intelli-
gi, l.1. §.ſi quis ex mortis, ff.quorum legato-
rū,vbi I.C. differētiam eſſe ſentit inter legatū,
& prælegatum,quod ſit vni ex hæredibus,re-
18 lictum autem cauſa conditionis implendę eſt,
veluti fideicommiſſum cauſa conditionis im-
plendæ, de quo intelligenda eſt lex noſtra, in
verſic. ſed,&, quod implendæ, & eſt text.ad-
notatione digniſſimus, in l.fideicommiſſa, §.
cum eſſet,ff.de legat.3. vbi Bart.ſentit gloſ.in
l.in ratione,2.§.tametſi,hoc eodem titulo no
ſtro, ſentit etiam Bart.ad l.à teſtatore, ſupra
de condit.& demonſtrat. num.3. Fideicom-
miſſum autem cauſa conditionis implendæ,
illud appello,in quo,poſitum in conditione,
tranſit etiam in diſpoſitionem,quod fieri poſ-
ſe latè demonſtrauimus,ad legem vnicam,C.
quando non petentium part. num.132. hoc
autem genus relicti, quod vix eſt, vt fuerit à
noſtris

noſtris interpretibus cognitum, locum habet,
vbi iniuncta ei eſt conditio, qui, ob præceden-
tem honorem, grauari poteſt. exemplum eſt
optimum, in d. §. cum eſſet, vbi, cum Titius, &
Sempronius eſſent hæredes inſtituti, & ſic
purè honorati, grauabatur Titius, acceptis à
Sempronio centum, portionem ſuam hære-
ditatis reſtituere; eo enim in caſu, reciprocum
dicitur eſſe fideicommiſſum, quamobrem
Sempronius quoque cui iniuncta per ablati-
uum abſolutum eſt conditio ſoluendi centum,
ex cauſa fideicommiſſi tenetur, ita vt, quem-
admodum ipſe, ſoluendo centum, poteſt com-
pellere cohæredem ad reſtituendam portio-
nem hæreditatis, ita quoque Titius, reſtitu-
turus hæreditatem, poteſt efficaciter, ex cau-
ſa fideicommiſſi, centum petere; dict. §.
cum eſſet, ſolutio igitur centum aureorum,
reſpectu reſtitutionis hæreditatis, eſt imple-
mentum conditionis, in ſe autem eſt fideicom
miſſaria diſpoſitio, cum non ſoluantur contin-
19 genter, ſed neceſſariò, differt ergo fideicom-
miſſum cauſa conditionis implendæ; à dato
conditionis implendæ cauſa, quia illud capi-
tur neceſſariò, hoc contingenter, differt à ſim
plici fideicommiſſo, quia continet etiam im-
plementum conditionis, reſpectu reciproci fi-
20 deicommiſſi, nec dicas, ſi conditio, quæ iniun-
gitur honorato, tranſit in fideicommiſſariam
diſpoſitionem, ergo omne datum cauſa con-
ditionis implendæ erit fideicommiſſum cauſa
conditionis implendæ, cum ſemper honora-
to iniungatur, vt puta inſtituo hæredem Ti-
tium, vel lego Titio fundum, ſi decem de-
derit, nam tam hæres, quàm legatarius hono
ratus eſſe dicitur, propterea quod, in exem-
plis mox allatis, honor non præcedit, ſed ſub-
21 ſequitur, cum ſemper conditio diſpoſitionem
conditionalem præcedat, l. cedere diem, ff. de
verb. ſignific. vbi, quando duo, antea purè ſunt
inſtituti hæredes, deinde alter alteri grauatur
reſtituere portionem hæreditariam, ſi ille cen
tum dederit, honor purè inſtitutionis, præce-
dit reſtitutionem hæreditatis, & conditionem
22 dãdorum decẽ, & propterea in diſpoſitionem
tranſit. Accedat etiam, quod omnis conditio,
honorato iniuncta, trãſire poteſt in diſpoſitio-
nem, præſertim ea, quæ non habet figurã con-
ditionis; ſed eſt per ablatiuum abſolutum, cũ
expreſſione perſonæ dantis, concepta, iuxta l.
acceptis, infra eodem, iuncta l. in ratione, 2. in
§. tametſi, ſup. eod. vt infra ſuo loco latius de-
monſtrabimus. Nunc autem illud nõ eſt igno
randum, ex his quæ capiuntur ex cauſa teſta-
menti, ſiue contingenter, ſiue neceſſariò acci-
piantur, aliqua vniformiter capi, aliqua diſfor
miter, vt rectè docet, poſt alios, Ripa hic num.
12. vniformiter capitur, quod vno, & eodem
titulo, & iure, in totum capitur, veluti iure hæ
reditario, vel iure legati, vel fideicommiſſi, aut
conditionis, vel modi implendi gratia. Diſfor-
miter verò, quod diuerſo iure, & titulo habe-
tur, exemplum eius, quod contingenter capi-
tur eſt in l. id autem, ſupra eodem, vbi iubetur
ſtatuliber dare cauſa conditionis implendæ
vni ex cohæredibus peculiares, & ſic hæredi-
tarios nummos, quos, pro ſua parte, iure hære
ditario, pro parte autem cohæredum, mortis
cauſa capere intelligitur ille, qui à ſtatulibe-
ro accipit. exemplum autem eius, quod capi-
tur iudicio teſtatoris neceſſariò, eſt in l. noſtra
& in l. in fideicommiſſariam, infra ad Senat.
Conſult. Trebellian. in §. vltimo, quando, ſci-
licet, vni ex cohæredibus corpus aliquod, vel
pecunia hæreditaria, de communi, prælega-
tur, nam, ſi vni ex tribus, puta, cohæredibus,
fundus hæreditarius prælegetur, pro tertia
parte, quam habiturus erat, etiam ſi ei non
prælegabatur, iure proprio, & hæreditario ac-
cipit, pro duabus autem tertijs partibus, à co-
hæredibus, in vim legati, & ſic diſformiter,
24 quia ex duplici cauſa, & titulo. Hæc autẽ Vni-
formitas, & Diſformitas, vt rectè docet idẽ Ri
pa, in præallegato loco, conſideratur reſpectu
eiuſdem rei, & reſpectu iuris hæreditarij, &
25 alterius, non autem reſpectu diuerſarum re-
rum, quarum vna titulo hæreditario, alia titu-
lo legati, vel fideicommiſſi, vel mortis cauſa
capiatur, nam tunc quęlibet per ſe dicitur vni-
26 formiter capi, inter prælegatum autem, & le-
gatum, non modo eſt differentia, quo ad im-
putationem, vt infra ſuo loco videbimus, ſed
etiam quia, ſi hæres, ex parte inſtitutus, por-
tionem ſuam repudiauerit, multum intereſt,
an legatum ei ſit, vel prælegatum, nam lega-
tum totum ad eum nihilominus pertinebit,
prælegatum verò non niſi pro parte cohære-
dis, l. & quidem totum, ſupra de legat. 1. l. mi-
les, §. vltimo, ſupra de legat. 2. l. cum qui, §. vl-
timo, ſupra de ijs quibus vt indignis, cuius
diſſimilitudinis rationem ſubtiliter reddit, &
eleganter Anton. Faber, lib. 6. coniect. cap. 4.
pag. 267. verſ. cuius diſſimilitudinis. Hæc ſunt,
de quibus dubitari poteſt, an imputentur in
Falcidiam, & de quibus ferè omnibus agitur,
vt videbimus, in hac lege noſtra, cuius obſcu-
ritatem, ignoratio, & confuſio declaratorum
terminorum, peperit.

Nunc autem explicatis cauſis, ex quibus
ea capiuntur, de quibus dubitatur, an in Fal-

cidiam imputentur, vt diligenter explicemus
naturam,& quidditatem ipſius imputationis,
& ſimul doceamus, quibus nominibus diffe-
rat, à computatione, & contributione, breui-
ter, de ea, nouem ſolitas Quæſtiones exami-
nabimus.
27 Ad quarum primam reſpondeo, imputa-
tionis appellationem vſitatam non eſſe a La-
tinis Scriptoribus, ſed à noſtratibus magiſtra-
liter vſurpatam, & à latino verbo, imputare,
ductam, quod multiplex eſt, & propterea eo-
dem modo multiplex etiam eſt nomen hoc
28 verbale, & potiſſimum tribus modis accipi
poteſt. primo modo, vt ſignificet cauſæ, vel
culpæ collationem in aliquem, vt apud Quin-
tilianum lib. 5. cap. 10. Secundo ſignificat cal-
29 culationem, ſeu computationem, quemad-
modum imputare, idem quãdoque eſt, quod
rationem ſubducere, vt in l. 1. §. de ſeruis quo-
que, ſupra de tutel. & rationibus diſtrahendis.
cum alijs adductis per Petr. Rebuffum ad l.
rei appellatio, ff. de verb. ſignificat. col. 14. ver
30 ſic. imputare. Tertio, & vltimo loco ſignificat
receptionem rei debitæ ex vna cauſa, pro ſa-
tisfactione etiam alterius crediti, & in hanc ſi-
gnificationem, accipitur in textu noſtro, & in
pluribus alijs locis huius tituli, id enim dicitur
31 in Falcidiam imputari, quod, ad illam explen
dam, prodeſt.
32 Patet igitur reſponſio, etiam ad ſecundam
Quæſtionem dictam eſſe imputationem à ver
bo imputo, quatenus ſignificat actum recipiē-
di rem debitam ex vna cauſa, pro ſatisfactio-
ne etiam alterius.
33 Ad tertiam reſpondeo, fuiſſe introductam
à iure ciuili, per interpretationem, poſt roga-
tam legem Falcidiam, vt colligere eſt ex l. no-
ſtra, ex l. Neſennius, & ex l. Titia, cum ſimilib.
hoc eod. tit. noſtro.
34 Ad quartam reſpondeo, introductam fuiſ-
ſe, vt per eam impediretur quantum fieri poſ-
ſet, ſaltem per indirectum, retentio Falci-
diæ, vt ſentit Ioan. Bolognet. hic in veſti-
bulo.
35 Ad quintam reſpondeo, eſſe receptionem
rei debitæ ex alia cauſa, pro ſatisfactione etiã
eius, quod debetur iure Falcidiæ. appoſui, in
hac definitione, particulam. etiam eius, quod
debetur, &c. vt declararem, vim imputationis
eam eſſe, vt vnius, & ſolius rei ſolutione, duo
debita diſſoluantur. cætera autem verba pla-
36 niſſima ſunt, ex quibus cõſtat, imputationem
differre à contributione, & computatione,
quæ in materia noſtra ſignificant legatorum,
& hæreditatum calculationem, ad cognoſcen
dum, an dodrans ſit exauſtus, ita vt Falcidiæ
ſit locus, vt colligere eſt ex fine legis noſtræ,
& ex l. in ratione, huius initij prima, in §. quæ-
ſitum, ſupra eodem, tradit Ioan. Bolognet. hic
37 num. 28. licet interdum differentia confunda
tur, & imputatio pro computatione accipia-
tur, vt in dict. l. Neſennius, in §. plane, ſu-
pra eodem, & computatio pro imputatio-
ne, vt in l. in ratione, 2. §. tametſi, ſupra eo-
dem.
38 Ad ſextam reſpondeo, duplicem eſſe im-
putationem, ſimplicem, ſcilicet, & per com-
penſationem, quę, compenſatio cum Falcidia,
à Iacobo Cuiacio, lib 8. ſuarum obſeru. cap. 4.
39 appellatur. imputatio ſimplex eſt receptio rei
debitæ ex alia cauſa ab vno, pro ſatisfactione
etiam eius, quod debetur iure Falcidiæ, reſpe-
ctu alterius, & de hac loquitur lex noſtra, in
40 princip. imputatio autem per compenſatio-
nem, ſiue compenſatio, in hac materia, eſt rece
ptio rei debitæ ex vna cauſa ab aliquo, pro ſa-
tisfactione etiam eius, quod debetur iure
Falcidiæ, reſpectu eiuſdem tantummodo, vel
breuius, ex ſententia Doctorum, poteſt deſcri
bi, vt ſit imputatio alicuius rei in Falcidiam, re
ſpectu eius tantummodo, à quo accipitur, &
de hac loquitur l. Neſennius, in principio, in-
fra eodem, & l. filium quem habentem, C. fa-
miliæ erciſc.
41 Ad ſeptimam reſpondeo, ad hoc, vt ſit lo-
cus imputationi, deſiderari eas omnes circum-
ſtantias, quas diximus neceſſarias eſſe, vt ſit lo
cus Falcidiæ, iuxta tradita ſupra ad Rubr. in 7.
quæſt. & in ſpecie neceſſe eſt, vt res ipſa impu
tanda, capiatur iure hæreditario, vel quaſi, vt
infra latius docebimus.
42 Ad octauam reſpondeo, imputationis effe-
ctum eſſe, ceſſationem detractionis Falcidiæ,
in partem, vel in totum, vt colligere eſt ex l.
noſtra, & ex omnibus iuribus, de imputatio-
ne loquentibus, & in primis ex l. mulier, quæ
duobus, §. ſi hæres, infra ad Sen. Conſult. Tre-
bellian.
43 Ceſſat autem imputatio, vt ad vltimam
Quæſtionem reſpondeamus, in totum, vel in
parte, vbi ad replendam Falcidiæ quartam
nihil deſideratur, l. Titia, ſupra eodem ti-
tulo.
44 Conſtitutis animaduerſionibus ratio or-
dinis propoſiti poſtulat, vt veniamus ad in-
terpretationem litteræ huius difficillimi re-
ſponſi, quod nos ita legendum eſſe arbitra-
mur.

MAR-

MARCIANVS

lib. 13. Inſtitutionum.

IN quartam hæreditatis, quam per legem Falcidiam hæres habere debet, imputantur res, quas iure hæreditario capit, non quas iure legati, vel fideicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa accipit. Nam hæc in quartam non imputantur. Sed in fideicommiſſaria hæreditate reſtituenda, ſiue legatum, vel fideicommiſſum datum ſit hæredi, ſiue præcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, in quartam id ei imputatur. pro ea verò parte, quam accepit à cohærede extra quartam, id eſt, quod à cohærede accipitur. Sed & quod implendæ conditionis cauſa fideicommiſſum hæredi datur, in eadem cauſa eſſe admittendum, ſciendum eſt. Sed & ſi accepta pecunia hæreditatem reſtituere rogatus ſit, id quod accipit in quartam ei imputatur, vt Diuus Pius conſtituit. Si quid verò implendæ conditionis cauſa hæres accipiat à legatarijs, in Falcidiæ computationem non prodeſſe, & ideo ſi centum prædium legauerit defunctus, ſi quinquaginta hæredi legatarius dederit: centum legatis computationem fieri, & quinquaginta extra hæreditatem haberi, ne in quartam ei imputentur:

45 Diuiditur ergo eiuſmodi lex in quatuor
principes partes; in quarum prima tractatur
Quæſtio, An in Falcidiam imputētur ea, quæ
iure hæreditario nō capiuntur, in ſecunda ſta-
tuitur fideicommiſſum cauſa conditionis im-
plendę in Falcidiā non indiſtinctè imputari, in
tertia deciditur quaſi legatū in Falcidiam im
putari, in quarta tandem, & vltima docemur,
id, quod implendæ conditionis cauſa hæres ac
cipit, legatarijs, in Falcidiæ computationem,
non prodeſſe, id quod exemplo etiam illuſtra-
tur. ſecunda pars ſumit initium ab illis ver-
bis. ſed & quod implendæ, tertia ab illis. ſed &
ſi accepta. quarta, & vltima, ab illis. ſi quid
verò.
46 Vniuerſæ autem huius legis argumentum
eſt eiuſmodi. In Falcidiam non niſi ea, quæ iu-
re hæreditario, vel quaſi capiuntur, imputan-
tur: &, cauſa conditionis implendæ, à legata-
rijs accepta, in Falcidiæ computationem non
proſunt.
47 Redeundo ad primam partem, eam, faci-
lioris intelligentiæ gratia, ſubdiuido in qua-
tuor, alias particulas, in quarū prima ponitur
Quæſtionis deciſio, in ſecunda deciſionis ra-
tio, in tertia contra deciſionem obijcitur, in
quarta obiectio ſoluitur. ſecunda ibi, nam hęc.
tertia, ibi. Sed in fideicommiſſaria. quarta, ibi.
pro ea verò parte.
48 Caſus breuiter ſic confingi poteſt. dubita-
tum fuit, coram Marciano I.C. huius reſponſi
auctore, an hæres grauatus ſupra dodrantem
præſtare legata, ſi quid ex cauſa legati, vel fi-
deicommiſſi, ei, à cohærede, vel à legatario,
teſtator præſtandum reliquiſſet, vel aliquid
cauſa conditionis implendæ accepiſſet, debe-
ret ſibi in quartam, quam per l. Falcidiam, ha-
bere debet, imputare, & dubitandi cauſa vi-
49 debatur reſpondendum affirmatiuè, quia quę
cumque imputantur in Trebellianicam, de-
50 bent etiam imputari in Falcidiam, cum Tre-
bellianica nihil aliud ſit, quàm Falcidia vtilis,
quam ex Senatu Conſulto Pegaſiano, perin-
de licet, ex fideicommiſſaria hæreditate reſti-
tuenda, retinere, atque ex l. Falcidia, ex lega-
tis retinere conceditur, vt inquit Iuſtinianus
in §. ſed quia, Inſtitut. de fideicomm. hæredit.
Hac tamen ratione minime negocium facien
te, contrarium deciditur hic, in quartam, ſcili-
cet, hæreditatis, quam per legem Falcidiam
hæres habere debet, imputari res, quas iure
hæreditario capit, non quas iure legati, vel fi-
deicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa
accipit, & ratio deciſionis expreſſa eſt in text.
illis verbis. nam hæc in quartam non imputan-
tur, quorum ſenſus eſt, vt in aliquam hæredi-
tatis quartam non imputentur, indefinita e-
51 nim legis æquipollet vniuerſali, vt, poſt Bart.
ad l. ſi pluribus, ſupra de leg. 2. tradidimus e-
tiam nos in prima noſtrarū Diſtinct. Centu-
52 ria, diſtinct. 1. num. 75. & ad l. ſi pluribus, ſu-
pra de legat. 2. Sed quarta, quam hæres habe-
re debet per l. Falcidiam, eſt quarta hæredita-
tis, l. 1. in principio, ſupra eodem. igitur, quæ
iure hæreditario non capiuntur, in eam non
imputantur.
Non obſtat ratio, quę afferebatur ex aduer-
ſo, per textum noſtrum, in verſic. ſed in fidei-
commiſſaria, quia, ſi volumus retinere com-
munem intellectum, poſſumus reſpondere,
53 dictum verſiculum loqui de Trebellianica, vt
patet, à qua non poſſumus, ad Falcidiam argu
mentari, quia, valet argumentum de Falci-
dia ad Trebellianicam affirmatiuè, iuxta ca.

quæ tradunt DD.communiter hic,& Euerar.
in ſuis centum locis argumentorum, in loco à
Falcidia ad Trebellianicam , quicquid enim
imputatur in Falcidiam,imputatur etiam in
Trebellianicam , non autem contra, plura e-
54 nim imputantur in Trebellianicam fauore fi-
deicommiſſariorũ,fauorabiliora enim ſunt fi-
deicommiſſa , quàm legata , ſi verò volumus
ſequi intellectum Goffredi hic, & Cuiacij lib.
8.ſuarum obſeruationum,cap.4. opinantium
nullam eſſe differentiam inter Falcidiam, &
Trebellianicam, quoad imputationem, quod
verius eſſe ſemper ſum arbitratus, non obſtat
dictus verſiculus . ſed in fideicommiſſaria ,
quia loquitur obijciendo,vel dubitando, &
illius obiectio, ſeu dubitatio , recipit declara-
tionem,& ſolutionem, à verſ.pro ea vero par-
te,cuius ſenſus eſt,vt legata,fideicommiſſa hæ
redi data,&,ab eodem hærede,præcepta,de-
ducta,& retenta,nõ imputentur in Quartam,
pro ea parte , quæ accipitur à cohærede , ſed
pro ea,quam hæres à ſe ipſo capit,quæ,cum
effectu, iure hæreditario accipitur , quod igi-
tur non iure hæreditario accipitur,in neutram
Quartam imputatur , vt ex infra dicendis di-
lucidius apparebit .

55 Venio nunc ad ſecundam partem, ideſt,ad
verſiculum,ſed,& quod implendæ, quem re-
poſuimus, poſt verſiculum.pro ea verò parte,
qui , cum vnica claudatur verborum ſtructu-
ra , diuiſionem non recipit , iuxta tradita per
Bald.ad l.petens, C.de pactis, argumentum
56 autem illius eſt huiuſmodi. fideicommiſſum
cauſa conditionis implendæ , quatenus à co-
hærede capitur, in Quartam non imputatur.

57 Facti autem ſpes ſic confingi poteſt.Titius
Inſtituit hæredes Primum,& Secundum,&
Primum grauauit,vt,acceptis a Secundo cen-
tum,ei hæreditatem reſtitueret. Quæſitũ fuit.
An Primus deberet imputare centum aureos,
à cohærede acceptos, ex fideicommiſſo cauſa
conditionis implendę,in quartam debitam ex
S.C.Trebell.

57 Et,dubitandi cauſa,videbatur reſponden-
dum negatiuè, quia, per nos, differentia ali-
qua non eſt,quo ad imputationem,inter Tre-
bellianicam,& Falcidiam,§.ſed quia hæredes,
58 Inſtitut.de fideicom.hęred.ſed in Falcidiam,
neque fideicommiſſum imputatur,neque da-
tum cauſa conditionis implendę, vt patet ex
princip.l.noſtrę, igitur nec in Trebellianicam
debet imputari fideicommiſſum cauſa condi-
tionis implendę, quod ex fideicommiſſo con-
ſtat , & ex dato cauſa conditionis implendę ,
cum mixtum ſapiat naturam ſuorum ſimpli-
cium, nec debeant coniunctim imputari, quę
ſeparatim,& per ſe non imputantur.

59 Aliud tamen deciditur hic, nimirum fidei-
commiſſum cauſa conditionis implendę, in fi-
deicommiſſaria hęreditate reſtituenda,eſſę in
eadem cauſa,in qua ſunt,legata,fideicommiſ
ſa, pręcepta, retenta, & deducta, quę ſi in to-
tum accipiuntur à cohęrede , extra quartam
ſunt,ſi pro parte,imputãtur pro ea parte, quæ
iure hæreditario capitur,d. verſ. ſupra. pro ea
verò parte .

Ratio autem deciſionis potuit eſſe , quia
tantummodo,vt vidimus ſupra, quæ iure hæ-
reditario capiuntur in quartam hæreditatis,
cuiuſmodi eſt etiam Trebellianica , impu-
tantur .

60 Nec obſtat ratio dubitandi in contrarium
adducta,quia in quartam quoque,quæ dedu-
citur de legatis imputatur portio eius, quod
capitur difformiter , quæ non à cohęrede ca-
pitur , ſed iure hęreditario , etiam ſi ſit portio
eius , quod capitur cauſa conditionis implen-
dę , quando , ſcilicet, in conditione ponuntur
nummi hęreditarij, vt probat apertè text.in l.
id autem,ſupra eodem.

61 Nunc autem,explicata prima, & ſecunda
parte, venio ad tertiam , nimirum ad verſicu-
lum . ſed etſi accepta , qui diuiditur in duas
particulas,in quarum prima ponitur cõcluſio,
in ſecunda probatur auctoritate, ſecunda ibi.
vt Diuus Pius.

62 Sententia illius in pauca ſic cõfertur.Quaſi
legatum in Trebellianicam imputatur .

63 Facti ſpecies ſic confingitur. dubitatum
fuit, An hęres,rogatus,acceptis centum,hęre
ditatem reſtituere,deberet illas in Quartam
imputare , & videbatur, dubitandi cauſa, re-
ſpondendum negatiuè,quia, vt patet ex ſupra
traditis,tam in Falcidiam,quàm in Trebellia-
nicam,non imputantur, niſi ea,quę iure hęre-
64 ditario capiuntur,ſed pecunia,qua accepta ,
iubetur quis hęreditatem reſtituere , non iure
hęreditario accipitur, ſed quaſi ex legato,§.ſi
quis vna,Inſtitut.de fideicomm.hęred. vel po
tius cauſa conditionis implendę,expreſſæ per
illum ablatiuum abſolutum,acceptis cẽtum,
iuxta l.à teſtatore, ff.de cond. & demonſtrat.
vbi Bart.& DD. communiter , ergo in Quar-
tam non imputatur .

65 Hac tamen ratione non obſtante , contra-
rium decidit hic I.C.auctoritate Diui Pij,&
ratio potuit eſſe, quia dicta pecunia accipitur
ex quaſi legato,id autem, quod ex quaſi lega
to capitur, in Quartam imputatur,d.§. ſi quis
vna,& ratio rationis eſt,quia,re vera,quaſi le-
gatum

Digitized by Google

gatum accipitur iure hæreditario, cum ab a-
lio, non capiatur, & licet dicatur, quaſi ex lega
to aequiri, hoc eſt, quia, ad inſtar legati, ſine
onere ab hærede grauato retinetur, vt proba-
tur in d. §. ſi quis vna, & in l. quoties, C. de hę-
redibus inſtit. ita; vt, quaſi legatum, nihil aliud
ſit, quàm id, quod ex Iudicio teſtatoris apud
hæredem grauatum remanet, iure hæredita-
rio, ſine oneribus tamen hæreditarijs, ad in-
ſtar legati.

66 Non obſtat cõtrarium, quia, in caſu, in hoc
verſiculo propoſito, ſine dubio ablatiuus ab-
ſolutus, cum non ſit expreſſa perſona dantis,
conditionem non inducit, l. acceptis, infra eo-
67 dem, &, cum verſemur in caſu, vbi teſtator iu
bet ſimpliciter hæredem, pecunia accepta, re-
ſtituere hæreditatem, non circumſcribendo lo
co dictam pecuniam, nec alio modo declaran-
do, vt pecuniam accipiat communem, & hæ-
reditariam, intelligitur iuſſus, etiam ſi cohæ-
redem habeat, accipere pecuniam de propria
portione, & conſequenter quaſi ex legato,
quemadmodum ſi ex aſſe eſſet inſtitutus, iux-
ta tex. in l. deducta, §. nummis, infra ad Senat.
Conſult. Trebellian. & in d. §. ſi quis vna, In-
68 ſtitut. de fideicomm. hæred. quaſi legatum
autem in quartam imputatur, quia, cum effe-
ctu, capitur iure hæreditario, licet præter natu
ram iuris hæreditarij, quatenus capitur ſine
onere, ad inſtar legati, &, eam ob cauſam, ap-
pellatur à nobis quaſi legatum, hæc tamen
69 qualitas, non deſtruit ius hæreditarium, cu-
ius quidditas in eo conſiſtit, vt res non capia-
tur à cohærede, vel ab alio, & non impedit im
putationis effectum.

70 Supereſt nunc vt veniamus ad poſtremam
huius legis partem, quæ ſumit initium ab illis
verbis. Si quid verò, quæ, commodioris intel-
ligentiæ gratia, ſubdiuidi poteſt in duas alias
particulas, in quarum prima ponitur conclu-
ſio de eo, quod capitur cauſa conditionis im-
plendæ, in ſecunda, per modum cuiuſdam il-
lationis, eadem concluſio exemplo illuſtra-
tur. ſecunda pars incipit ibi. & ideo ſi cen-
tum.

71 Redigitur autem hæc pars in compendi-
um, ex ſententia Ripæ hic num. 22. qui opti-
mè huius loci ſententiam aſſecutus eſt, hoc
modo. datum cauſa conditionis implendæ,
legatarijs non prodeſt in Falcidiæ computa-
tionem.

72 Facti autem ſpecies, iuxta exemplum I. C.
facilè ita confingi poteſt. quidam, cum habe-
ret patrimonium ducentorum aureorum, in-
ſtituit me hæredem, & legauit Titio fundum
centum aureorum, Sempronio autẽ domum
centum aureorum, ſi mihi quinquaginta da-
ret, dubitatum fuit, numquid in calculatione,
& computatione huius hæreditatis, habita ra
tione legatorum relictorum, id, quod mihi hæ
redi, à Sempronio, vno ex legatarijs, implen-
dæ conditionis cauſa datur, in ratione legis
Falcidiæ, legatarijs prodeſſet; tunc demum au
tem prodeſſet, quando fieret computatio, vt
Sempronio, cui domus legata eſt, ſi quinqua-
ginta dederit, non niſi quinquaginta intelli-
gantur legata, quandoquidem, ita facta com-
putatione, teſtator habens ducentos aureos in
bonis, legando vni centum, alteri quinquagin
ta, non modo patrimonium vniuerſum non
erogaſſet legando, ſed nec dodrantem qui-
dem exceſſiſſet, & conſequenter Falcidiæ de-
tractioni, & legatorum diminutioni, locus nõ
eſſet, & profectò videbatur prima facie re-
ſpondendum, non niſi hoc modo fieri debere
in hac ſpecie computationem, & calculatio-
73 nem, ita, vt legatarijs prodeſſet, per regulam
non curamus de modo, dummodo ſequatur
effectus, §. ſi quidem, Inſtitut. de leg. l. vltima,
ff. mandati, tradit Bald. ad l. de quibus, ff. de
74 legibus, quo ad effectum enim idem eſt lega-
re alicui tantum quinquaginta, vel legare do-
mum centum aureorum, ſi quinquaginta de-
derit, & finis, ob quem fuit introducta detra-
ctio Falcidię, perducitur ad effectum, perin-
de, ac ſi non niſi quinquaginta eſſent legata,
cum hæres, cauſa conditionis implendæ, quin
quaginta ſit cõſequutus, quæ patrimonij quar
tam conſtituunt, cuius quartæ lucro illectus,
facilè hæreditatem adibit, iuxta votum Impe
ratoris, in prin. Inſt. co.

75 Hac tamen ratione minime obſtante, con-
trarium deciditur in hoc tex. & ratio deciſio-
nis potuit eſſe, quia, re verà, qui domum le-
gat centum aureorum alicui, ſi quinquaginta
dederit, centum ex ſuo patrimonio legat, vt
patet, licet quinquaginta, quæ dantur à lega-
tario, ex alia cauſa acquirantur hæredi, qui,
præſtando legata, vniuerſum diſtribuit defun
cti patrimonium.

76 Nec obſtat ratio dubitandi in contrarium
adducta, quia regula, qua nititur dubitatio,
vendicat ſibi locum, vbi modus non eſt a le-
ge expreſſus, veluti forma, & cauſa rei, vt in ca
ſu noſtro, vbi lex Falcidia ipſo iure reſecat le-
gata, quibus ſupra dodrantem onerata eſt
hæreditas, prohiberque vltra dodrantem le-
gari, non diſtinguendo, an pro legatis aliquid
cauſa conditionis implendæ detur, nec ne, d.
princip. Inſtitut. eodem, & §. ſed quia hæredes
Inſti-

Inſtitut.de fideicomm. hæred. & propterea
modus,hoc in caſu,vbi eſt cauſa rei, obſeruan
dus eſt, iuxta eiuſdem Baldi theoricam ad d.
l.de quibus, ſupra de legibus, num.38.
77 Sed rurſus,circa ſecundam particulam, al-
tera inſurgit dubitatio, numquid, ſcilicet, in
ratione legis Falcidiæ hæres, de quo agimus
cogatur illa quinquaginta, cauſa conditionis
implendæ data, in Falcidiam imputare, & du-
bitandi cauſa, videbatur reſpondendum affir-
78 matiuè, quia, quod datur cauſa conditionis
implendæ, ſi apud hæredem ſit remanſurum,
in quartam imputatur, l.acceptis, infr.eodem.
Sed quinquaginta, cauſa conditionis implen
dæ, hæredi in propoſito data, ſunt apud eum
remanſura, cum non ſit grauatus ea alicui re-
ſtituere, igitur debet ea in quartam impu-
tare.

Hac tamen ratione, quamquam vrgentiſ-
ſima, minimè obſtante, contrarium decidit I.
C. in poſtrema huius legis particula, dicens
quinquaginta extra quartã haberi, ne in quar-
tam ei imputentur.
79 Et ratio deciſionis fuit, quia in Falcidiam
non imputantur, quæ iure hæreditario non ca
piuntur, vt patet in princ. huius legis.
80 Non obſtat ratio dubitandi in contrarium
adducta, quia aliquid capi cauſa conditionis
implendæ, in materia noſtra, contingit dupli-
citer, vno modo, quando eſt expreſſa figura
conditionis, per particulam, ſi, vt in hac parte
legis noſtræ, ſi quinquaginta hæredi legata-
rius dederit, & tunc, quod datur cauſa condi-
tionis implendæ, neque in Falcidiam directam
imputatur, vt hic, neque in Falcidiam vtilem,
ideſt, in Trebellianicam, vt in l.in ratione, &
in §.tametſi, ſupra eodem, id quod ita verum
eſt, vt, nec per viam compenſationis, reſpectu
eius, à quo accipitur imputetur, vt rectè obſer
uat Guid. Pancirolus in ſuo variarum lectio-
num theſauro, lib.2. cap.105. verſic. neque
obſtat, per text. in l.ſi fundus, ſupra eodem.
alio autem modo capitur aliquid cauſa condi-
tionis implendæ, non figura conditionis, velu
ti quando teſtator, expreſſa perſona dantis,
dicit, acceptis à Meuio centum, hæreditatem
Meuio reſtituas, & tunc illa centum, quæ cau-
ſa conditionis implendæ, non figura conditio-
nis, ſed eo modo, per ablatiuum abſolutum,
capiuntur mortis cauſa, quaſi in vim pretij ac
cepta, ſi ſint apud hæredem remanſura, in Fal-
cidiam imputantur, d.l.acceptis, & d.§.tamet-
ſi, quæ iura, ſecundum hunc ſenſum, quem
verum, & germanum eſſe arbitramur, non
pugnant ad inuicem, ſed omnino cõſentiunt.

81 Cum igitur ex his, quę hactenus dicta ſunt,
ſatis exemplis, quoad ſenſum, ſingulæ ſint ex-
plicatæ legis noſtræ partes, ſupereſt vt videa-
mus, an eiuſdem legis littera, exemplis pro-
poſitis reſpondeat, inquit igitur Marcianus.
IN QVARTAM HÆREDITA-
TIS, QVAM PER LEGEM FAL-
CIDIAM HÆRES HABERE DE-
BET, ideſt, in Falcidiam directam, quę de-
82 ducitur de legatis, non quia Falcidia vtilis,
ſeu Trebellianica, non ſit, & ipſa, quarta hære-
ditatis, vt rectè ſcribit Iacob. Cuiac. lib.8. ſua-
rum obſeruationum, cap.4. in fin. vbi docet
confundi, in materia noſtra, quartam hæredi-
tatis, cum quarta bonorum, & profectò, ſi ali-
83 qua ex memoratis quartis, quarta potius bo-
norum, quam hæreditatis appellari deberet,
potius quàm Trebellianica, quarta ipſa, ex le-
gatis deducenda, hanc appellationem recipe-
ret, cum in eius ratione, prius deduci æs alie-
num oporteat, l.ſi quis ſeruum, §.vltimo, cum
l.ſequenti, ſupra de legat.2. iuncto §.vlt. Inſti-
tut. eodem.
IMPVTANTVR RES, QVAS
IVRE HÆREDITARIO CAPIT
ideſt, quas capit, vt hæres, quod contingit mul
tipliciter, vt ſupra docuimus in animaduerſio-
nibus, non autem quę capiuntur alio titulo, &
ideo ſubdit text.
NON QVAS IVRE LEGATI,
VEL FIDEICOMMISSI, VEL
IMPLENDAE CONDITIONIS
CAVSA ACCIPIT, eorum autem,
quæ ex dictis cauſis capiuntur, exempla pari-
ter attulimus, ſupra in animaduerſionibus,
ſubdit deinde I.C. concluſionis propoſitæ ra-
tionem, dicens.
NAM HÆ, vel HÆC, ſecundum
pandectas Florẽtinas, nõ refert, IN QVAR-
TAM NON IMPVTANTVR, ſen-
84 ſus eſt, vt ratio ſit generalior dicto, ideſt, non
imputantur in aliquam quartam, vt ſupra di-
cebamus, ſed Falcidia eſt quarta, igitur in Fal-
cidiam non imputantur, vel, & fortè melius,
hæc, ideſt, legata, & fideicommiſſa, & data
cauſa conditionis implendæ, non imputantur
in quartam hæreditatis, cum ſint extra hære-
ditatem, vel ſaltem extra portionem hæredi-
tariam, ſed Falcidia eſt quarta hæreditatis,
l.1. ſupra eodem, igitur in Falcidiam non im-
putantur, ſubdit deinde I.C. contra concluſio-
nem ſupra poſitam, & contra generalitatem
rationis, ab eo allatæ, obijciendo.
85 SED IN FIDEICOMMISSA-
RIA HAEREDITATE RESTI-
TVEN-

TVENDA, SIVE LEGATVM,
SIVE FIDEICOMMISSVM DA-
TVM SIT, ita in pandectis Florentinis.
HAEREDI, SIVE PRAECIPE-
RE, VEL DEDVCERE, VEL
RETINERE IVSSVS EST IN
QVARTAM ID EI IMPVTETVR?
Hæc huius legis pars, duobus modis legi, &
intelligi poteſt, vno modo affirmatiuè, vt obij-
ciat aduerſus propoſitam in veſtibulo legis
concluſionem, quaſi ſit ſenſus, ſed in Trebel-
lianicam, quæ & ipſa eſt quarta hæreditatis,
imputantur legata, fideicommiſſa, præcepta,
& deducta, quæ non capiuntur iure hæredita-
rio, ergo etiam, quæ non iure hæreditario ca-
piuntur, in quartam hæreditatis imputantur,
& ſic contra d. concluſionem, & multo magis
contra generalem illius rationem, ſi hoc mo-
do intelligatur hæc pars, dicendum eſt ſequen
tem verſiculum. pro ea verò parte, afferre re-
ſponſionem ad dictam obiectionem, cuius ſen
ſus eſt, legata, fideicommiſſa, deducta, & præ-
cepta, ſeu retenta, quatenus à cohærede acci-
piuntur, in totum, vel pro parte, extra quan-
tam eſſe, & conſequenter imputari ſolummo-
do, ſi iure proprio accipiantur, ita vt, pro ea
parte, quæ à cohæredibus, & ab alijs accipitur,
extra quantam ſit, & hoc modo argumenta-
tio in contrarium, propoſitam concluſionem
non deſtruit. Et hoc modo intelligit locum
hunc Goffred. hic, & Iac. Cuiac. qui de Gof-
fredo, non meminit, liber 8. ſuarum obſeruat.
cap. 4. poteſt etiam legi hæc particula interro-
gatiuè, quaſi ſit ſenſus, ſed in fideicommiſſa-
ria hæreditate reſtituenda, legata, fideicom-
miſſa, præcepta, deducta, & retenta, in quar-
tam imputantur? & reſpondeat I.C. quæſtio-
ni propoſitæ, non imputari, pro ea parte, quæ
à cohęrede accipitur, vt mox manifeſtum fiet,
nec temere facimus, interrogationem adden-
do, cum Pandectarum Florentinarum ſcriptu
ra, comis, & punctis, ac ſignis interrogatiuis
diuiſa. & diſtincta non ſit. Græcus enim ama-
nuenſis, latinum idioma minime intelligens,
ita eas conſcripſit, vt nõ magis diſtet verbum
à verbo, quàm littera à littera, reſpondet igi-
tur Marcianus propoſitæ dubitationi.
86 PRO EA VERO PARTE, QVAM
ACCIPIT A COHAEREDE EX-
TRA QVARTAM, IDEST QVOD
A COHAEREDE ACCIPITVR,
87 Senſus eſt. verò, ideſt, certè, & ſic particula
hæc eſt aſſentiens hic, non autem aduerſati-
ua, vel diſcretiua, vt DD. opinantur, & hanc
quoque vim habere dictionem hanc, vt ſigni-
ficet idem, quod certè, præterquamquod li-
quidò conſtat apud bonarum litterarum Scri-
ptores, probatur in Authent. de hæredibus, &
Falcidia, in principio, vbi gloſ. in verbo, verò,
tradit etiam Albericus in ſuo Dictionario, in
eodem verbo: Verò, igitur, ideſt, certè, quidẽ,
vtique, quod à cohærede accipitur, extra quar-
tam eſt, pro ea parte, quæ à cohærede accipi-
tur, igitur, quod capitur à cohærede, vel in to-
tum, vt legatum, & fideicommiſſum, vel pro
parte, vt prælegatum, cum non accipiatur iu-
re hæreditario, in Quartam non imputatur, &
ſic optimè ſatisfacit obiectioni ſupra poſitæ,
declarando, & limitando, tunc demum, quod
alio iure, quam hæreditario, ſecundum com-
munem, & vulgarem appellationem, capitur,
in Quartam imputari, cum à ſe ipſo, nõ autem
à cohærede capitur, quia tunc effectualiter,
licet appelletur quaſi legatum, in totum tamẽ
iure hæreditario capitur, &, licet appelletur
prælegatum, pro parte tamen, quæ à cohære-
de non capitur, competit iure hæreditario, &
ideo imputatur in Quartã (ea parte, quæ a co-
hærede capitur, extra Quartam remanente.)
&, ſi hoc modo exponatur hic verſic. nulla la-
borat ſuperfluitate, quandoquidem I.C. di-
cit, quod capitur à cohærede eſſe extra Quar-
tam, ſed quia animaduertit ea, quę capiuntur
ex cauſis, de quibus in præcedenti verſic. Sed
in fideicommiſſaria, obiectionem continente,
non ſemper in totum capi à cohærede, addit
particulam reſtrictiuam, pro ea parte, quam
accipit à cohærede, quaſi ſit ſenſus, quod acci-
pitur in totum à cohærede, eſſe in totum ex-
tra Quartam, quod verò pro parte à cohære-
de accipitur, pro ea parte extra Quartam eſſe,
& hoc modo hic verſic. non modo non labo-
rat aliqua ſuperfluitate, ſed elegantiſſimè ſol-
88 uit vniuerſam dubitationem ſupra poſitam;
quod ſi velis, vna cum Raynaldo Corſo, lib. 1.
indagationum iuris, cap. 4. addito accentu, ac-
cipere illud quòd, non in vim relatiui, ſed ad-
uerbialiter, pro quia, quaſi ſit ſenſus. pro ea ve
rò parte, quàm accipit à cohærede, extra Quar
tam, ideſt, quia a cohærede accipitur, non im-
probo, præſertim, cum talis ratio, ſecundum
noſtrum intellectum, optima ſit, licet non ſit
tuta, ſecundum intellectum communem, ad
quem voluit adaptare Corſus; etenim, ſecun-
dum communes traditiones, cum in Trebel-
lianicam, de qua hic agitur, imputentur etiam
legata, & fideicommiſſa, quæ capiuntur à co-
hærede, ratio hæc non concludit, quia capitur
à cohærede, eſt extra quartam Trebellianicæ,
ſed ſecundum noſtrum intellectum, optimè
quadrat,

Digitized by Google

quadrat, quia quod capitur à cohærede, non capitur iure hæreditario, & quòd non capitur iure hæreditario non imputatur in Quartam aliquam, ſiue deducatur de legatis, ſiue de fideicommiſſis, ſecundum noſtram intelligentiam, ſecundum quam tenet hæc ratio. non imputatur in Quartam, quia capitur à cohærede, & conſequenter non hæreditario iure, vel, ad tollendam omnem difficultatem, & ſuperfluitatem, ſine aliqua peruerſione ordinis verborum, & ſine aliqua litteræ alteratione, explica hunc verſic. hoc modo. pro ea verò parte, quam accipit à cohęrede, ideſt certè pro ea parte, quam accipit à cohærede extra quartam. ſubintelligas tù, eſt, quaſi hoc verbum, quòd facile ſubintelligi poterat, fuerit conſulto, & eleganter à I.C. per figuram Eclypſim, omiſſum, deinde animaduertēs, in ſuperiore verſiculo obijciendo, mentionem etiam feciſſe de eo, quòd capitur in totum à cohærede, veluti quòd capitur in vim legati, vel fideicommiſſi, ſubdit, ampliatiuè exponendo, ideſt aduerbialiter, quòd capitur à cohærede, ſiue in totum ſcilicet, ſiue pro parte, non imputatur in quartam, & ſic remanet vera vniuerſaliter etiam concluſio, & ratio ſupra reddita, Quod ſi alicui etiam placeret, vt particula verò, acciperetur aduerſatiuè, vt ex frequentiori vſu accipitur, poſſet vna cum Soc. Iun. hic, nu. 13. legere verſic. pro ea verò parte. interrogatiuè, hoc modo. Pro ea verò parte, quam accipit à cohærede? ita vt reſponſio contineatur deinde verbis illis. Extra quartam, id eſt, quòd à cohærede accipitur, ſiue in totum ſcilicet, ſiue pro parte à cohęrede accipiatur. ſubdit deinde ſecundum noſtram reſtitutam le-

89 ctionem. SED, ET QVOD IMPLENDÆ CONDITIONIS CAVSA FIDEICOMMISSVM HAEREDI DATVR. ab eo ſcilicet, qui ob præcedentem honorem fideicommiſſo grauari poterat. l. fideicommiſſa §. cum eſſet ſupra de leg. 3. vbi Bart. iuncta l. à teſtatore ſupra de condit. & demonſtr. vbi idem Bart. num. 3. facit text. in l. ſi ſeruus legatus in §. qui margaritam, ſupra de leg. 1. gloſ. eſt in l. in ratione in §. tametſi ſupra eod. & nos late declarauimus.

IN EADEM CAVSA ESSE ADMITTENDVM, SCIENDVM EST, vt ſcilicet, ſi vniformiter capiatur, & in totum à cohærede, in vim fideicommiſſi cauſa conditionis implendæ, extra quartam ſit, ſi verò difformiter, quia, pluribus hæredibus inſtitutis, poſita ſit in conditione res, vel quantitas hæreditaria, de communi præſtanda, vt in caſu. l. id autem § eod. in quartam pro portione, quę capitur iure hęreditario imputetur.

Hic admonendi ſumus (vt conſtare poſſit, nos, non temere, locum hunc emendaſſe, reponendo verſiculum. ſed, & quod implendæ ante verſiculum. ſed & ſi accepta) virum doctiſſimum Iac. Cuiac. lib. 8. ſuarum obſeru. cap. 4. affirmaſſe, verſiculum hunc abeſſe à Pandectis Florentinis, & à Baſilicis, eundemque tamquam adulterinum repudiaſſe, ratum aliter antinomiam inter verſiculum hunc, & l. in ratione 2. in §. tametſi, ſupra eodem, dilui minimè poſſe. cæterum, nec illud potuit fideliter affirmare, nec debuit hoc vir doctus negare. Non illud affirmare, quia, licet verſiculus. ſed, & quòd implendæ, fuerit omiſſus incuria ſcriptoris, fuit tamē in ſuperiori margine, vt ego ipſe vidi in Archetipo, cum ſuo aſteriſco repoſitus: Non hoc negare, quia nulla eſt inter d. l. in ratione in §. tametſi, & verſiculum, de cuius interpretatione agimus, ſi paulo diligentius perpendantur, contrarietas. cum d. §. tametſi de dato cauſa conditionis implendæ, quòd contingenter capitur, loquatur, verſiculus autem hic de fideicommiſſo cauſa conditionis implendæ agat, quòd neceſſariò capitur iudicio teſtatoris, quodque nihil prohibet, ſecundum communes traditiones, in Trebellianicam imputari. in re igitur planiſſima, ignoratio differentiæ, inter datum cauſa conditionis implendæ, & fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ difficultatem peperit. Cæterum, quia nos cum Goffredo ſentimus, nullam eſſe, quo ad imputationem, inter Falcidiam, & Trebellianicam, differentiā, id, quòd etiam Cuiacio, præallegato in loco, quamquā anceps loquatur, probari videtur, vt omnes in hac materia turbæ, ab interpretibus excitatæ, conquieſcerent, eo modo quo ſupra, ante verſiculum, ſed, & ſi accepta. verſiculum hunc repoſuimus, rati ſcriptorem Pandectarum Florentinarum, vel alium, qui omiſſum verſiculū reſtituerit, erraſſe in aſteriſco, & ſigno locum demonſtrante, in quo reponi debuiſſet, dum memoratum verſiculum, quem ante verſiculum. ſed & ſi accepta reponere, & reſtituere debebat poſt eum repoſuit. huius autem perturbati ordinis errorem, triplex, & non leuis coniectura probabilem facit.

Prima eſt, quia, ſi legitur poſt verſiculum. ſed & ſi accepta, vt in vulgatis codicibus, ſenſus illius eſt, vt fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ in Trebellianicam imputetur, quòd falſum eſſe, & ſupra oſtendimus, & infra dilucidius apparebit: etenim, tàm in Falcidiam,

cidiam,

cidiam, quàm in Trebellianicam, non niſi, quę capiuntur iure hæreditario, vel quaſi imputantur.

Secundo, quia, veriſimiliter, Pandectarum Florentinarum ſcriptor, omiſit verſiculum hunc, ob ſimilitudinem capitis alterius verſiculi proximi. Sed & ſi accepta, per ſaltum enim, nimia quadam oculorum celeritate, fecit tranſitum de vno, Sed &. ad aliud. Sed &. quod facilè interdum vſu venit deſcribentibus, & copiam facientibus, proprij, vel alieni exemplaris, ob ſimilitudinem verborum, non longo interuallo diſtantium, quòd, quando accidit, primum caput ſimile omittitur, non ſecundum. veriſimile ergo eſt, & maximè probabile, verſiculum, Sed, & quòd implendæ, qui fuit, in ſcribendo, omiſſus, anteceſſiſſe, in exemplari, verſiculum. Sed & ſi accepta.

Accedat tertio, quòd ſi verſiculus. Sed & quòd implendæ, fuiſſet ab auctore huius reſponſi ſcriptus poſt verſiculum. Sed & ſi accepta, in quo indiſtinctè pecunia, quaſi ex legato accepta, imputatur. in quartam, dixiſſet breuius. Sed, & quod implendæ, conditionis cauſa fideicommiſſum hæredi datur, in quartam imputatur, non autem, in eadem cauſa eſſe admittendum ſciendum eſt. quo modo loquendi vſus eſt, veriſimiliter Marcianus, quia, cum verſiculum hunc ſcripſiſſet immediatè poſt verſiculum. pro ea vero parte, in quo docet, diſtinguendo, ea, quæ difformiter capiuntur, pro ea parte, quæ capitur à cohærede, in quartam non imputari, pro ea verò, quæ capitur iure proprio imputari, ne verboſus, pluribus, quàm par eſſet, eandem diſtinctionem, quam conciſè poſuerat repeteret, dixit in eadem cauſa eſſe admittendum, ſciendum eſt, vt ſcilicet, ſi fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, à cohærede præſtandũ, in totum ab eo capiatur, ſit extra quartam, ſi verò à cohærede pro parte accipiatur, quia ſcilicet corpus hæreditarium ſit in conditione poſitum, vt in l. id autem ſupra eod. pro ea tantum parte imputetur, quę capitur iure hæreditario, pro alia autem extra quartam ſit. d. l. id autem.

90 SED, ET SI ACCEPTA PECVNIA, ſcilicet in genere.

HAEREDITATEM RESTITVERE ROGATVS SIT. ID QVOD ACCIPIT, IN QVARTAM EI IMPVTATVR, VT DIVVS PIVS CONSTITVIT. quia ſcilicet vbi hæres per ablatiuum abſolutum, ductum à verbo accipio, quòd non de neceſſitate refertur ad pecuniam hæreditariam, iubetur, non demonſtrata perſona dantis, pecuniam in genere, & ſic quantitatem accipere, tunc cenſetur iuſſus accipere de hæreditate, & non à fideicommiſſario, imo de propria portione hæreditatis, & propterea in totum imputatur, vt hic, & in l. deducta §. nummis infra ad S. C. Trebell. & in l. cum pater ſupra de legat. 2. ratio rationis eſt, quia tunc dicta quantitas accipitur ab hærede, quaſi ex legato, ideſt iure hæreditario, ſine onere, iuxta text. in §. ſi quis vna, Inſtit. de fideicomm. hæredit. & ideo imputatur, vt ibi. & vera eſſet huius verſiculi ſententia, etiam ſi eſſet expreſſa perſona dantis, cum non figura conditionis iubeatur pecuniam accipere. d. l. acceptis, & l. ſi hæres ſupra eod. iuncta l. in ratione §. tametſi.

91 SI QVID VERO, ideſt ſi quid autem, & ſic aduerſatiuè, & diſcretiuè.

IMPLENDAE CONDITIONIS CAVSA HAERES ACCIPIAT A LEGATARIIS, ideſt contingenter, & ex ſola mortis cauſa capione, iuxta legem ſi quis ſub conditione dandorum decem, ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti, loquitur enim hæc pars de eo, quòd ſimpliciter datur, cauſa conditionis implendæ, non de fideicommiſſo cauſa conditionis implendæ.

IN FALCIDIAE COMPVTATIONEM NON PRODESSE. quia ſcilicet non eſt in cauſa, vt minus legatum videatur, vt conſtat ex exemplo ſupra poſito in figuratione caſus.

ET IDEO SI CENTVM PRAEDIVM LEGAVERIT, ideſt legauerit prædium dignum centum aureis, ſub hac ſcilicet conditione quam ſubdit.

SI QVINQVAGINTA HAEREDI LEGATARIVS DEDERIT: CENTVM LEGATIS COMPVTATIONEM FIERI, ideſt, legatum dicti prędij computandum eſſe, & habẽdum, in calculatione hæreditatis, & legatorum, pro legato centum aureorum, non autem quinquaginta, licet hæres pro eo præſtando quinquaginta, cauſa conditionis implendæ, acceperit, quæ, licet ſint in cauſa, vt legatarius videatur minus accepiſſe, l. ſed ſi hoc, §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. quem ponderat, contra hunc veriſſimum Ripæ intellectum, Panciro lus in ſuo Theſauro variarum lectionum, lib. 2. cap. 105. verſic. ſed ego non video. non ſunt tamen in cauſa, vt videatur hæres minus ex cauſa legati præſtitiſſe, & conſequenter, vt

A a quin-

quinquaginta, ex alia cauſa habita, videantur apud eum iure hęreditario remanſiſſe, & propterea ſubdit I. C.

ET QVINQVAGINTA EXTRA HAEREDITATEM HABERI, NE IN QVARTAM EI IMPVTENTVR. cum, ſcilicet, ea, quæ ſimpliciter dantur cauſa conditionis implendæ, & figura conditionis, in quartam non imputentur, vt habetur ex ſæpius repetita lege in ratione, 2. §. tametſi, ſup. eod.

Abſoluta prima, & ſecunda parte, venio, iuxta propoſitum ordinem ad tertiam, quæ pertinet ad concluſiones colligendas ex text. in materia, igitur directæ Falcidię, ideſt, quartæ, quæ deducitur ex legatis.

Primum colligo ex hoc textus, quatenus ſtatuit in Falcidiam ea, quæ iure hæreditario capiuntur ſolummodo imputari, ea, quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, in Falcidiam non imputari.

92 Cæterum, quia, dubium eſt, an eiuſmodi concluſio vera ſit, propterea, breuiter in quæſtionem vocabimus, an quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, titulo lucratiuo, ex cauſa, ſcilicet, donationis, vel dotis, imputentur in Quartam, quæ deducitur de legatis.

Et profecto, videtur de iure reſpondēdum affirmatiuè.

93 Primum per textum noſtrum, hoc modo inducendo, excluſio vnius eſt incluſio alterius, l. cum prætor, ff. de iudic. l. maritus, C. de procur. ſed textus noſter excludit hic ab imputatione in Falcidiam, res quæ iure legati, vel fideicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa capiuntur, igitur includit imputari debere ea, quæ extra cauſam teſtamenti, & ſic non iure legati, vel fideicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa capiuntur.

Secundo loco apertius, concluſionem hanc affirmatiuam probare videtur textus in l. cum quo, §. vltimo, ſupra eodem, vbi quidam qui centum dumtaxat aureos in bonis habebat, vigintiquinque alicui viuens dedit, eundemque hæredem inſtituit, & dodrantem, ideſt, ſeptuagintaquinque legauit, quærebatur, an, deductis ſeptuaginta quinque, aliquid, ratione legis Falcidiæ deducere poſſet, & concluditur negatiuè, quia eo modo, vt inquit textus, viuus videtur hæredi futuro teſtator prouidiſſe. illa igitur viginti quinque, quæ hæres à teſtatore, ante conditum teſtamentum accepit, ſine dubio, extra cauſam teſtamenti accepit, ea tamen ſibi in Quartam imputat, cum non poſſit aliud, ſub occaſione legis Falcidiæ interuenire, igitur, ea quoque, quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur, in Falcidiam imputantur.

Tertio, & vltimo, facit pro hac opinione textus in l. 3. in §. penultimo, verſicul. ſed etſi mortis, infra de bonis libert. à quo ſic peti poteſt a proportione argumentum, iuxta textum in l. ſufficit, ff. de conditio. indebiti, eodem modo ſe habent, quę capiuntur extra cauſam teſtamenti, ad quartam, quā hęres habere debet per legem Falcidiam, quo modo ſe habēt ad portionem, à libertis patronis debitam, cum vtraque ſit portio, ex cauſa teſtamenti, iure debita, ſed in portionem, patronis debitam, etiam ea, quæ non mortis cauſa donauerit libertus, & ſic ea, quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur, imputantur, igitur nihil eſt impedimento, quominus etiam in Falcidiam imputentur.

His tamen negotium minimè facientibus, in contrariam opinionem iuerunt vno ore omnes interpretes, Bart. nimirum hic, num. 1. Caſtrenſ. num. 5. Alc. num. 7. Ripa num. 37. Pau. de Montepico, num. 40. Berengar. Fern. in artic. Falcidiæ, num. 1. Hieronym. Torniel. num. 19. Socin. Iun. num. 29. Ruin. num. 4. Vincent. Hercul. noſter, col. 10. in fin. verſic. circa quæ, DD, etiam communiter ad l. filium quem habentem, C. famil. erciſcund. & imprimis Lancellot. Politus, num. 52. & Io. Coraſ. num. 91. gloſ. Aret. & alij ad §. 1. Inſtit. eod. tit. noſtro, cum cæteris congeſtis per Cæſarem Fiumagiolium hic, num. 73.

Primum autem probatur contraria hęc opinio, & vera, quia in Falcidiam non imputantur, niſi ea, quæ iure hæreditario capiuntur, vt in principio legis noſtræ, & in l. quod autem, ſupra eodem. Sed ea, quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur, non capiuntur iure hæreditario, vt nulli dubium eſt, ergo in Falcidiam non imputantur.

Secundo loco adducitur text. in l. pater filiam, in principio, ſupra eodem, vbi pater inſtituit hęredem in parte hæreditatis filiam ſuam quæ à viro diuerterat, & petijt ab ea, vt fratri, quem in alia dimidia hęredem inſtituerat, portionem hæreditatis acceptam, deducta ſexta, reſtitueret, & quia ſexta pars, nimirum vncia, non aſcendebat ad quartam ſemiſſis, quæ eſt vncia, & dimidia, voluit hunc defectum dote ſua, quam pater ei dederat, impleri, & compenſari in Falcidiæ rationem. dubitabatur, an dictam dotem, ſi non eſſet, à viuente patre, filia conſentiente, petita, vel exacta, deberet filia grauata in Falcidiam imputare, & reſpondetur

detur negatiuè, ea ratione, quia dos in hære-
ditate patris non inuenitur. Si igitur ea, quæ
94 capiuntur extra cauſam teſtamenti, in Falci-
diam imputarentur, tunc maximè deberent
imputari, cum teſtator ita voluit, ſed nec tunc
quidẽ, quando teſtator dotẽ, quæ capitur ex-
tra cauſam teſtamenti in putari voluit, impu-
tatur, igitur abſolutè, quę capiuntur extra cau
ſam teſtamenti, in Falcidiam non imputãtur.
Præterea poteſt etiam, non minus efficax ar-
gumentum à ratione eiuſdem l. peti, quicquid
dixerit hic Ioan. Bolognet. num. 84. hoc mo-
95 do videlicet. quod in hæreditate defuncti nõ
inuenitur, in Falcidiam non imputatur, d. l.
pater filiam, in fine princip. ſed quod capitur
extra cauſam teſtamenti, non poteſt in hære-
ditate teſtatoris reperiri, cum antea fuerit, ex
cauſa donationis, vel dotis datum, igitur in
Falcidiam non imputatur. Nec dicatur d. l. pa-
ter filiam, loqui de quarta deducenda ex fi-
deicommiſſo, quæ Trebellianica appellatur,
quia, de Trebellianica, ad Falcidiam negati-
uè, in materia imputationis valet argumen-
tum, ſiue noſtrum intellectum ſequaris, ſiue
communem. Nam ſi per nos differentia non
eſt, quo ad imputationem, inter Falcidiam, &
Trebellianicam, quicquid in hanc imputatur,
imputatur etiam in illam, ſi verò ſecundum
communes traditiones, plura in Trebelliani-
cam, quàm in Falcidiam imputantur, quod
non imputatur in Trebellianicam, multo mi-
nus in Falcidiam imputabitur.
Tertio, & vltimo loco, facit text. in l. debi-
tor, in §. vltimo, infra ad Senat. Conſult. Tre-
bellian. vbi mulier, quæ dotem viro dabat, pa-
cta fuerat cum marito, vt, poſt mortem ſuam
in matrimonio, dotis pars illius matri redde-
retur, nec, eo nomine, ſtipulatio à matre fue-
rat interpoſita, moriens deinde dicta mulier,
matrem, & maritum ſuum hæredes fecit, & à
matre petijt, vt hęreditatem Titio reſtitueret,
ſecuta illius morte, Iudex aditus de hæredita
te diuidenda, partem dotis, quaſi ex vtili pa-
cto, matri adiudicauit. Quæſitum fuit, An ad-
iudicatam portionem, ex fideicommiſſo Titio
reſtituere deberet, & deciſum fuit negatiuè;
quia non quaſi mater, & occaſione hæredita-
tis, ſed errore, ſcilicet, Iudicis, ex pacto accepe
rit, & propterea, nec in Falcidiam imputat;
etenim, ſi quæ capiuntur extra cauſam teſta-
menti in Falcidiam imputarentur, dicta quo-
que portio dotis, ex adiudicatione accepta;
imputaretur, ſed non imputatur, cum ibi de
imputatione, ne verbum quidem; igitur quæ
extra cauſam teſtamenti capiuntur in Quar-
tam non imputantur.

Non obſtant argumenta ex aduerſo allata,
& præſertim primum, petitum à lege noſtra,
quia argumentum ab incluſione, & excluſio-
ne non petitur, niſi ab illis legibus, in quibus,
cum vnum aliquod excludatur, aliud tamen
certum, & expreſſum non includitur, argu-
mento l. continuus, §. cum ita, de verb. ſignifi-
cat. vel ſi aliquid etiam excludatur expreſsè,
tale ſit, in quo minor vigeat ratio excludendi,
quàm in non expreſſo, vt ex Bellono conſ. 52.
num. 7. tradit Cæſar Firmagiolius hic, nu. 68.
in l. autem noſtra, non ſolum includitur, quod
capitur iure hæreditario, ſed excluduntur ab
imputatione, legata, fideicommiſſa, & data
cauſa conditionis implendæ, in quibus minor
eſt excludendi ratio, quàm in ijs, quæ capiun-
96 tur extra cauſam teſtamenti. Sunt igitur, velu
ti exempla, quæ regulam non reſtringunt, l.
nam quod liquide, ff. de penu leg. igitur illa
concluſio, quæ colligitur ex tex. noſtro, eſt ve-
riſſima, & probatiſſima.
97 Non obſtat ſecundum, petitum à d. l. cum
quo, §. vltimo, propterea quòd, eo loci, ideo
illa viginti quinque imputantur, quia, quan-
do teſtator dedit illa, hoc ipſum expreſsè, vel
tacitè actum fuit, quaſi ſit ſenſus, vt ea quo-
que, quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur,
in Falcidiam imputentur, ſi, ea contemplatio-
ne, dentur, nam licet, ſui natura, non imputen
tur, imputantur tamen ex diſpoſitione teſtato
ris, vt in d. l. 3. §. ſed etſi non mortis, infra de
bon. libert. facit l. quod autem, ſupra eodem.
Nec dicas, ſolutionem hanc, cuius auctor eſt
Bart. diuinatiuam eſſe, vel repugnare legi pa-
ter filiam, in principio, ſupra eodem, quia non
obſcurè colligitur, ex poſtremis verbis eiuſ-
dem legis, ibi. quia teſtator viuus videtur hæ
redi futuro prouidere, qua in re vim facit I. C.
Coniectura autem voluntatis teſtatoris, qua
nititur illius §. deciſio, conſiſtit in tribus, vt re-
ctè ſpeculatur Socin. Iun. hic, nu. 32. primum,
ſcilicèt, in eo. quia dedit certam quantitatem,
cõſtituentem quartam, per legem Falcidiam
debitam, ſine declaratione cauſæ, ob quam da
ret. Secundo, quia inſtituit poſtmodum eun-
dem hæredem, quaſi ſignificando, cum daret
ſe ad hanc futuram cauſam reſpexiſſe. Ter-
tio, quia dodrantem legauit, non plura, vel
pauciora, quæ omnia, veriſimile non eſt, ita
congruenter, caſu, teſtatorem feciſse, ſed eam
ob cauſam hæredi futuro viginti quinque de-
diſse, vel donaſse, vt loco Falcidiæ haberet.
dixi donaſſe, quia credo teſtatorem, dum de-
dit, vt dicit textus, dominium illorum tran-

Aa 2 ſtuliſ-

Digitized by Google

98 ſtuliſſe,dare enim eſt dominium transferre,
§.ſic itaque, Inſtit.de act.l.vbi autem, in fin.
infra de verb.oblig. l.ſi ita, ſupra de act. empt.
& in l.non videtur,infra de regul.iur. ita vt, ſi
non fuiſſet deinde ille qui accepit hæres in-
ſtitutus, nihilominus dictam quantitatem re-
tinuiſſet, & ſic non recedimus à verborum
99 proprietate, quod ſi alicui probatur ſubtilis
ad §. illum intellectus Tornielli hic, num.23.
ita eum ſequatur, vt a Bart. ſolutione non re-
cedat, quàm expreſſit text. ipſe verbis illis,
quia viuus videtur hæredi futuro prouidere,
& conſequenter, dando vigintiquinque, agit
ſaltem tacitè, vt in Falcidiam imputentur, ra-
tio autem ſit, cur id tacitè agere teſtator vi-
deatur, quia, cum dederit, id eſt, tradiderit, §.
item is cui, Inſtitut. quibus mod. re contrahi-
tur obligatio, l. 1. ſupra commodati, ſine cau-
ſa habili ad transferendum dominium, & do
natio non præſumatur, l. cum de indebito, ff.
de probat. ſecuta hæredis inſtitutione, & mor
te teſtatoris confirmata, videtur tranſlatum
dominium illorum vigintiquinque iure hære
ditario, cum nuda traditio, dominium non
transferat, l. numquam nuda, ff. de acquirend.
rerum dominio, &, hoc modo conſiderando,
Tornielli intellectus comprobat Bart. ſolutio-
nem, non deſtruit, quinimmo, hac conſidera-
tione, poſſumus Bartolum tueri etiam quate-
nus dicit expreſsè actum fuiſſe in d. §. vltimo,
vt vigintiquinque data, in Quartam imputa-
rentur, quia, qui tradit alicui ſine cauſa, dein-
de hæredem eundem inſtituit, non niſi quod
tradidit ei relinquendo, expreſsè videtur de
Quarta eidem prouidere, ſi igitur volumus
hunc intellectum ſubſtinere, quem mirificè
adiuuat illud, quod dicitur in illo tex. teſtatorē
nimirum dodrantem legaſſe, apertè enim hoc
declarat, illa vigintiquinque quadrātem eſſe,
qui remanet apud hæredem, exponere poſſu-
100 mus verba illa; quia viuus videtur hæredi,
&c. .i. quia apparet, vel conſtat, vel manife-
ſtum eſt, hæredi futuro prouidere, verbum
enim videtur etiam ad veritatem, & ad id,
quod manifeſtum eſt, refertur l. Titio, §. Titio
genero, de condit. & demonſtr. & l. tale, de hæ
redib. inſtit. tradit Ripa ad l. admonendi, num.
26. de iureiur.
101 Nec refragatur d. l. pater filiam, quia lo-
cum habet, quando teſtator ab initio, titulo
habili ad dominium transferendum, aliquid
dedit, non ea contemplatione, vt in Falcidiam
deberet imputari, vt fecit ibi, dotem filiæ ſim-
pliciter dando, deinde verò vult mutare cau-
ſam, ita vt velit, quod dedit ex alia cauſa, eam
ob cauſam dediſſe, vt imputaret in Falcidiam,
hoc enim facere, quod ab initio poterat, ex
poſt facto, & poſt ius ex alia cauſa acquiſitū,
minime poteſt, &, in his terminis, locum ha-
bet d. l. pater filiam, ſecus autem quando ab
initio, ſine alia expreſſione cauſæ, aptæ ad
transferendum dominium, vel expreſsè, vel
ex veriſimili coniectura, dat viuus hæredi ſuo
futuro, ea contemplatione, vt in Falcidiam im
putet, & ita loquitur d. l. cum quo, in §. vlt.
102 Non obſtat tertium, & vltimum de d. l. 3.
in §. ſed etſi non mortis, de bon. libert. quia,
præterquamquòd non videtur valere argu-
mentum de portione debita à libertis patro-
no, ad Falcidiam, cum etiam titulo legati, &
donationis cauſa mortis, patrono ſatisfiat, vt
probatur in eadem l. 3. §. ſi debita, in d. quo-
que, §. ſed etſi non mortis, libertus, ea contem
platione, donauerat patrono, vt in debitam
portionem imputaret, vt expreſsè, dicit ille
text. quod fieri poſſe etiam in Falcidia admi-
ſimus ſupra; & mox, diſtinguendo, apertius
declarabimus.
103 Etenim, vt in hac materia tollantur om-
nia contraria, adhibenda eſt illa ipſa diſtin-
ctio, quæ eſt in prima noſtra ſelectarum diſtin-
ctionum Centuria, in ordine 60. Aut non con
ſtat de expreſſa, vel tacita voluntate teſtato-
ris, vt voluerit, quod viuens extra cauſam te-
ſtamenti dabat, in quartam imputari, aut con
ſtat ea contemplatione eum dediſſe, vt in Fal-
cidiam imputaretur, primo caſu non imputa-
tur, vt hic, & in his terminis procedit opinio
Bart. num. 1. in prima oppoſitione, quem DD.
communiter ſequuntur. Secundo autem ca-
ſu, rurſus diſtinguendum eſt, quia, aut teſta-
tor ab initio dedit ea contemplatione, vt im-
putaretur, aut viuens dedit ab initio ex alia
cauſa, apta ad transferendum dominium, vt
puta, ex cauſa dotis, vel donationis, poſtmo-
dum verò, teſtando, iuſſit illud ipſum in Falci-
diam imputari; vbi à principio, ea contempla
tione, dedit tacitè, vel expreſsè, vt imputare-
tur, ſine dubio imputatur, l. cum quo, §. vltim.
ſupra eodem, facit l. quod autem, [illegible]
titulo noſtro; tradunt DD. communiter [illegible]
poſt Bart. & præſertim Ripa num. 38. Beren
gar. Fernand. in artic. Falcidiæ, num. 2. & Son
[illegible] num. 31. etenim ſi teſtatori conceditur,
vt poſſit Falcidiæ detractionem prohibere,
Authent. ſed cum teſtator, C. eodem, quod
eſt plus, multo magis debet concedi, vt poſſit
viuens aliquid, extra cauſam teſtamenti dare,
vt, præter illius naturam, imputetur, & Falci-
diæ rationem ceſſare faciat, per reg. l. non de-
bet,

104 bet, ff. de reg. iur. vbi verò, ex alia, extra teſtamentum cauſa, ab initio datum ſit, non imputatur, cum ex ea ſtatius accipienti irreuocabiliter quæſitum, licet teſtator iubeat poſtmodum teſtando, id, quod dedit in Falcidiam imputari, & in his terminis intelligenda eſt d. l. pater filiam, ſ eod.

105 Conſtat igitur ex his, primam concluſionem ex textu noſtro elicitam regulariter veriſſimam eſſe, colligo nunc ſecundam, quæ habet in Falcidiam imputari, quæ iure hæreditario capiuntur, circa quam non inſiſto, quia indiſtinctè vera eſt, & eam diſertis verbis Marcianus I. C. hic expreſſit, necnon Caius in l. quod autem, ſ eod.

106 Tertio igitur loco, principaliter colligo, legata, & fideicommiſſa, in Falcidiam non imputari.

Verum, quia tertia hæc cõcluſio, quæ apertè exprimitur in text. non omnino indiſtinctè vera eſt, & difficultatem patitur, vt patet ex tertia Bart. oppoſitione, propterea, pro explicatione eorum, quæ ab interpretibus, occaſione tertiæ oppoſitionis Bart. tractantur, libet eam breuiter in quæſtionem vocare.

Quæro igitur, an legata, & fideicommiſſa in Falcidiam imputentur, & duas faciam inſpectiones, prima erit generalis, An vera ſit concluſio, legata ſcilicet, & fideicommiſſa, in Falcidiam non imputari.

Secunda erit ſpecialis, An, quòd hæredi legatum eſt à cohærede, illi ipſi tantum proſit, in ratione legis Falcidiæ, vel etiam alijs.

Quod attinet ad primam difficultatem; videtur prima facie de iure reſpondendum, legata quoque, & fideicommiſſa, in Falcidiam imputari,

107 Primum, per tex. in l. quod autẽ, in verſ. ſed ſi ideo, ſupra eodem. Sed ſi ideo, inquit I. C. legatum ei datum eſt, vt integra legata, vel fideicommiſſa præſtet, deneganda, erit actio legati, ſi lege Falcidia vti malit, poteſt hic tex. qui apertè probare videtur hanc ſententiam, ſic vrgeri, quicquid ita accipitur, vt Falcidiam ceſſare faciat, in Falcidiam imputatur, l. cum, quo §. vlt. ſupra eod. ſed legatum hæredi datum, eſt in cauſa, vt hæres integra legata, & fideicommiſſa præſtare debeat, & conſequenter legẽ Falcidiam ceſſare faciat, igitur in Falcidiæ quartam imputatur.

108 Secundo adducitur tex. in l. Neſenius, ſupra eodẽ. vbi habetur eiuſmodi facti ſpecies. Quædam mater habebat, finge, patrimonium mille, & ducentorum aureorum, & cum tres haberet filias, puta Titiam, Meuiam, & Semproniam, illas æquis portionibus hæredes inſtituit, legauitque a Titia, Proculo extraneo, trecẽtos aureos, Meuiæ cohæredi, equum ſexaginta aureorum, & Semproniæ ſorori pariter, & cohæredi, veſtem ſericam, quadraginta aureorum, & ſic, legãdo, erogauit vniuerſam portionem hæreditariam Titiæ, quæ erat quadringentorum aureorum. deinde viciſſim, tàm à Meuia, quàm à Sempronia, quinquaginta Titiæ ſorori, & cohæredi legauit. Quamobrẽ, cum Titia animaduerteret, legi Falcidiæ locum eſſe, volebat ea vti aduerſus præfatos legatarios, & conſequenter, de legato trecentorum, detrahere ſeptuagintaquinque, de legato ſexaginta aureorum detrahere quindecim, & de quadraginta decem, & ſic centum aureos, qui conſtituebant Quartam portionis ſuæ, quę erat quadringentorum aureorum, ſibi vendicare, Quærebatur, an poſſet, reſpondet Paul. I. C. memoratam Titiam, ſi velit petere, & cõſequi a ſingulis ſororibus, & cohæredibus ſuis legata quinquaginta aureorum, ſibi à ſingulis relicta, non eſſe audiendam, ſi deſideret vti lege Falcidia aduerſus præfatas ſorores, & cohæredes, à quibus legata accepit, ſi id, quòd accepit, ſcilicet ſupleat, quod deducere deſiderat, quapropter, cum, in propoſito caſu, centum, quæ Titia eſt habitura iure legati a duabus ſororibus ſuis, & cohæredibus aſcendant, non modo ad quantitatem quindecim, & decem aureorum, quos de legatis cohæredibus, & ſororibus ſuis, Meuiæ nimirum, & Semproniæ, à ſe præſtandis, deducere volebat, ſed etiam excedant, vt conſtat, ſine dubio, doli exceptione eſt ſubmouenda, &, vti lege Falcidia aduerſus cohæredes deſiderans, non audienda.

109 Hæc cum ita ſint, fluit, ex deciſione huius textus, eiuſmodi, pro hac opinione, argumentum: quicquid iure, quaſi cuiuſdam compenſationis, quæ eſt imputationis ſpecies, impedimento eſt quominus, in totum, vel pro parte Quartam per l. Falcidiam debitam detrahamus, in Falcidiam ſine dubio imputatur, at legata, quæ à cohæredibus accipiuntur, ſunt impedimento, quominus aduerſus eoſdem cohæredes l. Falcidia, vtamur, vt probat apertè tex. in d. l. Neſennius, igitur legata in Falcidiam imputatur, vel, vt breuius dicamus, quicquid, in ratione legis Falcidiæ, cum eo, à quo accipitur compenſatur, imputatur in Falcidiã. ſed legatum in ratione legis Falcidiæ, cum eo, à quo accipitur, compenſatur. d. l. Neſennius, ergo legatum in Falcidiã imputatur. & quicquid dicitur de legatis intelligitur dictum de
110 fideicommiſſis, cum hodie, ita ſint exæqua-

ta,

ta, vt nulla ſuperſit differentia. l. 1. § de leg. 1. l. 2. C. communia de leg. §. ſed non vſque, Inſtitut. de leg.

111 Tertio adducitur text. in l. filio, infra eod. quæ, quamquam difficilis, & inuoluta, ſic poteſt exẽplo explicari, & plana fieri, & ad propoſitum induci. Quidam pater, qui puta, habebat mille in bonis, cum filium, & filiam haberet, eos hæredes inſtituit, vtrique prælegando, & filiæ quidem modicum prælegauit, domum nempe quandam obligatam, & hypothecatam, cum inſtrumentis, & quicquid ibi fuerit, cum hac conditione, vt d. domum Pamphilus filij libertus lueret, & eam, cum ſuis inſtrumentis, & cæteris in ea, communem cum d. filia haberet, hæc autem domus, cum eſſet eſtimationis cẽtum quinquaginta aureorum, pro centum obligata erat, deinde verò prælegauit eidem filiæ equum quinquaginta aureorum, filio autem prælegauit fundum quadringentorum aureorum, verum quia libertus noluit luere domum, vt eam cum filia teſtatoris communem haberet, ſoluere æs alienum de hæreditate fuit neceſſum, ita vt ære alieno cẽtum aureorum deducto, ex mille, nonigenti remanſerint in hæreditate, & conſequenter portio cuiuſque fuerit quadringentorum, & quinquaginta aureorum, modo filia præſtatura legatum quadringentorum aureorum fratri, volebat portionis ſuæ quartã, quæ ſupererat deducto ęre alieno retinere, id eſt quartam quadringentorum, & quinquaginta aureorum, quam faciunt, duodecim cum dimidio ſupra centum aureis, quamque non habuiſſet, ſi ſolidum legatum quadringentorum præſtitiſſet, nõ enim niſi quinquaginta apud eam remanſiſſent. Quæſitum fuit à Sceuula, illius reſponſi auctore, An poſſet, reſpondit I. C. iure quidem id poſtulaturam, verum non alias, quæ ei data ſunt, accepturam, ſi modo eam quartam ſuppleant, quam, voluntati defuncti ſolidum præſtando, pareret, vt legit Alciat. lib. 5. Parergon. Iuris Ciuilis, cap. 25. & Gouean. in d. l. filio, ſed poteſt etiam recipi lectio Pandectarum Florentinarum, quam voluntatem defuncti ſoluendum, id eſt, id, quod ſolui debet, præſtando, pareret, quaſi ſit ſenſus, dictã filiam, ſi prælegata, quæ accipere vult, aſcendant ad Quartam, non debere aliquid, nomine Falcidię detrahere, ſed integrum legatum, ſoluendum ex voluntate, & diſpoſitione teſtatoris legantis, præſtare. At prælegata relicta huic filiæ, ſecundum caſum propoſitum, cum ſint ducentorum aureorum, nedum ſupplent Quartam ſuæ portionis hæreditariæ, quæ eſt duodecim cum dimidio, & centum aureorum, ſed excedunt, igitur detrahere quicquam, Falcidię nomine, nõ poteſt. Quod, cum ita ſit, hæc quoque lex induci poteſt ad ſimilitudinem, l. Neſennius, hoc modo, videlicet, ea, quæ, iure, quaſi cuiuſdam compenſationis, ſunt impedimento, quominus in totum, vel pro parte, quartam, per legem Falcidiam debitam, detrahamus, in Falcidiam, ſine dubio, imputantur, ſed prælegata, quæ ad genus legati referuntur, ſunt impedimento, quominus Falcidiæ Quarta detrahatur, d. l. filio, igitur prælegata quoque, & ſic legata in Falcidiam imputantur.

Verum, horum argumentorum, ratione minime habita, in contrariam opinionem iuit Bart. hic, num. 1. & 3. in tertia, & nona oppoſitione, ſentiens in Falcidiam legata, & fideicommiſſa non imputari, & eum ſecuti ſunt vno ore, nemine reclamante, omnes Interpretes, & præſertim Ripa hic num. 40. & Socin. Iun. num. 34. Primum, per textum noſtrum, qui, præterquamquòd, in terminis, probat concluſionem hanc, in quæſtione poſitam, poteſt etiam hoc modo induci. Quæ iure hæreditario non capiuntur, in Falcidiam non imputantur, vt habetur in principio legis noſtræ, & in l. quod autem, ſupra eodem. Sed legata, & fideicommiſſa, iure hæreditario non capiuntur, vt nemo non intelligit, igitur legata, & fideicommiſſa in Falcidiam non imputantur.

112 Secundo induci poteſt etiam d. l. quod autem, in §. ſed ſi ideo, à iure ſingulari, vel ab incluſione, & excluſione, hoc modo. incluſio vnius eſt excluſio alterius, d. l. cum prætor, de iudic. & ius ſingulare habet in contrarium ius commune, l. ius ſingulare, ſupr. de legibus, ſed in d. l. vel in d. §. ſed ſi ideo, iure quodammodo ſingulari includitur, vt legata imputentur in Falcidiam, vbi ea cõtemplatione data ſint, vt imputentur, igitur communis regulæ eſt in contrarium, vt legata, & fideicommiſſa ab imputatione excludantur.

113 Tertio, & vltimo loco, probat eandem concluſionem optimè text. in l. ſi à me tibi, ſupra eodem. ſi à me tibi, inquit textus, fideicommiſſum, vel legatum eſt, eamque id, poſt tempus, rogatus ſis mihi reſtituere, non puto hoc imputandum eſſe in Falcidiam, quia incipio poſtea, quaſi fideicommiſſarius id recipere, etenim, ſi fideicommiſſa, in Falcidiam imputarentur, inepta eſſet, & inſulſa ratio ibi reddita à Iure Conſulto, quia incipio poſtea, quaſi fideicommiſſarius, id recipere, ſed hoc non eſt aliquo modo admittendum, ergo nec illud,

vnde

vnde hoc ſequitur. Præterea ſi de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergonec de quo minus, l.4. ff.de Senatoribus, cum ſimilibus. Sed magis videtur ineſſe, vt quod fuit quandoque apud me iure hæreditario, licet illud poſtea tâquam fideicommiſſarius recipiam, in Falcidiam imputetur, quàm illud, quod numquam iure hæreditario habui, ſed ſemper iure legati, vel fideicommiſſi,& tamen ineſt, quia non imputatur,ergo multo minus imputatur quodlibet aliud legatum, vel fideicommiſſum.

113 Non obſtant ea, quæ ex aduerſo afferebantur,& præſertim primum argumentum, quod petebatur à d.§. ſed ſi ideo, à quo incipit l.75. ſecundum diuiſionem Pandectarum Florentinarum,quia in d.l.fuerat legatum, ea contemplatione, vt in Falcidiam imputaretur, & integra præſtarentur legata, quo caſu admittimus legata quoque,præter naturam ſuam,ex voluntate, & diſpoſitione teſtatoris, in Falcidiam imputari, quemadmodum contingit etiam in ijs, quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur, vt præter naturam in Falcidiam imputentur, vbi à viuo teſtatore,ea contemplatione, ſint data, vt ſupra dicebamus, per text.in l.cum quo,§.vltimo,ſupr.eodem, & per text.in l.3.in §.ſed etſi non mortis, ff de bonis libert.

114 Nec obſtat,ſecundum,petitum à d.l.Neſennius, quia, ibi, legata imputantur reſpectu cohæredum, & ſororum, à quibus accipiuntur, per viam compenſationis, ope exceptio-

115 nis,vel replicationis,quæ & ipſa venit appellatione exceptionis,toto titulo,Inſtitut.de replicat.& l.ſi vnus,§.pactus,ff.de pactis,non autem reſpectu aliorum, cum non ſint impedimento,quominus detrahatur Quarta de legatis,factis extraneo,à quo nihil Titia hæres, ex eodem teſtamento, erat acceptura; Quapropter,ſecundum caſum propoſitum,in d.l.Neſennius, Titia non poteſt vti, lege Falcidia, neque aduerſus Meuiam, detrahendo quindecim ex legato ſexaginta aureorum ei relicto, neque aduerſus Semproniam alteram cohæredem, de legato quadraginta aureorum detrahendo decem, cum viciſſim, à qualibet iſtarum cohæredum, quinquaginta accipiat, quæ pro hac rata, iure cuiuſdam compenſationis, vt ſupra diximus, imputare debet, ſed reſpectu Proculi, cui legatum trecētorum aureorum debet,non imputat, & idcirco, de dictis trecentis, Quartam, ideſt, ſeptuaginta quinque detrahere non prohibetur, prodeſt igitur eiuſmodi imputatio ijs tantummodo, à quibus legata accipiuntur, non autem alijs.

116 Nec facit negocium tertium, & vltimum argumentum,ductum à d.l.filio,infra eodem, quia pariter,ad mentem Bart.& aliorum,poteſt reſponderi, ibi quoque prælegatum, imputari in Quartam, reſpectu illius fratris, & cohæredis,à quo accipitur, quod facilè admittunt omnes.

117 Quia igitur communis concluſio negatiua,ſupra firmata, non eſt abſolutè,& indiſtinctè vera,propterea,quatenus dubitatur, An, & quando legata, & fideicommiſſa, & prælegata, pro ea parte,quæ à cohærede accipitur, in Falcidiam imputentur, ſic breuiter diſtinguendum eſt.Aut ſunt ea contemplatione relicta, vt in Quartam imputentur,& legata integra præſtentur, aut ſunt ſimpliciter relicta, ſi,ea contemplatione, vt imputentur, imputantur. d.l.quòd autem verſ.ſed ſi ideo, ſupra eodem,tradit hic Bart.num.2.in nona oppoſitione, ſi ſimpliciter, aut dubitamus, An imputentur ſimpliciter reſpectu omnium,& non imputantur,vt hic,& in l.quod autem,& in l. ſi à me tibi ſupra eod. aut nunquid imputentur, per viam compenſationis, ideſt reſpectu eorum, à quibus accipiuntur, & hoc modo imputātur.l.Neſennius in princ. tradunt DD. communiter hic, & imprimis Bart.num.1.in 3.oppoſitione. Ripa num.40. & Soc.Iun. nu. 34.cum ſeqq.

118 Quod attinet autem ad ſecundam inſpectionem,cuius termini declaratione non indigent,videtur,prima facie,ſtatuendum legata, & fideicommiſſa,ita in Falcidiam imputari,vt non modo ijs,à quibus accipiuntur,ſed cęteris etiam legatarijs proſint.

Primum per text. in l.Neſennius in §. ſeu verſic. planè cæteris, ſupra eodem, planè cæteris legatarijs, inquit I.C. non vniuerſum, quòd cohęredi præſtat, imputabit, ſed quantum daturus eſſet, ſi nihil ab eo perciperet, ibi agitur de legatis, à cohæredibus acceptis, & ſtatuitur non vniuerſum, quòd à cohæredibus accipitur legatarijs imputari, ergo aliquid etiam illis imputatur. legatum igitur,quod à cohærede accipitur,non ſolum cohæredibus, ſed etiam legatarijs, aliqua ex parte imputatur.d.verſ.planè.ſed quòd aliqua ex parte legatarijs imputatur, neceſſè eſt, vt non modo cohæredibus, à quibus accipitur, ſed etiam legatarijs, à quibus non accipitur, proſit,igitur legata, ita in Falcidiam imputantur,vt non modo ijs,à quibus accipiuntur, ſed etiam cæteris legatarijs proſint.

Secundo,quia quaſi legatum,legatū,quod à le-

à legatario non capitur, pars prælegati, quæ non à cohærede accipitur, ſine controuerſia in Falcidiam imputantur ſimpliciter, & reſpe ctu omnium, vt hic in verſic. pro ea vero parte, & in verſic. ſed etſi accepta, necnon in l. id autem, ſupra eodem, & in l. deducta, §. nummis, infra ad Senat. Conſult. Trebellian. facit §. ſi quis vna, Inſtitut. de fideicommiſ. hæred. ſed hæc omnia ad legati genus referuntur, quod hodie vnicum eſt, §. ſed olim, Inſtit. eodem, l. 1. C. commun. de legat. igitur aliqua eſt reperire legata, quæ ſimpliciter in Falcidiam imputantur, ita vt etiam legatarijs proſint, à quibus non accipiuntur.

Tertio, & vltimo adducitur text. in l. quod autem, verſic. ſed ſi ideo, ſupra eodem, ex qua ita, virtute, argumentantur. illud relictum, quod eſt in cauſa, vt legata omnia integra præſtentur, & Falcidia ceſſet, ita in Falcidiam imputatur, vt omnibus proſit, ſed legatum, relictum hæredi, in d. l. quod autem, in fin. eſt in cauſa, vt teneatur hæres integra omnia legata præſtare, & non vti lege Falcidia, igitur aliquod legatum, ita in Falcidiam imputatur, vt non modo ei, à quo accipitur, ſed cęteris etiam omnibus legatarijs proſit.

In contrarium tamen eſt veritas, & communis opinio, quam tenent Bart. hic, num. 1. in quarta, & quinta oppoſitione. Ripa num. 43. & Socin. Iun. num. 44. ſentientes id, quod legatum eſt hæredi, ita imputari in Quartam, vt proſit illi tantummodo, à quo accipitur, nō autem alijs legatarijs, & ab hac ſententia nemo eſt qui recedat.

Primum autem probatur hæc opinio, per text. in d. l. Neſennius, in principio, ſupra eodem, vbi ſi legata, quæ accepit Titia à ſororibus, & cohæredibus, ſecundum caſum propoſitum in præcedenti artic. non modo cohæredibus, à quibus accipiuntur, ſed etiam alijs legatarijs prodeſſent, quemadmodum ſunt in cauſa, vt non deducat de legato ſexaginta aureorum, quindecim, & de legato quadraginta aureorum, decem, quæ Meuiæ, & Semproniæ ſororibus, & cohæredibus præſtare debebat, ita quoque eſſent in cauſa, vt non deduceret ſeptuaginta quinque de trecentis præſtandis, ex cauſa legati, Proculo extraneo, ſed non ita eſt, quia legata, à cohæredibus accepta, faciūt ſolummodo ceſſare Falcidiam in legatis præſtandis viciſſim dictis ſororibus, & cohæredibus, vt probat d. l. Neſennius, ſi rectè intelligatur, vt infra videbimus in ſolutione contrariorum, igitur legatum, relictum hæredi, cæteris legatarijs, à quibus non accipitur, non prodeſt.

119 Secundo loco probat hanc ſententiam tex. in l. filium quem habentem, C. familiæ erciſcun. cuius difficilis legis caſus, ſecundum verum intellectum Arnaldi Ferrerij, quem refert, & probat Cuiac. ad l. qui non militabat, ſupra de hæred. inſtit. eſt huiuſmodi. Quidam, cum teſtaretur, & in bonis ſeptingentos aureos haberet, ſeptem ſcripſit, æquis portionibus, hæredes, tres filios, Primum, nimirum, Secundum, & Tertium, quatuor extraneos, Quartum, ſcilicet, Quintum, Sextum, & Septimum, & Primum, vnum ex filijs, cui prælegauerat fundum octo, & viginti aureorum, grauauit, vt portionem ſuam, quæ erat centum aureorum, ſi nauis ex Aſia veniret, Secundo, & Tertio, fratribus, & cohæredibus, necnon, Quarto, & Quinto, cohæredibus extraneis, reſtitueret, dubitabatur, quo pacto ratio, l. Falcidiæ, cui erat locus, eſſet ineunda, ſolutio difficilis quęſtionis eſt, vt ſeptimam partem prędij octo & viginti aureorum, quam capit iure hęreditario, hoc eſt quatuor, imputet in Quartam ſimpliciter, quatuor autem ſeptimas partes prędij prælegati, quas capit à cohæredibus, quibus portionem ſuam hæreditariam, purificata fideicommiſſi conditione, reſtituere debet, compenſet, vel imputet per viam compenſationis, & ſic ſexdecim aureos; Verum quia ſexdecim, & quatuor, Quartam portionis hæreditariæ centum aureorum reſtituendæ, non perficiunt, vltra viginti imputatos, & compenſatos, ad Quartam ſupplendam, quinque, de hæreditate reſtituenda, deducat, duas autem reliquas ſeptimas partes prædij prælegati, id eſt octo, quos capit à cohæredibus extraneis, quibus nihil reſtituit, nimirum à Sexto, & à Septimo, præcipuos, & vltra Quartam habeat. Ex hoc igitur verborum contextu, ita in electo, quicquid dicat Antonius Faber lib. 6. coniecturarum, cap. 5. eiuſmodi pro hac opinione ſuboritur argumētum, ſi quod ex cauſa, & titulo legati accipitur ab vno, quoad imputationem in Falcidiam, prodeſſet etiam alijs, duæ illæ ſeptimæ portiones octo aureorum prælegati prædij, quæ capiuntur, in caſu propoſito, à cohæredibus extraneis, quibus nihil reſtituitur, & ipſæ in Falcidiam imputarentur, nec eſſet opus quinque ad ſupplendam Quartam deducere de hæreditate reſtituenda, ſed dictæ duæ ſeptimę portiones, non imputantur, cum eas præcipuas habere debeat, primus hæres grauatus, ita vt ſit opus quinque deducere de hæreditate reſtituenda, ad ſupplendam Quartam, igitur

quod

quod titulo legati ab vno accipitur, cæteris in ratione l. Falcidiæ minimè prodeſt.

120 Non obſtant nunc contraria, & præſertim primum argumentum, petitum à verſic. planè d. l. Neſennius, quia, re vera, d. verſ. planè, non loquitur de imputatione alicuius rei in Quartam, ſed de computatione, ad minuendam quantitatem legatorum; cum quanto minus legatum eſt, tanto minus intelligatur legatũ vltra dodrantem, & conſequenter eo minus de legatis detrahatur, vt rectè, poſt Ripam hic num. 43. ſentiunt etiam Io. Bologn. num. 122. & Cęſar Fiumagiolus num. 101. Id quod comprobatur ex eo, quia verbum, imputabit, refertur ad id, quod cohæredi præſtat, imputatio autem non fit eorum, quæ præſtantur, ſed eorum, quæ accipiuntur, ſenſus ergo d. verſic. eſt. planè cæteris legatarijs, à quibus, ſcilicet viciſſim nihil accipitur, non vniuerſum, quòd cohæredi præſtat, imputabit, quia ſcilicet, retenta eadem facti ſpecie, quam ſupra poſuimus, declarando d. l. Neſennius, non fiet ea calculatio, & computatio cum legatarijs, vt intelligantur præſtita ſexaginta alteri cohæredi, & quadraginta alteri, quæ quantitates coniunctæ cum quantitate trecentorum aureorum extraneo legatorum, abſorbēt vniuerſam portionem hæreditariam Titiæ, quæ erat quadringentorum aureorum. Sed ſubdit text. quantum daturus eſſet, ſi nihil ab eo perciperet, ſed, ſi nihil à cohæredibus Titia perciperet, cum poſſet vti Falcidia, & conſequenter decem de quadraginta retinere, & quindecim de ſexaginta, non niſi triginta alteri, alteri vero quadraginta quinque præſtatura fuiſſet, & ſic apud eam vigintiquinque remāſiſſent, perinde igitur, ac ſi huiuſmodi vigintiquinque apud eam remanſiſſent, vel de dictis legatis integrè cohæredibus præſtitis vigintiquinque detraxiſſet, ſupplementum, vſque ad centum, & ſic ad Quartam, de legato facto extraneo, deducere debet, nēpe ſeptuagintaquinque, ita, vt imputatio prælegatorum, vel potius legatorum, quæ hæres à cohæredibus accipit, illis quidem proſit, cæteros autem non oneret, & ſic, nec proſit, nec noceat, & hic eſt veriſſimus ſenſus, ni fallor, horum verborum, quamquam verba ipſa obſcurè prolata videantur. comprobatur etiam hic intellectus, quia, niſi hoc modo dictum verſiculum accipiamus, illud conſequitur incommodum, vt Iuris Conſultus, qui in principio dictæ l. Neſennius, duas propoſuit Quæſtiones, non niſi vni, reſpondendo, ſatisfaciat, etenim alteram Quæſtionem propoſuit, dum dixit. Quæro an aduerſus cohæredes ſuos, à quibus legata, & ipſa, accipit, vti poſſit Falcidia, Alteram dum ſubdit, & ſi non poſſit, vel doli exceptione ſubmouenda ſit, quemadmodum aduerſus extraneos computatio Falcidiæ inIri poſſit. Ad primam reſpondet ſtatim, Ad ſecūdam autem, in d. verſic. planè, intelligendo illum, vt ſupra declarauimus.

121 Non obſtat ſecundum, quia in d. §. nummis, & in d. §. ſi quis vna, agitur de ijs, quæ iure hæreditario capiuntur, præter naturam iuris hæreditarij, quatenus, ſcilicet, ſunt ſine onere, vt infra declarabamus, ea autem, quæ eo modo capiuntur, iure hæreditario in totum capiuntur, &, licet quaſi legati recipiant appellationem, illud eſt, quia retinentur ſine onere, ad inſtar legati, ſed in ſubſtantia, cum ab alio non accipiantur, iure hæreditario retinentur, non eſt ergò mirum, ſi ſimpliciter in quartam imputantur: idem quoque dicendum eſt de portione prælegati, quæ iure proprio, & non à cohærede accipitur, licet enim, inſpecta teſtatoris ordinatione, ea quoque pars, prælegati appellatione comprehendatur, re vera tamē, iure hæreditario accipitur, nam in ea parte prælegatum non valuit, cum hæredi à ſe ipſo legari nequeat, l. ſed etſi conditioni, §. vltimo, ſupra de hæred. inſtit. Idem quoque omnino affirmandum eſt de legato alteri facto, quod, poſtquam effectum eſt caducum, non ex cauſa legati, quod euanuit, ſed iure hæreditario remanet apud hæredem, perinde ac ſi ab initio non fuiſſet legatum; non enim quicquam intereſt, vtrum ſtatim ab initio legatum non ſit, an quod legatum eſt remanſerit, vt inquit Caius I. C. in fin. d. l. id autem.

123 Nullius quoque momenti eſt tertium, & vltimum argumentum, de d. l. quod autem, in fin. quia vendicat ſibi locum in eo tantum legato, quod ea contemplatione relictum eſt, vt in Quartam imputetur, quo etiam caſu, admittimus legatum ſimpliciter, etiam Quo ad omnes legatarios, in Quartam imputari.

124 Cæterum quia hæc quoque concluſio vera eſt, ſed non indiſtinctè, vt patet ex reſponſionibus ad contraria, propterea, vt tollamus omnes, in hac materia, difficultates, ſic, in gratiam pragmaticorum, diſtinguimus, plenius etiam, quàm fecerimus in prima noſtra ſelectarum diſtinct. Centuria, diſtinct. 62. Aut verſamur in legato, vel ſimili relicto, quod capitur vniformiter, Aut in eo, quod difformiter capitur, primo caſu, Aut legatum, vel ſimile relictum, capitur cum effectu iure, & titulo hæreditario, Aut iure, & titulo non hęreditario, ſi titulo,

Bb

tulo, & iure hæreditario (quod contingit quando legatum, quod relictum eſt alteri, efficitur caducum, & remanet apud hæredē, vel quando heres ex aſſe Iubetur, ſpecie, vel certa quātitate præcepta, vel retenta, hæreditatem reſtituere) ita imputatur, vt omnibus proſit, & ſic intelliguntur, l. id autem, in fin. ſup. eodem, l. deducta, §. nummis, infra ad Senat. Conſult. Trebellian. & §. ſi quis vna, Inſtitut. de fideicomm. hæred, ſi vero titulo, & iure non hæreditario, ſed legati, vel alterius ſimilis relicti, quod non iure proprio, ſed ab alio capitur, Aut relictum factum eſt, ea contemplatione, vt legata integra præſtentur, & ſine dubio imputatur, reſpectu omnium, l. quod autem, ſupra eodem, Bart. hic in nona oppoſitione, nume. 2. admittunt DD. communiter, Aut non fuit ea contemplatione relictum, ſed ſimpliciter, & non imputatur, niſi reſpectu eorum, à quibus accipitur d. l. Neſennius, in principio, ſupra eodem, Bart. hic, in tertia oppoſitione, num. 1. Ripa num. 40. & Socin. Iun. num. 34. & ſequuntur DD. communiter. Secundo autem caſu, Aut dubitamus de portione, quæ capitur à cohærede, & illa quoque imputatur tātummodo reſpectu eius, à quo accipitur, l. filio, infra eodem, l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. Bart. Ripa, & Socin. hic, in prææallegatis locis, Aut de ea, quæ capitur iure hæreditario, & illa ſimpliciter, & ſic reſpectu omnium, imputatur, omnibuſque prodeſt, d. l. deducta, §. nummis, & d. l. id autem, docet Bart. hic, in quinta oppoſitione, ſub num. 1. Ripa num. 44. Socin. Iun. num. 43. & alij communiter.

Abſolutis etiam ijs, quæ pertinebant ad ſecundam concluſionem, ſubſequitur modo quarta.

125 Quarta igitur concluſio, quæ colligitur ex hoc tex. ſecundum communem intellectum, habet, differentiam eſſe inter Falcidiam, & Trebellianicam, quia longe plura imputantur in Falcidiam, quàm in Trebellianicam.

Verum quia eiuſmodi concluſio aduerſatur noſtro, ad hanc legem, in hac parte, intellectui, propterea, pro exacta iſtius concluſionis explicatione, quatuor propono diſcutiendos articulos.

Primus erit generalis, An ſit differentia inter Falcidiam. & Trebellianicam quo ad effectum imputationis, & præſertim eo nomine, quia legata, & fideicommiſſa imputentur in Trebellianicam, non autem in Falcidiam.

Secundus, An portio prælegati, quæ capitur iure hæreditario, Imputetur in Falcidiam, quemadmodum nulli dubium eſt in Trebellianicam imputari.

Tertius, An totum prælegatum in Trebellianicam imputetur.

Quartus, An tota portio prælegati, quæ iure hæreditario capitur, in eandem quartam, quæ ex Trebelliano S.C. debetur veniat imputanda.

126 Quod attinet ad primum ſunt contrariæ Doctorum ſententiæ, prima eſt affirmantium, quoad imputationem, longam eſſe differentiam inter Trebellianicam, & Falcidiam, & præſertim in eo, quia legata, & fideicommiſſa in Trebellianicam imputantur, non autem in Falcidiam. Hāc opinionem probauerunt glo, Bart. & DD. vno ore communiter, tam antiqui, quàm recentiores, & in ſpecie, defendunt accerrimè communem hanc ſententiam, damnantes, & exagitantes contrariam, Guid. Pan cirol. in ſuo theſaur. variarum lect. lib. 2. cap. 105. Angclus Matheac. lib. 2. de via, & ratione iuris cap. 22. Andreas Fachinus lib. 5. controuerſiarum iuris cap. 15. & Antonius Faber lib. 6. coniectur. cap. 4.

Primum per textum noſtrum, in verſic. Sed in fideicommiſſaria hæreditate reſtituenda, cuius virtute, præterquamquòd probare videtur in terminis hanc ſententiam, ſic poſſumus ratiocinari. illæ Quartæ, quæ ita ſe habēt, vt in alteram imputentur legata, & fideicommiſſa, in alteram verò non imputentur, neceſſariò differunt, quoad imputationem, ſed certo certius eſt, in Trebellianicam legata, & fideicommiſſa imputari, vt habetur hic, in d. verſic. Sed in fideicommiſſaria, quæ tamen in Falcidiam non imputantur, vt probatur expreſsè in huius eiuſdem legis noſtræ veſtibulo, & ſupra ex pluribus à nobis, nemine reclamante, concluſum eſt, igitur longa eſt inter Falcidiam, & Trebellianicam, quoad imputationem, differentia.

127 Secūdo, & vltimo, omiſſis leuioribus, quæ differunt, cauſa, natura, ſeu ratione, & nomine, rationi conſentaneum eſt, vt differant, etiam effectu. l. ſi idem C. de codicill. facit reg. l. Pa-

128 pinianus exuli ff. de minoribus. Sed Falcidia, & Trebellianica differunt, cauſa, natura, ſeu ratione, & nomine, ergo differunt etiam probabiliter, quoad effectum imputationis. Minor probatur, quia Falcidiæ cauſa fuit lex Falcidia, Canone quadā, ſecunda diſtinct. cauſa autem Trebellianicæ S.C. Pegaſianum, cuius virtutes fuerunt Sen. Conſulto Trebelliano tributæ §. ſed quia, Inſtit. de fideic. hæredit. ratio, & natura Falcidiæ eſt, vt ſit Quarta hæreditatis, & deducatur de legatis, quæ ſtricto iure

iure concluduntur, natura autem Trebellianicæ eſt, vt ſit Quarta bonorum. & de fideicommiſſis detrahatur. l. 1. ſupra eod. & d. §. ſed quia, quæ fideicommiſſa ſunt etiam fauorabiliora §. ſed non vſque, Inſtit. de legat. hinc cogitur hæres, in gratiam fideicommiſſorum, hæreditatem adire §. ſed ſi recuſabat, Inſt. de fideicomm. hæred. non autem in gratiam legatorum, differunt etiam nomine, vt pater, quia Falcidia altera, altera Trebellianica appellatur.

Non defuerunt tamen aliqui, qui in contrariam iuerunt opinionem. ſentientes non plura imputari in Trebellianicam, quàm in Falcidiam, & nullam eſſe inter has Quartas, quoad imputationem, differentiam, hanc opinionem tenuit, omnium primus, Goffredus hic num. 8. & eandem videtur tenere etiam Iac. Cuiac. qui tamen dubitatiuè loquitur, & de Goffredo non meminit, lib. 8. ſuarum obſeru. cap. 4. & hanc ſentẽtiam, cui ego ſemper ſubſcripſi, probauit etiam non ineruditus quidam damnatæ memoriæ auctor, & hanc eandem Goffredi opinionem tenuiſſe, dixit, mihi Piſis Nobilis, & excellentis doctrinæ, & probitatis iuris Interpres D. Petrus Accoltus, quem honoris, cauſa nomino, &, vt maiorẽ huic ſententiæ tribuam auctoritatem, quam veriſſimam eſſe arbitror.

129 Primum, quia, quę non differunt nomine, regulariter effectu, & ſubſtãtia non differunt,
130 d. l. ſi idem C. de codicill. ſed Quarta, quæ deducitur de legatis, & ea, quæ deducitur de fideicommiſſis, nomine, non differunt, quia vtraque à legiſlatoribus Falcidia appellatur.
131 Trebellianica enim vox latina non eſt, ſed magiſtralis, & ſcolaſtica, appellari autem Falcidiam, etiam eam Quartã, quæ deducitur de fideicommiſſis. probatur in l. Titia, in l. pater ſi liam, in l. filiusfamilias, & alibi paſſim, ſupra hoc eod. tit. noſtro, in l. 1. §. nunquam, in l. ita tamen §. Trebellianum infra ad S. C. Trebell. & ſexcentis alijs in locis.

132 Secundo, quia vtilia à directis regulariter effectu non differunt, §. quos autem, Inſtit. de bonorum poſſeſſ. §. vlt. Inſtitut. de l. Aquil. ſed Trebellianica nihil aliud eſt, quam Falcidia vtilis, extenſa de legatis ad fideicommiſſa §. ſed quia hęredes, Inſt. de fideic. hæred. igitur, à Falcidia directa, quo ad effectum imputationis, non differt.

133 Tertio, quia, ſi plura imputarentur in Trebellianicam, quàm in Falcidiam, non perinde Quarta pars retineretur ex S. C. de fideicõmiſſis, ac de legatis retinetur Falcidia, ſed perinde dicitur retineri, ac Falcidia de legatis d. §. ſed quia hæredes, igitur Trebellianica, quoad imputationem, à Falcidia non differt, dictio enim perinde ſignificat omnimodam ſimilitudinem. l. ſi deferente ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſol.

134 Quarto, quia, ſi legata, quæ non imputantur in Falcidiam, in Trebellianicam imputarentur, prælegatum, quòd legatum eſt, imputaretur etiam pro ea parte, quæ capitur a cohærede, ſed hoc conſequens eſt falſum, vt patet ex l. noſtra in verſic. pro ea verò parte, igitur falſum eſt etiã illud, vnde hoc ſequitur.

135 Quinto loco, adducitur text. in l. iubemus C. ad S. C. Trebell. in princ. vbi iubet Imperator, quoties pater, vel mater, filijs hęredib. inſtitutis, ipſorum aliquem, vel aliquos grauat, ſi ſine liberis deceſſerint, portionem hæreditatis ſuæ, ſuperſtiti, ſeu ſuperſtitib. reſtituere, vt, retenta Quarta, pro auctoritate Trebelliani (non per imputationem redituum, licet hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit) ſed de ipſis rebus hæreditarijs, dodrans reſtituatur. ſuboritur igitur ex hoc text. eiuſmodi, pro hac opinione argumentum, tunc demum eo nomine Quarta ex Trebelliano Senatu Conſulto, differret à Falcidia, vt plura in eam, quàm in Falcidiam imputarentur, quando in Trebellianicam poſſent, quæ iure hæreditario non capiuntur, imputari, ſed non poſſunt, cum non debeat grauatus hæres, niſi dodrantem reſtituere, retenta ſibi Quarta de rebus hæreditarijs, ita vt, nec iuſſu patris, & teſtatoris cogatur fructus, & reditus, in eam imputare, vt probatur expreſsè in d. l. iubemus, in principio, igitur hoc nomine non differt Trebellianica à Falcidia, vt plura imputẽtur in Trebellianicã, quàm in Falçidiam, cum, in vtramque quartam, non niſi quæ iure hæreditario capiuntur imputentur, nec admittendum eſt, vna cum gloſ. in l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. in verbo hæreditaria parte prædij, in fin. textum noſtrum, correctum eſſe per d. l. iu
136 bemus, cum, in dubio, correctio non præſumatur, l. præcipimus, in fin. C. de appellat. ſed potius dicendum eſt, legem noſtram, adeo obſcuram, & dubiam, recipere interpretationem à d. l. iubemus, & ab alijs ſimilibus, quibus contraria eſt, ſecundum communem intellectum, nec temerè puto reſtringendum eſſe d. text. vna cum Bart. & alijs ad liberos primi gradus, & excludi per illum ſolummodo fructuum, & redituum imputationem, cum non ſolum hoc exprimat, ſed velit etiam de ipſis rebus hæreditarijs dodrantem tantum-

Digitized by Google

modo reſtitui: etenim in dict.l.iubemus, illud
tantummodo ſpeciale eſt, quod non vlterius,
quàm in ijs perſonis, & caſibus, quorum ſupe
rius mentio facta eſt, producitur, vt profite-
tur auctor eiuſdem reſcripti, in fine, vt, ſcilicet
neque ex diſpoſitione teſtatoris, fructus in
quartam imputentur, ſed vt retineatur quar-
ta hæreditatis, & dodrans reſtituatur ſecun-
dum naturam, ſcilicet, Trebellianicæ, in quã,
non niſi, quæ capiuntur iure hæredi imputan-
tur, niſi ab initio, ea contemplatione dentur,
vt in quartam imputentur, quo caſu etiam le-
gata, & quæ extra cauſam teſtamenti capiun-
tur, in vtramque quartam imputantur, l.cum
quo, §.vltimo, & l.quod autem, §.ſed ſi ideo,
ſupra eodem, quibus iuribus in hac parte fa-
uore liberorum primi gradus derogatum eſt,
per d.l. iubemus.

137 Sexto loco, ſi vera eſſet memorata diffe-
rẽtia, aliqua redderetur probabilis differẽtiæ,
ratio, & alibi veriſimiliter, quàm in hac ambi-
gua, & perplexa, l.noſtra, de ea facta eſſet mẽ-
tio, cum latiſſimè, & pluribus in locis, & parti-
bus iuris noſtri, de hac, in vtramque quartam
imputatione, agatur, ſed nulla adhuc ab In-
terpretibus reddita eſt probabilis huius diffe-
rentiæ ratio, quemadmodum, vna cum Bart.
videbimus infra opportunius, nec alibi de ea
facta eſt in iure mentio, quàm in hac l.noſtra
obſcuriſſima, quæ, ſi eam admittat, iuribus a-
lijs innumeris, in hac materia, aduerſatur, igi-
tur veriſimiliter nulla eſt, quoad imputatio-
nem, inter Falcidiam, & Trebellianicam dif-
ferentia.

138 Septimo, & vltimo loco Cuiac. ſic argu-
mentabatur, ſi plura in Falcidiam, quàm in
Trebellianicam imputarentur, adhuc ſuper-
eſſet aliqua differentia inter legata, de quibus
deducitur Falcidia, & fideicommiſſa, de qui-
bus Trebellianica deducitur, ſed hoc non eſt
aliquo modo admittendum, cõtrarium enim
profitetur Iuſtinianus in l.2.C.communia de
legat. & in §.ſed non vſque, Inſtitut.de legat.
ergo nec illud, vnde hoc ſequitur. Cæterum
nullius roboris hoc eſt apud me argumẽtum,
tum quòd tempore Marciani I.C. non omnes
erant ſublatæ inter legata, & fideicommiſſa
differentiæ, tum quia legatorum, & fideicom
miſſorum exæquatione, vniuerſalia fideicom
miſſa, de quibus Trebellianica deducitur, non
fuerunt comprahenſa. Quicquid ſit, ex alijs
ſupra adductis, veriſſimam eſſe arbitror hanc
Goffredi, & Cuiac. poſteriorem ſententiam.

Nec obſtant adducta ex aduerſo, & præſer
tim l.noſtra, in verſic. ſed in fideicõmiſſaria,
quia, vt tradidimus ſupra in expoſitione litte-
ræ, reſtringitur per verſic. pro ea verò parte,
ad ea, quæ non capiuntur à cohærede, vel ab
alio, ea enim extra quartam ſunt, ita vt ſolum-
modo quaſi legata, & portiones prælegato-
rum, quæ iure proprio capiuntur, in Trebellia
nicam imputentur, hæc autem, cum in effectu
iure hęreditario capiantur, in Falcidiam quo-
que imputantur, nulla igitur, in hac parte, eſt
inter eiuſmodi quartas differentia.

Nec obſtat ſecundum, immo potius refle-
ctitur in contrarium, quia eiuſmodi quartæ,
nomine non differunt, cum vtraque Falcidia
appelletur, vt ſupra oſtenſum eſt, in primo ar-
gumento pro hac poſteriore ſententia, nec
differunt cauſa, cum Trebellianica, eadem ſit
Falcidia, quam Falcidia lex induxit, extenſa,
ſcilicet, & producta, cum omnibus ſuis quali-
tatibus, a Senatu Conſulto Pegaſiano, de le-
gatis, ad fideicommiſſa, de quibus non fuit lo
cuta lex Falcidia, quia non erant eo tempore
in conſideratione, cum nullam haberent præ-
ſtationis neceſſitatem, §.ſed quia hęredes, In-
ſtitut.de fideicomm.hæred. iuncto principio,
eiuſdem tituli, nec differunt natura, & ratio-
ne, cum vtraque quarta, & bonorum, & hære-
ditatis quarta promiſcue appelletur, vt rectè
admonet Cuiac.lib.8. ſuarum obſeruationum
cap.4. in fin. Quòd, ſi potius altera ex his quar
tis, quàm altera eſſet bonorum quarta appel-
landa, deberet, non Trebellianica, ſed Falci-
dia appellari, quę, poſt deductum ęs alienum,
deducitur, §.vltimo, Inſtitut. eodem titulo no-
ſtro, de l.Falcid. nec tenet ſequela. differunt le
gata à fideicõmiſſis vniuerſalibus, ergo quo-
ad imputationem differre debet quarta, quæ
deducitur de fideicommiſſis, ab ea, quæ dedu
citur de legatis, cum ea ipſa quarta, quæ dedu
cebatur de legatis, fuerit, cum omnibus ſuis
qualitatibus extẽſa ad fideicommiſſa, d.§.ſed
quia hæredes.

139 Subſequitur modo ſecundus articulus, in
quo pariter contrariæ ſunt opiniones, altera
eſt opinio ſingularis Andreæ Fachinei, lib.5.
controuerſ.iur.cap.15. in tertia controuerſia,
circa finem, opinatur enim eruditus vir, nec
portionem prælegati, quæ iure hæreditario ca
pitur, in directam Falcidiam, quæ de legatis
deducitur imputari, & ſic, etiam hoc nomine
differre Falcidiam à Trebellianica, in quam ſi-
ne dubio prælegati portio, quæ iure hæredita
rio capitur, imputatur.

140 Ratio autem, qua adductus eſt, ad ita ſen
tiendum, eſt eiuſmodi. in Falcidiam, quæ eſt
quarta hæreditatis, vt apud omnes eſt in con-
feſſo,

Digitized by Google

feſſo,& probat apertè text. in l. 1. ſup. eodem,
non niſi ea, quæ veniunt hæreditatis appella-
tione, imputantur, vt colligitur ex principio
legis noſtræ, & ex l. quod autē, ſupra eodem,
141 t facit reg. in habentibus, ſymbolum facilior
eſt tranſitus, Inſtitut. in princip. de adopt. Sed
142 appellatione hæreditatis, vel portionis hæ-
reditariæ, numquam venit prælegatum, aliud
enim eſt legatum, aliud hæreditatis portio, &
143 propterea, grauatus hæreditatis portionem
reſtituere, non tenetur reſtituere prælegata,
vel fideicommiſſa, l. ſi Titius ex parte, de leg.
3. l. Marcellus, §. quidam liberis, infra ad Sen.
Conſult. Trebellian. l. Titia, ſupra eodem, igi-
tur nec legati portio, quæ capitur iure proprio
in Falcidiam imputatur, cum hæreditatis ap-
pellationem non recipiat, nam, vt inquit Fa-
chin. & ſi non valeat legatum pro parte hære-
dis, non tamen pars hæreditatis, vel hæreditas
dici poteſt, dictis iuribus.

Egò autem, ſecundo loco, pro hac Fachin.
opinione, adduco text. in l. quod de bonis, in
§. fideicommiſſum, ſupra eodem, vbi, ſi aliqua
ex parte prælegatum in Falcidiam imputare-
tur, mater, de qua ibi, cuius portio hæreditaria
ſupra dodrantem fuerat onerata legatis, non
pecuniam vniuerſam, quam iure prælegati ha
buit, ſupra quartam ſuæ portionis perciperet;
ſed, ſaltem portionem hæreditariam, in quar-
tam imputaret. At vniuerſam ſupra quartam
accipit. igitur nulla ex parte prelegatum in Fal
cidiam imputatur.

His tamē ſubtilibus rationibus minime ob-
ſtantibus, in contrariam opinionem fuerunt,
vno ore omnes alij Interpretes, nemine exce-
pto, & puto veram eſſe opinionem receptam.
144 Primum, quia, quicquid capitur iure hæ-
reditario, in Falcidiam etiam directam, quæ
deducitur de legatis, imputatur, vt habetur in
principio legis noſtræ, & in l. quod autem, ſu-
pra eodem, ſed portio prælegati, quam hæres
à ſe ipſo, non à cohærede accipit, iure hæredi-
tario capitur, vt nemo dubitat, ergo in Falci-
diam imputatur.

Secundo loco probat hanc opinionē aper-
tiſſimè text. in l. id autem, ſupra eodem, vbi in-
quit, Iur. Conſ. ſanè, ſi à ſtatu libero peculia-
res nummos accipiat, pro ſua parte quadranti
eos imputare debet, quia, pro ea parte, non
mortis cauſa capere, ſed hæreditario iure ha-
bere intelligitur. & ibi I.C. non loquitur de
Trebellianica, ſed de Falcidia, & de legatis,
ita, vt, ſine diuinatione, non poſſit ille text. ad
Trebellianicam reſtringi, quicquid ergo ca-
pitur iure hæreditario, in Falcidiam imputa-
tur, vt ibidem probatur, & in ſupra allegatis iu
ribus, ſed prælegati pars, quàm hæres pro ſua
parte accipit, iure hæreditario accipit, vt dicit
expreſsè text. in d. l. id autem, igitur in Falci-
diam imputatur.
145 Non obſtat argumentum ex aduerſo alla-
tum, primum, quia negamus in Falcidiam ſo-
lummodo imputari id, quod recipit hæredita
tis appellationem, cum ſatis ſit, vt id, quod ve-
nit imputandum, accipiatur iure hæreditario,
vt probant iura ſupra allegata, prælegati au-
tem portio, quæ non a cohærede accipitur, iu-
re hæreditario capitur, d. l. id autem. præterea
tutum non eſt, cum Fachineo affirmare, præle
gati portionem, quam à ſe ipſo capit hæres,
non venire hæreditatis appellatione, contra-
rium enim probatur in l. in fideicommiſſariā,
146 in fine, infra ad Senat. Conſult. Trebellian.
vbi inquit I.C. ſi legatum ſit hæredi relictum,
& rogatus ſit portionem hæreditatis reſtitue-
re, id ſolum non debere eum reſtituere, quod
à cohærede accipit, cæterum, quod à ſemetip-
ſo ei relictum eſt, in fideicommiſſum cadere,
Diuus Pius reſcripſit, illud etiam, quod Fachi
147 neus affirmabat, legatum, nimirum, in ea
parte, in qua non valebat, non eſſe hæredita-
tis partem, & hęreditatis appellatione non vę
nire, falſum eſſe arbitror, contrarium enim ex
preſſe probant Cai I.C. verba in d. l. id autem,
vbi inquit, qua ratione placuit, legata, quæ le-
gatarij non capiunt, cum apud hæredes ſubſe-
derint, hæreditario iure apud eos remanere
intelligi, & ideo quadranti imputanda, nec
quicquam intereſſe, Vtrum ſtatim ab initio le
gatum non ſit, An quod legatum eſt remanſe-
rit, ergo quemadmodum portio prælegati,
quam hæres à ſe ipſo capit, ſuæ portionis hæ-
reditariæ fuiſſet pars, prælegato non facto, eo
dem quoque modo, cum pro ea parte ſit fa-
ctum inutiliter, hæreditatis portio eſſe dicitur,
148 & profectò ego non video quo pacto fieri
poſſit, vt id, quod iure hæreditario capitur por
tio hæreditaria non ſit.

Nec obſtat ſecundum argumentum, à no-
bis petitum à d. §. fideicommiſſum. l. quod de
bonis, ſupra eodem, quia licet Alexand. & alij
ſentiant, quod datum fuit matri, portionis ſup
plendę gratia, pro qua matrem filius hęredem
inſtituit, prælegatum fuiſſe, re vera tamen non
fuit prelegatum, ſed fideicommiſſum, ita illud
appellat text. quod, cum nulla ex parte iure
hæreditario capiatur, mirum non eſt, ſi in Fal-
cidiam nulla ex parte imputatur.

SED, vt obiter tollamus antinomiam, quę
videtur eſſe inter iura allegata per Fachineū,

& l.

& l.in fideicommiſſariam, infra ad Sen.Con-
ſult.Trebellian. à nobis adductam, quatenus
dubitetur, an prælegata veniant in reſtitutio-
nem fideicommiſſariam, ſic breuiter diſtingu-
endum eſt, aut hæres grauatus, eſt hæres fidu
ciarius, qui fidem ſuam accommodauit, vt re-
ſtitueret incapaci, aut eſt alius quilibet hæres
non fiduciarius, ſi fiduciarius prælegatum re-
tinet, nec venit in reſtitutionem, ſi hæreditas,
tamquam ab indigno, à Fiſco auferatur, l.eum
qui, §.vltimo, ff.de his, quib. vt indign.aufer.
ſi alius quilibet hæres non fiduciarius, aut hæ
res, qui præceptiones habuit, rogatus eſt re-
ſtituere portionem ſuam ſimpliciter, vel vni-
uerſaliter quicquid ex bonis, vel patrimonio
teſtatoris, ad eum peruenerit, aut portionem
hæreditariam, ſi portionem ſimpliciter, præle
gata quoque, ſeu præceptiones, in reſtitutio-
nem veniunt, & ita loquitur, l.Marcellus, in §.
quidam liberis, infra ad Senat.Conſult.Tre-
bellian.vbi Bart.text.eſt in l.cum virum, C.de
fideicommiſ. Si portionem hæreditariam, rur-
ſus diſtinguendum eſt, quia, aut dubitamus
de legatis, & de fideicommiſſis, quæ in totum
à cohærede, vel ab alio accipiuntur, vel de ea
prælegati parte, quæ pariter à cohærede acci-
pitur, aut de ea prælegati, vel legati parte, quę
capitur iure hæreditario, primo caſu legata, &
149 prælegata, in reſtitutionem non veniunt, l.ſi
Titius ex parte, ſupra de legat.3. hæreditatis
enim appellatione, legata non continentur,
dict.l.ſi Titius ex parte. Secundo autem caſu,
rurſus diſtinguendum eſt, quia, aut antecedit
grauamen, & ſubſequitur prælegatum, aut
pręlegatum antecedit, & grauamen ſubſequi-
tur, ſi antecedit grauamen, nec prælegati por
tio in fideicommiſſariam reſtitutionem venit,
integra enim pręlegata retinentur, & in his ter
minis vendicat ſibi locum, l.Titia, ſup.eodem,
nouum enim non eſt, vt ex ordine ſcripturæ,
diuerſæ voluntatis coniectura, interdum in-
ducatur, l.cum pater, §.à te peto, ſupra de le-
gat.2.l.hæredes mei, §.vltimo, infra ad Senat.
Conſult.Trebellian.l.4.& l.penult. §.qui fra-
tris, ſupra de aliment.& cibar.legat.l.ſpecies,
ff.de aur.& argent. legat. cum ſimilibus, &
profectò membri huius reſolutio, ratione nō
caret, cum non poſſit videri hæres rogatus re-
ſtituere id, quod nōdum accepit, quodque, ſi
accepiſſet, videretur quodammodo exēptum
à reſtitutione, vt rectè conſiderat etiam Anto
nius Faber, lib.6.coniectur.cap.4. ſi verò an-
tecedit prælegatū, & ſubſequitur grauamen,
prælegatum, pro ea parte, quæ iure hæredita-
rio capitur, in reſtitutionem venit, vt probat
apertè text.in d.l.in fideicommiſſariam, in fin.
infra ad Senat.Conſult.Trebellian.& hæc ve
ra eſt ex legiſlatorum auctoritatibus huius ar
ticuli reſolutio, quem poſt Bart.& DD.ad d.l.
Marcellus, in §.quidam liberis, infra ad Sena.
Conſult.Trebellian.ad l.hæredes mei, in §.cū
ita, eodem titulo, & ad d.l.cum virum, C.de
fideicommiſ.latè tractant pragmatici varijs in
locis, & in primis Cardin.Mantica de coniect.
vltim.voluntat.lib.7.tit.7.Menoch.lib.4.præ-
ſumpt.præſumpt.194.& 195. Peregrin.de fi-
deicomm.art.7.num.21.cum ſeqq.

Subſequitur modo tertius articulus, quo
quærebamus, An totum prælegatum, inter-
dum in Trebellianicam imputaretur, &, pri-
ma facie, videtur reſpondendum affirmatiuè
cum Bart.hic, in ſeptima oppoſitione, num.2.
quem ſequuntur DD. quia illa pecunia, ſeu
certa quantitas, ſeu ſpecies illa, qua pręcepta,
iubetur hæres hęreditatem reſtituere, ſine du
bio eſt quoddam prælegatum, ſed quantitas
eiuſmodi, vel ſpecies tota, in quartam impu-
tatur, l.cum pater, in principio, ſupra de legat.
2.l.deducta, §.nummis, infra ad Senat.Con-
ſult.Trebellian.§.ſi quis vna, Inſtitut.de fidei-
comm.hæred.eſt etiam tex.in l.noſtra, in verſ.
ſed etſi accepta, igitur totum prælegatum in
Trebellianicam imputatur.

In contrarium tamen eſt veritas, nūquam
enim prælegatum, quod non niſi difformiter
capitur, imputatur in Falcidiam, vel Trebellia
nicam, niſi pro ea parte, quæ capitur iure hæ-
reditario, id quod ratione validiſſima, & inſo-
lubili comprobatur. Nihil enim quod diffor-
150 miter capiatur, in Falcidiam, vel Trebellia-
nicam in totum imputatur, ſed pro ea dumta-
xat parte, quæ capitur iure hæreditario, vt do-
cet I.C. in hac l.noſtra, in verſicu.pro ea vero
parte, probat etiam optimè tex.in d.l.deducta
in §.nummis, verſic.diuerſa cauſa prędiorum,
151 & textus in l.id autem, ſupra eodem, ſed nul
lum verum, & proprium prælegatum, quod
præcipitur anteaquam diuidatur cum cohæ-
redibus hæreditas, poteſt non difformiter ca-
pi, igitur nullum prælegatū, in totum, in quar-
tam imputatur, ſed pro ea dūtaxat parte, quæ
capitur iure hæreditario.

152 Nec obſtat argumentum ex aduerſo alla
tum, quia quicquid dicant Bart.& DD.qui ad
mittunt interdum totum prælegatum in Fal-
cidiam imputari, reſpondemus, pecuniam il-
lam, vel ſpeciem, qua accepta, iubetur quis re-
ſtituere hæreditatem, non deberi, & non ac-
quiri, ex cauſa prælegati, ſed quaſi ex legato,
vt dicit tex.in d.§.ſi quis vna, Inſtitut.de fidei-
comm.

comm.hæred. quaſi legatum autem,quod iure hæreditario capitur, præter naturam iuris hæreditarij, ideſt, ſine onere, totum in Falcidiam imputari facile admittimus,ſenſus ergo reſponſionis eſt, iura in contrarium allegata, locum habere in quaſi legato, quod DD. parum eruditè confundunt cum prælegato, non autem in vero, & proprio prælegato, quod ſemper difformiter capitur,& non niſi pro hæreditaria parte in quartam imputatur.

153 Supereſt quartus, & vltimus articulus, quo quærebamus, an ſaltem portio prælegati hæreditaria, in totum in Falcidiam imputaretur,& videbatur prima facie ſtatuendum,non niſi quartam partem portionis hæreditariæ in quartam imputari.

154 Per text.in l.Titia,ſupra eodem,vbi quædam Titia, cum haberet trecentos aureos in bonis,inſtituit hæredes Titium fratrem in tertia parte,necnon in reliquis partibus, Secundam, & Proculam, grauauitque fratrem, vt, retenta Quarta,reſtitueret Proculæ,& Secundæ hæreditatem, eidemque fratri prælegauit duo prædia, quorum quodlibet erat æſtimationis ſex aureorum, &, quia tertia pars, quæ pertinebat ad dictum Titium fratrem ex hæreditate trecentorum aureorum, aſcendebat ad centum aureos, volebat retinere viginti quinque pro quarta,deinde volebat integra prælegata,digna duodecim aureis,dubitabatur, an poſſet,& vtrum deberet aliquam prælegatorum partem in quartam imputare, & quam partem.determinat I.C. imputandam eſſe in quartam duodecimam illorum prædiorum, & ſic vnum aureum, qui efficit quartam partem portionis prælegatorum, quam Titius, non à cohæredibus,ſed iure hæreditario capit,ex duodecim enim prælegatis, capit hæres iure hæreditario quatuor,& ſic tertiam partem,octo autem,à cohæredibus.imputando ergo vnum,imputat quartam hæreditariç, & viginti quatuor detrahit de portione hæreditatis, ex fideicommiſſo cohæredibus reſtituenda,& ſic habet vigintiquinque,quç quantitas complet quartam ſuæ portionis hæreditariæ centum aureorum, & efficit duodecimã totius hæreditatis. Conſtat igitur ex his,non totam prælegati portionem,quæ iure hæreditario capitur,in quartam imputari,nam,ſi tota portio hæreditaria imputaretur,non duodecima prælegatorum, quæ eſt quarta portionis hæreditariæ, ſed tertia prælegatorum pars, quæ capitur iure hæreditario imputaretur, & ſic quatuor imputaretur aurei,nõ vnus dumtaxat. At,non tertia prælegatorum pars, ſed duodecima imputatur, igitur non vniuerſa portio hæreditaria, ſed quarta dumtaxat portionis hæreditariæ pars, imputatur.

Cæterum eiuſmodi difficilima lege, minime obſtante,in contrarium eſt veritas,& communis omnium interpretum opinio.

155 Probatur autem communis ſententia,per textum noſtrum,in verſic.pro ea vero parte, id enim omne, quod extra quartam non eſt, in quartam imputatur,ſed legati portio hæreditaria extra quartam non eſt, ſed ſolummodo id, quod à cohærede capitur, d.verſic. pro ea vero parte,ergo prælegati portio hæreditaria, vniuerſa in quartam imputatur, &,vt planius dicam.quicquid capitur iure hęreditario, in quartam imputatur, vt hic dicitur in principio, & in d.verſic. pro ea vero parte, & in l. quod autem,ſupra eodem, ſed tota prælegati portio, quæ à cohæredibus non capitur, iure hæreditario capitur, l.hæredes,§.vltimo, cum l.ſequen.ff.famil.erciſcun.l.miles ad ſororem, §.vltimo, de legat.2. l.eum qui, §.vltimo, ff. de his quæ, vt indignat. auferuntur, l. id autem,ſupra eodem, igitur vniuerſa in quartam imputatur.

156 Non obſtat tex.in d.l.Titia,in qua propterea non tota pars prælegati hæreditaria imputatur, ſed quarta illius, quæ eſt duodecima prædiorum prælegatorum,quia hæres grauatus quartam detrahit,ex voluntate teſtatoris, ſecus autem eſſet,ſi,contra voluntatem illius, quartam deduceret, vt diſertis verbis diſtinguit eadem l.Titia,& propterea hanc ſolutionem tradidit gloſ.ad l.Neſennius,in principio ſupra eodem, & hic in verbo. à cohærede ſequuntur Dyn.Bart.& alij communiter, vt teſtatur Cæſar Fiumagiolius hic,num.102.in fi. Sed difficultas eſt,rationem diuerſitatis reddere,cur,ſcilicet,imputetur tota portio prælegatorum hæreditaria,ſi quarta detrahatur contra, vel præter voluntatem teſtatoris, ſi verò ex voluntate eiuſdem teſtatoris deducatur, non niſi quarta portionis hæreditariæ imputetur,qua in re, ego, omiſſis aliorum conſiderationibus, totam hanc difficultatem facilè explico, hoc modo conſiderando. Titius, in ſupra poſito caſu inſtitutus, pro tertia parte, & grauatus dictam tertiam partem,quç deducto prælegato duodecim aureorum, erat aureorum, nonaginta & ſex,reſtituere,iubetur retinere quartam eiuſdem portionis reſtituendæ, quæ eſt vigintiquatuor aureorum,quæ quarta portionis reſtituendæ,non aſcendit ad quartam iure Falcidiæ ſibi debitam, quæ computatur,habita ratione totorum hęreditariorum bono-

bonorum ante præſtationem,ſcilicet,prælegatorum.Quapropter,cum,ante acceptum prælegatum,eius portio hęreditaria eſſet centum aureorum. Quarta Falcidia erit aureorum vigintiquinque, non autem vigintiquatuor dũtaxat, cum igitur vigintiquatuor habeat, vel retineat de portione reſtituenda fideicommiſſario,vt ſuppleat quartam debitam per legem Falcidiam,non habet neceſſe imputare ex prę legato niſi vnum, qui eſt duodecima prælegati, quandoquidem, ſi imputaret vniuerſam prælegati portionem,quam capit iure hęreditario,ratione legis Falcidiæ,vltra quartam haberet, quod eſt abſurdum;ſed, vbi iuberet talis hæres pro tertia parte inſtitutus, reſtituere ſuam portionem ſimpliciter,& ſine detractione quartę, quam eo caſu,ex diſpoſitione legis, etiam præter teſtatoris voluntatem habere debet,imputat totam prælegati portionem, quam capit non à cohæredibus,ſed iure hæreditario,Quapropter,ſi talis portio aſcenderet ad quartam totius hęreditatis, vel excederet, nihil de hęreditate reſtituenda detraheretur, vbi autem pro quarta Falcidię dicta portio nõ ſufficit,vt in exemplo poſito,debet de hęreditate reſtituenda ſupplementum detrahere, & hęc,ni fallor, eſt veriſſima ratio, licet nemo ex DD. videatur, hactenus eam aſſecutus, quæ omnem omnino ceſſare facit difficultatem.

157 Verum, quia, licet portio pręlegati hęreditaria,ſemper,ſui natura, vniuerſa ſit imputabilis in Falcidiam,non tamen ſemper imputatur tota, vt patet ex dict.l.Titia, propterea, vt hęc quoque materia dilucida reddatur, & tollantur contraria omnia, quatenus dubitetur, an,& quando, & quomodo verum, & proprium pręlegatum,quod ſemper difformiter capitur,in Falcidiam imputetur, ſic diſtinguendum eſſe arbitramur. Aut verſamur in caſibus, in quibus, ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam, in fideicommiſſariam reſtitutionem veniunt integra pręlegata, iuxta d.l. Marcellus, §.quidam liberis, infra ad Senat. Conſult.Trebellian. & l.cum virum, C.de fideicomm.Aut in caſibus,vbi pręlegata in reſtitutionem fideicommiſſariam non veniunt, vt in dict.l.Titia,ſupra eodem, primo caſu,ſiue quarta ſit deducenda ex voluntate teſtatoris, ſiue contra,vel pręter, integra retinetur quarta,de hęreditate,& bonis reſtituendis, nec eſt alicui imputationi locus.ſecundo autem caſu, Aut dubitamus de portione pręlegati, quę iure proprio,& non ab alio capitur, Aut de ea, quę capitur à cohęrede, ſi de ea,quę capitur iure proprio,rurſus diſtinguẽdum eſt,Aut quarta deducitur pręter, vel contra voluntatem teſtatoris, Aut ex volũtate illius. Si pręter,vel contra, tota portio hęreditaria imputatur, vt probatur in d.l.id autem, & hic, quia,ſcilicet, incipiendum eſt ab imputatione, & ſupplenda eſt quarta, quę deductionem ex hęreditate reſtituenda, vt minus deducatur, quàm fieri poſſit,& hoc modo intelligo,d.l.Titia,ſupr. eodem. Si verò quarta veniat deducenda ex teſtatoris voluntate;quia teſtator expreſſerit, deberei heredem grauatum,retenta quarta, vel certa quantitate, reſtituere, Aut dixit, retenta quarta,vel quadrante;reſtituas,Aut retenta nominatim ſpecie aliqua,vel quãtitate: Primo caſu,imputatur ſemper quarta portionis hęreditarię,vt in d.l.Titia.Secundo autem caſu, Aut illa quantitas ad quartam aſcẽdit, vel tranſcendit quartam Falcidię, & nihil ex pręlegato imputatur, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, l.quamdiu, ff. de acquirend.hęred. cum ſimilibus. Aut non aſcendit ad quartam Falcidię, &, tunc, facta deductione,ſecundum teſtatoris voluntatem, ſuppletur,ſi quid deeſt,ex portione hęreditaria pręlegati,ita,vt nõ pręcisè imputetur duodecima pars pręlegati, vel quarta portionis hęreditarię illius, ſed quod deeſt ad ſupplendam quartam,quia tunc incipitur à deductione,& ſuppletur per imputationem,vt latè demonſtrauimus, declarando ſupra dict.l.Titia; quinimmo, ſi illa quantitas, quę retinetur ex teſtatoris voluntate,& portio prælegati hæreditaria non ſufficiant, deducitur ſupplementum quartæ ex hæreditate reſtituenda,contra teſtatoris voluntatem. Vbi verò verſamur in ea parte,quæ à cohærede accipitur, Aut prælegatum fuit ea contemplatione datum,vt vniuerſum imputaretur,Aut ſimpliciter, ſi ea contemplatione,imputatur, argumen l.quod autem,in fine,ſupra eodem.Si ſimpliciter datum fuit, Aut dubitamus, numquid portio, quę à cohęrede accipitur,imputetur per viam compenſationis,reſpectu cohęredis,à quo accipitur,& imputatur,vt probatur generalitate rationis poſitæ in l.Neſennius,in fine,ſupra eodem,per l.filio,infra eodem, & per alia adducta per Peregrin.de fideicomm. art.3. nume.40. Aut, numquid imputetur ſimpliciter, reſpectu omnium, & non imputatur, vt hic. Conſtat ergo ex his tertiam concluſionem, quam ſupra colligebamus ex textu noſtro ſecundum communem intellectum,falſam omnino eſſe,& propterea,loco illius, cõtraria eſt concluſio reponenda,nullam,ſcilicet,eſſe differentiam,quoad imputationem,inter Falcidiam,

Digitized by Google

diam,& Trebellianicam, nec plura in Trebel
lianicam, quam in Falcidiam imputari.
158 Quinto autem loco,ſecundum lectionem
noſtram, & ſecundum noſtrum intellectum,
colligitur ex hoc textu. Fideicōmiſſum cauſa
conditionis implendæ, quod, ſcilicet,à cohæ-
rede,vel ab alio accipitur, extra quartam eſſe,
vel, ſi difformiter capiatur, pro ea parte, quæ
accipitur à cohærede, in quartam non impu-
159 tari. ratio autem eſt, quia, vt ſupra dicebamus in figuratione caſus, eſt quoddā mixtum
ex ijs, quæ iure hæreditario non capiuntur, &
conſequenter in Falcidiam non imputantur,
nimirum ex fideicommiſſo, & ex dato cauſa
conditionis implendæ.

Verum, quia hæc quoque concluſio diffi-
cultatem patitur,tum quia hic verſiculus,ſed.
& quod implendæ, ex quo quinta eiuſmodi
concluſio colligitur, legitur communiter poſt
verſic.ſed etſi accepta, tum quòd intelligitur
communiter de dato ſimpliciter cauſa condi
tionis implendæ, ſecundum quem intelle-
ctum,& ſecundum quam lectionem,reſultat
concluſio,quæ habet.Datum cauſa conditio-
nis implendæ, in Trebellianicam imputari;
propterea,vt facilius,de eiuſdem concluſionis
veritate,poſſit conſtare,duos propono diſcu-
tiendos articulos.

Primus erit,An quòd datur cauſa conditio
nis implendæ in Trebellianicam imputetur.

Secundus autem,Numquid vna,& eadem
res, poſſit ſimul ex cauſa fideicommiſſi, & ex
cauſa conditionis implendæ,dari, ita,vt condi
tio in diſpoſitionem tranſeat.

160 Quod attinet ad primum, ſunt contrariæ
Doctorum opiniones,altera eſt exiſtimantiū,
datum quoque cauſa conditionis implendæ
in Trebellianicam imputari,& conſequenter,
hoc quoque nomine, Trebellianicam a Falci
dia differre. hanc opinionem tenuerunt gloſſ.
Bart.Ripa,Socin.Iun.& DD.fere omnes,tam
antiqui,quàm recentiores hic,& alibi,& no-
uiſſimè hanc communem ſententiam defen-
dit Antonius Faber lib.6.coniectur.iuris,cap.
4.& pluribus,ad ita ſentiendum,adducti ſunt.

Et primum per textum noſtrum,in d.ver-
ſic.ſed,&,quod implendæ,qui,ſecundum vul
gatam lectionem,& ſecundum communem
intellectum, admittit datum cauſa conditio-
nis implendæ in eadem eſſe cauſa, in qua eſt
pecunia, qua accepta, iubetur hæres hæredi-
tatem reſtituere, ſed pecunia, eo modo acce-
pta, imputatur in quartam Trebellianicæ, vt
patet in d.verſic.ſed etſi accepta,qui in vulga
tis codicibus antecedit, ergo etiam id, quod
conditionis implendæ cauſa datur,in Trebel-
lianicæ quartam imputatur.

161 Secundo loco,pro hac opinione,ſic poſſu
mus, ad mentem interpretum ratiocinari, illa
ſpecies, vel quantitas, qua accepta, iubetur
quis hæreditatem reſtituere,ſine dubio cauſa
conditionis implendæ accipitur,vt probat ex
preſsè text.in l.etiam ſi putauit,§.1. verſ.pla-
nè, de pet.hæredit. ablatiuus enim abſolutus
conditionem ſignificat,& inducit, l.a teſtato-
re,ff.de condit.& demonſtr.tradunt DD.com
muniter ad Rubr. ſupra ſolut. matrimon. &
ad legem vnicam, C.quando non peten.part.
162 quibus in locis,nos quandoque diximus. at
ſpecies, vel pecunia, qua accepta, iubetur
quis hæreditatem reſtituere, in Trebelliani-
cam imputatur, l.ſi hæres, ſupra eodem, l.de-
ducta,§.nummis,infra ad Senat.Conſul.Tre-
bellian.§.ſi quis vna,Inſtitut.de fideicommiſ.
hæred.habetur in l.noſtra,in verſic.ſed etſi ac-
cepta,igitur quod datur cauſa conditionis im
plendæ,in Trebellianicam imputatur.

Tertio, & vltimo loco adducitur text. in l.
acceptis,infra eodem, qui, præterquamquod
probat in terminis hanc opinionem, poteſt e-
tiam hoc modo efficaciſſimè vrgeri.vbicūque
iubetur quis,re aliqua, vel quātitate accepta,
hæreditatem reſtituere, & eſt expreſſa perſo-
na dantis,vt puta, quia dictum eſt. acceptis à
Meuio centum,reſtituas eidem hæreditatem,
ſemper ea,quę accipiuntur, cauſa conditionis
implendæ accepta intelliguntur,quæ tamen
eo modo accipiuntur,ſi apud hęredem ſint re
manſura,in Trebellianicam imputantur,ergo
etiam ea,quæ cauſa conditionis implendæ ac-
cipiuntur,in Trebellianicam imputantur.

In contrariam tamen opinionem iuit Iaco.
Cuiac.lib.8.ſuarum obſeruationum,cap.4.An
dreas Fachin.lib.5. controuerſ.iur. cap.15. in
tertia controuerſ.& hanc eandem opinionem
tenebat etiam Dominus meus Oddus hic.

Primum per tex.in l.in ratione, 2.§.tamet-
ſi,ſupra eodem, qui,licet apertè probet poſte
riorem hanc ſententiam, ita vt non videatur
opus eſſe inductione, poteſt tamen ex eo ſic
confici argumentum, quæ in quartam ei non
imputantur,qui hęreditatem reſtiturus eſt,
non imputantur in Trebellianicam, quæ de
fideicommiſſis vniuerſalibus deducitur, §.ſed
quia hæredes, Inſtitut.de fideicomm.hæred.
Sed hæredi,hęreditatem ex fideicommiſſo re
ſtituturo,quę cauſa conditionis implendę dā-
tur,in quartam non imputantur, d.§.tametſi,
igitur data cauſa conditionis implendæ,in Tre
bellianicam non imputantur.

Cc Se-

163 Secundo loco probat hāc opinionem tex.
in l. id autem, ſupra eodem, id autem, inquit
text. quod conditionis implendæ cauſa, vel à
cohærede, vel a legatario, vel à ſtatu libero,
datur, in Falcidiam non imputatur, quia mor-
tis cauſa capitur, quod igitur mortis cauſa, &
contingenter capitur, in Falcidiam, ſiue, ſcili-
cet directa ſit, ſiue vtilis non imputatur, ſed,
164 quod datur cauſa cōditionis implendæ, mor
tis cauſa, & contingenter capitur, ergo in Fal-
cidiam non imputatur, nec dicas d. text. intel-
ligendum eſſe de Falcidia directa, quæ de le-
gatis deducitur, quia, pręterquamquòd refra-
gatur generalitati illius legis, & diuinationem
ſapit, contra regulam legis primæ, §. genera-
liter, de legatis præſtandis, & contra reg. l. ſi
putator, ff. ad l. Aquil. nulla eſt, ſecundum no-
ſtrum intellectum ad hanc legem, quoad im-
putationem, inter Trebellianicam, & Falcidi-
am differentia.

165 Tertio loco adducitur text. in l. pater fili-
am, in principio, ſupra eodem, ex qua eiuſmo
di pro hac opinione ſuboritur argumentum,
quod in teſtatoris hæreditate, tempore mor-
tis illius, non reperitur, in Trebellianicam de
qua expreſsè loquitur ille textus, non impu-
tatur d. l. pater filiam, in fin. princip. Sed quod
capitur cauſa conditionis implendę, niſi ſit res
hæreditaria, vt in l. id autem, ſupra eodem, in
ſecundo reſponſo, in teſtatoris hæreditate
non reperitur, igitur quod datur cauſa condi-
tionis implendæ, in Trebellianicam non im-
putatur.

166 Quarto, & vltimo loco, quod in Falcidi-
am non imputatur, non imputatur in Trebel-
lianicam, ſecundum noſtrum intellectum ad
hanc legem, & ſecundum ea, quæ tradidimus
in primo articulo præcedentis concluſionis,
ſed in Falcidiam, quæ deducitur de legatis,
nec per viam compēſationis, quod datur cau-
ſa conditionis implendæ imputatur, vt expreſ
sè habetur in calce huius legis noſtræ, ergo
nec in Trebellianicam.

167 Ea autem, quæ ex aduerſo afferebantur,
negotium non faciunt, & pręſertim textus no
ſter, in verſic. ſed & quod implendæ, primum,
quia non loquitur de ſimplici dato cauſa con-
ditionis implendæ, quod contingenter capi-
tur, ſed de fideicommiſſo cauſa conditionis
implendæ, quod capitur neceſſariò, nec ali-
quod eſt inconueniens, vt quandoque condi-
tio in diſpoſitionem tranſeat, vt videbimus in
ſequenti articulo, nulla eſt igitur antinomia,
inter dict. verſic. ſed & quod implendæ, & d. l.
in ratione, §. tametſi, ſupra eodem. ſi ſequamur
communes traditiones, conſtituentes differē-
tiam, quoad imputationem, inter Falcidiam,
& Trebellianicam, quia text. in d. §. tametſi, lo
quitur de ſimplici dato cauſa conditionis im-
plendæ, quod ſola mortis cauſa capitur, verſi.
autem noſter, de fideicommiſſo cauſa condi-
168 tionis implendæ, quod etiam iudicio teſta-
toris capitur, poſſet etiā intelligi de dato cau-
ſa conditionis implendæ non figura conditio-
nis, quod in quartam, quaſi in vim pretij acce-
ptum, imputatur, l. in ratione, 2. §. tametſi, ſu-
pra eodem, iuncta l. acceptis, infra eodem, ni-
hil ergo neceſsè eſt, vel cum Cuiacio, verſicu.
hunc cancellare, cum, re vera, quicquid dixe-
rit Cuiac. à Pandectis Florentinis non abſit,
licet a Pandectarum Florentinarum Scripto-
re fuerit, vt ſupra dicebamus, ob ſimilitudi-
nem verſiculorum, ommiſſus, & cum ſigno, ſeu
aſteriſco, non ſuo tamen loco, repoſitus, vel
cum Antonio Fabro lib. 6. coniecturarum,
cap. 4. & 5. vtrumque locum temerè emenda-
re, ne dixerim obtruncare, lacerare, & defor-
mare. Præterea, ſi dict. verſic. ſed & quod im-
plendæ, ſuo loco reſtituatur, & reponatur, an-
te verſic. ſed etſi accepta, vt veriſimilis omnis
coniectura ſuadere videtur, negat, fideicom-
miſſum cauſa conditionis implendæ, quate-
nus à cohærede accipiatur, in Quartam impu-
tari, cum in eadem cauſa eſſe admittat, in qua
eſt prælegati portio, quæ à cohærede accipi-
tur, quæ in neutram quartam imputatur, vt
habetur in proximo antecedenti verſic. pro ea
verò parte, ſiue igitur noſtram interpretatio-
nem probes, ſiue à communi legis noſtræ in-
tellectu non recedas, dict. verſic. ſed & quod
implendæ, negocium aliquod in propoſito
non facit.

169 Nec facit negotium ſecundum argumen-
tum, quia, vbicumque quis iubetur, ſpecie ali-
qua, vel certa quantitate accepta, hæredita-
tem reſtituere, vbi perſona dantis non eſt ex-
preſſa, intelligitur illam quaſi ex legato acci-
170 pere, non cauſa conditionis implendæ, qua-
ſi legatum autem, quod iure hæreditario ca-
pitur, præter naturam tamen iuris hæredita-
rij, vt ſæpe dictum eſt, per text. in §. ſi quis v-
na, Inſtitut. de fideicomm. hæred. in Trebel-
lianicam imputari admittimus, vbi verò, vel
171 quia perſona dantis ſit expreſſa, vel aliam ob
cauſam, ille ablatiuus abſolutus conditionem
inducat, iuxta tex. in d. l. etiamſi putauit, in §. 1.
verſ. plane, & in d. l. acceptis dicimus, cōditio-
nem inducere, figurā cōditionis nō habētem,
172 quomodo acceptum pariter admittimus in
quartā imputari, quemadmodū, ſi ea ſumma
hæres,

hæres, hæreditatem, vel rem aliam quamlibet, vendere iuſſus eſſet, quia non conditionis implendæ cauſa, ſed, quodammodo, pro pretio inferatur, vt non obſcurè docet Iur. Conſult. in d.l. in ratione, §. tametſi, ſupra eodem.

173 quicquid comminiſcatur Antonius Faber, qui arbitratur, vbi quis accepta pecunia ab aliquo, iubetur eidem hæreditatem reſtituere, conditionem per ablatiuum abſolutum inductam, figuram conditionis habere, quod ſi verum eſſet, ablatiuus abſolutus, ad futurum tempus relatus, ſemper conditionem ſignificaret, quod tamen falſum eſſe oſtendimus in prima noſtra ſelectarum diſtinctionum Centuria, diſtinctio. 18. facit optimè text. in l. à teſtatore, in fin. tradit etiam Duarenus ad l. qui Romæ, in §. Augerius, ff. de verb. oblig.

174 Et ex his facilè etiam ſoluitur tertium argumentum de d.l. acceptis, infra eodem, quæ vendicat ſibi locum in dato cauſa conditionis implendæ non figura conditionis, quod magis accedit ad id, quod datur in vim pretij, quàm ad id, quod cauſa conditionis implendæ datur, non autem in eo, quod datur cauſa conditionis implendæ figura conditionis, quod numquam in quartam imputatur, in quibus terminis procedunt iura adducta pro opinione contra communem.

175 Aut igitur datum cauſa conditionis implendę eſt datum figura conditionis, puta, reſtituas Titio hæreditatem, ſi tibi centum dederit, aut non figura conditionis, puta, acceptis centum à Meuio, des illi fundum, vel reſtituas hæreditatem, vel hęres meus accipito centum à Sempronio, & fundum, vel hæreditatem reſtituito. Primo caſu, Aut quod datur cauſa cōditionis implendę capitur difformiter, quia ſcilicet, in conditione poſitum ſit corpus, vel pecunia hæreditaria, danda implendæ conditionis gratia vni ex pluribus hæredibus, vt in l. id autem, ſupra eodem, aut capit vniformiter ex ſola mortis cauſa, ſi difformiter pro parte, quæ capitur iure hæreditario, imputatur, pro parte verò, vel pro partibus, quæ à cohæredibus capiuntur non imputatur, dict. l. id autem, ſi vniformiter ex ſola mortis cauſa capitur, in neutram quartam imputatur, vt de Falcidia eſt text. in fine legis noſtræ, & in d.l. id autem, de Trebellianica, in d.l. in ratione, §. tametſi, ſupra eodem. Secundo autem caſu, aut quod datur cauſa conditionis implendæ non eſt remanſurum apud hæredem, & non imputatur, l. acceptis, infra eodem, aut eſt remanſurum, & tunc arbitror in vtramque quartam, quod cauſa conditionis implendæ, non figura conditionis datur, imputari, quia videatur quaſi in vim pretij acceptum, & ita intelligo d.l. in ratione, §. tametſi, ſupra eodem, & l. acceptis, infra eodem.

176 Verum quia difficile eſſet in Foro, ſecundum hanc noſtram diſtinctionem, aduerſus communem ſententiam obtinere, vt quid etiam in hac materia, ſecūdum communes traditiones, ſentiendum ſit, non ignoretur. Sic, ad mentem interpretum diſtinguendum eſt, aut quod datur cauſa conditionis implendæ non eſt remanſurum apud heredem, aut eſt remanſurum, ſi non eſt remanſurum non imputatur, d.l. acceptis, Infra eodem, ſi eſt remanſurum, aut verſamur in alijs, quàm in liberis primi gradus, aut in liberis primi gradus verſamur, ſi in alijs imputatur, per text. in l. noſtra, in verſic. ſed & quod implendæ, ſecundum communem intellectum, & ſecundum vulgatam lectionem, quam ratione ordinis mendoſam eſſe demonſtrauimus. Si in liberis primi gradus, aut loquimur de iure ciuili, ſecundum quod, Trebellianica detrahitur vna cum legitima, & ſic de ſubſtantia bonorum paternorum, argumento l. 3. §. ſi patrono, ff. de bon. libert. aut de iure canonico, ſecundum quod, detrahuntur à liberis duæ quartæ, vt latè per DD. ad cap. Raynaldus, de teſtament. Primo caſu, nō imputatur, l. iubemus, C. ad Sen. Conſul. Trebellian. Secundo caſu imputatur. &, in his terminis, vendicat ſibi locum opinio Bar. hic, quę communis eſt, vt teſtantur Alc. num. 19. Ripa num. 79. & Socin. Iun. num. 69. &, hoc modo, ad mentem Interpretum, explicauimus, diſtinguendo, materiam hanc, in prima noſtra ſelectarum diſtinctionum Centuria, Diſtinctio. 64.

177 Quod attinet ad ſecundum articulum, licet ſpecialiter eū non diſcutiant Interpretes, videntur tamen communiter, tam hic, quàm alibi, & præſertim ad Rubr. ſupra ſoluto matrimonio, ſentire conditionem ſimul, & diſpoſitionem ſtare non poſſe, vt admittit Bart. hic, num. 4. in ſecunda oppoſitione, in materia Trebellianicæ, & eiuſmodi opinio pluribus, iiſdemque vrgentiſſimis probatur argumentis.

178 Et primum, quia actus, & potentia, priuatio, & habitus, & alterius generis oppoſita, ſimul, & ſemel, in eodem ſubiecto, ſtare non poſſunt, l. Titia, ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. ff. mandati. l. 1. C. de furtis. l. contra maiores. C. de inofficioſo teſtamento. l. vbi repugnantia.
179 ff. de reg. iur. Sed conditio, & diſpoſitio ſunt
180 oppoſita; diſpoſitio enim ſemper aliquid ponit
181 nit in eſſe, Conditio autem nihil ponit in eſ-

ſe, l.cedere diem, ff.de verb.ſignificat. l.ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff.ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti, igitur vnus, & idem actus, non poteſt, & conditionis, & diſpoſitionis vim habere.

182 Secundo loco, ſi conditio, & diſpoſitio ſimul ſtare poſſent, ſequeretur illud incommodum, vt quòd poſitum eſſet in conditione, ratione conditionis contingenter caperetur. l. cum ab eo ff.de contrahend. empt. iuncta d.l. ſi quis ſub conditione, ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti, ratione autem diſpoſitionis, &, tanquam fideicommiſſum, neceſſariò caperetur, vt probatur in d.l. ſi quis ſub conditione, & in princip. Inſtit. de fideicomm. hæredit. ſed hoc non eſt aliquo modo admittendum, impleat enim contradictionem, vt ad ſenſum patet, ergo nec illud debet admitti, vnde hoc ſequitur.

183 Tertio loco, ſi vnus, & idem actus numero, & conditionis, & diſpoſitionis vim habere poſſet, illud etiam ſequeretur incommodum, vt, poſiti in conditione, cenſerentur vocati, ſed hoc non eſt aliquo modo admittendum, eſt .n. contra gloſſ. communiter receptam in l. Lucius 2. ff.de hæred. Inſtit. ergo nec illud, vnde hoc ſequitur.

184 Quarto loco, ſi daretur caſus, vt conditio tranſiret in diſpoſitionem, & diſpoſitionis vim habere poſſet, illud quoque ſequeretur incommodum, vt à conditione poſſet abeſſe contingens, ſed neque hoc poteſt admitti, cum ingrediatur contingens conditionis definitionem, vt per Bart. ad l. 1. ff.de condit. & demonſtrat. num. 1. tradit etiam Alciat. ad Rubr. ſup. ſoluto matrimon. num. 7. ergo nec illud, vnde hoc ſequitur.

185 Quinto loco, ſi conditio aliquo caſu poſſet in diſpoſitionem tranſire, & vim fideicommiſſi, vel alterius relicti habere, tunc maximè haberet, quando hæredi eſſet iniuncta, & ſic honorato, qui grauari poteſt, ſed nec hæredi iniuncta conditio in diſpoſitionem tranſit, ita, vt neceſſitatem habeat præſtationis. l. id autē in princip. ſupra eod. igitur abſolutè conditio nunquam poteſt in diſpoſitionem tranſire.

186 Sexto, ſi conditio, & diſpoſitio ſimul ſtare poſſent, & conſequenter daretur, fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, is, qui cauſa conditionis implendæ caperet, legatarius eſſet, aut fideicommiſſarius, ſed hoc conſequēs eſt falſum, vt patet ex ſæpius repetita lege, ſi quis ſub conditione dandorum decem, ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti in fin. ergo falſum eſt etiam antecedens.

Septimo, ſi daretur caſus, vt res in conditione poſita, intelligeretur etiam poſita in diſpoſitione, diſpoſitio ipſa cum conditione confunderetur, ſed hoc fieri nequit, cum cōditio (quę nihil aliud eſt, quam futurus euētus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, vt per Bart. ad l. 1. ſupra de condit. & demonſtr. num. 1.) diſtinguatur realiter à diſpoſitione, quam conditionalem facit, tamquam qualitas à ſubiecto, igitur ratio non patitur, vt eadem res, quę eſt in conditione poſita, ſit etiam in diſpoſitione.

Octauo, & vltimo loco, videtur apertè probari hæc ſententia per tex. in l. in ratione 2. in §. tametſi, in fin. ſupra eod. vbi I.C. poſtquam diſtinctione adhibita, ſoluit quęſtionem principaliter propoſitam, de eo, quòd capitur cauſa conditionis implendæ, An ſcilicet in Falcidiam imputetur, ſubdit, alteram proponens dubitationem. quo loco amplius quæſitum eſt, An fideicommiſſarius quoque inuitus cogatur dare eam ſummam, & recipere hæreditatem, quaſi, & ipſius fideicommiſſum eſſet, ſed id veriſimile non eſt, cum talis oratio, magis ipſius cauſa, quàm contra ipſum, poſita videatur, vtique ſi fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ daretur, & ſic actus conditionem ſimul, & diſpoſitionem includens, vbi quis grauatus eſſet reſtituere hæreditatem Titio, ſi Titius centum daret, Titius quoque cogeretur centum dare, & hæreditatem recipere, & ſic reciprocum eſſet fideicommiſſum, ſed aliud ſtatuit in d. §. tametſi, in fin. Marcianus I.C. igitur fideicommiſſum, vel alia diſpoſitio cauſa conditionis implendæ, quæ ſimul diſpoſitio ſit, & conditio, non datur.

In contrariam tamen opinionem videntur iuiſſe gloſ. & Bart. ad l. in ratione, in dict. §. tametſi, ſupra eodem, idem Bart. ad l. à teſtatore, de condit. & demonſtrat. & ad l. fideicommiſſa, §. cum eſſet, ſupra de leg. 3. licet huius verioris ſententiæ non meminerit, & alieniſſimè, verſic. ſed & quod implendæ hic, nume. 4. vna cum Iacobo de Arena, interpretatus fuerit, & in hāc ſententiam videtur etiam ire Roman. conſil. 32. num. 7. quam nos quoque probauimus ad legem vnicam. C. quando non petent. part. num. 131. & pro hac opinione, quam veriſſimam eſſe arbitror, plura, efficaciſſima poſſunt afferri argumenta.

Primum autem peti poteſt à d. verſicu. ſed

187 & quod implendæ, huius eiuſdem legis noſtræ, nam ſi conditio in diſpoſitionem tranſire non poſſet, non daretur fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, cum ſimplex datum cauſa conditionis implendæ, nec legatum

tum ſit, nec fideicommiſſum, d. l. ſi quis ſub cō ditione dandorum decem, ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſtament. Sed datur, vt patet in d. verſ. ſed, & quòd implendę, igitur cōditio poteſt in diſpoſitionem tranſire, & ſic conditio, & diſpoſitio ſimul dari; niſi .n. fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ vtrumque includeret, nomen non eſſet conſequens rei, contra text. in §. eſt & aliud. Inſtit. de donat.

Secundo, pro eadem opinione ponderari poteſt text. in l. fideicommiſſa, in §. cum eſſet, de leg. 3. vbi duo erant inſtituti hæredes, quorum alter rogatus erat, acceptis centum à cohærede, eidem ſuam portionem hęreditariam reſtituere, quo in caſu concluditur duplex, & reciprocum eſſe fideicommiſſum, ita, vt tam il le, cui iniuncta eſt condi io centum dandi, poſſit centum præſtando cohæredem compellere, ad reſtituendam ſibi partem hæreditatis, quàm ille, qui eſt grauatus reſtituere hæreditatis portionem, poſſit compellere cohæredem, ad dandam dictam quantitatem ſibi. Ex qua quidem facti ſpecie, efficaciſſimè ſic poſſumus, pro hac poſteriore ſententia, ratiocinari. Vbicumque iubetur quis, ablatiuo abſoluto, pecuniam recipere, & hæreditatem reſtituere, expreſſa perſona dantis, ſine dubio, quod accipitur, cauſa conditionis implendæ accipitur, l. acceptis, infra eodem, l. etiam ſi putauit, §. 1. in verſic. planè, ſupra de pet. hæred. ſed eadem quantitas, eo modo in conditione poſita, etiam ex cauſa fideicommiſſi debetur, vt patet ex d. l. fideicommiſſa, in §. cum eſſet, ergo vna, & eadem res, & cauſa conditionis implendæ, & ex cauſa fideicommiſſi capi, & deberi poteſt, & ſic conditio ſimul, & diſpoſitio ſtare poſſunt, & conſequēter fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ dari, quod in diſpoſitione ſimul, & in conditione conſiſtit.

188 Tertio adduco text. in l. ſi ſeruus legatus, in §. qui margaritam, verſic. nam & cum in teſtamento, ſupra de legat. 1. Vbi teſtator rogauit Titium, vt, acceptis centum, ſcilicet, ab hærede, ſeruum manumitteret, vel aliquid Sempronio præſtaret. Quæſitum fuit, an hæres, cui eo modo erat iniuncta conditio, intelligeretur fideicommiſſo grauatus centum dare, & reſponſum fuit affirmatiuè, licet parum aptè eo modo fideicommiſſum ſcribatur, quod cum ita ſit, licet nobis, per illum textum, hoc pacto, pro hac ſententia, argumentari. Verba illa, acceptis centum, ſine dubio conditionem inducunt, d. l. acceptis, & l. à teſtatore, ſupra de condit. & demonſtrat. At ea centum, eo modo in conditione poſita, intelliguntur etiam poſita in fideicommiſſaria diſpoſitione, dict. §. qui margaritam, cum Titius, vt ibi dicitur, poſſit agere cum hærede ad dicta centum, igitur datur caſus, vt vna, & eadem res in conditione poſita, intelligatur etiam poſita in fideicommiſſaria diſpoſitione, & conſequenter datur fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ.

189 Quarto, & vltimo loco facit optimè, pro hac opinione text. in l. penultima, C. hoc eod. titulo noſtro, vbi is, qui habebat in bonis quadringentos aureos, inſtituit hęredem Titium, ea lege, & conditione, vt hæreditatem non adiret, niſi prius trecentos octuaginta aureos Meuię ſolueret, dubitabatur, An Titius hęres, apud quem viginti tantum remanebant, poſſet, de dictis trecentis octuaginta ſolutis cauſa conditionis implendæ, octuaginta deducere, quibus Falcidiæ quartam repleret, & reſcribitur affirmatiuè, ex quibus ſic poſſumus argumentari. Niſi dicta quantitas cauſa conditionis implendæ ſoluta, etiam in diſpoſitione eſſet poſita, profectò de ea Falcidia non de-

190 duceretur, cum de iis, quæ mortis cauſa capiuntur non deducatur, ſed deducitur, igitur dicta quantitas, quæ erat in patrimonio teſtatoris, ita vt de ea poſſet diſponere, & in conditione, & in diſpoſitione ſimul eſt poſita, poſtquam enim data eſt non ſolum cauſa conditionis implendæ, ſed quaſi etiam ex quadam teſtatoris cauſa mortis donatione, pecunia, quæ, in eius hęreditate reperitur, ſoluta videtur, & ita intelligit, ac pluribus etiam comprobat Franciſc. Huſman. in ſuis ad l. Falcid. paradoxis, paradox. 16. aduerſus communem Interpretum ſententiam, qui dictam quantitatem ex ſola mortis cauſa capi arbitrantur.

191 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant argumenta ex aduerſo allata, & præſertim primū, quia falſum eſt implicare, vt ſimul, & ſemel, in vno, & eodem ſubiecto, conditio, & diſpoſitio recipiātur, nec inde ſequitur, actum, & potentiam, priuationē, & habitum, vel alterius generis contraria, ſimul, & ſemel, in eodē ſubiecto reperiri, propterea quod, ſi exempli gratia, tu, & ego ſumus hæredes inſtituti, & ego ſum grauatus portionem meam hæreditariam tibi reſtituere, centum à te acceptis, nullum inconueniens eſt, vt eadem centum, & in conditione, & in diſpoſitione fuerint poſita, quia, licet conditio non ponat aliquid in eſſe, hoc intelligitur quoad diſpoſitionem, quàm conditionalem reddit, non quoad id, quod eſt in conditione poſitum, & propterea, quamdiu non impleas conditionem dando centum, nihil eſt in eſſe poſitum, quoad portionem hæreditatis,

tis,quam debeo tibi ſub cōditione dandorum centum reſtituere, ſed non inconuenit, vt in ſe diſpoſitionem includat, quia tu quoque, cum ſis honoratus pura hæredis inſtitutione, cenſearis conditione illa dandorum centum grauatus,eadem centum dare, ita,vt,ſi hæres extiteris,non poſſis non dare, ſic igitur,conditio iniuncta, pura etiam poteſt eſſe diſpoſitio,vt rectè ſentit Bart. ad d.l.à teſtatore, de cond it.& demonſtrat.num.3.reſpectu autem alterius diſpoſitionis conditio.Nec dicas,eiuſmodi implendæ cōditionis neceſſitatem,conditionem ipſam deſtruere,cuius proprium eſt, vt ſit voluntaria,vel contingens, vt ex Bart.& Alc.docebamus,quia reſpondeo, adhuc remanere contingentem, ratione potentiæ, licet ex parte voluntatis,de poteſtatiua,ſit effecta neceſſaria, nec replices, conditionem poteſtatiuam ſemper eſſe poſſibilem, quia falſum eſt, cum poſſit quis mori,ante implementum,quo caſu,facultas conditionis implendæ,ad hæredes non tranſmittitur,d.l.à teſtatore,cumque multa poſſint contingere, vt conditio non im-
192 pleatur, poteſtatiua enim appellatur, non, quia omnino pendeat à libera facultate, ſed quia magis pendet ab eius poteſtate,cui iniungitur, quàm à fortuito, & caſuali euentu, ratione ergo voluntatis eſt neceſſaria, ratione autem caſus, adhuc contingens eſt. Quinimmo adhuc poteſt etiam contingens,& voluntaria dici,quatenus poteſt ille,cui iniuncta eſt, non adeundo hæreditatem,& non acceptando præcedentem honorem,ſubterfugere conditionis neceſſitatem, & quatenus etiam poſſunt cohæredes inuicem grauati, reciprocum fideicommiſſum non agnoſcere.

Nec obſtat ſecundum,quia,vt patet ex iam dictis non implicat, vt eadem res, quatenus eſt in diſpoſitione poſita, neceſſario capiatur, voluntate dantis inſpecta, cum non poſſit nō dare,quatenus autem in cōditione poſita eſt, contingenter capiatur, quia plura poſſint accidere,quæ ſint impedimento,quo minus conditio impleatur.

Non obſtat tertium, quia etiam in conditione poſiti poſſunt eſſe vocati, licet enim regula ſit in contrarium, eſt in contrarium rationе præſumptionis, non ratione potentiæ, prætcrea recipit quamplurimas exceptiones, vt per Iaſ.ad l.conditionis,C.de pact.num.11. & per Socin.Iun ad l.Centurio, ff.de vulgar. & pupillar. num.304. tradit etiam Menoch. lib.4.præſumpt. præſumpt.76. & Ioſeph.Ruſticus latiſſimè, in tractat.de liberis in conditione poſitis,accedat etiam, quod dicta regula vendicat ſibi locum in conditione caſuali, nos autem verſamur in conditione poteſtatiua,&,per diſpoſitionem,non intelligimus aliquid,quod poſſit colligi a contrario ſenſu ex d. conditione, ſed eiuſdem conditionis implendæ neceſſitatem,quod aliud eſt.

193 Nec facit negotium quartum, primum, quia,licet conditio in diſpoſitionem tranſeat, &,ex voluntaria, fiat neceſſaria, non propterea abeſt à conditione contingens, licet enim voluntas non poſſit illius implementum impedire, poteſt tamen,alias ob cauſas, fieri,vt ſupra demonſtrauimus, vt non impleatur. Præterea contingens ingreditur definitionem ſimplicis cōditionis,de qua in locis allegatis Bar. & Alci.loquuntur, non autem definitionem relicti cauſa conditionis implendæ,de quo diſputamus, nam vbicumque conditio in diſpoſitionem tranſit,quia,ſcilicet, ei ſit iniuncta, qui ob præcedentem honorem grauari poſſit, & quia res ſit in conditione poſita,de qua poſſit diſponere teſtator,iuxta d.l.in fideicommiſſa,§.cum eſſet,ſupra de leg.3.nullum eſt fortè inconueniens,vt à non ſimplici conditione abſit contingens.

194 Non obſtat quintum,petitum à d.l.id autem,in principio. quia fatemur, non omnem conditionem,iniunctam hæredi,in diſpoſitionem tranſire, quandoquidem,ſi quis inſtituat hæredem Titium,ſi centum dederit Sempro-
195 nio, quia nullus honor conditionem antecedit,conditio autem,niſi tempore,ſaltem natura conditionali diſpoſitione eſt prior, non
196 poteſt in oneroſam diſpoſitionem tranſire: nō poſſumus enim aliquem,anteaquam eum honoremus,grauare, §.1.Inſtitut.de ſingulis rebus per fideicomm.relict. & ita intelligo, d. l.id autem,in principio. ſed ſi alicui,poſtquam fuerit purè inſtitutus,conditio poteſtatiua iniungatur, nihil eſt impedimento, quo minus conditio in diſpoſitionem tranſeat, vt in dict. §.qui margaritam, & in d.§.cum eſſet, & in l.
197 noſtra, verſic.ſed & quod implendæ. diſpoſitio autem illa,in quam conditio tranſit, vt rectè docuit Bart.ad d.l.à teſtatore,num.3.pura eſt,non conditionalis, licet enim conditio ſit, non eſt conditio ſibi, & rei in conditione poſitæ,ſed alteri diſpoſitioni, reciproco nimirum fideicommiſſo, ita, vt paſſiuè nullam habeat conditionem,ſed actiuè,& reſpectu alterius diſpoſitionis,habeat.

198 Nec obſtat ſextum, quia veriſſimum eſt, eum, qui capit legatum,vel fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ, legatarium, vel fideicommiſſarium eſſe, nec refragatur d.l. ſi quis

quis ſub conditione dandorum decem, quia loquitur de eo, qui ex ſimplici cauſa conditionis implendæ accipit, qui, anteaquam acciperet, nullum ius petendi habebat, ſecus autem eſt in eo, qui ex fideicommiſſo, cauſa conditionis implendæ capit; longa enim differentia eſt inter fideicommiſſum, vel legatum cauſa conditionis implendæ, & ſimplicem mortis cauſa capionem.

Nec facit negocium ſeptimum, quia etiam, vbi res poſita in conditione, intelligitur poſita in diſpoſitione, remanet realiter diſtincta, à diſpoſitione, ipſa conditio, quæ diſpoſitionem conditionalem facit, res .n. in conditione poſita, non eſt conditio ſibi ipſi, cum ipſa ſit, quo ad ſe, in pura diſpoſitione, vt rectè docet Bart. ad l. à Teſtatore ſupra de cond. & demonſtr. num. 3. eſt enim conditio fideicommiſſo reciproco hæreditatis reſtituendæ, iuxta terminos d. l. fideicommiſſa §. cum eſſet, non autem dationi centum aureorum, qui, dum cohæredi, hæreditatem reſtituturo, pręſtantur, ſimul, & ſemel fideicommiſſariæ diſputationi ſatiſfaciunt, & conditionem ipſam implent.

Octauum quoque, & vltimum argumentum, petitũ à d. §. tametſi, facilè diluitur, quia ibi quoque ei conditio iniungebatur, vt ſentit gloſ. in verſ. non eſt, & Bart. ad d. §. cum eſſet, qui non fuerat antea honoratus, & propterea ille fideicommiſſarius, inuitus non cogebatur ſummam, & quantitatem in conditione poſitam, dare, & hæreditatem recipere, & propterea oratio illa, magis ipſius cauſa, quam contra ipſum poſita videtur, ſecus tamẽ eſſet, vbi puræ inſtitutionis honor præceſſiſſet, vt in caſu, d. l. fideicommiſſa §. cum eſſet, vbi oratio conditionem ſimul, & diſpoſitionem inducẽs, in gratiam vtriuſque poſita intelligitur, & hoc
199 ſentit Roman. in d. conſ. 32. nu. 7. dum dicit, ablatiuum abſolutum inducere etiam diſpoſitionem, vbi prolatus eſt ab eo, qui habet diſponendi facultatem, quòd contingit, licet Roman. non declaret, vbi cõditio iniungitur perſonæ, quæ, ob præcedentem honorem, grauari poſſet, vt in d. §. cum eſſet, & vbi res in conditione poſita eſt eiuſmodi, vt de ea teſtator poſſit diſponere, vt rectè ſentit Bart. ad d. l. à teſtatore nu. 3. & facit d. l. pen. C. eod. hæc ta-
200 men reſponſio, diuinatione nõ caret, præterea eſt caſus indubitabilis, vbi perſona, cui iniuncta eſt conditio, grauari nequit, & propterea magis placet mihi, vt reſpondeamus, d. §. tametſi, vendicare ſibi locum, quando res eſt poſita in conditione habenti figuram conditionis, ſi centum dederit, tunc enim talis oratio magis ipſius cauſa, quàm contra ipſum poſita, videtur d. autẽ l. fideicommiſſa in §. cum eſſet, procedere, vbi in conditione figuram conditionis non habente, ſed per ablatiuum abſolutum concepta, res poſita eſt.

Præterea in d. §. tametſi, non dicitur abſolutè, fideicommiſſarium non poſſe cogi ſummã dare, & hæreditatem recipere, ſed veriſimile non eſſe hunc ſenſum, ſcilicet teſtatorem habuiſſe, ſi igitur ex probabili coniectura, veriſimilè eſſet cogeretur, non repugnat ergo, vt quòd in cõditione eſt poſitum, præciſè etiam
201 ex diſpoſitione debeatur, & ſic, vt conditio, abſque eo quòd deſinat eſſe conditio, in diſpoſitionem tranſeat.

Sed ad tollendam, in hanc quoque materiam, omnem contrarietatem, quatenus dubitatur, an, & quando res poſita in conditione, intelligatur etiam in diſpoſitione poſita. ſic diſtinguendum eſt. Aut conditio ei eſt iniuncta, qui non poteſt grauari, Aut ei, qui, ob præcedentem honorem, grauari poſſet. primo caſu indiſtinctè in diſpoſitionem non tranſit, l. id autem, ſupra eodem l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſtam. ſecundo autem caſu. Aut res eſt poſita in conditione, figuram conditionis non habente, Aut in habente conditionis figuram, ſi in non habente, conditio trãſit in diſpoſitionem, niſi conſtet de contraria voluntate teſtatoris. d. §. cum eſſet, & d. §. qui margaritam, verſ. Nã, & cum in teſtamento, ſi in habente conditionis figuram, in diſpoſitionem non tranſit, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe appareat, & ita intelligo, d. l. in ratione 2. §. tametſi in fin. ſ eod.

Sexto autem colligo ex hoc text. in verſic. ſed & ſi accepta. Quaſi legatum in Quartam imputari, & ratio eſt, quia cum effectu capitur iure hæreditario, licet legati habeat qualitatẽ, quatenus eſt ſine onere, & hæc cõcluſio omni caret difficultate.

Verum, quia non ſemper formulla illa acceptis centum, reſtituas fundum, vel hæreditatem, inducit, quaſi legatum, propterea operæ pretium eſſe arbitror, vt diſtinctione adhibita, declarem, ad quem actum, vel diſpoſitionem, eiuſmodi formula per ablatiuum abſolutum concepta, ſit in vltimis voluntatibus referenda.

202 Aut igitur eſt expreſſa perſona dantis, puta, acceptis centum à Meuio, eidem reſtituas, aut non eſt expreſſa, quia ſcilicet ſimpliciter dictum eſt, acceptis centum reſtituas Meuio hæreditatem, ſi eſt expreſſa, aut perſona dantis eſt eiuſmodi, quæ grauari non poſſet, & res

in cõditione poſita eiuſmodi nõ eſt, de qua te-
ſtator poſſit diſponere, aut res accipienda, &
expręſſa dãtis perſona, ſunt eiuſmodi, vt de illa
teſtator poſſit diſponere, & hunc grauare. pri-
mo caſu inducit datũ, cauſa cõditionis implen-
dæ, & ſic ſimplicem mortis cauſa capionem. l.
acceptis, infra eod. l. etiam ſi putauir §. 1. verſ.
planè ſupra de pet. hæredit. ſecundo autem
caſu, inducit relictum cauſa conditionis implẽ
dæ, legatum ſcilicet, vel donationem cauſa
mortis, vel fideicommiſſum, cauſa conditio-
nis implendæ, & ſic intelligo textum noſtrum,
in verſic. ſed, & quòd implendæ. l. fideicom-
miſſa §. cum eſſet ſupra de leg. tertio, & d. l. ſi
ſeruus legatus in §. qui margaritã ꝟ de leg. 3.
ſi verò non eſt expræſſa perſona dantis, aut te
ſtator iubet hæredem, accepta quota, puta
triente, vel quadrante, reſtituere hæredita-
tem, aut accepta ſpecie, vel certa quantitate,
ſi quota, inducitur retentio partis hæreditaris
iure hæreditario, ſecundũ eiuſdẽ iuris hæredi-
tarij naturam, ideſt cũ ſuo onere, & ſic reſtrin
gitur fideicommiſſum §. ſi quis vna Inſtit. de
fideic. hæredit. ſi certa quantitate, vel ſpecie,
aut verſamur in hærede inſtituto ex aſſe, aut
in inſtituto pro parte, & habente cohæredes,
ſi in inſtituto ex aſſe, inducit quaſi legatum,
quod iure hæreditario capitur, præter illius
naturam, ideſt ſine onere, d. §. ſi quis vna, Inſt.
de fideicomm. hæredit. & ita intelligitur verſ.
ſed & ſi accepta, huius legis noſtræ, ſi verò lo-
quimur de inſtituto pro parte, aut iubetur,
accepta ſpecie, vel quantitate, de propria ſua
portione, vel pecunia in genere, quæ de pro-
pria portione accipi poſſet, hæreditatem reſti-
tuere, aut iubetur re aliqua, vel quantitate, nõ
de ſua portione accepta, pariter hæreditatem
reſtituere. Primo caſu, quaſi legatum induci-
tur, l. deducta §. nummis, infra ad S. C. Trebell.
Secundo autem caſu, rurſus diſtinguendum
eſt, quia, aut ſpecies, vel quantitas accipienda
eſt de portione illius, cui reſtituenda eſt hære-
ditas, aut de communi, ſi de certa portione il-
lius, cui reſtituenda eſt hæreditas, inducit fi-
deicommiſſum, cauſa conditionis implendæ,
vt hic, in verſ. ſed & quòd implendæ, & in d.
l. fideicommiſſa, §. cum eſſet, ſupra de leg. 3. ſi
de communi, inducitur prælegatum, quod dif
formiter capitur, cauſa conditionis implende,
vt colligitur ex tex. noſtro, in verſ. ſed in fidei-
commiſſaria, iuncto verſic. Pro ea verò parte,
& ex d. l. deducta §. nummis, infra ad S. C. Tre-
bell. iuncta l. id autem ſupra eodem.
203 Septimo loco colligo ex verſic. ſi quid ve-
rò implendæ. Si legatus ſit fundus centum di-
gnus alicui, ſi quinquaginta hæredi dederit,
computandum eſſe pro legato centum aureo-
rum.

Verum, quia concluſio redditur dubia ex
his, quæ tradit Bart. hic num. 2. in decima op-
poſitione, in materia Falcidiæ, propterea eam
paucis in quæſtionem voco.
204 Videtur igitur prima facie, ex ſententia
Guidi Panciroli, in ſuo theſaur. variarum lect.
lib. 2. cap. 105. verſic. ſed ego non video, falſa
concluſio. Primum per l. qui fundum, in princ.
ſupra eod. vbi inquit I. C. qui fundum ſolum
in bonis centum relinquebat, ſi hæredem ſuũ
damnauerit, vt eum quinquaginta Titio ven-
deret, non eſt exiſtimandus amplius, quàm
quinquaginta legaſſe, ideoque l. Falcidia lo-
cum nõ habet, idem eſt igitur legare fundum
centum Titio, ſi quinquaginta dederit, &
damnare hæredem, vt vendat fundum cen-
tum Titio, pro quinquaginta, ſed vbi damna-
tur hæres vendere fundum centum, pro quin-
quaginta, non eſt exiſtimãdus amplius, quàm
quinquaginta legaſſe, ergo nec amplius, quã
quinquaginta legaſſe exiſtimandus eſt, is,
qui fundum Titio legauit, ſi quinquaginta de-
derit.
205 Secundo loco adducitur tex. in l. ſi dignũ,
ſupra eod. vbi inquit Sceuola, ſi dignum de-
cem fundum, damnetur hæres quinque ven-
dere, ſine dubio quinque erunt imputanda
Falcidiæ. Ex hoc quoque contextu, ſic poſſu-
mus, aduerſus ſextam hanc concluſionem ra-
tiocinari, ſi in computatione legis Falcidiæ de
fundo legato deduceretur ea quantitas, quæ
à legatario accipitur, ita, vt legans alicui fun-
dum centum aureorum, ſi quinquaginta de-
derit, non videatur, niſi quinquaginta legaſſe,
illa quantitas, quæ à legatario accipitur, in Fal-
cidiam non imputaretur, vt patet ex text. no-
ſtro, in fin. ſed d. quantitas in Falcidiam impu-
tatur, vt patet ex d. l. ſi dignum, igitur legans
fundum dignum centum, pro quinquaginta,
non niſi quinquaginta in computatione legis
Falcidiæ legaſſe cenſebitur.
206 Tertio, ad mentem Panciroli, in theſauro
variarum lect. lib. 2. cap. 105. adducitur tex. in
l. ſed ſi hoc, in §. 1. ſupra de condit. & demoſtr.
qui poteſt hoc modo induci: in computatione
legis Falcidiæ, illud debet intelligi legatum,
quod legatarius ex cauſa legati intelligitur ac
207 cipere, cum correlatiuorum eadem ſit iuris
diſpoſitio, l. 1. C. de cupreſ. lib. 11. l. vlt. C. de
208 indicta viduit. tol. ſed vbi quis aliquid legat
alicui, ſi aliquam ſummam dederit, illud intel-
ligitur legatarius, ex cauſa legati accipere,
quod

quod ſupereſt deducta ſumma, quam ſoluit, cauſa conditionis implendæ, dict. l. ſed ſi hoc §. 1. ergo, vbi legatus eſt alicui fundus centum, ſi quinquaginta dederit, fieri debet computatio, vt non niſi quinquaginta fuerint legata.

In contrarium tamen eſt veritas, & Bart. opin. num. 2. in decima oppoſitione, quem ſequuntur DD. communiter, & in primis Ripa num. 57. & Soc. Iun. num. 55.

209 Primum per text. apertum, in l. noſtra, in fin. etenim, ſi falſa eſſet concluſio, legato alicui fundo centum, ſi hæredi legatarius quinquaginta dederit, non centum legatis computatio fieret, ſed quinquaginta, &, quod conditionis implendæ, cauſa hæres à legatarijs acciperet, in Falcidiæ computatione prodeſſet, ſed neutrum eſt ex his, vt patet in tex. noſtro, igitur concluſio eſt veriſſima, ita, vt de ea dubitari non poſſit, vbi enim caſus legis ibi nulla dubitatio, l. continuus, §. cum ita ff. de verborum obligationibus.

210 Secundo, probatur per text. in l. ſi fundus legatus, ſup. eod. ſi fundus legatus ſit, inquit ibi Paul. quinquaginta dignus, ſub conditione, ſi quinquaginta hæredi dediſſet, plerique putant vtile eſſe legatum, quia, conditionis implendæ cauſa datur, nam conſtat etiam Falcidiam eum pati poſſe. profectò, ſi in computatione legis Falcidiæ illud ſolummodo intelligeretur legatum, quod ſupereſſet, eo deducto, quod conditionis implendæ cauſa ſoluitur, legatum fundi quinquaginta, ſub conditione dandorum quinquaginta, eſſet omnino inutile, nihil enim eo deducto, quòd ſoluetur, cauſa conditionis implendę, ſupereſſet, & de eo Falcidia non deduceretur, cum non

211 entium nullæ ſint partes. l. eius, qui in prouincia ff. ſi centum petatur. At valet huiuſmodi legatum, & Falcidiam patitur, vt, diſertis verbis, docet Paul. I.C. in d. l. ſi fundus legatus, ſupra eod. igitur, in ratione legis Falcidiæ, ea fit computatio, vt, quod legatum eſt, intelligatur legatum, nulla facta deductione eius, quod cauſa conditionis implendæ ſoluitur, ita, vt legans fundum centum alicui, ſi quinquaginta dederit, centum, non quinquaginta tantummodo, legaſſe intelligatur.

212 Non obſtant primum, & ſecundum argumentum ex aduerſo allatum, quia d. l. qui fundum, in principio, & d. l. ſi dignum, ſupra eodem, loquuntur de eo, quod datur in vim pretij, concluſio autem noſtra eſt de eo, quod datur cauſa conditionis implendæ, fatemur enim, quod datur in vim pretij, quod ſuccedit loco partis rei, minuere, in computatione legis Falcidię, legatum, & in quartam imputari, vt in dictis iuribus, aliud autem eſt in eo, quod datur cauſa conditionis implendæ, vt hic, & in d. l. ſi fundus legatus.

213 Nec obſtat tertium, petitum à dict. l. ſed ſi hoc, in §. 1. quia ibi, alicui legabatur vltra ſummam, quam capere poterat, ſi aliquid cauſa conditionis implendæ daret, quod datum cauſa conditionis implendæ minuit, in caſu, d. §. 1. legatum ex veriſimili mente teſtatoris, ne, maiorem ſummam legãdo, minus videatur cum effectu legaſſe, quam quod iure capere poterat, quæ ratio ceſſat in computatione legis Falcidiæ, in qua, cum habeamus iura expreſſa, vt ſupra viſum eſt, nihil eſt cur ſimilia in contrarium obijciamus, inter quæ ius diuerſum apertè eſt conſtitutum.

214 Octauo, & vltimo colligo ex hoc text. datum cauſa conditionis implendæ, nec per compenſationem quidem, & reſpectu eius, à quo accipitur, in Falcidiam imputari. Verum quia, vltima hæc concluſio, difficultate non caret, propterea eam breuiter in quæſtionem voco, & quæro. An id, quod cauſa conditionis implendæ accipitur, in Falcidiam imputetur, ſaltem reſpectu eius, à quo accipitur, & ſic per viam compenſationis.

Sunt ergo, in propoſita difficultate, pugnantes interpretum opiniones, altera eſt affirmatiua, quam probat Accurſ. hic, in verbo legatarijs. & ſequuntur nonnulli alij (quos, tacitis nominibus refert Bar. hic) ad d. l. qui fundum, in prin. ſup. eo.

215 Et pro hac opinione. Primum adducitur textus in l. Neſennius, in fin. princip. ſupra eodem, quatenus eo loci ſupponit I.C. eum qui legatum præſtaturus eſt, ſi aliquid ab eo, cui eſt præſtaturus, ex teſtamento quomodocumque petat, etiam iure, ſcilicet non hæreditario, non eſſe audiendum, deſiderantem vti aduerſus eum beneficio legis Falcidię, quaſi ſentiat, quicquid à legatario hæres quomodocumque petat, & capiat, reſpectu illius, in quartam imputari. Sed quod cauſa conditionis implendæ accipit, petit, & capit ab eodem legatario, cui ex teſtamento legatum eſt præſtaturus, igitur, reſpectu illius, iure cuiuſdam compenſationis, debet in quartam imputari.

Secundo loco adducitur text. in l. in ratione, 2. §. tametſi, ſupra eodem, qui ita pro hac opinione inducitur, id, quod hæres accipere iuſſus eſt ab eo, cui aliquid ex teſtamento tradere, & præſtare debet, in quartam ſine dubio imputatur, d. §. tametſi, ſed qui iubetur dare

ex cauſa legati fundum centum, ſi legatarius
ei quinquaginta dederit, iuſſus eſt accipere,
vt aliquid ex teſtamento præſtet, igitur dicta
quinquaginta in quartam debent imputari.

In contrariam tamen opinionem iuit Cy-
nus, quem refert Bart. hic, num. 2. in decima
oppoſitione, ad l. pen. C. eod. & hanc puto ve-
riorem eſſe ſententiam.

Primum per textum noſtrum, in fin. vbi il-
la quinquaginta, quæ ab hærede fundum cen
tum præſtaturo, implendæ conditionis cauſa
accipiuntur, ſi datum cauſa conditionis im-
plendæ in quartam, reſpectu eius, à quo acci-
pitur imputaretur, profectò, in caſu legis no-
ſtræ, imputarentur. Sed non imputantur, vt
patet hic, in vltimis verbis, igitur datum cau-
ſa conditionis implendæ, nec reſpectu eius à
quo accipitur, per viam compenſationis, im-
216 putatur. Nec dicas, textum noſtrum intelli-
gendum eſſe de ſimplici imputatione reſpectu
aliorum, non de compenſatione, quia eiuſmo-
di intellectus diuinatiuus eſt, contra l. ſi pu-
tator, ff. ad l. Aquil. & temere reſtringit tex-
tus generalitatem, contra regulam legis pri-
217 mæ, §. generaliter, ff. de legat. præſtand. ver-
bum enim, imputare, generaliter refertur ad
imputationem, tam reſpectu eius à quo acci-
pitur, quàm reſpectu aliorum d. l. Neſennius.

Secundo adducitur text. in d. l. ſi fundus le-
gatus, ſupra eodem, vbi, ſi fundus legatus ſit
quinquaginta dignus, inquit text. ſub hac con
ditione, ſi quinquaginta hæredi dediſſet, ple-
rique putant vtile eſſe legatum, quia condi-
tionis implendæ cauſa datur, nam conſtat e-
tiam Falcidiam eum pati poſſe, quibus ex ver
bis eiuſmodi ſuboritur argumentum, quod in
218 Falcidiam imputatur, ſi ſuppleat, quod de-
ducendum eſt, impedit vſum legis Falcidiæ,
d. l. Neſennius, ſed quinquaginta, quæ dantur
cauſa conditionis implendæ, a legatario, hære
di fundum præſtaturo, in caſu d. l. ſi fundus,
non ſolum ſupplēt, ſed excedunt etiam, quod
eſſet deducēdum, reſpectu eiuſdem legatarij,
& tamen, nec reſpectu illius, imputātur, vt ibi.
igitur, quod datur cauſa conditionis implen-
dæ, nec per viam compenſationis, reſpectu e-
ius, à quo accipitur, in Falcidiam imputatur,
nec dicas cum gloſa in d. l. ſi fundus, eum, qui
legatum accipiebat, iuſſum fuiſſe dare cauſa
conditionis implendæ dicta quinquaginta,
non eidem hæredi, à quo accipiebat legatum,
ſed alteri, quia hæc quoque declaratio eſt diui
natiua, & ſuo auctore indigna.

219 Tertio adducitur text. in l. Plautius, ſu-
pra de condit. & demonſtr. vbi quidam liber-
tus, puta Titij, inſtituit hæredem Plautium,
præterito patrono, eundemque hæredem gra
uauit, vt perceptis decem, totam hęreditatem
reſtitueret. mortuo liberto Titius, patronus,
per contra tabulas tertiam partem hæredita-
tis, ſibi debitam, abſtulit, dubitatur, An fidei-
commiſſarius, diminuta hæreditate ſibi reſti-
tuenda, debeat, pro rata, & ſic pro tertia par-
te, exonerari à præſtatione decem aureorum,
& concluditur affirmatiuè, deinde ſubdit I. C.
diuerſum eſt, ſi Falcidia interueniat, & minuat
legatū, nam his caſibus, nihil repetetur, quòd
in ſolidum conditioni paretur, quibus ex ver-
bis ita poſſumus ratiocinari. Si quod datur
cauſa conditionis implendæ, ſaltem reſpectu
eius, à quo accipitur in Falcidiam imputare-
tur, Falcidia interueniente, aut in ſolidum cō-
ditioni non pareretur, aut eo, quod debetur
cauſa conditionis implendæ, in ſolidum ſolu-
to, vel Falcidia non deduceretur, ſi ſolutum
ſuppleret id, quod hæres deducere deſidera-
ret, vel ſaltem pro ea parte, facta compenſa-
tione, non deduceretur, at neutrum fit ex his,
vt conſtat ex d. l. Plautius, in verſic. diuerſum
eſt, ergo id, quod datur cauſa conditionis im-
plendæ, nec in Falcidiam quidem imputatur,
vbi ſoluitur eidem, qui præſtat legatum.

220 Quarto, probatur hæc opinio, quia omnis
imputatio eſt receptio rei debitæ ex alia cau-
ſa, pro ſatisfactione etiam Falcidiæ, ſed quòd
accipitur cauſa conditionis implendæ, nulla
ex cauſa debetur, l. ſi quis ſub conditione dan
dorum decem, ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſtam.
ergo in his, quæ capiuntur cauſa conditionis
implendæ, non cadit imputatio.

221 Quinto, & vltimo loco. ſi quòd accipitur
cauſa conditionis implendæ, ab eo, qui lega-
tum eſt præſtaturus, in Falcidiam imputare-
tur, aut imputaretur anteaquam accepiſſet,
aut poſtea, ſed neutro caſu ratio patitur, vt im
putetur, ergo abſolutè non imputatur. Minor
probatur, quia, anteaquam mihi des cauſa
conditionis implendæ, cum ego nihil debeam
conditione non purificata, & mihi nihil de-
beatur, cum petere, quod poſitum eſt in con-
ditione, non poſſim, compenſationi locus eſſe
non poſſet; poſtquam vero dediſti, & ex datio-
ne purificata conditione incipio tibi debere,
nulla ratio patitur, vt compenſem, quod iam
mihi ex alia cauſa perfectè acquiſitum eſt.

222 Non obſtant nunc contraria, & pręſertim
primum argumentum, petitum à d. l. Neſen-
nius, quia non loquitur d. l. de eo, quòd datur
cauſa conditionis implendæ, ſed de legato, &
de fideicommiſſo, quæ ex teſtamento petun-
tur,

tur, non autem de his, quæ peti non poſſunt, ſed pendent à libera volũtate dantis, cuiuſmodi eſt, quòd datur cauſa conditionis implendę, l. ſi quis ſub conditione, ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti, & hæc ſolutio, quam refert Bart. hic nu. 2. in decima oppoſitione, fuit Cyni ad l. pen. C. eod. longe enim diuerſa eſt ratio inter legata, & fideicommiſſa, quę neceſſario ex teſtamento capiuntur, & in gratiam hæredis præſtantur, & data cauſa conditionis implendæ, quæ capiuntur ex cauſa teſtamenti contingenter, & in gratiam eius, qui ſoluit pręſtantur, vt per Soc. Iun. hic num. 59. tradit etiã Cæſar Fiumagiolius num. 166. & hanc ſolutionem ſequſitur communiter DD. nimirum poſt Angel. Picus hic num. 80. Ruin. num. 10. & Ripa num. 62. vbi efficaciſſimis rationibus Bart. ſolutionem reprobat, licet communis ſit. eandem ſequuntur etiam ad l. filium quem habentem, C. famil. erciſc. Lancelot. Politus nume. 56. & Io. Coraſ. num. 48.

221 Nec obſtat ſecundum argumentum de d. §. tametſi, quia vendicat ſibi locum in dato, cauſa conditionis implendæ, non figura conditionis, quòd, non modo reſpectu eius à quo accipitur, in quartam imputari, ſed etim ſimpliciter, & reſpectu omniũ facilè admittimus, cum quodammodo in vim prætij accipi videatur, vt patet ex eod. §. tametſi, dummodo ſit remanſurum apud hæredem iuxta tex. in l. acceptis, infra eodem.

222 Nunc autem explicatis ijs omnibus, quæ pertinebant ad concluſiones ex text. noſtro elicitas, vt ſummatim, ex diſputatis articulis, fructum colligamus, anteaquam veniam ad quartã partem noſtræ interpretationis, in qua Bart. quæſtiones ſunt examinandę, duo faciã.

223 Primum diſtinctione adhibita, docebo, quæ, & quando in Falcidiam imputentur.

Secundo, quæ ſit differentia, ſecundum communes traditiones, inter Trebellianicam, & Falcidiam, quoad imputationem.

Quod attinet ad primum, breuiter ſic diſtinguendum, aut de his dubitamus, quæ capiuntur extra cauſam teſtamẽti, aut de his, quæ ex teſtamenti cauſa capiuntur, ſi de his, quæ non occaſione teſtamenti capiuntur, aut non conſtat ea contemplatione eſſe data, vt imputentur, ſed verſamur omnino in dubio, aut tacitè, vel expræſsè conſtat, teſtatorem voluiſſe, quod dedit extra cauſam teſtamenti, in Falcidiam imputari, ſi non conſtat, in dubio non imputatur, l. pater filiam in princip. ſupra eod. ſi conſtat teſtatorem voluiſſe imputari, aut voluit ab initio, quando extra cauſam teſtamẽti dedit, & imputatur, l. cum quo §. vlt. ſupra eod. aut ex poſt facto, & non imputatur, d. l. pater filiam, in princip. ſi verò de his dubitamus, quæ ex cauſa teſti capiuntur, aut verſamur in ijs, quæ capiuntur contingenter, aut in ijs, quæ capiuntur neceſſariò, ſi in ijs, quæ capiuntur contingenter ſi in ijs, quæ capiuntur cauſa conditionis implendæ; aut in ijs, quæ non cauſa conditionis implendæ capiuntur. primo caſu, aut dantur figura conditionis, aut non figura conditionis, ſi figura cõditionis, non imputantur, vt in l. in ratione 2. in §. tametſi, & in l. ſi fundus legatus, ſup. eod. nec per viam quidem compenſationis, vt in l. noſtra, in fin. ſi non figura conditionis, aut, quòd datur, cauſa conditionis implendæ eſt remanſurum apud hæredem, & imputatur, aut non eſt remanſurum, & non imputatur, l. acceptis infra eod. ſi verò dantur, non cauſa conditionis implendæ, ſed in vim modi, vel in vim prætij; imputantur. l. ſi dignum, & l. qui fundum ſupra eod. colligitur etiam ex d. §. tametſi, vbi verò verſamur in eo, quòd capitur neceſſariò, aut capitur vniformiter, aut difformiter, ſi vniformiter, aut iure hæreditario, vel quaſi, aut iure non hæreditario, ſi iure hæreditario, vel quaſi, imputatur, vt hic, & in l. quod autem ſupra eod. & in l. ſi hæres ſupra eodem, in l. deducta §. nummis infra ad S. C. Trebell. & in §. ſi quis vna Inſtit. de fideicomm. hæred. quæ iura de eo loquuntur, quod ex quaſi legato acquiritur, quod iure quaſi hæreditario dicitur capi, vt ſupra pluribus in locis admonuimus, ſi iure non hæreditario, vel quaſi, ſed iure, puta, legati, vel fideicommiſſi, ſiue ſimplici, ſiue cauſa conditionis implendæ, rurſus diſtinguendum eſt. Nam, aut, ea contemplatione fuit datum, vt imputaretur, & imputatur, l. quòd autem in fin. ſupra eod. aut non conſtat, ea contemplatione datum fuiſſe, & tunc, aut dubitamus, nunquid imputetur ſimpliciter, & non imputatur, vt hic, aut nunquid imputetur reſpectu eius, à quo accipitur, per viam compenſationis, & imputatur; l. Neſennius, in princip. ſupra eod. l. filium quem habentem, C. famil. erciſc. ſi verò difformiter, aut loquimur de ea parte, quæ capitur à cohærede iure legati, aut de ea, quæ capitur iure proprio, & hæreditario, ſi de prima, aut data eſt ea contemplatione, vt imputetur, & imputatur, d. l. quod autem in fin. ſupra eod. Aut non eſt data ea contemplatione, & tunc ſimpliciter non imputatur, vt hic, in verſic. pro ea verò parte, reſpectu autem eius, à quo accipitur, imputatur d. l. Neſennius in princ. & l. filio infra eodem,

ſi de ſecunda, quæ capitur iure hæreditario, vniuerſa eſt imputabilis in Quartam, vt hic, & in d.l. quòd autem, quando tamen deducitur aliquid ex voluntate teſtatoris, ex portione prælegati, quę capitur iure hæreditario, tantum imputatur, quantum ſufficit, ad ſupplendam quartam, iuxta l. Titia ſupra eod. ſecundũ noſtrum intellectum, & hanc veriſſimam putamus eſſe, in hac materia, Diſtinctionem quam ſcripſimus etiam in prima noſtra Selectarum Diſtinctio. centuria, quæ eſt in ordine 65.

224 Verum quia hæc Diſtinctio, quæ communis eſt Falcidiæ, & Trebellianicę, in aliquibus communi opinioni aduerſatur, propterea ſupereſt, vt breuiter videamus, quæ, ſecundum communes traditiones, ſit inter Falcidiam, & Trebellianicam differentia, quoad imputationem.

Differentia igitur in eo eſt, quia, ſecundum communes traditiones, plura imputantus in Trebellianicam, quàm in Falcidiam, nam in Trebellianicam legata, fideicommiſſa, & id etiam quòd capitur cauſa conditionis implendæ, vbi remanſurum ſit apud hæredem, etiam ſimpliciter, & reſpectu omnium, imputantur, vt probatur in tex. noſtro, in verſ. ſed in fideicommiſſaria, ſecundum communem intellectum, & in l. acceptis infra eod. quæ tamen in Falcidiam non imputantur, propterea quòd datum cauſa conditionis implendæ, abſolutè non imputatur in Falcipiam, vt hic, in fin. legata autem, & fideicommiſſa imputantur ſolummodo reſpectu eorum à quibus accipiuntur, & ſic per viam compenſationis tantũmodo, iuxta text. in d.l. Neſennius in princ. ſupra eodem.

Nunc autem, anteaquã veniamus ad quartam, & vltimam partem huius interpretationis, quæ pertinet ad Bart. quæſtiones de legitima, explicandæ ſunt quatuor eiuſdem Bart. quæſtiones, ad Falcidiam, & Trebellianicam pertinentes.

Prima eſt, qua quærit, ſuppoſita communi differentia, vt plura ſcilicet imputentur in Trebellianicam, quàm in Falcidiam, quæ ſit differentiæ ratio.

Secunda, ſi ab eodem hærede, & fideicommiſſum vniuerſale, & legata ſint præſtanda, quæ, & quomodo in Quartam ſint imputanda.

Tertia, quæ ſit ratio differentiæ, inter corpus hęreditarium, & pecuniam, vel corpus nõ hæreditarium.

Quarta, & vltima, vtrum Falcidia, & Trebellianica poſſit detrahi in vna re particulari.

Redeundo igitur ad primam, vt ſingulas ſigillatim examinemus, primum dicimus, fruſtra de ratione differentiæ diſputari, vbi differentia non reperitur, non entium enim nullæ ſunt partes, vulgata l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. pet. & propterea mirum non eſt ſi DD. hucuſque probabilem rationem differentiæ non inuenerunt, ingenuè fatentes durũ hunc lapidem, ſemper ſtetiſſe in dentibus maiorum noſtrorum, & vix reperiri poſſe probabilem rationem, hæc enim difficultas, circa differentiæ rationem, mirificè comprobat ſententiam noſtram, differentiam ipſam negantem; probabile enim non eſt, differentiam eſſe inter huiuſmodi Quartas, ratione carentem, & auctoritate, nulla enim aperta iuris auctoritate nititur, cum lex noſtra, in qua fundatur, obſcuriſſima ſit, & perplexa, & ſenſum alium probabiliorem recipiat, vt ſupra oſtenſum eſt, profectò planior eſt tex. in §. ſed quia hæredes. Inſtit. de fideic. hæredit. qui omnem differentiam videtur excludere, dum ſenatum cenſuiſſe, teſtatur ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde licere Quartam partem retinere, atque ex l. Falcidia, ex legatis retinere conceditur.

225 Suppoſita tamen communi differentia, à qua tutum non eſſet, in iudicando, & conſulendo, recedere, multiplex eiuſdem differentiæ ratio ab interpretibus redditur, nimirum à gl. hic, & à Bar. num. 6. à Baldo ad l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. vbi aliam reddit etiam Matheſilanus, à Caſtrenſe etiam ad l. primam, ſupra eodem, num. 11. & à Paul. de Monte Pico hic, ab Alc. lib. 6. paradoxorum, cap. 4. à Duareno lib. 2. diſputat. anniuerſ. cap. 10. ab Angelo Mattheac. lib. 2. de via, & ratione iuris, cap. 22. ab Antonio Fabro lib. 6. coniecturarum iuris, cap. 3. & 4. & ab alijs quas ferè omnes recenſent, & reprobant hic Ripa à num. 86. vſque ad numerum 89. Socin. Iun. à num. 70. ad 76. & Ioan. Bologn. à num. 204. ad 217. necnon Cæſar Fiumagiolius nouiſſimè à num. 239. ad numerum 255. eaſdem etiam ferè omnes reprobat Alc. in d. cap. 4. Verum

226 quia probati præceptoris eſt, vt docemur à Platone lib. 6. de Republica, non in varijs opinionibus recenſendis, & confutatis laborare, ſed in veritatis indagatione, propterea, illis omiſſis, breuiter aperiam quid, in hac materia, ſentiendum ſit.

Arbitror igitur, vbi vera ſit communis differentia, vt plura imputentur in Trebellianicam,

cam, quàm in Falcidiam eam eſſe veram diffe rentiæ rationem, quam reddit Ripa hic, num. 4. quamque ſibi aſcribit, tacito auctore, Antonius Faber lib. 6. coniecturarum, cap. 3. & 4. & quæ, ſi rectè perpendatur, parum diſtat ab ea, quam reddunt Alc. lib. 6. paradox. cap. 4. & Duaren. lib. 2. diſputat. anniuerſ. cap. 10. quæ etiam omnes rationes coincidunt, cum ea, quam affert Bart. hic, num. 6. quæ videtur eſſe communis.

Ratio igitur eſt, quia, cum teſtatores per legem Falcidiam, qua coanguſtata eſt latiſſima legandi facultas, tributa à lege duodecim tabul. l. verbis legis, ff. de verb. ſignificat. ita vt hodie teſtatores vltra dodrantem legare non poſſint, nulli dubium eſt, vbi vniuerſum patrimonium erogatum ſit legando, ipſo iure legata eſſe per l. Falcid. reſecata, ita, vt pro quarta parte non valeant, l. Plautius, l. lineam margaritarum, ſupra eodem, & conſequenter ipſo iure à lege ipſa conflata eſt, ex quartis partibus ſingulorum legatorum, quarta hereditatis remanſura apud ipſum hæredem, perinde ac, ſi pro illis partibus, legatum non eſſet, cum non quicquam interſit, vtrum ſtatim ab initio legatum non ſit, an quod legatum eſt remanſerit, l. id autem, ſupra eodem, in fin. & conſequẽter, cum per legem Falcidiam, quadrans datus & cõſtitutus ſit, priuſquam à teſtatore aliquid legetur, vel fideicommittatur, non poſſunt in eiuſmodi quadrantem, cui nihil deeſt, legata, ſeu fideicommiſſa ſuperuenientia imputari, quin potius ea omnia, cũ accedant quadranti, iam ex ijs, quæ ad hæredem iure hæreditario pertinent, confectò, extra, & ſupra quadrãtem eſſe debent. Pegaſianum autem S. C. quartam, quam Trebellianicam appellamus, non conficit ipſo iure, hæredi adimendo facultatem fideicommittendi vltra dodrantem, ſed permittit dumtaxat, vt illam ſibi per retentionem conficiat, ne omnino infructuoſa hæreditatis aditio ei ſit, ſed, ſpe alicuius lucri, & commodi, ad adeundum inuitetur, eamque ob cauſam Senat. Conſult. ſatisfit, ſi quartam hæres habeat, quomodocumque iudicio teſtatoris, & ſic etiam ex ijs, quæ non iure hæreditario capiuntur.

Cæterum hæc ratio videtur, & ipſa varias pati difficultates, primum, quia potius videtur probare ita iure conſtitutum eſſe, quàm cur ita ſit conſtitutum, propterea neceſſe eſt rurſus rationem inueſtigare, cur potius voluerit lex Falcidia ipſo iure quartam conficere hæredi, quàm Senatus Cõſultũ Pegaſianum, qui non confecit quartam hæredi reſtituturo hæreditatem, ſed permiſit, vt ſibi conficeret,
227 & retineret, huius ergo differentiæ ratio eſt, quia legatorum dominium rectà via tranſit in ipſos legatarios à die mortis ipſius teſtatoris, l. à Titio, ff. de furt. l. legatum ita, ſupra de leg. 2. & rationi conſentaneum non erat, vt hæres adeundo hæreditatem, quam vniuerſa legata abſorberent, nullius rei dominus efficeretur, ſed dominium vniuerſum tranſiret ad legatarios, onera autem apud eum remanerent, quamobrem iure optimo voluit, vt, confectò quadrante hæredi, anteaquam adiret hæreditatem, reſecatis, ſcilicet, ipſo iure, pro ea parte, legatis, eodem tempore, per aditionem hæreditatis, hæres ſui quadrantis, legatarij autem reliquarum legatorum partium, domini efficerentur, d. l. legatum ita. Abſurdum enim erat, vt, pro ea parte legatorum, quæ erat remanſura apud heredem, perperam, & irreuocabiliter tranſiret ad hæredes, argumento §. il-
228 lud, Inſtitut. de rerum diuiſio. ars enim, & natura nihil operantur fruſtra, l. qui bis idem, infra de verb. obligat. aliud autem eſt in hære
229 de, ad reſtituendam hæreditatem grauato, nam, cum hæreditatis reſtituendæ dominium in fideicommiſſarium non tranſeat, anteaquã idem hæres grauatus reſtituat, qui ante reſtitutionem hæreditatis vniuerſæ eſt dominus, ſatis fuit Senatus Conſulto Pegaſiano, vt permitteret eidem hæredi grauato, quartæ retentionem, in quam, cum non eſſet antea confecta, potuit iure caueri, ad fauorem fideicommiſſariorum, vt etiam, quæ caperet hæres iure legati, vel fideicommiſſi, in dictam quartam hæreditatis, aditæ imputaret. nihil enim
230 prohibet, in quartam hæreditatis aditæ, quæ hæreditas amplius non eſt, ſed patrimonium adeuntis, ea etiam imputari, quæ non hæreditario iure capiuntur, ſed ratio non patitur, vt, quæ iure hæreditario non capiuntur, imputentur in quartam hæreditatis non aditæ, cuiuſ-
231 modi eſt Falcidia, quæ, cum ſit propria, & vera hæreditatis quarta, non niſi ex ijs, quæ iu
232 re hæreditario, ad hæredem pertinent, confici poteſt, &, ſecundum hanc declarationem, defendi forte poſſet differentia etiam illa, quã poſt Bart. conſtituunt communiter DD. inter Falcidiam, & Trebellianicam, dum illam quartam hæreditatis eſſe ſtatuunt, non autem hãc, propterea quòd Falcidia verè, & propriè eſt quarta hæreditatis, cum hæreditas non adita, propriè, & verè ſit hæreditas, hæreditas autem adita, cuius quarta eſt Trebellianica, non propriè hæreditas ſit, ſed potius adeuntis patrimonium, iuxta tradita per DD. ad l. qui Romæ,

mæ, §.duo fratres, ff.de verb.obligat. vbi nos quoque quandoque diximus,& hanc puto veram eſſe differentiæ rationem (ſuppoſita differentia) cui non aduerſantur obiecta hic per Cæſarem Fiumagiolium, quatenus dicit, in Falcidia quoque, licet legata ipſo iure reſecentur, opus eſſe facto hominis, ex his, quæ tradit Bal. ad l.1.C.eodem, quia reſpondemus, opus eſſe facto hominis, non, vt res efficiantur communes inter hæredem, & legatarios, Sed vt res materiales diuidantur,& portio hæredis, à legatis ſeparetur, & diuidatur ſenſibiliter, & cum effectu. Eadem quoque reſponſio ſatisfacit ſecundæ obiectioni, dum dicit non ex eo, quòd lex reſiſtit relictis excedentibus dodrantem, poſſe intelligi reſultare eorum nullitatẽ, cum lex vlterius proceſſerit, dando hæredibus remedium facti, iuxta princip. Inſtitut. eodem, & l.1.in princip. ſupra eodem, nam, cum lex vlterius procedit, ex ſola legis reſiſtentia non inducitur nullitas, vt per DD. ad l.non dubium, C. de legibus, proptereaquòd lex Falcid. vlterius procedit, vt pars legatorum, quæ nulla eſt, deducatur,& ſeparetur cum effectu, à reliquis partibus legatorum, quæ iure ſubſiſtunt. Nec alicuius roboris eſt tertia conſideratio eiuſdem, aſſerentis nullitatem legatorum pro parte inductam per legem Falcidiam, anteaquam opponatur ab hærede, in cuius gratiam fuit inducta, non poſſe quicquam operari, per gloſ. in l.2.in verſic. volenti, vbi etiam Bart.& alij, C.de iur. emphyt.& ex traditis per Cæphalum conſil.27.num.10. quia obiectio procederet, ſi in gratiam ſolius hæredis fuiſſet inducta; ſed conſtat, in gratiam etiam teſtatoris inductam eſſe, Inſtit. eodem, in princip. Nec facit negotium vltima illius ratio, dum dicit, ſequi ex hac ratione differẽtiæ, vt habita per hæredem, in ſpecie l.ſi à me, ſupra eodem, debeant in Trebellianicæ imputationem venire, quod abſurdũ arbitratur, quia, apud me, nullum abſurdum eſt, ſtante communi differentia, vt illud fideicommiſſum, in Trebellianicam imputetur, in illa enim l.negatur, imputari in Falcidiam, tutiſſima igitur eſt eiuſmodi differentiæ ratio, ad mentem Ripæ allata,& pluribus à nobis etiam exornata,& comprobata. Quod ſi rurſus quæras, cur voluerint iura, in hanc quartam conficiendam ſibi ab hærede, poſt aditam hæreditatem, ad ſimilitudinem Falcidiæ, quæ conficitur à lege, ante aditam hæreditatem inductam, iuxta text. in §.ſed quia hæredes, Inſtitut. de fideicomm. hæred. legata,& fideicommiſſa imputari, quæ in Falcidiam ipſam non imputantur, duplex, poteſt afferri probabilis ratio, altera, ad mentem Caſtrenſis, ad l.1. ſupra eodem, num.11. quam optimè explicat Socin. Iun. hic, nu.73. propterea, ſcilicet, pauciora imputari in Falci-
233 diam ad fauorem hæredis, quia Falcidia, eã ob cauſam fuerit introducta, vt illius quantitate lucro allicerentur hæredes, ad hæreditates adeundas, & eo modo ratæ eſſent hæredum inſtitutiones, quibus legata conſiſterentur; cum nullo alio iuris remedio poſſint à legatarijs hæredes, ad hæreditates adeundas compelli; ſecus enim eſt in Trebellianica cum hæredes grauati poſſint à fideicommiſſarijs vniuerſalibus cogi, §.ſed ſi recuſabat. Inſtitut. de fideicomm. hæred. l.cogi, infra ad Senat. Conſult. Trebellian. cum ſimilibus. Quamobrem, non fuit, eo reſpectu, opus ita allicere hæredem, ſicut in primo caſu, & propterea in Trebellianicam plura imputantur, & conſequenter hæres pau-
234 ciora conſequitur. Nec probabilem hanc rationem eneruant Socini Iunioris conſiderationes, dicentis, rationem hanc conſiderabilem non eſſe, vbi vterque hæres ex voluntate hæreditatem adeat, quia immo tunc quoque, eſt in conſideratione, quandoquidem hæres detracturus Trebellianicam, cum intelligat, ſe poſſe compelli ad adeundum à Fideicommiſſario, accipit ob minus lucrum illam hæreditatem, quam fortè non acciperet, ſi omnino ei liberum eſſet adire, & non adire, nec dicas cum eodem, rationem hanc non habere locũ, vbi hæredibus grauatis nullum relictum ſit legatum, vel fideicommiſſum, vel prælegatum, nec quicquam cauſa conditionis implendæ; quia tunc nec differentia locum habet, cum vtraque quarta; ſolummodo ex eo, quod capitur iure hæreditario, tunc conſtituatur, Falcidia tamen naturaliter, Trebellianica per accidens. Nec obſtat ſi dixeris, vna cum *Socin.* Iun. hic, non potuiſſe hoc inducere legem *Falcidiam* ob affectionem, qua proſequeretur legatarios, cum potuerit alia via illis prouidere, hærede non adeunte, vt hodie prouidetur in Authent. ſed cum teſtator, C. eodem,& in Authent. hoc amplius, C. de fideicommiſ. Vnde, cum non fecerit, videtur minus dilexiſſe eos, quàm fideicommiſſarium vniuerſalem, cui dedit beneficium cogendi hæredem, l. ſi quis ommiſſa, ſupra ſi quis ommiſſ. cauſa teſtamenti, nam facile eſt reſpondere, non fuiſſe tunc temporis in conſideratione remedium dictarum Authenticarum, & ideo voluit l. inducere hæredem, ad adeundam hæreditatem ex voluntate, non autem inuitum, vbi Senatus Conſultum Pegaſianum, quod voluit etiam hære-

Digitized by Google

hæredem compellere, ſatis fuit, vt minori lu-
cro hæredem alliceret, qui, cum intelligat ſe
poſſe compelli, facile eſt, vt adeat etiam ob mi
nus lucrum. Altera autem ratio eſſe poteſt,
quam excogitauit Matthefilanus, ad l. filium
quem habentem, C. famil. erciſcund. num. 27.
quem ſequuntur ibi Politus num. 93. & Ioan.
Coraſ. num. 50. quæ eadem videtur eſſe, cum
ea, quam reddit Hieronym. Laurent. ad l. in
fideicommiſſariam, infra ad Senat. Conſult.
Trebellian. num. 93. quam, latius explicando,
& exornando, amplectitur etiam Soc. Iun. hic,
num. 75. propterea ſcilicet, plura imputari in
Trebellianicam, quàm in Falcidiam, quia fi-
deicommiſſa ſint legatis fauorabiliora, §. ſed
non vſque, Inſtitut. de legat. hinc factum eſt,
in gratiam fideicommiſſorum, vt hæres poſſit
cogi adire hæreditatem, l. quia poterat, l. nam
quod, & d. l. cogi, infra ad Senat. Conſult. Tre-
bell. quod tamen factum non eſt in gratiam le
gatorum, nec dieas cum Alcia. lib. 6. paradox.
cap. 4. & cum Angelo Matheacio lib. 2. de via
& ratione iuris, cap. 22. num. 13. rationem eiuſ
modi retorqueri, quia, ſecundum eam, magis
erat fauendum hæredi grauato ad reſtituen-
dam hæreditatem, quàm ei, cuius hæreditas
eſſet exauſta legatis, per regu. quæ habet, ma-
235 gis ſuccurrendum eſſe explieanti actum ex
neceſſitate, quàm agenti ex voluntate, l. ſi fi-
deiuſſor, §. ſi neceſſaria, ſupra qui ſatiſdare co-
236 gantur, nam, primum reſpondeo, detrahen-
tem Trebellianicam, non adire ex neceſſita-
te, ſed ex voluntate, vbi enim coactus adit hæ-
res, quartam non detrahit, & propterea, eo ca
ſu, non eſt imputationi locus. præterea neceſ-
ſitas, tunc demum agenti ſuffragatur, quando
in eam non incidit propria culpa, vt in caſu no
ſtro, vbi quia recuſat hæres adimplere teſtato
ris voluntatem, contra pietatem, & fidem, pro
pterea, quaſi in pœnam, & adire cogitur, &
quarta non deducta, hæreditatem reſtituere
237 compellitur. Teſtatorem autem, licet magis
diligat hæredem, quàm legatarios, diligere ta
men magis fideicommiſſarios vniuerſales,
quàm hæredes, conſtat ex pluribus, primum,
quia ab initio fiebant talia fideicommiſſa, vbi
non poterat teſtator alicui directè relinquere,
tunc enim fidei hæredis committebat, vt reſti-
tueret illi hæreditatem, Inſtitut. in princip. de
fideicomm. hæredit. tradit Caſtr. ad l. 1. ſupra
de legat. 1. num. 3. Quapropter tunc magis di-
ligebatur fideicommiſſarius, quàm hæres, cū
238 inſtitueretur in gratiam fideicommiſſarij;
præterea conſtat magis eſſe contra volunta-
tem teſtatoris Trebellianicæ detractionem,
quàm Falcidiæ, cum certum ſit, teſtatorem,
qui grauat hæredem, vt vniuerſam reſtituat
hæreditatem, nolle quicquam apud eum re-
manere, vbi autem legat vltra dodrantem,
erogando etiam patrimonium vniuerſum, vſu
venire poteſt, quia exiſtimet amplius in bonis
habere, quàm habeat, vt in §. in fraudem, In-
ſtitut. quibus ex cauſis manumittere licet, vel
non, & in l. in fraudem creditorum, ff. qui & à
quibus, & ſic, vt credat aliquid remāſurum a-
pud hæredem, vt latè tradunt Socin. Iun. hic,
num. 75. & Cæſar Fiumagiolius nu. 150. cum
239 ſequentibus. Nec obſtat, ſi dixeris, vna cum
Alciat. lib. 6. paradoxorum, cap. 4. in aliquibus
eſſe etiam fauorabiliora legata, cum domini-
um rei legatæ trāſeat in legatarium, à die mor
tis teſtatoris, nō autem in fideicommiſſarium
vniuerſalem, nam ex hoc factum eſt, quia, cū
relicta vniuerſalia, ſint ſucceſſiones in vniuer-
ſum ius defuncti, l. mortuo, ff. de fideiuſſ. l. hæ-
reditas, ff. de acquiren. rerum domin. quæ, iu-
ris præſumptione, etiamſi lucroſæ, poſſunt ta-
men detrimento eſſe, §. neque tamen, Inſtitu.
de auctor. tut. immo plerumque non ſoluen-
do exiſtimantur, l. fin. C. de iur. deliberan. non
expediebat fideicommiſſario, vt dominium in
eum tranſiret, anteaquam fieret ſibi reſtitutio
hæreditatis, ſecus eſt in legato, cum ſit ſine o-
nere, quia hoc non procedit ab aliquo fauore,
vel præſumpta dilectione teſtatoris, ſed ex na-
tura rei vniuerſalis, & particularis. Hinc fidei-
commiſſa etiam particularia ſunt ſine onere,
alioquin cogeremur dicere, relicta particula-
ria eſſe fauorabiliora, etiam ipſa hæreditate,
vt conſiderat hic Cæſar Fiumagiolius, nu. 254
cum nec ſit ſine onere, nec à die mortis teſta-
toris, ante aditam hæreditatem, hæredi domi
nium acquiratur, quod cum ſit abſurdum, &
contra, l. vnum ex familia, §. ſi rem, ſupra de
legat. 3. abſurdum eſt etiam illud, vnde hoc ſe
240 quitur. Præterea hæc conſideratio poſſet re
torqueri, quia, cum, ratione onerum, ſit magis
grauatus fideicommiſſarius vniuerſalis, quàm
legatarij, rationi conſentaneum eſt, vt releue-
tur in hoc, quia plura imputentur in Trebellia
nicam, quàm in Falcidiam in gratiam ſui ip-
ſius, argumento l. eum qui, de iureiur. & l. 1. §.
denique, de aq. quotid. & æſtiu. & cum hac ra-
tione videtur etiam coincidere illa, quam red
dit Hieronym. Laurent. ad l. in fideicommiſſa-
riam, infra ad Senat. Conſul. Trebell. num. 93
vbi, propterea ſentit pauciora imputari in Fal
cidiam, quàm in Trebellianicam, quia hæres
ſemper ſit magis dilectus, quàm legatarij, ſed
minus dilectus, quàm fideicommiſſarius vni-
uerſa-

uerſalis,quod veriſſimum eſſe arbitror,& hoc
modo,ſi vera eſt differentia,vt plura imputen
tur in Trebellianicam, quàm in Falcidiam,
quod nos abſolutè negamus, ex pluribus dif-
ferentiæ rationibus ab interpretibus excogita-
tis, vna ſingulis plenior, & probabilior ratio
conficitur.

241 Subſequitur modo ſecunda Bar.quæſtio,
quæ,ſecundum noſtrum ad hanc legem intel-
lectum, pariter ſuperuacanea eſt, propterea-
quòd, vbi hæres,& legata præſtate,& hæredi-
tatem reſtituere iuberetur, iuxta l.Marcellus,
in §.item Pomponius,infra ad Senat.Conſul.
Trebellian. eadem reſpectu omnium imputa-
ret,cum nulla,quoad imputationem,vt ſupra
demonſtratum eſt,inter Falcidiam,& Trebel
lianicam ſit differentia, vbi verò communem
differentiam non improbemus,non eſt à Bart.
ſolutione recedendũ,quam,vno ore,ſequun-
tur omnes DD. vt poſt alios teſtatur Fiuma-
giolius noſter hic,num.255.quæ eſt,vt vbicũ-
que idem hæres inſtitutus,& legata præſtare,
& hæreditatem reſtituere ſit grauatus, reſpe-
ctu fideicommiſſarij vniuerſalis imputet etiã
ea,quæ capit iure legati,vel fideicommiſſi,vel
cauſa conditionis implendæ, ita tamen, vt le-
gatarijs imputatio eiuſmodi non proſit, niſi
quatenus videatur quarta etiam de fideicom-
miſſo detracta, ita, vt quod de fideicommiſſo
non detrahitur, legatarios non oneret, argu-
mento l.Neſennius,in §.planè,ſupra eodem,
ita Bart.hic, num.7. & ſequuntur alij omnes,
& præſertim Rip.num.89.& Socin.Iun.num.
76.Veniendum nunc eſt ad tertiam Bar.quæ-
ſtionem,quam diuido in duas principes inſpe
ctiones.

Prima eſt de differentia inter corpus hære-
ditarium,& pecuniam,& de ratione differen-
tiæ.

Secunda,de differentia inter corpus hære-
ditarium,& non hæreditarium corpus,& de
ratione differentiæ.

242 Quod attinet ad primum diſtinguendum
eſt, quia, aut hæres inſtitutus eſt ex aſſe, aut
pro parte,ſi ex Aſſe, non refert, An iubeatur,
retenta ſpecie, An pecuniæ quantitate, reſti-
tuere hęreditatem,§.ſi quis vna,Inſtitut.de fi-
deicommiſſarijs hæreditatibus, vtrũque enim
capit hæres ex quaſi legato vniformiter, &
in totum imputat in quartam, ſi ex parte, aut
loquimur de pecunia in ſpecie, & circumſcri-
pta loco,aut de pecunia in genere, primo caſu
pariter nulla eſt differentia, quia pecunia hæ-
reditaria in indiuiduo,qualitate aliqua,vel lo
co circumſcripta,pro ſpecie, & corpore hære-
ditatio habetur,l.ſed ſi certos,& l.planè, §.1.
ff.de legat.1.iuncta l.id autem,ſupra eodem,
& propterea vtrumque de communi difformi
ter capitur, & pro portione tantum hæredita-
ria, in quartam imputatur, vt in hac eadem l.
noſtra,in verſic. pro ea vero parte. Si de ſua
portione accipit, imputat in totum,cùm vni-
formiter capiat,quaſi ex legato, d.§.ſi quis v-
na,& l.deducta,§.nummis,infra ad Sen.Con-
ſult.Trebellian. Secundo autem caſu,ſi iubea
tur hæres,pecunia in genere retenta, hæredi-
tatem reſtituere, plurimum intereſt, quia pe-
cunia in genere, intelligitur retineri, & capi
vniformiter de propria portione, ita vt tota
imputetur in quartam,quaſi ex legato, vel iu
re quaſi hæreditario retineatur,corpus autem
hæreditarium, de communi intelligitur acci-
pi,& ſic difformiter,ita vt non niſi,pro portio-
ne hæreditaria, imputetur d.l.deducta, in §.
nummis,l.id autem,ſupra eodem, l.quod ſta-
tuliber,infra de donat.cauſa mort.tradit Bart.
hic,num.8.

243 Declarata differentia, ſupereſt,vt inueſti-
gemus rationem differentiæ, & certè, facile
reddi poteſt, quia, quando aliquis, re aliqua
accepta, iubetur hæreditatem alicui reſtitue-
re,in dubio,cenſetur iuſſus accipere,& retine
re (vbi hoc fieri poſſit) de eo quod reſtituere
debet,& conſequenter de portione propria,
quod ergo de ſua parte accipere poteſt,debet
dubio procul accipere;Quapropter cum pecu
nia in genere poſſit accipi, poſt diuiſionem,
de portione propria, ſiue pecunia ſit in hære-
ditate,ſiue non,cum res hæreditariæ ſint pre-
tio æſtimabiles, & pretium ſuccedat loco rei,
244 l.Imperator,§.fin.ſupra de legat.2.& pręſer
tim in hac materia,vt ſ docuimus per text.in
l.ſi dignum,& in l.qui fundum,ſupra eodem,
mirum non eſt,ſi de propria portione vnifor-
miter accipitur,& vniuerſa imputatur, prædi-
um autem, cum per aditionem hæreditatis ſit
effectũ commune, & eius dominium pro por-
tione hęreditaria in quemlibet tranſlatum,im
poſſibile eſt,vt accipiatur ex propria portione,
ſed neceſſe eſt,vt capiatur de communi diffor
miter, id eſt partim iure hæreditario à ſe ipſo,
partim à cohęredibus,& conſequenter,vt nõ,
niſi pro portione hæreditaria imputetur, &
hęc ratio redditur apertè,& ad litteram à I.C.
in d.§.nummis. diuerſa cauſa, inquit text. eſt
prædiorum, pro hæreditaria parte retẽtorum,
quippe pecunia omnis in genere,ſcilicet, de
245 portione retineri poteſt,generis enim domi
nium in hæredes non transfertur, nec ab ali-
quo haberi poteſt, cum ſit ens quoddam ab-
ſtractum,

ſtractum, deinde ſubdit. prædiorum autem a-
lia portio, non niſi à cohærede, qui dominium
habet, accipitur pro parte, ſcilicet, & fortè hoc
voluit dicere Bar. dum affirmauit, pecuniam,
246 non niſi in corpore hæreditario, quia pecu-
nia in genere, actu non eſt in hereditate, ſed in
potentia, ita vt, tam ex hac, quàm ex illa par-
te, deduci poſſit.

247 Sequitur modo, vt videamus, quæ ſit in-
ter corpus hæreditarium, & nõ hæreditarium
corpus differentia.

Differentia igitur ea eſt, quia vbi legatum
eſt corpus hæreditarium alteri ex cohæredi-
bus grauato ad reſtituẽdam portionem ſuam
hæreditariam, eam dumtaxat partem prælega
ti debet grauatus hæres in quartam imputare,
quam iure hæreditario accipit reliquum vero
præcipuum, & ſupra quartam habere, quòd, ſi
legatum fuerit ei à cohærede corpus non hæ-
reditarium, illud in totum in Trebellianicam
imputare compellitur, vt colligitur ex l. no-
ſtra, in verſic. ſed in fideicommiſſaria, & in ver
ſic. pro ea vero parte, ſecundum communem
intellectum, ita vt corpus hæreditarium, quod
à cohærede accipitur, pro ea parte, quę in vim
legati accipitur, in Trebellianicam non impu
tetur, corpus autem non hereditarium, à cohę
rede acceptum, vniuerſum imputetur.

248 Verum, huius quoque differentię ratio in
ueſtiganda eſt. Antiqui eam reddunt, quia cor
pus hæreditarium capitur difformiter, corpus
autem non hæreditarium vniformiter, qua-
propter, ne quod capitur, partim iure hæredi-
tario, partim iure legati, ſi pro vtraque parte
imputetur, diuerſo iure cenſeatur, cõtra l. eum
qui ædes, de vſuc. factum eſt, vt pro parte hæ-
reditaria dumtaxat imputetur.

Hanc tamen rationem fatetur Bart. leuem
eſſe, licet eam reddiderit gloſ. & Azo in ſum-
ma, & idcirco alias reddiderunt quampluri-
mas DD. quas refert hic Socin. Iun. num. 78.
Ioan. Bolognet. num. 219. & Berengarius Fer-
nand. num. 35. in 2. cap. principali. Sed, ommiſ
ſis alijs, quæ ab huiuſmodi interpretibus ra-
tionibus efficaciſſimis reprobantur, & confu-
tantur, ego, coaceruando ſimul, & coniungen
do varias opiniones, ex pluribus rationibus
vnam magis probabilem complerem.

Ratio igitur magis probabilis eſt, me iudi-
ce, ea, quam excogitauit Bald. ad l. filium quẽ
habentem, C. famil. erciſcund. num. 7. propte-
rea, ſcilicet, prælegatum, pro ea parte, quæ à
cohærede capitur, in quartam non imputari,
quia teſtatoris ordinatio, & diſtinctio diuer-
ſorum titulorum in eadem re, quæ difformi-
ter capitur, non debet, per imputationem, con
249 fundi, imputatio enim nihil aliud eſt, quàm
quædam quaſi confuſio, nam vt Bald. eo loci
loquitur, quicquid imputatur in Trebelliani-
cam confunditur, & confuſum eodem iure, id
eſt, iure Trebellianicæ, poſſidetur, quod eſt cõ
tra teſtatoris ordinationem, qui, in eadem re,
duas capiendi formas, ad inuicem diſcretas
ordinauit, ita vt ratio Bald. ſit omnino contra-
ria rationi, quam Bart. hic, ex ſententia Azo-
nis, & glo. num. 8. afferebat. ratio enim illorum
erat, ne difformitas induceretur, ratio autem
Baldi eſt, ne difformitas iam inducta, ex diſpo
ſitione teſtatoris in prælegato, per imputatio-
nem confundatur. Nec dicatur cum Berenga-
rio hic, difformitatem hanc, à lege potius, quã
à teſtatore proficiſci, & propterea legis coor-
dinationem non eſſe confundendam per im-
putationem, quia hæc conſideratio adiuuat,
250 non deſtruit Baldi rationem, nam cum teſta-
tor cenſeatur ſe conformare, cum diſpoſitio-
ne iuris, videtur ipſe quoque, vna cum lege, or
dinare hanc difformitatem, præſertim cum po
tuerit, quod dat hæredi grauato, ex cauſa prę-
legati, habentis diuerſos titulos, dare ex cau-
ſa vniformi, inſtituendo eundem hæredem in
ea re particulariter, vel alio modo diſponen-
do, vt conſiderat Soc. Iun. hic ſub num. 79. ad-
iuuat etiam eandem rationem conſideratio
Io. Bologn. hic ſub num. 226. obſeruantis præ-
legatum habuiſſe naturam diuerſam ab alijs
legatis, vt colligitur ex §. ſed olim, & ex Theo-
phil. ibi, nec non ex Caio in ſuis Inſt. lib. 2. cap.
7. de legatis, quandoquidẽ prælegatum capie
batur ante partem, ita vt pręcipuum eſſet ipſi-
us hæredis, & ideo peti non poterat, niſi per iu.
dicium Famil. erciſcun. tempore diuiſionis, vt
per Theoph. in præallegato loco, text. eſt in l.
251 qui filiabus §. fin. de leg. 1. quapropter mirũ
non eſt (cum prælegati eſſentia in hoc conſiſte-
ret, quòd caperetur ante partem, & eſſet præ-
cipuum heredis) ſi nõ imputatur in Quartam,
pro parte à cohærede accepta, ſed pro alia par
te duntaxat, quæ, cum titulo hæreditario ca-
piatur, non poteſt fieri ſeparatio. Summa igi-
tur rationis huius eſt, vt prælegata non impu-
tentur, pro parte, à cohærede accepta, quia
hæc fuit voluntas teſtatoris, quæ maximè at-
tenditur, & obſeruatur in fideicommiſſis, ma-
gis à voluntate pendẽtibus, quàm alia relicta,
§. ſed non vſque, Inſt. de leg. l. cum virum, & l.
voluntas C. de fideic. quæ voluntas teſtatoris
partim colligitur ex diſpoſitione legis, vt vo-
luit Bereng. partim ex natura rei, vt ſenſit Bo-
logn. partim ex facto eiuſdem teſtatoris, qui,

Ee cum

Digitized by Google

uerſalis, quod veriſſimum eſſe arbitror, & hoc
modo, ſi vera eſt differentia, vt plura imputen
tur in Trebellianicam, quàm in Falcidiam,
quod nos abſolutè negamus, ex pluribus dif-
ferentiæ rationibus ab interpretibus excogita
tis, vna ſingulis plenior, & probabilior ratio
conficitur.

241 Subſequitur modo ſecunda Bar. quæſtio,
quæ, ſecundum noſtrum ad hanc legem intel-
lectum, pariter ſuperuacanea eſt, propterea-
quòd, vbi hæres, & legata præſtare, & hæredi-
tatem reſtituere iuberetur, iuxta l. Marcellus,
in §. item Pomponius, infra ad Senat. Conſul.
Trebellian. eadem reſpectu omnium imputa-
ret, cum nulla, quoad imputationem, vt ſupra
demonſtratum eſt, inter Falcidiam, & Trebel
lianicam ſit differentia, vbi verò communem
differentiam non improbemus, non eſt à Bart.
ſolutione recedendũ, quam, vno ore, ſequun-
tur omnes DD. vt poſt alios teſtatur Fiuma-
giolius noſter hic, num. 255. quæ eſt, vt vbicũ-
que idem hæres inſtitutus, & legata præſtare,
& hæreditatem reſtituere ſit grauatus, reſpe-
ctu fideicommiſſarij vniuerſalis imputet etiã
ea, quæ capit iure legati, vel fideicommiſſi, vel
cauſa conditionis implendæ, ita tamen, vt le-
gatarijs imputatio eiuſmodi non proſit, niſi
quatenus videatur quarta etiam de fideicom-
miſſo detracta, ita, vt quod de fideicommiſſo
non detrahitur, legatarios non oneret, argu-
mento l. Neſennius, in §. planè, ſupra eodem;
ita Bart. hic, num. 7. & ſequuntur alij omnes,
& præſertim Rip. num. 89. & Socin. Iun. num.
76. Veniendum nunc eſt ad tertiam Bar. quæ-
ſtionem, quam diuido in duas principes inſpe
ctiones.

Prima eſt de differentia inter corpus hære-
ditarium, & pecuniam, & de ratione differen-
tiæ.

Secunda, de differentia inter corpus hære-
ditarium, & non hæreditarium corpus, & de
ratione differentiæ.

242 Quod attinet ad ptimum diſtinguendum
eſt, quia, aut hæres inſtitutus eſt ex aſſe, aut
pro parte, ſi ex Aſſe, non refert, An iubeatur,
retenta ſpecie, An pecuniæ quantitate, reſti-
tuere hęreditatem, §. ſi quis vna, Inſtitut. de fi-
deicommiſſarijs hæreditatibus, vtrũque enim
capit hæręs ex quaſi legato vniformiter, &
in totum imputat in quartam, ſi ex parte, aut
loquimur de pecunia in ſpecie, & circumſcri-
pta loco, aut de pecunia in genere, primo caſu
pariter nulla eſt differentia, quia pecunia hæ-
reditaria in indiuiduo, qualitate aliqua, vel lo
co circumſcripta, pro ſpecie, & corpore hære-
ditario habetur, l. ſed ſi certos, & l. planè, §. 1.
ff. de legat. 1. iuncta l. id autem, ſupra eodem,
& propterea vtrumque de communi difformi
ter capitur, & pro portione tantum hæredita-
ria, in quartam imputatur, vt in hac eadem l.
noſtra, in verſic. pro ea vero parte. Si de ſua
portione accipit, imputat in totum, cùm vni-
formiter capiat, quaſi ex legato, d. §. ſi quis v-
na, & l. deducta, §. nummis, infra ad Sen. Con-
ſult. Trebellian. Secundo autem caſu, ſi iubea
tur hæres, pecunia in genere retenta, hæredi-
tatem reſtituere, plurimum intereſt, quia pe-
cunia in genere, intelligitur retineri, & capi
vniformiter de propria portione, ita vt tota
imputetur in quartam, quaſi ex legato, vel iu
re quaſi hæreditario retineatur, corpus autem
hæreditarium, de communi intelligitur acci-
pi, & ſic difformiter, ita vt non niſi, pro portio-
ne hæreditaria, imputetur d. l. deducta, in §.
nummis, l. id autem, ſupra eodem, l. quod ſta-
tuliber, infra de donat. cauſa mort. tradit Bart.
hic, num. 8.

243 Declarata differentia, ſupereſt, vt inueſti-
gemus rationem differentiæ, & certè, facile
reddi poteſt, quia, quando aliquis, re aliqua
accepta, iubetur hæreditatem alicui reſtitue-
re, in dubio, cenſetur iuſſus accipere, & retine
re (vbi hoc fieri poſſit) de eo quod reſtituere
debet, & conſequenter de portione propria,
quod ergo de ſua parte accipere poteſt, debet
dubio procul accipere; Quapropter cum pecu-
nia in genere poſſit accipi, poſt diuiſionem,
de portione propria, ſiue pecunia ſit in hære-
ditate, ſiue non, cum res hæreditariæ ſint pre-
tio æſtimabiles, & pretium ſuccedat loco rei,
244 l. Imperator, §. fin. ſupra de legat. 2. & pręſer
tim in hac materia, vt ſ͂ docuimus per text. in
l. ſi dignum, & in l. qui fundum, ſupra eodem,
mirum non eſt, ſi de propria portione vnifor-
miter accipitur, & vniuerſa imputatur, prædi-
um autem, cum per aditionem hæreditatis ſit
effectũ commune, & eius dominium pro por-
tione hęreditaria in quemlibet tranſlatum, im
poſſibile eſt, vt accipiatur ex propria portione,
ſed neceſſe eſt, vt capiatur de communi diffor
miter, ideſt partim iure hæreditario à ſe ipſo,
partim à cohęredibus, & conſequenter, vt nõ,
niſi pro portione hæreditaria imputetur, &
hęc ratio redditur apertè, & ad litteram à I.C.
in d. §. nummis. diuerſa cauſa, inquit text. eſt
prædiorum, pro hræditaria parte retẽtorum,
quippe pecunia omnis in genere, ſcilicet, de
245 portione retineri poteſt, generis enim domi
nium in hæredes non transfertur, nec ab ali-
quo haberi poteſt, cum ſit ens quoddam ab-
ſtractum,

Digitized by Google

ſtractum, deinde ſubdit. prædiorum autem alia portio, non niſi à cohærede, qui dominium habet, accipitur pro parte, ſcilicet, & fortè hoc voluit dicere Bar. dum affirmauit, pecuniam,
246 non niſi in corpore hæreditario, quia pecunia in genere, actu non eſt in hęreditate, ſed in potentia, ita vt, tam ex hac, quàm ex illa parte, deduci poſſit.
247 Sequitur modo, vt videamus, quæ ſit inter corpus hæreditarium, & nō hæreditarium corpus differentia.

Differentia igitur ea eſt, quia vbi legatum eſt corpus hæreditarium alteri ex cohæredibus grauato ad reſtituēdam portionem ſuam hæreditariam, eam dumtaxat partem prælegati debet grauatus hæres in quartam imputare, quàm iure hæreditario accipit. reliquum vero præcipuum, & ſupra quartam habere, quòd, ſi legatum fuerit ei a cohærede corpus non hæreditarium, illud in totum in Trebellianicam imputare compellitur, vt colligitur ex l. noſtra, in verſic. ſed in fideicommiſſaria, & in verſic. pro ea vero parte, ſecundum communem intellectum, ita vt corpus hæreditarium, quod à cohærede accipitur, pro ea parte, quę in vim legati accipitur, in Trebellianicam non imputetur, corpus autem non hęreditarium, à cohęrede acceptum, vniuerſum imputetur.

248 Verum, huius quoque differentię ratio inueſtiganda eſt. Antiqui eam reddunt, quia corpus hæreditarium capitur difformiter, corpus autem non hæreditarium vniformiter, quapropter, ne quod capitur, partim iure hæreditario, partim iure legati, ſi pro vtraque parte imputetur, diuerſo iure cenſeatur, cōtra l. eum qui ædes, de vſuc. factum eſt, vt pro parte hæreditaria dumtaxat imputetur.

Hanc tamen rationem fatetur Bart. leuem eſſe, licet eam reddiderit gloſ. & Azo in ſumma, & idcirco alias reddiderunt quamplurimas DD. quas refert hic Socin. Iun. num. 78. Ioan. Bolognet. num. 219. & Berengarius Fernand. num. 35. in 2. cap. principali. Sed, omiſſis alijs, quæ ab huiuſmodi interpretibus rationibus efficaciſſimis reprobantur, & confutantur, ego, coaceruando ſimul, & coniungendo varias opiniones, ex pluribus rationibus vnam magis probabilem complerem.

Ratio igitur magis probabilis eſt, me iudice, ea, quam excogitauit Bald. ad l. filium quē habentem, C. famil. erciſcund. num. 7. propterea, ſcilicet, prælegatum, pro ea parte, quæ à cohærede capitur, in quartam non imputari, quia teſtatoris ordinatio, & diſtinctio diuerſorum titulorum in eadem re, quæ difformiter capitur, non debet, per imputationem, con-
249 fundi, imputatio enim nihil aliud eſt, quàm quædam quaſi confuſio, nam vt Bald. eo loci loquitur, quicquid imputatur in Trebellianicam confunditur, & confuſum eodem iure, id eſt, iure Trebellianicæ, poſſidetur, quod eſt cōtra teſtatoris ordinationem, qui, in eadem re, duas capiendi formas, ad inuicem diſcretas ordinauit, ita vt ratio Bald. ſit omnino contraria rationi, quam Bart. hic, ex ſententia Azonis, & glo. num. 8. afferebat. ratio enim illorum erat, ne difformitas induceretur, ratio autem Baldi eſt, ne difformitas iam inducta, ex diſpoſitione teſtatoris in prælegato, per imputationem confundatur. Nec dicatur cum Berengario hic, difformitatem hanc, à lege potius, quā à teſtatore proficiſci, & propterea legis coordinationem non eſſe confundendam per imputationem, quia hæc conſideratio adiuuat,
250 non deſtruit Baldi rationem, nam cum teſtator cenſeatur ſe conformare, cum diſpoſitione iuris, videtur ipſe quoque, vna cum lege, ordinare hanc difformitatem, præſertim cum potuerit, quod dat hæredi grauato, ex cauſa prælegati, habentis diuerſos titulos, dare ex cauſa vniformi, inſtituendo eundem hæredem in ea re particulariter, vel alio modo diſponendo, vt conſiderat Soc. Iun. hic ſub num. 79. adiuuat etiam eandem rationem conſideratio Io. Bologn. hic ſub num. 226. obſeruantis prælegatum habuiſſe naturam diuerſam ab alijs legatis, vt colligitur ex §. ſed olim, & ex Theophil. ibi, nec non ex Caio in ſuis Inſt. lib. 2. cap. 7. de legatis, quandoquidē prælegatum capiebatur ante partem, ita vt præcipuum eſſet ipſius hæredis, & ideo peti non poterat, niſi per iudicium Famil. erciſcun. tempore diuiſionis, vt per Theoph. in præallegato loco, text. eſt in l.
251 qui filiabus §. fin. de leg. 1. quapropter mirū non eſt (cum prælegati eſſentia in hoc conſiſteret, quòd caperetur ante partem, & eſſet præcipuum heredis) ſi nō imputatur in Quartam, pro parte à cohærede accepta, ſed pro alia parte duntaxat, quæ, cum titulo hæreditario capiatur, non poteſt fieri ſeparatio. Summa igitur rationis huius eſt, vt prælegata non imputentur, pro parte, à cohærede accepta, quia hæc fuit voluntas teſtatoris, quæ maximè attenditur, & obſeruatur in fideicommiſſis, magis à voluntate pendētibus, quàm alia relicta, §. ſed non vſque, Inſt. de leg. l. cum virum, & l. voluntas C. de fideic. quæ voluntas teſtatoris partim colligitur ex diſpoſitione legis, vt voluit Bereng. partim ex natura rei, vt ſenſit Bologn. partim ex facto eiuſdem teſtatoris, qui,

Ee cum

cum potuerit date hæredi grauato ex cauſa
vniformi, dedit ex cauſa difformi, vt conſide-
rat Soc. Iun. & huc, diuerſa tamen via, viden-
tur tēdere rationes, etiam ab Alc. excogitatæ,
tam hic num. 1. quàm lib. 6. paradoxorum cap.
4. num. 3. in fin. Ripa autem hic num. 91. ma-
nifeſtè adiuuat Baldi rationē, ita vt, vniuerſa-
liter, hæc videatur eſſe ratio communis, vt cō-
ſiderauit etiam Io. Bologn. hic ſub num. 226.
in fine. Si igitur aliqua ratio, in hac materia,
reddi poteſt; hæc eſt probabilior, quam, niſi
amplectamur, videmur coacti vna cum Alex.
Vincent. Herculano, & Ruino, quos refert hic
Socin. Iun. num. 78. in fine, confugere ad vul-
garem legem non omnium, ſupra de legibus,
vel recedere à communibus traditionibus in
hac materia, vt facit Duaren. hic, quem ſequi-
tur Angelus Mattheacius, in ſuis libris de via
& ratione artificioſa iuris, lib. 2. cap. 22. nu. 17.
cum ſequentibus, qui, referendo verſic. pro ea
verò parte, ad Falcidiam, non autem ad Tre-
bellianicam credit, prælegatum in totum, in
Trebellianicam imputari, ad quod probandū,
in prææallegato loco, ſub num. 19. vtitur Mat-
252 theacius hac eleganti ratione, cuius natura
eſt heterogenea, id poteſt difformia, & multi-
253 gena in ſe imputare, ſed Trebellianica hete-
rogeneam habet naturam, ergo ſibi poteſt dif
formia, & multigena imputare. Maior à natu-
ra rei probatur, inquit ipſe, vt nullam iure re-
cipiat negationem, tu autem vltra eum proba
re potes eam, per regulam, quæ habet, in ha-
254 bentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, l.
an inutilis, §. acceptum, de acceptil. l. in rem,
§. item quæcumque, ſupra de rei vendicat. In-
ſtitut. in princip. de adopt. Minor probatur in l.
noſtra, in §. ſed & in fideicommiſſaria, vbi, ſe-
cundum communes traditiones, probatur Tre
bellianicam conſtitui; tam ex his, quæ capiun-
tur iure legati, vel fideicommiſſi, quàm ex his,
quæ capiuntur iure hæreditario. Prætereà can-
dem opinionem potes comprobare alia ratio-
255 ne, quia, ſcilicet, id, quod recipit ſimplicia,
debet poſſe recipere etiam mixtum, faciunt
tradita per DD. ad l. 2. in princip. infr. de verb.
256 obligat. Sed Trebellianica recipit ſimplicia,
nempe ſimplex legatum, & quod ſimpliciter
iure hęreditario capitur, vt in l. noſtra, ergo de
257 bet poſſe recipere prælegatū, quod eſt quod
258 dam mixtum, ex iure hæreditario, & ex iure
legati. Accedat quòd idem iudicium eſt de
parte, quoad partem, quod de toto, quoad to-
tum, l. quæ de tota, ſupra de rei vendicat. Sed,
tam quod capitur in totum iure legati, quàm
quod capitur in totum iure hæreditario, impu
tatur in Trebellianicam, vt omnes admittunt,
& probatur, ſecundum communem intelle-
ctum, in l. noſtra, ergo dicendum eſt, in ean-
dem quartam pariter imputari, quod pro par-
te capitur iure hæreditario, & pro parte iure
legati, & ſic prælegatum, quarto, & vltimo lo-
co, confirmatur per argumentum à minori,
nam, ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt,
ergo, & de quo magis, Authent. multo magis,
C. de Sacroſanctis Eccleſ. Sed minus videtur
ineſſe, vt imputetur, quod nulla ex parte capi-
tur iure hæreditario, vt eſt legatum, fideicom-
miſſum, & datum cauſa conditionis implen-
dæ, argumento princip. l. noſtræ, & tamen in-
eſt, quia imputatur in Trebellianicam, vt hic
in verſic. ſed in fideicommiſſaria, igitur multo
magis imputabitur prælegatum, quod, ſaltem
pro parte, iure hæreditario capitur, vel cogi-
mur, vna cum Goffredo, cum Cuiacio, & alijs,
cum probabilis ratio diuerſitatis, in propoſi-
to, reddi nequeat, dicere, prout firmauimus ſu
pra, non eſſe differentiam, quoad imputatio-
nem; inter Falcidiam, & Trebellianicam, ſecū-
dum quam intelligentiam, ceſſant omnia ſu-
pra allegata argumenta, cum, nec corpus hæ-
reditarium, quod vniformiter in vim legati,
vel fideicommiſſi, vel cauſa conditionis implē
dę, capitur, imputari in quartam admittamus,
& conſequenter, nec Trebellianica ſit multi-
259 gena. Quapropter, ſi noſtram ſequaris opi-
nionem, alia differentia aſſignanda eſt, inter
corpus hæreditarium, & corpus non hæredita
rium, quia, videlicet, corpus non hæreditariū,
capitur vniformiter iure non hæreditario, &
in Falcidiam, ideſt in quartam, tam de legatis
deducendam, quàm de fideicommiſſis, nulla
ex parte imputatur, vbi corpus hęreditarium,
pluribus exiſtentibus hęredibus, accipitur dif-
formiter, & in vtramque quartam, pro ea par-
te, quæ capitur iure hæreditario, imputatur,
vt in hac l. verſic. pro ea vero parte. Retenta
tamen communi, ſi rurſus quæras, cum Tre-
bellianica apta ſit recipere, tam cauſam lega-
ti, quàm cauſam hæreditariam, cur potius ex
prælegato ea pars imputetur, quæ capitur iu-
re hæreditario, quàm quæ capitur à cohærede
in vim legati. Reſpondeo vna cum Paulo de
Montepico hic, num. 34. quem ſequitur, taci-
to auctore, Berengar. Fernand. num. 35. in fin.
duplicem ob cauſam factum eſſe. Primum,
quia onera hæreditaria magis ſequuntur hære
ditatem, quàm legata, l. 1. § ſi hæres, iuncta l.
nam quod, §. non omnis, infra ad Senat. Con-
ſult. Trebellian. l. ſi hæreditatem, ſupra man-
dati, ideo onus imputationis, potius concer-
nit

nit illud,quod iure hæreditario capitur,quàm
illud,quod capitur iure legati, prætercea, quia
in habentibus ſymbolum facilior eſt tráſitus,
d.l.in rem,§.item quæcumque,ſupra de rei vẽ
dicat.cum cæteris ſupra allegatis,quapropter
cum quartæ deducendæ ex fideicommiſſaria
hæreditate reſtituenda,magis fit ſimile,quod
capitur iure hæreditario, quàm quod capitur
iure legati,mirum non eſt,ſi potius portio hę-
reditaria imputatur,quàm alia,quæ à cohære-
de accipitur.
260 Supereſt modo quarta, & vltima Bartoli
quæſtio,vtrum Falcidia,vel Trebellianica poſ
ſit detrahi in vna re, de qua latè per Bart. hic
numero nono,pro cuius explicatione,duo fa-
ciam.
Primum,Diſtinctione adhibita, concluſiuè
procedendo,docebo generaliter, An,& quan-
do Falcidia,vel Trebellianica poſſit in vna ali-
qua certa re deduci.
Secundo, Specialiter diſputabimus, An in
eo, quod pater in vita,peculij cauſa, filio con-
ceſſit,quartam,inuitis legatarijs,vel fideicom
miſſarijs,idem filius deducere poſſit.
Quod attinet ad primum, Aut dubitamus,
An Falcidiæ,vel Trebellianicæ quarta debea-
tur in vna re, quaſi poſſit ex debito retineri,
ſecundum iutis rigorem,Aut numquid ex cau
ſa,licet ſummo iure,de qualibet re debeatur,
poſſir interdum deduci ex vna aliqua re. Pri-
mo caſu concludendum eſt negatiuè, nam, ſi
in vna certa re Falcidia deberetur,ſingulæ res
legatæ, non ipſo iure à l.Falcid. reſecarentur,
& ,pro ea parte, apud eum non remanerent,
vel non poſſent,ſi apud legatarios,vel alios eſ-
ſent,pro quarta parte vendicari,at rerum om-
nium legatarum ipſo iure fit à lege Falcidia
reſecatio,ita vt pro quarta parte ſingulę apud
hæredem remaneant, vel poſſint vendicari, l.
Plautius,l.lineam margaritarum,§ eod.l.2.C.
eod.igitur de rebus ſingulis, non autem de re
vna particulari,ex diſpoſitione legis Falcidię,
quarta debetur.Prætcrea quarta de qua loqui
mur, ſine dubio eſt quota hæreditatis, vt, de
Falcidia directa,probatur in l.noſtra,& in l.1.
§.1.ſupra eodem, de Falcidia autem vtili, ſeu
de Trebellianica,in l.1.C.ad Senat.Conſult.
Trebellian. Sed quota hæreditatis non debe-
tur in vna certa re,ſed in omnibus,cum rerum
omnium hæreditariarum ratam includat, ar-
gumento l.hæteditas,ſupra de acquirẽ.rerum
domin.& l.mortuo,infra de fideiuſ.igitur non
in vna re quarta debetur,ſed in ſingulis,vt cũ
Bart.hic,num.9.conſentiunt DD.omnes,ita
teſtante Cæſare Fiumagiol.hic, num.265.ex
iuris ergo diſpoſitione heres,legatis,vel fidei-
commiſſis grauatus, facultatem habet detra-
hendi Falcidiam de rebus ſingulis proportio-
nabiliter, non autem de certa aliqua re ab eo
eligenda. Secundo autem caſu rurſus diſtin-
guẽdum eſt,quia,Aut teſtator,vel legauit,vel
inter viuos conceſſit rem aliquam hæredi, ea
contemplatione ab initio,tacitè,vel expreſsè,
vt in quartam imputaretur,vel iuſſit hæredẽ,
ſpecie aliqua retenta,hæreditatem reſtituere,
Aut de teſtatoris volũtate, tacitè, vel expreſ-
sè non cõſtat,ſed verſamur omnino in dubio,
ſi de teſtatoris voluntate conſtar,poteſt in ca
re, ea contemplatione data,vel relicta, dedu-
ci,l.cum quo,§.vltimo,l.quod autem,in fin.ſu
pra eodem,l.deducta,§.nummis,infra ad Se-
nat.Conſult.Trebellian.& §.ſi quis vna,Inſti-
tut.de fideicomm.hęred. Vbi verò de teſtato-
ris voluntate non cõſtat, Aut partes conſen-
tiunt, Aut diſſentiunt,ſi cõſentiunt,ita vtilita
te, vel neceſſitate ſuadente, nihil eſt impedi-
mento,quominus in re,in qua legatarij,vel fi-
deicommiſſarij conſentiunt, detrahatur pri-
mum per l.poteſt,ſupra de leg.1.poteſt autem
inquit text. hæres, vel in pancioribus, vel in
vna re,partem legatario dare,in quam,vel le-
gatarius conſenſerit, vel Iudex æſtimauerit,
nec neceſſe haberet legatarius in omnibus re
bus vendicare portionem.Præterea quemad-
modum in contractibus,quod ſummo iure fie
ri non poteſt, & ſecundum naturam illorum,
261 conceditur tamen fieri ex partium conuen-
tione,quæ dat legem contractibus,l.1.§.ſi cõ
ueniat, ſupra depoſiti, ita quoque in vltimis
voluntatibus,quæ non poſſunr ſecundum na-
turam earum,& ſummo iure fieri,poterunt ta
262 men fieri ex conuentione partium,cum va-
leat argumentum de contractibus ad vltimas
voluntates,vt per Iuſtin.in tit.Inſtitut.de lege
263 Fuſia canin.tollen.Accedat etiam,quòd cre
ditori,cui vnum debetur,aliud etiam,ipſo con
ſentiente,ſolui poteſt,l.2.§.1.cum ibi notatis,
ff.ſi cert.pet. Sed hæres, in propoſito,eſt qui-
dam quodammodo creditor,cui cuiuſlibet rei
legatę quarta pars,debetur d.l.Plautius,cum
alijs ſupra adductis,igitur,eo conſentiente, ni
hil eſt impedimento,quominus fiat ei ſolutio
in vna certa re. Si verò partes diſſentiunt, ad-
huc diſtinguendum eſt, quia, Aut hæres, qui
præcipuos fructus habere non debet, ſed eos
imputare compellirur, vltra fructus ſuæ quar-
tæ percepit, Aur non, primo caſu,per prius il-
los fructus, quos vltra fructus quartæ perce-
pit, imputare debet, l.quod de bonis, §.fru-
ctus,ſupra eodem. Secundo autem caſu, Aut

nulla facta eſt ab hęrede grauato alienatio rei hæreditariæ, Aut aliqua eſt facta alienatio, Si nulla facta eſt alienatio, Aut res omnes hæreditariæ ſunt indiuiſibiles, Aut ſunt diuiſibiles, Si indiuiſibiles, deducitur in vna re, arbitrio Iudicis, l. ſed etſi non ſeruus, verſ. ſi ſolus ſeruus, ſupra eodem. Si diuiſibiles, de aliquibus deducitur pariter arbitrio Iudicis, ne patrimonium comminuatur, & laceretur, d. l. poteſt, ff. de legat. 1. l. 2. C. quando, & quibus, quarta pars debeatur, lib. 10. Si verò aliqua facta eſt alienatio, Aut facta eſt alienatio rei alicui nominatim relictæ, & nō imputatur in quartam, quia alienatio nulla eſt, l. vltima, §. penult. C. communia de legat. Ripa hic, num. 109. & Socin. Iun. nu. 95. Aut non eſt facta alienatio rei nominatim alicui relictæ, & tunc, Aut eſt facta alienatio in fraudem, re, vel conſilio, & nō poteſt res alienata, inuitis fideicommiſſarijs, in quartam imputari, l. 1. & tot. tit. ff. de his, quæ in fraudem. Ripa hic, num. 98. Aut non in fraudem, & tunc, Aut fuit alienata res ſpecialiter alienari prohibita, Aut res non ſpecialiter prohibita alienari. Primo caſu, Aut poteſt in alijs rebus, non ſpecialiter prohibitis alienari, deduci quarta, & non deducitur in re alienata, vt per Ripam hic, num. 99. Aut non poteſt de alijs deduci, & in ea deducitur, l. pater filium, in princip. ff. de legat. 3. Ripa hic, num. 100. ſecundo caſu, Aut res alienata fuit redempta ante purificationem conditionis fideicommiſſi, & non imputatur, vt per Rip. hic, nume. 106. Aut nō fuit redempta, & tunc, Aut hæres vult imputare ſecundum verum illius pretium, & poteſt, Aut pro minori pretio, pro quo ſua culpa diſtraxit, & alienauit, & tunc inuitis fideicommiſſarijs, eo modo imputare hæres non poteſt, vt per eundem Ripa hic, num. 102. & hoc modo diſtinguendo declarauimus etiam in prima noſtrarum ſelectarum diſtinct. centuria, diſtinct. 67.

264 Subſequitur modo ſecūda dubitatio, An, ſcilicet, vbi pater in vita aliquid filio conceſſit peculij cauſa, in eo poſſit idem filius ſibi Quartam retinere, quaſi, ſcilicet tacitè ita ſenſerit illius pater, & teſtator, qui eum vltra dodrantem grauauit. Et in hac difficultate, cuius termini declaratione non indigent, contrariæ ſunt ſententiæ, altera eſt affirmatiua, quam firmat Bart. hic num. 9. & ſequitur Ripa num. 93. eandem etiam, poſt Ioann. probauit idem Bar. ſibi ipſi conſtans, ad l. filium quem habentem C. famil. erciſc. num. 5. vbi alij quoque eum ſequuntur, quos refert hic Cæſar Fiumagiolius num. 270.

265 Potiſſimum autem huius opinionis ſunfundamentum eſt in d. l. filium quem habentem, ſecundum intellectum antiquorum, ſentientium prædium, de quo ibi, fuiſſe filio conceſſum in peculium, quem intellectum, ſequēdo in hac parte Antonius Faber lib. 6. coniectur. cap. 5. ſic purat in d. l. facti ſpeciem confingendam eſſe. teſtator cum ſeptingentos aureos in bonis haberet, &, inter cætera bona, fundum octo, & viginti aureis dignum, quē, vni ex filijs ſuis, in peculium viuus conceſſerat, teſtamento ſeptem hæredes inſtituit, Primum nimirum, Secundum, & Tertium filios, Quartū, Quintum, Sextum, & Septimum extraneos, vt Arnaldus quoq; Ferrer. ante eum ſenſit. rogauit Primum, vt portionem hæreditatis, Secūdo, & Tertio fratribus, necnō Quarto, & Quinto, extraneis cohæredibus, ſi nauis ex Aſia veniret reſtitueret, de fundo autem, quem Primus habebat, nihil dixit, ideoque in diuiſionem hæreditatis venire eum, ſicut cæteras quoque res hæreditarias, ambigi non poteſt. purificata conditione, venit caſus reſtitutionis, & cum Trebellianicæ eſſet locus, dubitabatur, quo pacto, ratio conficiendæ quartæ, eſſet ineunda, & ſtatuitur debere Primum ſeptimam ſibi prędijs partem, quàm capit iure hęreditario, ideſt quattuor, in quartam imputare, quattuor autem ſeptimas partes, quas à cohæredibus, quibus portionem hæreditatis reſtituir, ideſt ſexdecim compenſare, & quod Quatæ deeſt, ideſt quinque, de hæreditate reſtituēda, vt quartam ſuppleat, deducere, octo autem ex prædio, quæ à cohæredibus, quibus nihil reſtituit, accipit, quæ ſupra Quartam haberet, ijſdem cohæredibus iudicio familiæ erciſcundæ redere, niſi ergo, vbi aliquid conceſſum eſſet filio grauato in peculium, de re illa, imprimis Quarta deduceretur, in propoſita facti ſpecie, prædium in peculium conceſſum, equaliter inter ſeptem cohæredes diuideretur, & Quarta ipſa vniuerſa, de portione hæreditaria reſtituenda, deduceretur. At, non de hæreditate vniuerſa reſtituenda deducitur, ſed ex prædio retinetur, igitur, vbi quid filio grauato, in peculio conceſſum eſt, in eo particulariter Falcidia deducitur.

Secundo loco, pro hac opinione, ita argumentor. vbi aliquid, ex hæreditate reſtituenda, eſt apud hęredem grauatum remanſurum, rationi, & æquitati conſentaneum eſt, vt remaneat illud, quod impenſis laboribus, & cultura ipſius melioris conditionis redditum eſt, cū iniquum videatur hoc ad manus alterius peruenire, l. fin. C. de alluu. & palud. At bona, quę

apud

apud filium fuerunt peculij cauſa,talia eſſa fa-
cile præſumi poteſt,hæc igitur potius,quàm
alia, debent apud ipſum,ſi velit, ex cauſa Fal-
cidiæ,vel Trebellianicæ,remanere.
266 Tertio,& vltimo, pro hac opinione,ita ra
tiocinãtur.teſtator præſumitur velle,poſt mor
tem quoque,locum habere, quod in vita ob-
ſeruari voluit.l.pen.in princ.ſupra de aliment.
& cibar.legat. At teſtator viuens,per conceſ-
ſionem alicuius rei in peculium, voluit illam
in vita eſſe apud eundem filium, igitur idem
cenſetur voluiſſe,poſt mortem ſuam.
His tamen argumentis non obſtantibus ple
rique iuerunt in contrariam ſententiam, opi-
nantes,filium non detrahere,legatarijs,vel fi-
deicommiſſarijs inuitis, Quartam de re con-
ceſſa,in peculium,vt poſt Cynum, Bal. Salyc.
& Fulgoſ.tenuit ad d.l.filium quem habentẽ,
Iaſ.num.20.Vinc.à Sala num.21. Polit.num.
108.ſequutus eſt Alex.hic nu.17. Ruin.num.
26. Paul.de Montepico num.129. Berengar.
in art. Trebellianicæ num.38. licet Picus,&
Berengar. velint aliquo modo tueri Bar.hanc
eandem opin.amplexus eſt Soc.Iun.hic num.
96.& Cæſar Fiumag.num.274. qui hanc opi-
nionem magis communem eſſe teſtatur num.
273. &, pro hac opinione, omiſſis leuioribus,
vno vtar,vel altero tantum argumento.
267 Primum igitur,ad mentem Pauli de Mon
tepico,& aliorum,ſic poſſumus argumentari.
volũtas coarctata ad vitam alicuius,poſt mor-
tem illius non debet aliquid operari.l.epiſto-
la,§.vlt.ſupra de pactis.l.Aurelio in princ.ſup.
268 de liberatione legat. præſertim contra reg.
iuris communis,à quibus in dubio non eſt re-
cedendum. Bart. ad l.2.num.1. ff.ſi quis in ius
vocatus non ierit. Dec.ad l.1.num.7. de reg.
269 iur.cum ſimilibus.ſed conceſſio rei, ex cauſa
peculij,filio à parente facta,tacitè intelligitur
coarctata,ad vitam concedentis,cum,ſequuta
eius morte,extinguatur peculium,l.vltima,in
fin.;C.de inofficioſo teſtamento,igitur non de
bet poſſe operari,vt,poſt mortem illius, filius
poſſit, rem in peculium datam, eligere, & in
ea quartam detrahere,contra iuris regulam,
quæ habet quemadmodum ſupra vidimus,vt
de ſingulis rebus hæreditarijs,proportionabi-
liter deducatur.
270 Secũdo, & vltimo.vbicumque expreſsè,
vel ſaltem tacitè non conſtat de mente teſta-
toris,vt in vna certa re debeat per hæredẽ gra
uatum Falcidia,vel Trebellianica deduci,pro-
fectò detrahi debet in pluribus,vel in paucio-
ribus,aut in vna tantum re,ſecundum Iudicis
arbitrium,& æſtimationem, l.poteſt, ſupra de
legat.1.At, vbi pater viuens filio aliquid con-
ceſſit iure peculij,non conſtat,ſi deinde eum
grauet reſtituere hæreditatem,numquid velit
eundem,in dicta re conceſſa in peculium, ha-
bere quartam,igitur debemus dicere, ius filio
non eſſe eligendi dictam rem,vt in eam quar-
tam detrahat,ſed debere illam,ſecundum Iu-
dicis æſtimationem,detrahere.
271 Nec obſtant contraria, & præſertim pri-
mum argumẽtum, petitum à d.l.filium quem
habentem, quia ſecundum veriorem intelle-
ctum,Arnaldi Ferrerij,quem refert,& probat
Cuiac.ad l.qui non militabat,ff.de hæredibus
inſtit.prædium,de quo in dicto verborum cõ-
text.fuerat filio,grauato ad reſtituendam hæ-
reditatem, prælegatum, non autem à viuente
patre in peculium conceſſum,& propterea ab
eodem filio,cui prælegatum eſt,capitur diffor
miter,&,pro parte imputatur, pro parte com-
penſatur, & pro parte ſupra quartam retine-
tur, iure,ſcilicet,prælegati, non autem reddi-
tur cæteris cohæredibus,qui ad fideicommiſ-
ſum non ſunt vocati,illa enim verba reddere
compellitur,non referuntur ad id,quod ſupra
quartam,ex prædio habet,vt putat Antonius
Faber,ſed ad hæreditatem ipſam,vt facile con
uincitur ex eo, quia dum dicit, quod à cæteris
in eo fundo ſoluitur, neceſſe eſt, vt aliqua ex
cauſa ſoluatur,vtque id, quod ſoluitur, ſit re-
manſurum apud eum,cui ſoluitur,non autem
ad ſoluentes rediturum, cauſa ergo ſolutionis
fuit prælegatum,quod pro ea parte,quę capi-
tur a cohæredibus,non venit in reſtitutionem
fideicommiſſi,cum hæres eo loci fuerit graua-
tus reſtituere, non portionem ſimpliciter, ſed
portionem hęreditatis,iuxta l.in fideicommiſ-
ſariam,in fine,infra ad Senat.Conſult. Trebel
lian. Nec aliud præſeferunt verba illa, filium
quem habentem,vt Ant.Faber opinatur,cum
272 verbum, habere, generale ſit, & poſſit ad
quemcumque titulum referri,vt latè per Pet.
Rebuff.ad l.id apud ſe,ff.de verb.ſignif.col.3.
nec propterea importunè ponitur d.l. ſub tit.
familiæ erciſc.cum familię erciſcundę,iudicio
opus ſit, ad diuidendam hæreditatem inter il-
los cohęredes,& ad ineundam rationem quar
ræ conficiendæ in hæreditatis reſtitutione, de
qua ibi,& in ſumma,vbicumque vni ex hære-
dibus fuerit legatum hoc ei deberi officio Iu-
dicis familię erciſcundę manifeſtũ eſt ex l.qui
filiabus,§.vltimo, ſupra de legat.1. Quamob-
rem,cum in d.l.agatur, de fundo pręlegato fi-
lio,& hæredi grauato, qui partim ab eodem
filio imputatur, partim compenſatur, & par-
tim ſupra quartam retinetur, ad rem non fa-
cit

Digitized by Google

cit pro contrária opinione, & per hunc veriſſi-
mum intellectum, qui optime verbis quadrat
vt ſupra etiam oſtendimus, confunditur opi-
nio Duareni hic, & Angeli Mattheacij lib. 2.
de via, & ratione attificioſa vniuerſi iuris, cap.
22. num. 19. & quilibet alius intellectus.

273 Nec facit negotium ſecundum argumen-
tum, primum, quia non concludit generaliter,
ſed in caſu, vbi bona conceſſa in peculium, à
filio ſunt reddita melioris conditionis, quod
perpetuum non eſt, vt conſiderat Socin. Iun.
hic, num. 96. & Cęſar Fiumagiol. num. 271. &,
vt obſeruāt memorati interpretes, d. l. fin. pro-
cedit in paſcuis, & paludibus, pro modico ali-
quo cenſu, alicui in perpetuum conceſſis, vt
eorum ſumptibus ad frugum fertilitatem per-
ducerentur, aliud eſt in re fertili, cōceſſa in pe-
culium filio, ſine aliquo onere, & ſine transla-
tione alicuius dominij, vel vtilis, vel directi,
durante duntaxat vita patris.

274 Tertium quoque argumentum, licet circa
illud plurimum laborent Soc. Iun. hic nume.
96. & Cęſar Fiumagiol. num. 273. facilè, ni fal-
lor, ſolui poteſt, declarando illam maiorem,
quę haber præſumi velle teſtatorem obſerua-
ti, poſt mortem, quòd ipſe in vita obſeruauit,
vt procedat vbi dubitatur de qualitate, modo,
vel circunſtantijs, alicuius diſpoſitionis prin-
cipalis, à teſtatore obſeruatæ in vita, quamque
expræſsè cauit obſeruari, etiam poſt mortem
ſuam, iuxta exemplum, de quo in d. l. penul. in
275 princ. quod licet non reſtringat regulam,
illam tamen declarar, vt puta, ſi teſtator legat
alicui alimenta, cui dabat etiam dum viueret,
non adiecta quantitate, ante omnia inſpicien-
dum eſſet, quæ defunctus ſolitus fuerat ei prę-
ſtare, & ſic ratione quantitatis, de qua dubita-
tetur in legato alimentorum, dirimenda eſſet
quæſtio, ſecundum conſuetudinem obſeruatā
in vita à teſtatore, ſed ſi dictus teſtator fuiſſet
ſolitus dare alicui alimenta, dum viueret, non
ideo eidem, ex pręſumpta voluntate defuncti,
eſſent, poſt mortem, ab hærede legata præſtā-
da, niſi expreſsè eſſent relicta, quapropter, in
caſu noſtro, licet pater conceſſerit viuens, iure
peculij, filio ſuo liberam alicuius fundi admi-
niſtrationem, niſi aliud expræſſerit, non eſt cre
dendum voluiſſe ex quacunque cauſa, d. fun-
dum eſſe poſt mortem ſuam apud eundem
filium, præſertim, cum conceſſio, ex cauſa pe-
culij, ſit coarctata ad vitam concedentis, vt ſu-
pra dicebamus.

275 Concludo igitur filium, cui ſit facultas de-
trahendi Falcidiam, vel Trebellianicam, non
haberc ius eligendi rem ſibi conceſsā in pecu-
lium à viuente patre, vt ſentit re vera Bartol.
quicquid dixerint Picus, & Bereng. ſi tamen
Iudici æquum videretur concedere detractio-
nem Quartæ in re, quam filius habuit in pecu-
lio, viuente patre, poſſet hoc arbitrari, & æſti-
mare, & in hoc conſentio ipſi Pico hic nume.
229. & Berengar. in articulo Trebellianicæ
num. 38.

276 Nunc autem, quia, occaſione quęſtionum
de imputatione in Falcidiam, tangir gloſ. vlti-
ma, quæſtionem de ijs, quæ imputantur etiam
in legitimam. propterea, non ſine maxima ſtu-
dioſorū vtilitate, & non importune omnino,
(cū ipſa quoque legitima reperiatur interdū
Falcidia appellata, vt ad Rubr. ſupra eodem
tradidimus) Bart. & poſteriores DD. latè etiā
de ijs hic differunt, quæ veniunt in legitimam
imputanda, eapropter, ego quoque facien-
dum mihi putaui, vt fructuoſam hāc, de impu-
tatione in legitimam, tractationem, non omit-
277 terem. in qua ea vtar methodo, vt priore lo-
co nouem ſolitas quæſtiones noſtras de legiti-
ma ipſa, in modum præuiæ cuiuſdam inſpe-
ctionis, breuiter percurram, deinde verò ſigil
latim, quantum in me erit diligenter, Bartoli
quæſtiones explicem.

278 Veniendo igitur ad rem, vt primæ quæ-
ſtioni ſatisfaciam, dico legitimam, vocem eſ-
ſe multiplicem, & æquiuocam, &, quatenus
ſui natura nomen eſt adiectiuum, generaliter
ſignificare, quicquid eſt ſecundum leges, & iu
re ipſo comprobatum, l. legitima, ff. de pact. de
cuius multiplici acceptione, poſt Cynum, a-
gunt etiam latè Salyc. & Iaſ. ad legem vnicā,
C. quando non pet. part. num. 1. ſed à noſtrati-
bus vſurpatur etiam hæc vox legitima abſolu
tè, & in vim nominis ſubſtantiui, quatenus eā
ad partem, & quoram bonorum referunt, à le-
ge determinatam, perſonis, à iure definitis, de
bitam, vt per Fabian. ad Authent. nouiſſima,
C. de inofficioſo teſtam. num. 9. quem refert,
& ſequitur Cęſar Fiumagiolius noſter hic nu.
295. ſimili quoque modo declarat Io. Bolog.
hic num. 262. Perſonæ autem, quibus, neceſſi-
tate iuris, debetur eiuſmodi legitima portio
279 bonorum defuncti, ſunt, liberi, parentes, &
interdum fratres §. 1. in auth. de hæred. & fal
cid. tradit latiſſimè Berengar. Fernand. hic in
ſecunda præfat. num. 28. Ego tamen, in propo-
ſito, acturus ſum tantummodo de legitima,
quæ à parentibus liberis legitimis debetur.

280 Hæc igitur legitima, vt ſecundæ quæſtio-
ni ſatisfaciamus, dicta eſt à lege, per quandam
excellentiā, tum quia legis neceſſitate de be-
tur, glo. eſt in l. ſi quis legatum, §. vltimo, ff. de
falſis,

281 falſis, tum etiam quòd debetur liberis tantũ legitimis, non autem ſpurijs, & illegitimis, & licet, eiuſmodi bonorum portio, libetis à parentibus debita, communiter legitima appelletur, vt in Authent. res quæ, C. communia de legat. in l. ſi qua mulier, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. ſi quis in ſuo, C. de inofficioſo teſta-
282 mento, plures etiam alias recipit, in iure noſtro, appellationes: appellatur enim bonorum ſubſidium in l. ſi totas, C. de inofficioſis donat. pars debita, in l. ſcimus, C. de inofficioſo teſtamento, debitum iure naturæ, vel naturale debitum, in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. portio minuſcula, in l. ſi quis in ſuo, iuncta gl. in verbo legitima, C. de inofficioſo teſtamento, & olim etiam quarta bonorum appellabatur, l. cum quæritur, & l. parentibus, C. eodem titulo, de inofficioſo teſtamen. §. ſi quis autem non implens, in Authent. de hæred. & Falcid. quorum iurium rationem habens, quartam eam appellat Bart. hic, num. 10. Hodie autem appellatur etiam triens, vel ſemis, Authen. nouiſſima, C. de inofficioſo teſtamento, & Auth. de trien. & ſemiſſ. §. 1. & §. frequenter. Falcidia quoque interdum fuit appellata in Authent. vnde ſi parens, C. de inofficioſo teſtamento, vt ſupra ad Rubricam huius tituli docuimus in 1. quæſt. de Falcidia. Eiuſmodi autem legitimæ appellationes varias, diligẽter, poſt alios, enumerant Berengar. Fernand. hic in ſecunda præfat. num. 24. cum ſequentibus. Ioan. Bolognet. nu. 263. & P. Gregor. Tholoſ. in ſyntagmat. iur. vniuerſi, parte 3. lib. 44. cap. 5. num. 4.
283 Subſequitur modo tertia princeps quæſtio, qua quæritur, quo iure legitima ſit introducta, pro cuius intelligentia, antequam veniam ad illius ſolutionem, libet prænotare nonnulla de multiplici iure diſponente, nemi
284 nem enim later duplex eſſe ius, quoddam nimirum diſpoſitum, quoddam diſponens, vt latè tradit Ioan. Bolognet. poſt alios, in ſuo tractat. de multiplici ſignificatione, & differentia, iur. & fact. in veſtibulo, diſpoſita iura ſunt facultates, à iure diſponente, hominibus tributæ, cuiuſmodi ſunt, dominia, ſeruitutes, actiones, obligationes, & cætera, quæ in iure conſiſtere dicuntur, de quibus in titulo, Inſtitut. de
285 rebus corporalibus, & incorporalibus, diſponens autem ius, quod habet ſe ad iura diſpoſita, tamquam cauſa ad ſuos effectus, multiplex
286 eſt, & varijs hominis, quod animal eſt omniũ perfectiſſimum, qualitatibus, & paſſionibus, eum perficientibus, accommodatum, & ad cõſeruationem illius naturæ, & qualitatis ten-
287 dẽs, cui accommodatum eſt, &, quamquam variæ huiuſmodi leges, & iura, quandoque pũgnantia in aliquo videantur, ſimul tamen conſpirantes, ad vnicum, & certum finem, genus humanum dirigunt, ad benè, ſcilicet, beatè q; viuendum, vt docuit quandoque doctiſſimus, & omnium doctrinarum genere refertiſſimus D. M. Io. Paul. Lancellot. in ſuo opuſculo elegantiſſimo, de comparatione iuris Pontificij,
288 & Cæſarei, in princip. Primum enim homo habet eſſe reale, de quo latè per Barthol. Soc. & poſt eum per Paul. Leonium, ad Rubr. de verb. obligat. num. 5. per quod, ab ijs omnibus differt, quæ eſſe reale non habent, ſed intellectuale, & entia rationis appellantur, cuiuſmodi ſunt vniuerſalia dialecticorum, & noſtra ita diſpoſita, in hoc tamen conuenit cum cæteris entibus realibus, & propterea lex, quæ naturę huic accommodata eſt, communis eſt ei, cum cæteris omnibus entibus realibus, lex autem iſta, tam communis, & generalis, atque adeo traſcendens, lex æterna appellari debet, & nihil aliud eſt, quàm illa naturæ intentio, & ordinatio, vt entia fiant, & generentur perfecta, ſecundum ſuum genus, & paſſionibus, & qualitatibus illis informata, quibus facilius proprium eſſe valeant conſeruare, & proprias commodius explicare operationes, huius ergo legis virtute, terra eſt grauis, lapides, & graues, & duri ſunt, & vtrique ad centrũ tendentes, eiuſdem legis vis ignem ſurſum trahit, & efficit, vt homines naſcantur bipedes, erecti, duabus manibus, duobus oculis vtentes, quibus qualitatibus, informati, & perfecti, facilè, ſecundum ſuum genus, humanas explicant actiones, & operationes, & proprium eſſe conſeruant, quod vſu venire non ſolet, quando præter naturæ intentionem monſtra fiunt, lege non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin. vbi Bald. quæ nec diuturna, vt plurimum ſunt, & ad hu
289 manè agendum inepta. Secundo autem loco homo, cum viuens ſit, naturam, & qualitatem habet communem cum brutis omnibus, & cum plantis vniuerſis, per quam diſtinguitur ab elementis, & à mixtis vita carentibus, vt per Barthol. Socin. ad d. Rubr. de verb. obligat. in princip. vbi etiam Leonius. num. 7. & quatenus vita informatur, & perficitur, vtitur lege quadam, quæ ſibi cum cæteris animantibus, & cum plãtis communis eſt, quæque Lex viuentium, non ineptè appellari poteſt. hęc autem lex, quæ ad vitæ conſeruationem tendit, cui accommodatur, nihil aliud eſt, quàm appetitus illę naturalis in viuentibus, eius, quod vitam ipſam conſeruat, appetitus nempe cibi, & potus in homine, & in brutis, & appetitus homo-

humorum,quorum receptione vita conſeruã-
tur,in plantis, & hic appetitus illæ eſt,qui ap-
pellatur naturalis ſine ſenſu ab Auerroe lib. 1.
Phyſic.commẽt.81.hoc eſt nutrimentum in
plantis,appetitus autem animalium,cibi nimi
rum,& potus,eſt cum ſenſu,cum animalia,&
ſenſibili, & vegetabili natura informentur, &
vocatur fames,& ſitis,quæ proueniunt ex ſen
ſu euacuationis,vt dicit Albert.Magn.de ani-
290 ma,tractat.2.cap.8.Tertio igitur loco,homo
ſenſibilis eſt,& quatenus ſenſibus vtitur, qua-
litatem, & naturam communem habet cũ om
nibus brutis, per quam ab ijs omnibus, quæ
ſenſu catent,maximè diſtat,& huic naturæ, &
qualitati,de qua latè etiam Barthol.Socin.ad
d.Rubr.de verb.oblig. vbi etiam Paul.Leon.
num.8.legem quandam accommodatam ha-
bet,quæ ſibi cum brutis omnibus eſt commu-
nis, & appellatur ius naturale, quod quidẽ ad
conſeruationem huius naturæ ſenſibilis,ſine
dubio,dirigitur,quam,cum non poſſit conſer-
uare in indiuiduo, per propagationem ſaltem
prolis, in ipſa ſpecie conſeruare molitur, &
hoc eſt ius illud,quod definitur in l.1.§.1. ſu-
pra de iuſt.& iure,& Inſtitut.in princip.de iur.
nat.gent.& ciuil.vt ſit quod natura omnia ani-
291 malia docuit, & D.Thom.lib.5. Ethic.lect.
12. dixit, Ius naturale eſſe,quod conſequitur
inclinationem naturæ communis homini,&
alijs animantibus,vt coniunctio maris, & fœ-
minæ,talem enim coniunctionem,nec non li-
berorum procreationem faciunt, non modo
homines,ſed cætera quoque animalia,inſtin-
ctu quoddam naturali dictante, qui iuris natu
292 ralis appellationem recipit. Quarto loco, in-
telligit homo,cum rationalis ſit,vt latè per eũ-
dem Barthol.Soc. ad eandem Rubr. de verb.
obligat. vbi etiam Leon.num.12.cum ſeq. &
quatenus hanc habet qualitatem, vt rationa-
lis ſit,ſpecifica informatur natura, quam cum
re aliqua non cõmunicat, & ideo naturæ huic
perficienti illum, ius quoddam proprium ac-
commodatum habet,quòd tendit ad cõſerua-
tionem eiuſdem naturę rationalis,quę in ope-
rationib.à tali iure proficiſcentibus relucet,&
hoc eſt propriè, & verè ius naturale ipſius ho-
minis, propriè enim ius,non niſi in ijs, quæ à
ratione pendent conſiſtere poteſt, &, quate-
nus ad alia refertur, fuſiore vocabulo vſurpa-
tur, vocatur autem hoc ius à noſtratibus ius
gentiũ,& definitur à M.Tul.lib.2. de legibus,
vt ſit ratio sũma,inſita à natura, quæ iubet ea,
quæ facienda ſunt,prohibetque contraria, &,
eodẽ ferè modo, fuit hoc idem ius ab eod. M.
Tul.lib.1.de nat.Deorum deſcriptum,hoc au-
tem iure inductum eſt, vt fidem ſeruemus, &
pacta non frangamus.l.1.ff.de conſtit. pecun.
l.1.ff.de pact.vt Deum,patriam, parentes co-
lamus,& obſeruemus,vt vim vi repellamus,l.
1.in fin.cum duabus ſeqq. ſupra de iuſt.& iur.
quæ gerere nulli cæterorum animantium na-
tura conceſſit,ſed ſoli homini,&,quia hęc om-
nia fluunt ex principijs rationis, nullo præce-
dente diſcurſu,& humanis neceſſitatibus,non
exigentibus, propterea Albert.magnus lib.5.
Ethic. tract.3. cap.5. dixit hoc ius gent. quod
poſſet etiam naturale appellari,cum in natura
inſitum ſit,vt dicebat M.Tul.nihil aliud eſſe,
quàm id,quod vnicuique dictat ratio, ex ſolis
rationis principijs informata, & non ex his,
quæ inquiſitione,vel diſcuſſione,inuenta ſunt,
nõ poſſet ergo hoc ius ignorari,vt rectè ſcrip-
ſit D.Thom. lib.5. Ethic. lect.15. qui eod.lib.
Ethic.lec.12. ſcripſit, hoc ius illud eſſe, quod
conſequitur propriam inclinationem naturæ
humanæ, in quantum homo eſt animal ratio-
293 nale. Quinto loco habet homo à ratione, vt
ſit animal quoddam ſociabile,quod beſtiarum
more,ſolitudine non delectatur,&, huic quo-
que propriæ ipſius naturæ, aliud quoddam
ius, quod dirigitur ad ſocietatis humanæ con-
ſeruationem accommodatum habet, quod, à
noſtratibus, ius gentium ſecundarium appel-
latur,nos autem cum Liuio lib.5. ab vrbe cõ-
dita, ius humanum appellamus, quòd nihil
aliud eſt,quàm id, quod naturalis ratio, vſu,&
humanis neceſſitatibus exigentibus, diſcurſu
pręcedente,inter omnes gentes conſtituit,&,
apud omnes populos,peræq; cuſtoditur, vt col
ligitur ex §.1. Inſtit.de iur. nat. gent. & ciuil.
iuncto §.ius autem gentium, Inſt.eodem,hoc
enim iure dictante,inducta ſunt bella, captiui-
tates,ſeruitutes, & omnes ferè contractus, iſtẽ
diſtincta dominia,regna condita,& cætera in-
troducta, quæ commercium, & ſocietatis hu-
manæ pacem, quietem,& tranquilitatẽ reſpi-
ciũt,d.§.ius autẽ gentiũ, & l.manumiſſiones,
294 l.ex hoc iure ſupra de iuſtitia,& iure. Sexto
loco,homo nõ, modo eſt ſociabilis,ſed eſt etiã
animal politicum,& ciuile, & propterea, non
contentus rudi omnium hominum publico
commercio, ea vita delectatur, quam publicè.
& ciuiliter traducunt populi,intra menia ciui-
tatum,quas conſtruunt,& ędificant,erigendo
tribunalia, in quibus ius quoddam ſpeciale
ciuitatis, & municipij reddatur, & dicatur,
quod ad illius cõſeruationem, & communem
vtilitatem pertineat.hoc autem ius homini po
litico,& ciuili accommodatum, quatenus ſci-
licet ciuitatis alicuius ciuis eſt,ius ciuile parti-
culare

Digitized by Google

cubare illius ciuitatis, vel ſtatutum, vel ius municipale appellatur, de quo in §. ius autem ciuile, vbi DD. Inſt. de iur. natur. gent. & ciuil. & in l. omnes popul. ſupra de iuſt. & iur. & nihil aliud eſt, quã, quod ſibi quiſq; populus ius cõſtituit, vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius Ciuitatis, vt docet Iuſtin. in §. 1. In-
295 ſtitur. de iur. nat. gent. & ciuil. Item ſeptimo loco, eam habet qualitatem homo, vt Imperio ſit ſubiectus, & huic qualitati ius ciuile Romanorũ, vel ius Cæſareũ accõmodatur, quod hodie ius commune appellamus, §. ius autem, Inſt. de iur. nat. gen. & ciu. l. 1. C. de sũma Trinit. & fide cath. quod circumſcribi poteſt, vt ſit ius, quod ſibi populus Romanus conſtituit, ab omnibus hodie Imperio ſubiectis obſeruandum, in Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Magiſtratuum edictis, & reſponſis Prudentum conſiſtens, §. ius autem ciuile, iuncto §. conſtat, Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. & hoc eſt ius, quod profitemur,
296 & docemus. Octauo, & vltimo, conſideratur homo, vt ſubiectus Eccleſiæ, & Pontifici, & huic qualitati accommodatum eſt, ius Canonicum, ſeu Pontificium, quod nihil aliud eſt, (vt rectè definiuit doctiſſimus præceptor meus Io. Paul. Lancellot. in ſuis inſtit. iuris Canonici, in fin. tit. de iure Canonico) quàm ius, diuinæ legis præceptis, conſuetudine, & conſtitutionibus cõſtans, ciuium actiones, ad finem
297 æternæ beatitudinis dirigens. Iura autem hæc vniuerſa, rediguntur ad ſummam illam Philoſophi diuiſionem lib. 5. Ethic. cap. 7. vbi ſtatuit, aliquod eſſe ius naturale, aliquod legitimum, & poſitiuum, quam diſtinctionem tuetur, & probat Dominicus Sotus, in ſuo tract. de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 1. artic. 2. Quattuor
298 enim prima iura, nimirum lex eterna, lex viuentium, ius naturale, & ius gent. ad ius na-
299 turale referuntur, ius autem humanum, ius municipale, ius Cæſareum, & ius Põtificium, referuntur ad ius poſitiuum, & diſtinctio eiuſ-
300 modi, etiam ius diuinum amplectitur, quod, & ipſum, in naturale, & poſitiuum diuiditur, vt rectè docet Sotus d. artic. 2. in fin. vniuerſum enim ius naturale eſt diuinum, eo, quòd Deus eſt auctor naturæ, vt inquit Sotus, ac ſubinde cuiuſcunque eius iuris. diuinum autem ius poſitiuum eſt, quòd ſupra naturam eſt ab ipſo Deo poſitum, vt ſacramentorum iura Chriſtianæ familiæ, & ceremonialia, ac iudicialia antiquę legis.

301 His ſic præmiſſis, & declaratis, pro explicatione tertiæ propoſitæ quæſtionis, duos diſputabimus articulos.

Primus erit. An legitima ſit de iure naturali, vel de iure poſitiuo.

Secundus, ſi eſt de iure poſitiuo. An ſit de iure humano, quod noſtrates ius gentium ſecundarium appellant, vèl de iure ciuili.

Quod attinet ad primũ, contrarię ſunt DD. opiniones, quarum altera eſt exiſtimantium, legitimam eſſe de iure naturæ, in quam opinionem videtur iuiſſe Bart. hic num. 10. dum appellauit legitimam, Quartam debitam iure naturæ, qui eandem, opinionem, ſibi ipſi conſtans, probauit ad l. Titio centum in §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr. num. 6. eandem quoq; opinionem vidẽtur ſequuti Cyn. & Bald. ad l. ſançimus C. de nupt. & ij omnes, qui hic, & alibi, iuerunt in eam ſententiam, vt crediderint, legitimam in totum municipali iure tolli non poſſe, quaſi ſcilicet ſit immutabilis, vt potè, quæ iure naturali fuerit introducta, vt, poſt alios, opinantur Brengar. Fernãd. hic in ſecunda præfatione num. 164. & Io. Bologn. num. 271. ita vt hæc videatur eſſe magis communis opinio, vt teſtatur Caſar Fiumag. hic num. 307.

302 Primum autem, pro hac ſententia, ſic videntur argumentari. Quod iure naturæ debetur, ad ius naturæ debet referri. l. 1. §. vlt.
303 cum l. ſeq. ſupra de iuſt. & iure. ſed legitima debetur iure naturæ. l. cum ratio ff. de bon. damn. §. 1. in Auth. de hæredibus, & Falcidia. Auth. hoc amplius C. de fideicomm. cap. 1. in fin. de teſtam. lib. 6. igitur legitima ad ius naturæ eſt referenda.

304 Secundo loco, quod in locum alimentorum ſubrogatum eſt, neceſſe eſt, vt ſit eiuſdem iuris naturæ, cuius ſunt alimenta, cum ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur, §. fuerat Inſtit. de act. l. ſi eum §. qui
305 iniuriarum ſupra ſi quis caut. ſed legitima ſubrogata eſt in locum alimentorum, vt per Bald. ad l. 1. in §. ius naturale, num. 19. quæ ad
306 ius naturæ referũtur, l. necare iuncta l. ſi quis à liberis ſupra de lib. agnoſc. facit text. in princip. Inſt. de iur. naturali gent. & ciuil. igitur legitima eſt de iure naturæ.

307 Tertio, & vltimo loco, vtor ego hac ratione. vnumquodque illi iuri adſcribendum eſt, à cuius ratione, per interpretationẽ, fuit deſumptum, vt colligere eſt ex titulis Inſt. de legitima patronorum tutela, & de legit. parent. tu-
308 tel. At legitima, à parentibus filijs debita, à ratione iuris naturalis deſumpta eſt, cum naturali ratione debeatur, l. cum ratio de bon. damnat. igitur iure naturali, cuius ratione nititur, adſcribenda eſt.

His tamen rationibus minimè negotium
facientibus, veriorem eſſe arbitror ſententiam
eorum, qui legitimam, in controuerſia poſitã,
ad ius poſitiuum referunt, cuius ſententiæ eſt
Dyn. ad c. indultum de reg. iur. lib. 6. circa fin.
eandemque probat Petr. Gregor. Tholoſan. in
ſintag. iuris vniuerſi part. 3. lib. 44. cap. 5. num.
10. & in eandẽ opinionem ire videntur DD.
omnes, ſentientes legitimam, in totum, ſtatuto, tolli poſſe, vt ſenſit Bald. ad d. l. 1. in §. ius
naturale ſupra de iuſtit. & iur. num. 20. Paul.
Caſtrenſ. ad l. quod de bonis in §. vlt. ſup. eod.
nu. 2. Corn. conſ. 190. quod incipit: hanc quæſtionem, in fin. vol. 1. &, pro hac quoque ſententia, vt magis communi, poſt Corn. teſtatur Soc. Iun. hic num. 110. qui in eandem propendere videtur, quam amplectitur etiam,
alios adducens, Cæſar Fiumag. hic num. 307.

309 Et primum, pro hac ſententia, ad mentem
Petri Gregor. Tholoſani, præallegato in loco,
ſic poſſumus ratiocinari. Quæ ad ius naturæ
referuntur, criminoſi non amittunt, hinc, apud
310 deportatos, quæ iuris naturalis ſunt, remanent, ex traditis per Bar. ad l. quoties ff. de no-
311 uat. At legitima, per ingrati animi crimen amitti poteſt, cum varias ob cauſas rectè filij
312 ingrati à parentibus exhæredentur, §. aliud
quoque capitulum, in Authent. vt cum de appellat. cognoſcitur, igitur legitima non poteſt
ad ius naturæ referri.

313 Secundo nihil, quod ſit de iure naturæ, alterari, vel mutari poteſt, cum iura naturalia,
diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, atque immutabilia permaneant, §.
314 pen. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. At legitima
mutari poteſt, & alterari, ſaltem ratione quantitatis, vt omnes, ſequentes Cynũ, admittunt,
& patet in Auth. de trien. & ſemiſ. igitur legitima non eſt de iure naturæ.

315 Tertio, ea, quæ ſunt de iure naturæ, tolli
ciuili iure minimè poſſunt, l. Iulianus, ff. de cõdit. indeb. facit l. eas, ſupra de capitis diminut.
& d. §. penult. Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil.
316 Sed legitima, præſcriptione tollitur, quæ eſt
de iure ciuili, vt tradunt DD. communiter ad
Rubr. ff. de acquirend. poſſeſſ. & probat apertè text. in princip. Inſtitut. de vſucap. igitur legitima nõ eſt de iure naturæ. Probatur minor
per gloſ. in l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. vnica
C. quando non petent. part. tradit Bald. ad l. licet, C. de iur. deliberand. & Tholoſ. in d. cap. 5.
num. 12.

317 Quarto, non dicitur eſſe de iure naturæ,
quod non procedit immediatè à rationali inſtinctu, & à principijs ipſius rationis, ſine diſcurſu, & neceſſitate non præcedente, vt patet
ex l. 1. in fin. cum duabus legibus ſequentibus,
ſupra de iuſt. & iur. tradit etiam Albert. Magn.
318 lib. 5. Ethic. tract. 3. cap. 5. At legitima non
potuit proficiſci à principijs ipſius rationis, ſine præuio diſcurſu, & ſine humana poſitiua
conſtitutione, cum naturalis inſtinctus, illius
debitum immediatè non dictet, quemadmodum religionem, & pietatem, ac dilectionem
erga Deum, erga Patriam, erga Parentes, & ſimilia, in ſupra adductis iuribus, igitur legitima non eſt de iure naturæ, ſed de iure poſitiuo, proficiſcente ex humana conſtitutione.

319 Quinto, Quæcumque ſunt reperta, non
modo poſt diſtinctionem dominiorum, & poſt
320 contractus, ſed etiam poſt ſucceſſionem ex
teſtamento, quę, ſecundum veriorem ſententiam, de qua Thobias Nonius in princip. Inſtitut. de teſtament. num. 21. & per Cæſarem
Fiumagiolium hic, num. 308. vbi alios plures
allegat, eſt de iure ciuili, neceſſe eſt, vt ſint de
iure poſitiuo, ab hominibus poſito, non autem
321 de iure naturæ, quod cum genere humano
322 a natura ipſa prodidit, ſed legitima, ſine dubio, poſt teſtamentarias ſucceſſiones fuit reperta, ne parentes, contra naturale pietatis officium, liberos omnino excludentes, alienam
ſobolem proprię anteponerent, l. inofficioſum
cum l. ſequen. ff. de inofficioſo teſtamento, Inſtitut. eodem, in princip. iuncta l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcend. tradit latè Fiumagiol. hic, num. 298. igitur legitima eſt de iure
poſitiuo.

323 Sexto, & vltimo, ad mẽtem Dyni, ad d. c.
indultum, de regul. iur. lib. 6. omne ius legitimum, & à lege denominatũ, ad ius poſitiuum
refertur, vt colligitur ex titulis, Inſtit. de legit.
Agnatorum tutel. de legitima Patronorum, &
de legitima Parentum, necnon ex canone,
lex eſt 1. diſtinct. tradit Philoſophus lib. 5. E-
324 thic. cap. 7. At legitima, de qua agimus, legitimũ eſt ius, & a lege denominata, igitur ad ius
poſitiuum eſt referenda.

325 Non obſtant nunc contraria, & pręſertim
primum argumentum, quia illa maior. quicquid debetur iure naturæ, eſt iuris naturalis,
non eſt abſolute vera, quandoquidem aliquid
naturaliter poteſt duobus modis deberi, vno
modo, ſcilicet, iubente natura immediate, nulla exigente, vel præexiſtente neceſſitate, &
nullo præcedente diſcurſu, ſed quadam naturali propenſione, & ipſo rationis inſtinctu, ſua-
pte natura impellente, prout pietas Deo, &
dilectio, atque obſeruantia Parentibus, & Patriæ debetur, iuxta text. in l. veluti, ſupra de iuſtitia,

ſtitia,& iur.& certè in ijs vera eſt dicta propo-
ſitio,ſed hoc modo naturaliter non debetur le
gitima à parẽtibus liberis ſuis , humana enim
conſtitutione diſponente , non autem natura
imediatè dictante, legitima ipſa debetur. Se-
cundo modo , poteſt deberi aliquid naturali-
ter, quia, ſuadente ratione naturali , homines
ipſi,neceſſitate exigente,& præcedente diſcur
ſu,illud deberi,humanè conſtituerint,vt colli-
gitur ex §.1.Inſt.de iur.nat.gent.& ciuili,& ex
canone ius naturale , prima diſtinct. & ita de-
betur legitima;quia,ſcilicet homines,moti ra-
tione naturali , illam à parentibus liberis de-
beri conſtituerint, d.l.cum ratio, quod autem
debetur naturaliter hoc modo,ſcilicet virtute
rationis naturalis; qua moti ſunt homines ad
aliquid ſtatuendum, dicitur eſſe iuris poſitiui,
non autem naturalis, vt colligere eſt ex Ariſt.
lib.5.Ethic.cap.7.& ex Dominico Soto.lib.3.
de iuſtitia,& iur.queſt.1.arti.2.& apertius ex
diuo Thoma lib.5.Ethic.lect.12.vbi affirmat,
iura omnia poſitiua, & legalia, ex naturali iu-
re oriri,& proficiſci.facit §.vlt.Inſtit.de iuſt.&
326 iur.& l.1.§.huius ſtudij ff.eod.conſtat autem
hoc modo eſſe intelligenda iura,dicentia legi-
timam eſſe portionem debitam iure naturæ,
tum quia appellant hoc modo, etiam legitimã
debitam à filijs parentibus, vt in cap.1.in fin.
de teſtament.lib.6.& tamen negant omnes le-
gitimam à liberis debitam parentibus eſſe de
iure naturæ, & præſertim Bald. ad d.§.ius na-
turale num.22.in fin. & Bereng. Fernand.hic
in ſecunda præfatione num.169. vbi teſtatur
327 de communi, tum , quòd hæc portio , quæ
legitima appellatur, dicitur debita iure natu-
328 ræ,ad differentiam Falcidiæ,quę,ex mera iu-
ris ciuilis ratione, emanauit , naturali ratione,
& pietate minimè impellente. licet igitur tàm
Falcidia, quàm legitima,iure poſitiuo debea-
329 tur, reſpectu tamen Falcidiæ legitima poſ-
ſet dici quodammodo iure naturali debita,
propterea quòd, licet debeatur iure poſitiuo,
debetur tamen ob naturalem rationem, &
pietatem , nec eſt inconueniens, vt id, quod
iure poſitiuo debetur,ex naturali ratione(con-
ſtat enim ius ciuile, ex præceptis iuris natura-
lis,iuris gentium,& ciuilibus,§.vlt.in fin.Inſt.
de iuſtitia,& iur.)dicatur iure naturali deberi,
& fieri, vt probat Cæſar Fiumagiol. hic num.
309.in fin.per tex.in §.venditæ Inſtitut.de re-
rum diuiſ.

330 Nec facit negotium ſecundum argumen-
tum , quia, imprimis poſſet negari illa maior,
quæ habet, quòd ſubrogatum eſt in locum ali
mentorum , neceſſe eſt , vt ſit de iure naturæ,
quia , licet ſubrogatum ſapiat naturam eius,in
331 cuius locum ſubrogatur,non ideo eſt idem
cum eo,cum nullum ſimile ſit idẽ,l.quod ner-
ua ff.depoſiti,& ideo ſufficit, vt operetur eun-
dem effectum,non eſt neceſſe,vt ſit eiuſdem
iuris,etenim,ſi homines, & gentes, humana
cõſtitutione,ſubrogent aliquid in locum eius,
quod eſt de iure naturæ, non ideo ſubrogatũ
erit iuris naturalis, ſed iuris gentium poſitiui,
332 vt latet neminem.Præterea,aliméta,in quo-
rum locum ſubrogata dicitur legitima, vt eru-
ditè conſiderat Tholoſ.in præallegato cap.5.
num.11.non poſſunt dici abſolutè de iure na-
turæ, quandoquidem, duobus modis, impri-
mis,alimenta poſſunt conſiderari,primum vi-
delicet,ſimpliciter, & abſolutè, & ita viuenti-
bus iure naturæ ſunt neceſſaria, cum corpus,
naturali refectione, decidentis partis , egeat,
vt conſeruetur in eſſentia.Secundo autem mo-
do poſſunt conſiderari alimenta paterna, &
hæc iterum duobus modis cõſiderari poſſunt,
vno modo, prout includuntur in naturali libe-
rorum educatione,de qua in princ.Inſtitut.de
iur.nat.gent. & ciuili, & in canone ius natura-
le prima diſtinctione , quandiu , ſcilicet liberi
inepti ſunt ad alimenta ſibi paranda , & hæc
certè ſunt de iure naturæ,licet ea non conſide-
rauerit , in præallegato loco Tholoſ. Secundo
autem modo poſſunt conſiderari alimenta pa-
terna ſimpliciter, & durante vita filiorum,
etiam poſt eorundem aptitudinem ad paran-
dum ſibi victum , in quorũ locum neceſſe eſt,
vt ſucceſſerit legitima , de qua loquimur , &
hæc,licet debeãtur ratione naturali, inſtinctu
tamen naturę imediatè impellente, non debẽ-
tur , hinc, ob ingrati animi crimen, alimentis
quoq; paternis,liberi priuari poſſunt,l.ſi quis
à liberis §. idem Iudex æſtimare ff. de liberis
agnoſcendis,l.fin. C.de alendis liberis, quod
non eſſet, ſi alimenta eſſent illius iuris natura-
lis,quod contra diſtinguitur à iure poſitiuo,&
eſt immutabile,vt poſt Ariſt.lib.5. Ethic.cap.
7.docet Iuſtin.in §.pen.Inſt.de iur natur.gent.
333 & ciuil. præterea poteſt etiam negari , in lo-
cum alimentorum ſubrogatam eſſe legitimã,
quicquid dixerit Bald. in d.§.ius naturale,l.1.
ff.de iuſtitia, & iur.num.19. qui ſuum hoc di-
ctum, nec ratione , nec auctoritate aliqua ibi
probauit , quandoquidem , filijs etiam diuiti-
bus debetur legitima , & illis, quibus ſatis, ad
alimenta,ſunt bona propria,quibus non debe
retur, ſi naturam alimentorum haberet. d.l.ſi
quis à liberis , §. ſed ſi filius de liberis agnoſc.
præterea,deberetur legitima, viuente patre,
non poſt mortem illius,cum alimenta,non niſi

durante vita patris ex pietate debeantur, non
autem poſt mortem illius ab hærede, d.l. ſi
quis à liberis §.ita reſcriptum eſt, facit, quòd
dicit idem Bal. ad §.ius naturale d.l.1.nu.20.
quapropter cum hoc non ſit, quia immo non
niſi poſt mortem patris legitima debetur, ſe-
cudum communem ſententiam, de qua latiſ-
ſimè hic, per Cæſar. Fiumag.nu.344.& per Io.
Bologn. nu.268. negandum eſt omnino legi-
timam eſſe in locum alimentorũ ſubrogatam.
334 Nec obſtat tertium argumentum, quia
licet legitima, cum iure naturali debeatur, poſ-
ſit dici aliquo modo Iuris naturalis, quia per
rationem naturalis iuris ſit introducta, non
eſt tamen eius iuris naturalis, quod contra di-
ſtinguitur à iure poſitiuo, cum non ſit imedia-
tè ab ipſa natura, ſed ponatur, per interpreta-
tionem iuris naturalis, ab homine, id autem,
quod conſtituitur, & ponitur ab hominibus,
vtcunque propriè ad ius poſitiuum referatur,
appellari quandoque, ſutiorè vocabulo, ius na
turale, probat tex. in §.ſingulorum, & in §.ven
ditæ, Inſtit. de rerum diuiſ.
335 Cũ igitur ex ijs, quæ hactenus dicta ſunt,
ſatis liqueat, legitimam eſſe iuris poſitiui, ſuc-
ceſſiuè dubitari poſſet, An ſit de iure huma-
no, quòd noſtrates ius gentium ſecundarium
appellant, & accommodatur naturæ ſociabili
ipſius hominis, vel de iure ciuili Romanorum,
quod per excellentiam, in dubio, venit appel-
latione Iuris ciuilis, §. ius autem ciuile, in fin.
Inſt. de iur.nat.gent.& ciuili.
Et, in hoc ſecundo articulo, videtur prima
facie reſpondendum, legitimam referendam
eſſe ad ius gentium, non autem ad ius ciuile,
in quam ſententiam facile poſſunt trabi Bart.
hic num.10. & nonnulli alij ex ijs, qui ad ius
naturę legitimam referebant, & hanc videtur
etiam tenere Soc.Iun. nu.110. & Petr. Greg.
Tholoſ. in ſintag. iuris vniuerſi part.3. lib.44.
cap.5.num.11.
336 Primũ quia, ſi legitima eſt referẽda ad ius
poſitiuum, ad illud debet ius poſitiuũ referri,
quod magis iuri naturali accedit, cum, ratio-
ne naturali, dicatur debita, d.l.cum ratio de
bon. damnat. & paſſim debiti naturalis reci-
piat appellationem. Auth. hoc amplius C.de
fideicomm.hæred. §.1. in Auth. de hæred. &
Falcidia cum ſimilibus, ſed ius gentium, quod
appellant ſecundarium, eſt ius poſitiuũ, quod
magis accedit iuri naturali, quàm ius ciuile, &
propterea interdum iuris naturalis appella-
tionem recipit, vt habetur in §. ſingulorum,
Inſtitut. de rerum diuiſ. & id natura debetur,
quod iure gentium dari oportet, l.cum ampli-
337 us, §.is natura ff. de reg.iur. igitur legitima
potius iuri gentium ſecundario, quàm ciuili
iuri adſcribenda eſt.
338 Secundo, quicquid naturali ratione eſt in-
troductum, & pereque obſeruatur, & cuſtodi-
tur apud omnes gentes, iuris gentium eſt, di-
citur, §.1. Inſt. de iur.nat.gent. & ciuil. ſed le-
339 gitima naturali ratione eſt introducta d.l.
cum ratio, & obſeruatur, & cuſtoditur apud
omnes gentes, cum nulla ſit conſuetudo vſq;
adeo atrox, & barbara in Britania, ſeu alibi,
quæ aliquid non relinquat filijs, etiam ſi ſuc-
ceſſionem primogenitis tãtum deferat, vt col-
ligere eſt ex Rip. hic num.133. & latius docet
Petr. Gregor. Tholoſ. in Sintag. iuris vniuerſi
part.3.lib.44.cap.5.num.11. in fin. igitur legi
tima eſt de iure gentium.
His tamen argumentis minime refragantib-
bus, arbitror ego veriorem eſſe eorum ſenten
tiam, qui legitimam iuris ciuilis eſſe arbitran-
tur, quam tenet expreſſe Dyn. ad cap. indul-
tum, de reg.iur.lib.6. circa fin. necnon Lancel-
lot. Galiaul. ad l.Centurio, ſupra de vulgari,
& pupill.num.86. Roderic. Soarez, ad l.quo-
niam in prioribus, C.de inofficioſo teſtamen-
to, & tenet Cęſar Fiumagiol.num.307.& Ga-
ſpar Caballinus milleloqu.862. videtur etiam
eſſe eiuſdem opinionis Antonius Goueanus,
lib.2. variarum lectionum, cap.1. Anton. Con-
tius, lib.1. lectionum ſubceſſiuarum, cap.3.&
Claud. Chifletius, de portionib.cap.3.
340 Et, pro hac opinione. Primum ſic ratioci-
nantur, quod fuit introductum, per interpreta
tionem prudentum, poſtquam filij, contra offi
341 cium pietatis, cæperunt exhæredari, cum
exhæredatio non niſi in teſtamento fieri poſ-
ſit, l.non codicillum, C.de teſtament. neceſſe
eſt, vt ſit de iure ciuili, quandoquidem teſta-
mentum ipſum, quod eſt teſtamentum per in-
ſtitutionem, & exhęredationem, eſt de iure ci
uili, l.verbis, ff.de verb.ſignificat. Inſtitut. in
princip. de teſtament. vbi Nonius noſter, nu-
342 me.21. Sed legitima fuit inuenta, poſtquam
filij, contra officium pietatis, à parentibus in
teſtamentis cæperunt exhæredari, ne in ſucceſ
ſione paterna, aliena ſoboles, propriè, in to-
tum anteponeretur, & ſic eo modo coanguſta
ta latiſſima facultas diſponendi tributa à lege
duodecim tabularum, vel interpretatione le-
gum, vel auctoritate iura conſtituentium, d.l.
verbis legis, ff. verb.ſign. igitur legitima eſt de
iure ciuili.
Secundo, omne illud, per quod aliquid de-
trahimus, vel addimus iuri communi, ita, vt
neque in totum à naturali iure, vel gentium
rece-

recedat,neque per omnia ei ſeruiat,iuris ciui-
lis eſſe dicitur , l.ius ciuile , vbi gloſ.in verbo,
communi, ſupra de iuſtitia, & iure. At per le-
343 gitimam aliquid detrahitur liberorum ſuc-
ceſſioni,quæ eſt de iure communi,& naturali,
Canone ius naturale,prima diſtinctione,cum
ſucceſſio,quæ vniuerſa de iure naturali,ſeu gẽ
tium deberet eſſe filiorũ, reſtringatur, per cõ-
ſtitutionem legitimæ, ad quartam,ſecundum
ius antiquum,l.Papinianus, §.quarta,ff.de in-
officioſo teſtamento, §.vltimo, Inſtit.eodem,
hodiè autem,ad trientem,vel ſemiſſem,ſecun
dum numerum filiorum,iuxta Authentic.de
triente, & ſemiſs. igitur legitima eſt de iure
ciuili.

344 Tertio, & vltimo , vnumquodque debet
illi iuri tribui,& ab eodem denominari, à quo
345 formã habet, quæ dat eſſe rei, l.Iulianus, §.
346 ſi quis re,ff.ad exhibẽd. Hinc vnumquodq;
potius denominari debere à ſuo eſſe ſpecifico
quàm à generali,& indefinita materia,docuit
Bald.ad l.ex hoc iure,ff.de iuſtitia,& iur.num.
43. per text.in l.iuris gentium, in princip. ſu-
347 pra de pactis.At legitima formam habuit o-
lim,& habet hodie à iure ciuili, cum olim ci-
348 uili iure cautum eſſet,vt forma legitimæ,in
eo conſiſteret,vt filijs quocumque relicti titu
lo, quarta pars eius, quod fuiſſent habituri ab
inteſtato à parentibus neceſſariò, poſt mortẽ,
relinqueretur,d.§.vltimo, Inſtitut.de inoffic.
349 teſtamento.hodie autem,nouiſſimo ciuili iu
re,cautum eſt, vt in eo legitimæ forma conſi-
ſtat,vt à parentibus liberis ſuis,ſemis,vel triẽs
eius,quod fuiſſent habituri ab inteſtato relin-
quatur,§.1.& §.frequenter,in Authen.de hę
redibus,& Falcid. & d.Authent.de trien.&
ſemiſſ.idque honorabili titulo inſtitutionis,ſe-
cundum communem opinionem, per tex.in
§.aliud quoque capitulum,in Authẽt.vt cum
de appel.cognoſc.& admittunt etiam DD.le-
gitimę formam eſſe de iure ciuili,& pręſertim
Io.Bologn.hic nu.264.igitur legitima iuri ciui
li tribui,& adſcribi debet.

350 Nec obſtat primum argumentum ex ad-
uerſo allatum,quia non tenet conſequentia.
legitima eſt introducta ratione naturali, vel
debitum naturale eſt,ergo non eſt de iure ci-
uili,ſed ad ius naturale,vel gentium refertur,
cum ius etiam ciuile ſit ex naturalibus præce-
ptis,§.vltimo,in fin.Inſtitut.de iuſtitia,& iur.
351 cumque, id,quod non in totum à naturali iu
re, vel gentiũ,recedit,neque per omnia ei in-
ſeruit,ius ciuile eſſe dicatur,d.l.ius ciuile,ſ. de
iuſt.& iur.

352 Nec obſtat ſecundum,quia,licet iuris gen
tium eſſe dicatur, quod apud omnes gentes,
peræque obſeruatur,& cuſtoditur, falſum ta-
men eſt apud omnes gentes legitimam rece-
ptam eſſe,& peręque cuſtoditam,quamquam
enim omnibus in locis,etiam in ijs, in quibus
locus eſt primogenituræ , relinquatur aliquid
poſterioribus filijs,illud tamen,nec nomen,
nec effectum legitimæ habet,relinquuntur e-
353 nim alimenta , quæ legitimæ appellatione
non veniunt,cum ex æquitate canonica libe-
ris,etiam ſpurijs debeantur,cap.cum haberet
de eo qui duxit in matrimonium , quam pol-
luit per Adulter.tradit latè Antonius Gabriel.
lib.6.communium concluſionum,titul.de ali-
354 men.concluſio.1.cumque alimenta formam
legitimæ non habeant, & extraneis etiam re-
linqui poſſint,habeantque relationem ad om-
nem viuentem, quod dici non poteſt de legi-
tima , quæ non niſi ad certas perſonas referri
poteſt, nõ igitur peręque cuſtoditur apud om
nes. Nec fortè tutum eſt Affirmare nullam eſ
ſe nationem,tam barbaram,quę filijs aliquid,
355 poſt mortem,non relinquat, memini enim
me legiſſe,apud quoſdam populos Indos, nec
ad proprios filios, poſt parentum mortem, le-
ge,vel conſuetudine ſucceſſionem deferri,ſed
ad ſororum filios quorum primus gradus ſuc-
ceſſionis eſt , ita vt filijs etiam morientis , &
fratrum filijs , præferantur , fortè ob certitu-
dinem cognationis .

356 Subſequitur modo quarta quæſtio, quã
quęrebamus , qua ratione legitima eſſet intro
ducta,ad quam reſpondeo, introductam fuiſ-
ſe ob naturalem quandam pietatem , profici-
ſcentem ex communi parentum voto , quod
eſt,vt filij, & liberi ſuccedant, l.ſcripto §.vlti-
mo,ff.vnde liberi,d.l.cum ratio,ff.de bon.dã-
nat.l.iſti quidem,ff.quod metus cauſa,l.nam
etſi parentibus, C.de inofficioſo teſtamento,
§.1.in Authent.de trient.& ſemiſſ. hinc glo.in
357 l.3.de iur.& facti ignor. dixit parentum hæ-
reditatem filijs naturaliter deberi,quod dictũ
conſonat,l.fin.§.1. C.de curatore furioſi, &
358 Can.ius naturale, 1.diſt.&, ad hoc debitum
naturale reſpiciens D.Paulus,dicebat.filius er
359 go hæres , & D.Auguſtinus recuſauit hære-
ditatem Eccleſiæ relictam ab eo,qui filios ha-
bebat,Canone,Quicumque, 17.quæſt.4.cum
animaduerteret naturaliter deberi filijs pater-
nam hæreditatem,ob hanc igitur naturalem
pietatem,ne,cõtra eiuſdem pietatis officium,
parentes alienam ſobolem propriæ prępone-
rent,ſtatutum fuit, vt legitima, neceſſitate le-
gis,liberis non ingratis relinqueretur,vt colli-
gere eſt ex l.inofficioſum , cum l.ſeq. iuncta l.
Papi-

Papinianus, §.ſi quis mortis, ff.de inofficioſo
teſtamento. Declarat latè Cæſar Fiumag.hic,
num.297.cum ſequen.ſentit Excellentiſſimus
D.Io.Baptiſta Coſta,in ſuo tract.de portione
rata,q.144.nu.4.

360 Ad quintam autem reſpōdeo,legitimam,
de qua agimus,eſſe quotam bonorum, iure
inſtitutionis, à parentibus liberis ab inteſtato
ſucceſſuris,legis neceſſitate debitam;dixi eſſe
361 quotam bonorum, vt ponerem genus, &
quia legitima conſtituitur deducto ęre alieno;
ita vt ſit quarta bonorum non autem hæredi-
tatis,vt docuit Bart.ad l.ex facto,ſupra de hæ-
redib.inſtit.Bald.ad l.quoties, C.eodem, Iaſ.
ad Authent.nouiſſima, C.de inofficioſo teſta-
mento,num.3.& ad l.re coniuncti, ſupra de le
gat.3.num.188.text.eſt in l.2.§.ſi quartam, ſu
pra famil.erciſcun.& in l.cum quæritur, C.de
inofficioſo teſtamento, & eſt communis opi-
nio, vt de communi teſtatur Bereng.Fernan.
hic, in ſecunda præfat.num.114.addidi. iure
inſtitutionis, à parentibus liberis debitam, vt
excluderem legitimam aſcendentium,& fra-
trum, & bonorum portiones,quę à parentibus
voluntariè liberis ſuis præſtantur, nec non le-
gitimam antiquam,quæ quocumque relicti ti
tulo relinqui poterat,§.vltimo, Inſtitut.de in-
officioſo teſtamento.dixi etiam liberis ab inte
ſtato ſucceſſuris,legis neceſſitate debitam, vt
excluderem vnciam, quæ etiam filijs natura-
362 libus,legis neceſſitate,debetur,& oſtenderē
legitimam deberi ſolummodo liberis obtinen
tibus primū gradum in ſucceſſione, iuxta tra-
dita per Bar. ad l.Gallus, §.& quid ſi tantum,
s̃ de lib.& poſth.

363 Ad ſextam reſpondeo,duplicem eſſe libe
rorum legitimam, aut ſemiſſem, ſcilicet, aut
trientem; trientem,nimirū, ſi parens quatuor
vel pauciores habeat filios, ſemiſſem autem
ſi quinque habeat,vel plures, §.1.in Authent.
de trien.& ſemiſ.Authent.nouiſſima,C.de in-
offic.teſtam.

364 Reſpondeo ad ſeptimam,vt ſit locus legi-
timæ ipſorum liberorum,quinque neceſſarias
eſſe ſolitas circumſtantias,nimirum, Rei,Per-
365 ſonæ,Loci,Tēporis,& Modi. Rei,ſcilicet, vt
patrimonium ſuperſit, nam ſi pater viuens,v-
niuerſum dilapidet patrimonium, quod face-
re poteſt,per reg.l.in re mandata,C.mandati,
etiam ſi filios habeat, l.non vſque adeo, ff.ſi
quis à Parēte fuerit manumiſſus,& l.dudum
C.de contrahend.empt.vel incidat in crimen
læſæ maieſtatis,ita vt bona publicentur, iuxta
l.quiſquis,C.ad legem Iuliam Maieſtatis, le-
gitimæ locus eſſe non poteſt,non entium enim
nullæ ſunt partes, l.eius qui in prouincia, ff.ſi
cert. pet. requiritur etiam circumſtantia rei,
quatenus neceſſe eſt, vt bona, ex quibus de-
ducenda eſt legitima, non ſint bona Regni,
vel Ducatus,vel Marchionatus, de quibus le
gitima nō debetur, vt per Fabianum de Mon
te,in Authent.nouiſſima, C.de inofficioſo te-
ſtamento, nu.73.& per Guidū Papam quæſt.
476.& quæſt.487. ſunt etiam,qui dicunt,nec
de feudalibus, & emphyteuticis legitimam
detrahi à filijs, ſcilicet,qui in illis non fuiſſent
ab inteſtato ſucceſſuri,iuxta tradita per Pere-
grin.de fideicommiſſ. art.36. num.6. & 7.vbi
num.8. cum ſequentibus, ad plura vtiliter in-
fert,item,vt quod pro legitima relinquitur ſit
de ſubſtantia patris,l.ſcimus,§.repletionem,
366 C.de inofficioſo teſtamento.Requiritur etiā
circumſtantia Perſonæ,nempe, vt liberi tene-
ant primum locum,ita vt ſucceſſuri ſint ab in-
teſtato, vt per Bar.ad l.Gallus, §.& quid ſi tan
tum, ff.de liberis,& poſthum. tradit latè Nat-
ta conſil.199.num.2.tom.1.& conſ.238.num.
3.tom.2. & ſic,vt ſint legitimi, vel legitimati,
vel arrogati, niſi agamus de liberis reſpectu
matris, vel aſcendentium per lineam mater-
nam,vt per Peregrin.de fideicomm.d.art.36.
num.40.cum ſequentibus,& vt ſint in aliquo
inſtituti, §.aliud quoque capitulum, in Auth.
vt cum de appellat.cognoſcitur,ſentit Bar.hic
num.10.in illis verbis,dummodo aliquid iure
inſtitutionis habeat,numquam enim debetur
legitima ab inteſtato, vt latè per Peregrinum
d.art.36.num.5. Item circumſtantia Tempo-
ris, quia non niſi poſt mortem patris debetur,
l.1.§.ſi impuberi,ff.de collat.bonorum, l.cum
quæritur,C.de inofficioſo teſtamento. Item
367 Loci,in quo,ſcilicet,ſtatuto,vel conſuetudi-
ne nō ſit ſublata,quod fieri poſſe arbitramur.
Deſideratur etiam circumſtantia Temporis,
quatenus non niſi poſt mortem parentis debe
tur, l.1.§.ſi impuberi,ff.de collatione bonorū,
l.cum quæritur, C.de inofficioſo teſtamento,
vltimo circumſtantia Modi, quia debet relin-
368 qui honorabili titulo inſtitutionis, §. aliud
quoque capitulum,in Authent.vt cum de ap-
pellat.cognoſc & pleno iure pro proprietatis,
& vſusfructus,§.prohibemus,in Authent.de
trien.& ſemiſſ.latè Peregrin.in d.art.36.num.
68.purè,& ſine onere,& pro numero filiorum
trientem,vel ſemiſſem,iuxta §.1.in Auth.de
trient.& ſemiſ.

369 Ad octauam autem quæſtionem, breuiter
reſpondeo potiſſimum legitimæ effectum eſ-
ſe,commodum liberorum, & paterni teſtamē
ti ſecuritatem,cum per eam excludantur libe-

ri

ri à querela inofficioſi teſtamenti, §. tam autem Inſt.de inoff.teſtamento.

370 Supereſt modo, vt nonæ, & vltimæ quæ-
ſtioni ſatisfaciamus, ad quam reſpondeo duo-
bus potiſſimum modis legitimam tolli, aut le-
ge, ſcilicet, aut facto hominis, & lege, aut ſcri-
pta, aut non ſcripta, ſtatuto ſcilicet, & conſue-
371 tudine, nam, cum iuris ciuilis ſit, vt ſupra de-
monſtratum eſt, contrario ciuili iure tolli po-
teſt, §.pen.Inſt.de iur.nat.gent.& ciuili, quam
opinionem probauit Angel.conſ.349.num.1.
Capra conſ.165.num.10.Corneus, teſtans de
magis, communi conſil.150.in fin.lib.1. Dec.
communem dicens, conſ.19.nu.5. Pariſ.conſ.
23.num.5.lib.2.& alij quamplurimi, quos cõ-
geſſit Soc.Iun.conſ.25.num.8.lib.1. Vaſquius
in tract.de ſucceſſ.creat.§.20.num.296. vbi à
num.298. vſque ad num.303. pluribus hanc
opinionem comprobat, congerit etiam quam-
plurimos, addens ad Galiaulam, in l.centurio
num.8.ſupra de vulg.& pupil.hanc tenent etiã
Abbas conſ.92.lib.2.Natta conſ.201.num.8.
Crauet.conſ.236.Cephal.teſtans de commu-
ni conſ.278.num.48.Menoch.conſil.207.&
conſ.280.lib.3. Mantica de coniectur.vltima-
tum volunt.lib.11.tit.22.num.41.Gramma-
ticus deciſ.101.num.61.Franciſcus Viuius, in
ſuis communibus opinionibus, opin.316.licet
non deſint, qui contrariam tenent opinionem,
ſentientes, legitimam, per ſtatutum, vel con-
ſuetudinem, minui, vel augeri poſſe, non autẽ
in totum tolli, quos congerunt Vaſquius Vi-
uius, & addens ad Galiaulam, memoratis in
locis, nec non Caſſaneus in conſuetudine Bur
gundiæ, in titulo ſeptimo, in verbo latertie nu-
me.3. ego tamen non recedo à prima opinio-
ne, nimirum, vt poſſit in totum tolli conſuetu-
dine; ſtatuto, & principis reſcripto, iuxta tra-
dita per Guidonem Papam ſingul.1022.nu.2.
facto autem hominis, ceſſat etiam legitima,
aut facto parentis, aut facto liberorum, facto
parentis, ſi filij exhæredentur, ob aliquam
ex quatuordecim cauſis, de quibus in §.aliud
quoque capitulum, in Auth.vt cum de appell.
cognoſc.facto autem liberorum, aut tacitè, aut
expreſsè, tacitè, ſi patiantur legitimam præ-
ſcribi, quod fieri poſſe, voluit gloſſ.in l.3. de a-
quir. poſſeſſ. & in l.vnica C. quando non pet.
part.item, ſi per pactum, renuncient ſucceſſio-
ni paternæ, iuramento roboratum, Peregr.in
d.art.36.num.78.& alijs modis, de quibus ibi
per eum nu.81.cum ſeqq. & præſertim num.
88. per approbationem teſtamenti, in quo ſit
prohibita legitima, ſecundum illius declara-
tionem, expreſsè autem, ſi liberi legitimæ ex-
preſsè renuncient.l.ſi quando §.etiã generali-
ter, C.de inoff.teſtamento.

His igitur breuiter præmiſſis, venio nunc ad Bart.quæſtiones, de ijs, quæ imputantur in legitimam, quæ oportunè tractantur, & examinantur iuxta vltimam quæſtionem de modis, quibus ceſſat legitima cũ imputatio ipſa, in totum, vel in partem faciat legitimæ deductionem ceſſare.

Primam igitur Bart. quæſtionem, facilioris, & commodioris explicationis gratia, diuido ego in quatuor articulos.

Primus erit, An, & quando in legitimam imputentur, quæ capiuntur citra parentis iudicium.

Secundus, An, & quando in legitimam liberorum imputentur, quæ ipſi capiunt ex teſtamento parentis, contingenter.

Tertius, An, & quando imputent, quod ex vltima parentis voluntate capiunt neceſſariò.

Quartus, An, & quando imputent id, quod capiunt ex ſubſtantia patris, ſed inter viuos.

372 Quod attinet ad primum, adhibenda eſt
huiuſmodi diſtinctio, Aut, quod capitur citra
patris iudicium, capitur ex ſubſtantia patris,
aut extra eiuſdem patris ſubſtãtiam, ſi ex ſub-
ſtantia patris, non imputatur, l.ſcimus §.re-
pletionem C.de inoff.teſtamento, hinc acce-
pta iure accreſcendi, in legitimam non impu-
tantur, d.§.repletionem, tradit, poſt Vaſquiũ
de ſucceſſ. creat. §.10. num.376. Fiumag.hic
num.357. hinc etiam, quæ capiuntur per filiũ
ex diſpoſitione legis hac edictali C. de ſecun-
dis nupt. pariter in legitimam non imputan-
tur, quia non iudicio teſtatoris, ſed ex legis di-
ſpoſitione capiuntur, Dec. conſil.246. num.
6. Hieronymus Gratus conſil. 154. num. 1.
Hieron.Gabriel.conſ.13.nu.23.lib.2. &, hanc
opinionem teſtatur magis communem eſſe,
idem Fiumagiol.hic num.356.qua de re latè
Theſaur. dec.184. ſi verò extra ſubſtantiam
patris, citra eiuſdem iudicium, capit filius, aut
ab alio datur ei ſimpliciter, nõ autem intuitu,
& contemplatione patris, aut patris contem-
platione datur. Primo caſu, nulli dubium eſt
in legitimam non imputari, vt tradit Bar. hic
num.10.per tex.in l.ſcimus, in §.repletionem
C.de inoff.teſtam.& per text. in §.1. in Auth.
de hæred. & Falc. & eſt communis opinio, vt
de communi teſtantur Soc.Iun.hic num.111.
& Cæſar Fiumagiolius num.151.vbi dicit ne-
minem ab ea recedere, ad plura inferens, &
exempla afferens firmatæ concluſionis, num.
352. cum pluribus ſeqq. Secundo autem caſu,
vbi ſcilicet datur aliquid filio intuitu, & con-

templa-

templatione patris, communis ſententia eſt, vt imputetur per l.ſed, & ſi plures, §.in arrogato ff.de vulgar. & pupil. pro qua opinione plures adduximus in prima noſtra ſcelectarũ diſtinct.centur.diſtinct.68.num.2.

373 Ceterum, quia hoc ſecundum diſtinctionis membrum, dubium eſt, propterea illud in queſtionem voco, & quęro ſpecialiter, an dos, filiæ data, contemplatione patris, eidem filiæ in legitimam imputetur.

In propoſita igitur difficultate, videtur reſpondendum, vna cum Paulo de Montepico hic nu.176.non eſſe in legitimam imputandã.

Et primum, pro hac opinione, ad mentem eiuſdem Pauli de Montepico hic num.177. & Berengar.Fernand. in artic.legitimę.num.66. ſic poſſumus à maiori ratiocinari, ſi de quo ma gis videtur ineſſe, & nõ ineſt, ergo nec de quo minus, l.4.ff.de ſenatoribus, l.quæro in fin. ff. de acquir.poſſeſſ.cum alijs adductis per Nicol. Vigel. in ſua Dialectica iuris lib.2. in loco à cõparatis, reg.2. ſed magis videtur ineſſe, vt quod capitur extra patrimonium parentis, ex diſpoſitione, & iudicio eiuſdem, imputetur, quàm quod capitur ex diſpoſitione alterius, facta eiuſdem parentis intuitu, & contemplatione, & tamen, non ineſt, quia, ſi pater legauerit filio rem alienam, & conſequenter extra ſuũ patrimonium, eam ſibi filius in legitimam imputare non compellitur, vt tradit Bald. ad l. cum alienam C.de leg. num.10. & Franciſcus Aret.ad l.cum amplius, in fin. ſupra de leg.1. igitur multo minus imputabitur, quod extra patrimonium eiuſdem patris, ex alterius diſpoſitione, patris contemplatione, facta.

374 Secundo, pro hac eadem opinione Soc. Iun. hic num.112. ſic ratiocinatur, aduentitia in legitimam non imputantur, l.ſcimus §.repletionem C.de inoff.teſtamento, l.vlt. C.de collat. ſed dos data filiæ meæ, à fratre, vel ab alio, eſt aduentitia, non profectitia, igitur eiuſmodi dos non imputatur, in legitimam. Minor probatur per tex. in l.profectitia §.ſi quis certam, ſupra de iur.dot. ſi quis certam quantitatem (inquit tex.) patri donauit, ita vt hanc pro filia daret, non eſſe dotem profectitiam, Iulianus lib.17. digeſtorum ſcribit, obſtrictus eſt enim, vt det, aut, ſi non dederit, condictione tenetur, faciunt tradita per Alexand. & Iaſ.ad l.qui aliena §.interdum ſupra de acquir.hæredit. vbi volunt, quod auus relinquit nepoti, aduentitium eſſe, multo magis, igitur aduentitium, quod aliunde obuenit, & ſie quicquid non proficiſcitur ex re patris.

375 Tertio, & vltimo, profectitia illa, quorum ipſe.pater, dum viuit, proprietatem non reti-

376 net, in legitimam non imputantur, hinc donatio, facta à patre filio, emancipationis gratia, licet à patre proficiſcatur, in legitimam non imputatur, l.ſi quando §.vlt. C.de inoff. teſtamento, cum alijs adductis per Bart. hic num. 10. in fin. At id, quod datur ab extraneo mei ipſius beneficio, & contemplatione, filiæ meæ in dotem, nec mea vita durante, ratione proprietatis, apud me remanet, cum dominium tranſeat apud filiæ meæ maritum, ergo eiuſmodi dos, vtcunque poſſet dici profectitia, in legitimam non debet imputari.

Harum tamen rationum minime habita, in contrariam ierunt ſententiam communiter DD.hic, Paul.nimirum de Montepico nume.173. Berengar.Fernand.in Artic.legitimę num.66. Ripa num.206. Soc.Iun. num.112. & Cæſar Fiumag.num.353. hanc probauerũt etiam, de iure reſpondendo, Caſtr.in ſuo conſ. 96.lib.2.quod incipit dicta Cornelia, & Alex. conſ.179. num.3. lib.5. ita vt hæc ſit communis omnium opinio, vt de communi teſtantur Soc.Iun.hic num.111, & Fiumag.num.351.

377 Huius autem communis ſententiæ, primum, & potiſſimum fundamẽtum eſt in l.ſed & ſi plures, §.in arrogato, ſupra de vulgar. & pupil. vbi ſubſtitutio pupillaris, facta a patre arrogatore, filio arrogato, quemadmodum habet locum in bonis proprijs ipſius arrogatoris, ita quoque trahitur ad bona, quæ amicus, vel cognatus arrogatoris, arrogato reliquit, beneficio, & contemplatione eiuſdem parentis ar-

378 rogatoris, quod cum ita ſit, ita poſſumus argumentari. illud ipſum, quod ſtatuitur in eo, quod filius habuit ex ſubſtantia patris, ſtatuitur etiam in eo, quod filius habuit aliunde, beneficio tamen, & contemplatione patris, d.§. in arrogato, cum breui manu, quod filio datur contemplatione patris, videatur datum patri, & ab eo in filium profectum, argumento l.ſingularia ff. ſi cert.pet. At, quod capit filius ex ſubſtantia patris imputat in legitimam, ergo, & illud, quod capit ab alio beneficio parentis.

379 Secundo, & vltimo loco, probo hanc opinionem, quia dos profectitia ſine dubio in legitimam imputatur, d.l.ſcimus §.repletionem C.de inoff.teſtamento, ſed dos data ab extraneo, contemplatione patris, eſt dos profecti-

380 tia, cum dans dotem filiæ, contemplatione patris, det dotem, donaturus patri, l.profectitia in princ.verſic.quod & ſi quis, ſupra de iur. dot. igitur dos data filiæ contemplatione patris eidem filiæ in legitimam imputatur.

Non obſtant nunc contraria, & præſertim pri-

primum argumentum , quia ſalſa eſt minor
propoſitio , vt obſeruauit etiam Soc.Iun. hic,
quandoquidem Bald. in d.l. cum alienam C.
de legat. & Aret. in d.l.cum amplius in §.fin.
ſupra de leg. 1. non dicunt, legatum rei alienæ
non imputari in legitimam, ſed filium poſſe il-
lud non acceptare, quod ſi accipiat, procul du
bio, imputari debet in legitimam , & ratio eſt,
quia, re vera, proficiſcitur ex ſubſtantia patris,
cum hæreditarijs, & paternis pecunijs, redima
tur, §.non ſolum Inſt.de legat. l. non dubium
§.fin.ſup.de leg.3.declarat etiam optimè Cæ-
ſar Fiumag.hic num.*366*.

Secundum quoque argumentum facilè ſol
ui poteſt, negando imprimis id , quod datur à
fratre filiæ fratris, eſſe aduentitium . Nec ob-
ſtat probatio à maiori, quia falſum eſt , quod
datur ab Auo nepoti, intelligi datum contem-
platione nepotis, licet enim hoc ſēſerint Alex.
& Iaſ.ad d.l.qui aliena, contrarium tamen ple
rique voluerunt, & præſertim Bart. ad l.dedit
dotem, infra de coll. bonorum, & in Auth. ex
teſtamento C. de ſecundis nupt. & alij plures
allegati hic per Soc. Iun. præterea, vt conſide-
rat idem Soc. eſt diuerſa ratio , inter caſum,
& caſum, quia, vbi Auus, quem credendum
eſt inſtituiſſe filium, ad hoc, vt teſtamentum
valeret, Inſtitut.in princip.de exhæredatione
liberorum , cum aliquid ſeparatim reliquerit
nepoti præſumēdū eſt, id in gratiam illius ne-
potis feciſſe, aliud tamen eſt quando frater, vi
uente fratre, dotat filiam illius, tunc enim iu-
ris præſumptio eſt , vt hoc faciat in gratiam
fratris, argumento dicti §.in arrogato, præter-
quamquòd facilè ego crediderim, ſupponen-
dum eſſe, in quæſtione propoſita, vel fratrem
expreſsè dotaſſe neptem ex fratre, contempla
tione eiuſdem fratris, vel veriſimile eſſe, eiuſ-
dem beneficio, hoc ipſum feciſſe, ex probabi-
libus coniecturis, nec facit negotium dict.§.ſi
quis certum, quia ibi conſtat, vt conſiderat So
cin. Iun. dictam quantitatem datam eſſe con-
templatione filiæ , cum pater eſſet aſtrictus eā
dare, ad quod non præcisè obligaſſet , ſi con-
templatione ipſius dediſſet. Accedat quòd il-
le §. cum non loquatur in fratre illius patris ,
vel in cognato, vel in amico, quem veriſimile
ſit eiuſdem patris beneficio dediſſe, vt in d.§.
in arrogato, intelligendus eſt, vt vendicet ſibi
locum in extraneo, qui patri dedit, vt filiæ da
381 ret, cum nubilis efficeretur, nouum enim nō
eſt, vt vna lex recipiat ab alia declarationem ,
l.non eſt nouum, ſ de legib.

Nec facit negotium tertium, & vltimum ar
gumentum , quia negatur , quod datum eſt à
patre filio, cauſa emancipationis, eſſe profecti-
tium, cum nullum ius in eo, quod à patre filio
donatur, reſeruetur patri, vbi, in dote à fratre
filiæ data, reſeruatur patri actio communis cū
filia ſoluto matrimonio, l.pater filiam, in prin-
cip.ſupra eodem, l. 2.§.ſi in patris, ſupra ſoluto
matrimonio . Præterea , vt conſiderat Socin.
Iun.hic, num.112. in filio, quod datur à patre
filio emancipato, nec profectitium, nec aduen
titium dici poteſt , cum hæc nomina referan-
tur ad patrimonia filiorum familias, l.fin.in
fin. C.de inoffic.teſtam. id autem, quod datur
à patre filio emancipato, patrimonium patris
familias efficitur .

382 Subſequitur modo ſecundus articulus .
An quæ capiuntur ex teſtamento patris con-
tingenter, imputentur in legitimam, filio inſti
tuto, ſcilicet, in parte, quæ ad legitimam non
aſcendat, & ſic ad replendam legitimam, nam,
383 vbi filius non eſt inſtitutus , non poteſt per
prius hodie quicquam imputari in legitimā ,
quæ debetur honorabili titulo inſtitutionis ,
§.aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum
de appellat.cognoſc.&, quo pacto olim, etiam
non inſtitutis, quæ contingenter ex teſtamen
to parentis capiebātur imputarentur, latè de-
clarauimus in prima noſtra ſelectarū diſtinct.
Centuria, diſt.72.

In hac autem difficultate, ſic declarata, bre
uiter diſtinguendum eſt, vt ſupra in præceden
ti articulo , quouſque perueniamus ad mem-
brum diſtinctionis, quod ſit iuris controuerſ.

Aut igitur , quod capitur ex paterno teſta-
mento contingenter, capitur in vim modi, vel
in vim pretij, aut capitur, cauſa conditionis im
plendæ, ſi in vim modi, vel in vim pretij, in le-
gitimam imputatur, quia quicquid imputatur
in Falcidiam imputatur in legitimam, vt colli
gitur ex Bart.hic num.11.videntur etiam ſen-
tire alij DD. ſed quod capitur in vim pretij ,
vel in vim modi, in Falcidiam imputatur, l.qui
fundum, l.ſi dignum, l.in ratione, 2.§.tametſi,
ſupr.eodem, & nos quoque ſupra tradidimus,
vna cum Bart.hic, num.3.in fin. ergo imputa-
tur etiam in legitimam , & hæc concluſio eſt
ex mente Bart.hic, num.10.cui nemo eſt, qui,
in hac parte, contradicat, ſi verò capitur cau-
ſa conditionis implendæ, rurſus diſtinguēdum
eſt, nam, aut non datur figura conditionis, aut
figura conditionis, ſi non figura conditionis ,
eodem modo arbitror concludendum, in legi-
timam imputari, eadem ratione, ſcilicet, quia
in Falcidiam imputatur , l.acceptis, infra eo-
dem, iuncto d.§.tametſi, cum pro pretio quo-
dammodo , & non conditionis cauſa accipi vi-

deatur, vt habetur in d.§.tametſi, ſi figura conditionis, adhuc diſtinguendum eſt, quia, aut quod accipitur cauſa conditionis implendæ, aliunde accipitur, quàm ex re, & ſubſtantia patris, aut ex re, & ſubſtantia patris, ſi aliũde, concludendum eſt in legitimam non imputari, quicquid dicat Torniel. hic, per tex. in l.ſcimus §. repletionem C. de inoff. teſtamẽto, hęc enim receptiſſima eſt omnium opinio, vt de communi teſtatur, poſt Soc. Iun. hic nu. 115. Cæſar Fiumag. num. 359. ſi ex re patris, quia, ſcilicet iniuncta ſit conditio ſtatu libero, legatario, vel hæredi, An debeat in legitimam imputari, controuerſi iuris eſt, & propterea hoc ipſum in quæſtionem breuiter vocabimus.

384 Exemplum autem propoſitæ difficultatis eſt eiuſmodi. Pater meus, cum haberet in bomille, & ducẽtos aureos, me in vncia, alterum autem fratrem meum in alijs bonis inſtituit, ſi mihi prædium daret centum dignum, dubitatio eſt, An ego debeam mihi imputare in legitimam prædium paternum, quod à fratre cohærede, cauſa conditionis implendæ accipio, quodque, in exemplo propoſito, legitimæ defectum repleret.

Negatiuam partem, in propoſita difficultate, probarunt ad l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. Bald. Salyc. & alij, & in primis Ioan. Coraſ. num. 203. ſequuti ſunt etiam, poſt Imolam, hic Alexan. num. 19. Ripa num. 136. Socin. Iun. num. 116. & num. 120. & hanc magis communem opinionem dixit Lancellot. Politus ad d. l. filium quem habentem, num. 103. quem refert, Fiumagiol. hic, num. 361. & de magis communi teſtatur etiam hic Socin. Iun. num. 115.

385 Et primum ſit probabilis hæc opinio, quia
quod, ſecuta morte parentis, ſtatim peti non
poteſt, in legitimam filius non cogitur impu-
386 tare, cum, nullam, portio naturaliter debita,
dilationem patiatur, l. quoniam in prioribus,
387 C. de inofficioſo teſtamẽto, immo à die mor-
tis parentis filio intelligitur acquiſita, l. cum
388 quæritur, & l. ſcimus, in principio, C. de inof
ficioſo teſtamento, ſed quod datur cauſa conditionis implendæ, ſtatim peti minimè poteſt, cum pendeat à voluntate illius, cui eiuſmodi poteſtatiua conditio eſt iniuncta, quæ non habet præſtationis neceſſitatem, l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ſupra ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, igitur, quod datur cauſa conditionis implendæ, & ſi quid ſit, quod ex ſubſtantia patris debeatur, non imputatur in legitimam.

Secundo loco, quæ non capiuntur à liberis ex iudicio, & diſpoſitione parentis, in legitimã non imputãtur, licet ſint de ſubſtantia patris, hinc non imputantur ea, quæ capiuntur iure accreſcendi, quia ex legis diſpoſitione dicuntur quæri, d. §. repletionem, vt latè declarat, plura adducens Cæſar Fiumag. hic, num. 355. At id, quod capitur cauſa conditionis implendæ, non dicitur capi ex diſpoſitione teſtatoris, conditionem poteſtatiuam iniungentis, ſed contingenter, & extrinſecus, vt tradunt DD. ad l. Paulus, 2. § de reb. dub. igitur, quæ capiuntur conditionis cauſa, licet hæreditaria ſint, in legitimam non imputantur.

Harũ tamẽ rationũ, ratione minime habita, non defuerunt aliqui, qui iuerunt in contrariã ſententiam, opinantes debere liberos imputare in legitimam rem, quam ex ſubſtantia patris, conditionis implendę cauſa capiunt. hanc autem opinionem adſcribunt DD. imprimis Bart. hic, num. 10. dum dicit imputari in legitimam, quod capitur iure hæreditario, ſiue legati, ſiue in vim modi, vel alio modo, ſub generalitate quorum verborum, videtur ſentire, quicquid dicat Picus num. 204. etiam datum cauſa conditionis implendæ imputari, & hanc opinionem ſequuntur etiam, poſt Angelum, Ruin. hic, num. 30. Picus ſub d. num. 204. & Hieronym. Torniell. in fortioribus terminis, num. 119. eandem tenet expreſsè ſibi ipſi conſtans, in d. l. Papinianus, §. ſi conditioni, ff. de inofficioſo teſtamento, Fulg. ad l. ſcimus, §. repletionem, C. eodẽ, Polit. ad d. l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. num. 125. & alij quos refert Cæſar Fiumagiolius hic, numero 360.

389 Primum autem pro hac opinione adducitur tex. in l. etiam, §. vltimo, de bon. libert. ſi patrono, inquit tex. conditionis implendę cauſa, quid datum ſit, in portionem debitam imputari debet, ſi tamen de bonis ſit liberti profectum. Stringitur igitur argumentum, quia quicquid ſtatuitur in legitima patroni, intelligitur etiam ſtatutum, in legitima filij, l. vlt. circa fin. vbi Bald. & Salycet. C. de inofficioſo teſtamento, tradit Euerard. in ſuis cent. loc. argumen. in loco à legitima Patroni, ad legitimã filij. At in portionem, Patrono debitam, imputatur quod capitur cauſa conditionis implendæ, ſi proficiſcatur ex bonis liberti, igitur in legitimam quoque debet imputari, ſi, quod capitur conditionis cauſa, ex bonis parẽtis proficiſcatur, cum huiuſmodi portiones æquiparẽtur, &, nec patroni debita portio, dilationẽ patiatur, ſed ſtatim ſecuta morte liberti debeãt, l. ſiue libertus, §. excluditur, ff. de iur. patron.

Secun-

390 Secundo argumentantur de Trebelliani-
ca ad legitimam, de qua ſine dubio, quicquid
dixerit Alexand. argumentum, affirmatiuè va
391 let, cum plura imputentur in legitimam,
quàm in Trebellianicam, in quam, ſecundum
noſtram declarationem ſupra traditam, nec le
gata, nec fideicommiſſa imputantur, ſecun-
dum communes autem traditiones, non im-
putantur in eam in totum, quæ capiuntur diſ-
formiter, vt in verſic. pro ea vero parte, l. no-
ſtræ, hæc autem omnia, & in totum imputan-
tur in legitimam, vt omnes admittunt, quic-
quid ergo imputatur in Trebellianicam, mul-
to magis imputatur in legitimam, ſed, in Tre
bellianicam, imputatur, quod capitur cauſa
conditionis implendæ, ſecundum communes
traditiones, ergo etiam in legitimam, quod da
tur ex bonis parẽtis cauſa conditionis implen
dæ, imputatur.

392 Tertio, pro hac eadem opinione ſtringit
text. in l. Papinianus, in §. ſi conditioni, ſupra
de inofficioſo teſtamento, ſi conditioni, inquit
text. parere teſtator hæredem iuſſit in perſona
filij, vel alterius, qui eandem querelam moue
re poteſt, & ſciens is accepit, videndum, ne ab
inofficioſi querela excludatur, & concluditur
excludi, quia teſtatoris iudiciũ agnouit, quod
cum ita ſit, illud, ex ſententia Bart. ibi neceſſe
eſt adnotare, Quicquid, ſcilicet aliquem à que
rela inofficioſi teſtamenti excludit, in legiti-
mam imputari quod veriſſimum eſt, quicquid
dicat Socin. Iun. hic, num. 120. nam quando
quis habet aliquid per quod excluditur à que
rela, admittitur ad petendum ſupplementum
legitimæ, §. ſed hæc, Inſtitut. de inofficioſo te-
ſtamento, ergo iam in legitimam imputatum
eſt, quod eum à querela excludit, non enim,
393 niſi quod imputatum eſt in legitimam, ita vt
pars legitimæ ſit, legitimæ poteſt recipere ſup
plementum, hoc ergo ſuppoſito, ita argumen-
tor, quicquid excludit liberos à querela inoffi-
394 cioſi teſtamenti, in legitimam imputatur,
ſed quod datur filio cauſa conditionis implen
dæ ab hærede patris, vel à legatario, vel à ſta-
tu libero, excludit eum à querela, ergo quod
datur cauſa conditionis implendæ, in legiti-
mam imputatur, nec eneruantur huius argu-
mentationis vires, per interpretationem Cæ-
ſaris Fiumagiol. hic, nu. 361. cum conſtet eam
eſſe diuinatiuam, contra l. qui putator, ff. ad l.
Aquil. & reſtrictiuam contra l. 1. in §. generali-
ter, de legat. præſt.

395 Quarto, & vltimo, ita argumentor. quod
capitur ex patrimonio paterno, & ex parentis
diſpoſitione, & iudicio, ſine dubio in legitimã
imputatur, d. l. ſcimus, in §. repletionem, C. de
inofficioſo teſtamento. Sed res, quæ datur in
propoſito, cauſa conditionis implendæ, eſt ex
ſubſtãtia patris, vt ſupponimus, & ex eiuſdem
patris diſpoſitione, & iudicio capitur, cum de
neceſſitate præſtetur: iniuncta eſt enim condi
tio rei dandæ, de qua teſtator diſponere poteſt
ei qui grauari poteſt, vt ſupra declarauimus,
& probatur in dict. §. ſi conditioni, iuncta dict.
l. id autem, ergo talis res in legitimam impu-
tatur.

Non obſtant nunc contraria, & præſertim
primum argumẽtum, quia; præterquamquòd
poſſumus reſpondere, ex ſententia Tornielli
hic, concluſionem noſtram locum ſibi vendi-
care, quando filius iam accepit debitam iure
naturæ quantitatem cauſa conditionis implẽ-
dæ, quo caſu dilatio non poteſt eſſe in conſide
ratione, iuxta tradita per Cæſarem Fiumagio-
lium hic, num. 362. dubitatio enim noſtra eſt,
vt rectè ſentit etiam Socin. Iun. hic, num. 119.
verſic. non obſtat modo, de dato cauſa condi-
tionis implendæ, non autem de eo, quod dan-
dum eſt; poſſumus etiam reſpondere, conſide
rando, nullam pati dilationem debitum rei dã
dæ cauſa conditionis implendæ, vbi res hære-
396 ditaria, de qua teſtator potuit diſponere, fue
rit in conditione poſita, cum ſtatim poſſit com
pelli is, cui conditio iniungitur, quæ non vide
tur manere in puris terminis conditionis, ſed
in diſpoſitionem tranſire, iuxta l. id autem, ſu-
pra eodem, & in l. Papinianus, §. ſi conditioni,
ff. de inoff. teſt.

397 Nec facit negotium ſecunda ratio, quia
falſum eſt, non deberi iudicio teſtatoris, quod
cauſa conditionis implendæ accipitur, contra-
rium enim probatur in d. §. ſi cõditioni, quod,
quin veriſſimum ſit, quando res hereditaria in
conditione eſt poſita, non eſt aliquo modo du
bitandum.

398 Nunc autem veniendum eſt ad tertium
articulum. An, & quando imputentur in legi-
timam, quæ capiuntur ex teſtamento paren-
tis neceſſariò. Qua in re, omiſſis ijs, quæ vetu-
ſtioribus iuribus obſeruabantur, de quibus ſa
tis abundè diximus in prima noſtra ſelecta-
rum diſtinctionum Centuria, diſtinct. 73. ſic
breuiter hodie diſtinguendum eſt. Aut quod
capitur ex parentis teſtamento neceſſario, hæ
reditario iure capitur, Aut non hæreditario iu
re, Si hæreditario iure, ſine dubio imputatur,
§. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum
de appellat. cognoſc. tradit Bart. hic, num. 10.
& nemo dubitat, Si non iure hæreditario, rur-
ſus diſtinguendum eſt, quia, Aut dubitamus

numquid legatum puta, vel fideicommiſſum imputetur ſimpliciter ei, qui non fuit inſtitutus, Aut numquid imputetur ei, qui in aliquo fuit inſtitutus, per viam repletionis. Primo caſu concludendum eſt negatiuè, per tex. in d. §. aliud quoque capitulum, ſentit etiam Bar. hic num. 10. in illis verbis. dummodo aliquid iure inſtitutionis habeat, ſentiunt etiam cæteri DD. Secundo autem caſu. Aut ei, qui in aliquo inſtitutus eſt relictum eſt aliquid purè, Aut ſub conditione in diem, vel temporaliter, ſi purè, Aut relicta eſt res propria, Aut aliena, ſi propria, & ſic ex ſubſtantia patris, imputatur l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento, Batt. hic, num. 10. & ſequuntur DD. communiter, ſi aliena, cum veniat redimenda paternis pecunijs, & hæreditarijs, §. non ſolum, Inſtitut. de legat. l. non dubium, §. vltimo, ſupra de legat. 3. ſine dubio imputatur, vt rectè ſentit, poſt Socin. Iun. Cæſar Fiumag. hic, num. *366.* imputare tamen filius non compellitur, quia poteſt illud non acceptare, & hoc modo intelligendus eſt Baldus ad l. cum aliena, C. de legat. num. 10. & Franciſc. Aret. ad l. eum amplius, in fin. ſupra de legat. 1. *Si verò* ſub conditione quid relictum ſit iure non hæreditario, Aut relictum eſt eiuſmodi, vt ab eo conditio, vel tempus poſſit remoueri, abſque illius corruptione, & deſtructione, Aut eiuſmodi non eſt, vt poſſit ab eo conditio, vel tempus remoueri. Primo caſu, remota conditione, vel tempore, perinde, ac ſi adiecta non fuiſſent imputatur, l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus, §. cum autem, C. de inofficioſo teſtamento, & eiuſmodi ſunt legata, & fideicommiſſa.

399 Secundo autem caſu, quando, ſcilicet conditio non poteſt, vel tempus, ſine deſtructione diſpoſitionis, remoueri, vt contingit in ſubſtitutionibus directis, in quibus conditio eſt de forma, & in iure accreſcendi, quod & ipſum,

400 cum ſit quædam quaſi ſubſtitutio, tacitam eſſentialem conditionem habet, l. ſi Titio, & Meuio, §. Iulianus, ſupra de legat. 2. & in vſufructu, qui, cum ſit ſeruitus perſonalis, nam tēporalis eſt, §. vltimo, Inſtitut. de vſufruct. in legitimam, quæ onus, & dilationem non recipit, non imputatur, & ita intelligitur dicta lex ſcimus, in §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento.

401 Supereſt nunc quartus, & vltimus articulus. An, & quando id quod capitur inter viuos ex ſubſtantia patris in legitimam imputetur, qui explicandus eſt à nobis Quattuor adhibitis inſpectionibus.

Prima erit de eo, quod capitur ex mera donatione.

Secunda de dote, & donatione propter nuptias, & de omni eo, quod à patre ſoluitur, ex aliqua obligatione, ſaltem naturali.

Tertia de his, quæ dantur ob dignitatem, & ſtatus incrementum.

Quarta de eo quod datur in peculium.

Redeundo ad primam pro illius explicatione duo faciam.

Primum ſpecialiter in Quæſtionem vocabo, An quod filiusfamilias ex ſubſtantia patris capit per donationem inter viuos, morte confirmatam imputare debet in legitimam.

Secundo autem loco, alterius repetēdo materiam, Diſtinctione adhibita, generaliter declarabo, An, & quando, quod donatum eſt à patre filio inter viuos, in legitimam imputetur.

402 Quod attinet ad primum, diſſentiunt interpretes, quamplurimi enim opinantur id, quod accipitur ex donatione paterna inter viuos, morte confirmata, in legitimam imputari, vt poſt Cynum, ad l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inofficioſo teſtamen. ſentit Bart. hic, num. 10. & ſequuntur eum Angel. num. 5. Paul. de Montepico, num. 201. Carolus Ruin. num. 18. & 23. Ripa num. 144. Soc. Iun. num. 130. & Cæſar Fiumagiol. nu. 398. & hanc probauit etiam Alexan. ad l. illud, C. de collat. vbi de communi teſtatur, alios etiam adducit Peregrin. de fideicommiſſ. art. *36.* num. 124. &, pro hac opinione, quam etiam communem dicit hic, poſt alios, Fiumagiol. in præallegato loco, plura afferuntur argumenta, ego autem, omiſſa lege filium quem habentem, adducta per Bart. ſecundum intellectum Azonis, qui ab omnibus reprobatur, & quæ ſecundum verum Arnaldi intellectum ad rem non facit, eligam potiora.

Primum igitur, ad mentem eiuſdem Bart. per text. in l. etiam, §. ſed etſi non mortis, infr. de bon. libert. ſic argumentor. quicquid dicitur de portione, patrono debita, dicēdum eſt etiam de legitima, l. vltima, circa fin. vbi Bald. & Salyc. C. de inofficioſo teſtam. ſed quod capitur inter viuos ex donatione, quaſi mortis cauſa capiatur, imputatur in portionem patrono debitam, dict. §. ſed etſi non mortis, igitur, quod capitur ex donatione inter viuos, morte confirmata, debet etiam in legitimam imputari.

403 Secundo, donatio cauſa mortis in legitimam imputatur, l. Papinianus, §. ſi quis mortis cauſa, ff. de inofficioſo teſtamento, §. vltimo, Inſtitut. eodem. Sed donatio inter viuos, mor-

Digitized by Google

te confirmata, eſt quædam donatio cauſa mortis effectualiter, tum quòd robur accipit à morte donatoris, tum quòd ſemper eſt reuocabilis, l. antepenultima, C. de donat. inter virum, & vxorem, igitur, quod à patre donatur inter viuos, ea donatione, quæ morte confirmatur, filio in legitimam imputatur.

404 Tertio, quæcumque cauſa fideicommiſſi, ſtatim poſt mortem parentis accipiuntur, in legitimam imputantur, vt patet ex ſupra tradita diſtinctione, & ex d. l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento. Sed, quod capitur ex donatione inter viuos, quæ mortis indiget confirmatione, cenſetur capi ex fideicommiſſo, cum donatio eiuſmodi fideicommiſſi partibus fungatur, l. in donationib. C. ad l. Falcidiam, igitur, quod capitur ex donatione inter viuos, morte cōfirmata, in legitimam imputatur. Nec dicas, dictam l. in donationibus, loqui de donatione inter virum, & vxorem, & propterea ad rem nō facere, quia, cum donatio quoque inter virum, & vxorem, ſit prohibita, & non niſi morte confirmetur, quemadmodum ea, quæ fit inter patrem, & filium, valet, arguendo de ea, ad donationem inter patrem, & filium, vt ex Romano, & Iaſone ad l. primam, §. ſi vir, de acquiren. poſſeſſ. docet Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 72. num. 6.

Quarto, & vltimo, omnia, quæ reperiuntur in bonis parentis tempore mortis illius, ita vt ex ſubſtantia patris, & iudicio eiuſdem capiantur, imputantur in legitimam, d. §. repletionē, ſed quod capitur à filio per donationem inter viuos, morte confirmatam, reperitur in bonis parentis ipſius, tempore mortis eiuſdem parētis, cum rei donatæ dominium, non niſi ſecuta parentis donatoris morte, ad filium transfeat, vt per Picum hic, num. 201. tradit etiam Rolan. à Valle, conſ. 11. num. 40. lib. 2. vbi de communi teſtatur, igitur quicquid capitur ex parentis donatione, morte confirmata, in legitimam imputantur.

Non defuerunt tamen, qui fuerunt in contrariam ſententiam, quam Alexan. ad l. illud, C. de collat. adſcribit Angelo, dicens eam tenuiſſe Angelum ibi, in quibuſdam ſuis lecturis, qui tamē in Codice meo, licet ſimpliciter dicat ibi, donationem inter viuos in legitimā non imputari, de donatione tamen, quæ fit à parente filio in poteſtate, & morte confirmatur, ne verbum quidem; quicquid ſit, in hanc ſententiam, licet anceps ſit, inclinare videtur Caſtrenſ. hic, num. 8. qui expreſsè, & ſine hæſitatione eandem probauit ad l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inofficioſ. teſtamento. Hanc probauit etiam Iacobus Butrig. ad d. l. illud, C. de collat. vbi ſequuti ſunt eum Corneus, & Dec. num. 8. eandem quoque tenet Ioan. Coraſ. ad d. l. ſilium quem habentem, C. famil. erciſcun. num. 218. & Fernand. Vaſquius in ſuo tractat. de ſucceſſ. & vltim. volunt. lib. 3. §. 30. num. 261. vbi plures adducit, & hanc communem eſſe ſententiam ad d. l. illud teſtatur, licet hic DD. iuerint communiter in cōtrariam ſententiam.

405 Primum autem, pro negatiua hac opinione, ad mentem Pauli de Montepico hic, ſub num. 201. ſic poſſumus, per tex. in d. l. ſi quando, in §. & generaliter, C. de inofficioſo teſtamento, ratiocinari. quod capitur ex donatione inter viuos non imputatur in legitimam, niſi expreſsè ea contemplatione datum ſit, vt imputetur d. §. & generaliter, facit etiam d. l. etiam, §. ſed eſſi non mortis, infra de bon. libert. Sed quod capitur ex donatione, de qua loquimur, ex donatione inter viuos ſine dubio capitur, l. ſi mortis cauſa inter, ff. de donat. cauſa mort. igitur, quod capitur ex donatione inter viuos, morte confirmata, in legitimam non imputatur. Nec dicas cum Doctoribus d. §. generaliter non eſſe intelligendum de qualibet donatione inter viuos, ſed de ea dumtaxat, quæ ſtatim valet, vt putà quando fit filio emancipato, quia, præterquam quòd hic intellectus diuinatiuus eſt, contra l. qui putator, ff. ad l. Aquil. reſtringit etiam nimis illius tex. generalitatem, contra l. 1. in §. generaliter, ſupra de leg. præſtan. vt rectè ſentit etiam Soc. Iun. hic, num. 131. in fin.

406 Secundo, ſic poſſumus, ad mentem Vaſquij, per text. in d. l. ſi quando, in §. illud, C. de inofficioſo teſtamento, pro hac ſententia, argumentari. quod non excludit à querela inofficioſi, in legitimam non imputatur, argumento §. ſed hæc, Inſtitut. de inofficioſo teſtamento, ſed datum inter viuos à patre filio in poteſtate, non excludit eum à querela, licet de hoc cum patre conuenerit expreſsè, & pactus fuerit d. §. illud, igitur, quod capitur à filiofam. inter viuos per patris donationem, quod mortis confirmatione indiget, in legitimam non imputatur.

407 Tertio, & vltimo, ad mentem DD. & præſertim Socin. Iun. hic, num. 131. ita argumentor. idem ſtatuendum eſt de donatione inter viuos, quæ ſtatim valet ſecundum fictionem, quod ſtatuitur de donatione inter viuos, quæ ſtatim valet, ſecundum veritatem, cum idem operetur fictio, in caſu ficto, quod veritas in

caſu

caſu vero,l.qui ad certum,ff.locati,l.legem,C.
eodem, l.cum oratione, de exceptionibus, l.
qui vxorem, ff.de iniuſt.rupt.irrit.fact.teſtam.
& vtrobique gloſ. At de donatione inter vi-
uos,quæ ſtatim valet,inſpecta veritate,ſtatui-
tur,vt in quartam non imputetur,vt ſupra do
cuimus, ergo idem ſtatuendum eſt de dona-
tione,quæ morte confirmatur,cum,ſequuta,
morte, per fictionem tranſlatiuam de tempo-
re ad tempus,fingatur ſtatim,atq; facta fuit,
valuiſſe.
408 Non obſtat primum argumentum peti-
tum à d.l.etiam,in §.ſed etſi non mortis,quia
vendicat ſibi locum in eo, quod donatur à li-
berto patrono,ea contemplatione,vt imputet
in portionem ſibi debitam, quo caſu,admitti-
mus,etiam in legitimam filij, quod à patre in-
ter viuos donatur, filio in legitimam imputa-
ri,l.ſi quando,§.& generaliter,C.de inoffic.te-
ſtamen. vt mox videbimus in diſtinctione ſu-
bijcienda.
409 Nec obſtat ſecundum,quia donatio inter
viuos, facta à patre filiofam.in poteſtate,licet
non valeat ab initio,& morte confirmetur,re-
trotrahitur tamen ad tempus, quo fuit facta,
& perinde habetur, ac ſi ab initio valuiſſet, li-
cet non habeat effectum, niſi poſt mortem, &
ſic vera eſt donatio inter viuos, quæ nũquam
in legitimam imputatur, niſi vbi, ea contem-
platione fuerit facta,d.l.ſi quando,§.& gene-
raliter,C.de inoffic.teſtam.tempore enim mor
tis teſtatoris,quod filiofam.donauit,non repe
ritur,virtute dictæ fictionis tranſlatiuæ,in bo-
nis ipſius parentis.
410 Nec facit negotium tertium, quia admit-
timus donationem inter viuos, quando fun-
gitur fideicommiſſi partibus,in legitimam im-
putari, quod contingit, quando donatio inter
viuos,facta à parente,non modo ab initio non
valuit,ſed nec ſilentio,& morte tantummodo
teſtatoris fuiſſet cõfirmata,niſi expreſsè eam,
pater moriturus,in aliqua vltima diſpoſitione,
confirmaſſet,tunc enim,quia,virtute talis cõ
firmationis, ſimilitudinem quandam vltimæ
diſpoſitionis accipit,& fideicommiſſi partibus
fungitur,non retrotrahitur, nec manet in pu-
ris terminis donationis inter viuos, ſed tam-
quam fideicommiſſum, vel donatio cauſa
411 mortis,in legitimam imputatur,& ita intel-
ligo legem in donationibus, C.ad legem Fal-
cidiam,in qua aduerbium,quando,non debet
412 accipi cauſaliter pro, quia, ſed caſualiter (vt
his terminis vtar)quaſi ſit ſenſus, in donatio-
nibus inter virum,& vxorem factis,legem Fal
cidiam habere locum, quando fideicommiſſi
partibus fungitur,ideſt,in caſibus, in quibus
413 pro fideicommiſſo habetur,cuius rei exem-
plum eſſe poteſt,vbi pater donat filio in pote-
ſtate, vltra quingentos aureos, inſinuatione
minimè adhibita,eiuſmodi enim donatio,niſi
expreſsè fuerit à parente in vltima voluntate
confirmata,remanet inualida,etiam poſt mor
tem eiuſdem parentis, ob defectum inſinua-
tionis,vbi verò expreſſe etiam confirmata ſit,
quia formam fideicommiſſi induit, in legiti-
mam imputatur, vbi verò non eam quantita-
tem filiofamil.donat pater,quæ inſinuatione
indigeat,quia ſilentio,& morte donatoris cõ
firmatur, & manet in puris terminis donatio-
nis inter viuos, vt in caſu noſtro, non impu-
tatur.
Et ex his facilè ſoluitur etiam quartum, &
vltimum argumentum,quia,licet, quod capit
filiusfam. per donationem à parente inter vi-
uos factam,& morte confirmatam, iudicio e-
iuſdem parentis capiat, non tamen dicitur ca
pere ex ſubſtantia illius,quia,cum ſecuta mor
te retrotrahatur donatio ad tempus quo cele-
brata fuit,perinde eſt, ac ſi ab initio res dona-
ta cæpiſſet eſſe in bonis filij, quemadmodum
quando donatio ſtatim valet, cum idem ope-
retur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu
vero,vt ſupra dicebamus.
Sed,vt generaliter doceamus. An,& quan
do id, quod acquiritur ex donatione inter vi-
uos,à parente facta,teneãtur filij in legitimam
imputare, altius repetendo materiam, ſic di-
ſtinguendum eſſe arbitramur. Aut donatio va-
luit ab initio, & ante mortem parentis dona-
toris, Aut non niſi poſtquam fuit eiuſdem pa-
rentis morte confirmata. ſi ab initio valuit,
quod pluribus modis contingere poteſt, puta
ſi facta fuit filio emancipato,vt in l.ſiue eman-
cipatis, C.de donat. vel filio naturali,vt per Se-
raphin.de priuileg.iuram.priuileg.72.num.7.
vel ſi donatio facta fuit ab auo materno, vel à
matre,l.ſi conſtante,vbi glo.C.de donat.inter
virum,& vxorem,tradunt Berenga.hic,num.
37.& Picus,num.188.item,ſi facta fuerit à pa
tre filio in poteſtate ob benemerita alio mo-
do,quàm teſtimonio patris probata,vt per So-
cin.Iun.hic,num.128.cum alijs,quos adduxi-
mus in prima ſelectarum diſtinctionum Cen-
turia,diſtinctio.69.num.5. & præſertim per Vi-
uium lib.1. communium opinionum, opinio-
ne 34.& per Clarum in §.donatio,queſt.3.vel
ſi fuerit iuramento confirmata,vt per Alexan.
hic,num.37.per Ripam,num.151. & per So-
cin.Iun.num.128.cum alijs latè congeſtis per
Seraphin.in d.priuileg.72.num.1.vbi de com-
muni

muni teſtatur, in iſtis igitur, & ſimilibus caſibus, in quibus donatio, à parente facta, valet anteaquam morte confirmetur, Aut facta eſt à parente donatio tacitè, vel expreſsè, ea lege, vt in legitimam imputetur, Aut eſt ſimpliciter facta, ſi ea lege, vt imputetur, imputatur d.l.ſi quando, §.& generaliter, C.de inofficioſo teſtamento, l.etiam, §.penultimo, verſi.ſed etſi non mortis, ſupra de bonis libert. tradunt DD. communiter hic, & in primis Bart.num. 10.& 11.in fin. Caſtren.num.8.Alexan.num. 38.Ripa,num.144.Picus,num.188.& Bolognet.num.328.& 377.ſi ſimpliciter donauit, non imputatur, tum quòd non confertur, l.illud, C.de collat. tum quod cenſetur aduentitia, d.l.ſcimus, §.repletionem, C.de inofficioſo teſtamento, tradunt Bart.hic, num.10. Caſtr. num.8.Alexand.num.37.Berengar.Fernand. num.87.& alij adducti à nobis, in d.diſtinctio. 69.num.4. Si verò verſamur in donatione, quę non valuit, niſi poſtquam fuit parentis donatoris morte confirmata, rurſus diſtinguendum eſt.nam, Aut eiuſmodi donatio ſolo morientis patris ſilentio fuit cōfirmata, Aut fuit etiam expreſſa eiuſdem patris morientis diſpoſitione confirmata, ſi ſolo ſilentio, & morte, non imputatur, dict.l.ſi quando, §.& generaliter, & §.illud, C.de inofficioſo teſtamento, &, in his terminis, vendicat ſibi locum opinio, quam in proximo articulo defendimus, ſi expreſſa etiam diſpoſitione, Aut poterat ſine noua diſpoſitione ſola morte cōfirmari, & idem dicendum eſt, Aut ſine expreſſa diſponentis confirmatione non poterat valere, puta, quia non erat inſinuata, cum tamen excederet legitimum donandi modum, & tunc cum fungatur fideicommiſſi partibus, d.l.in donationib. C.eod. iuncta l.donationes quas parentes, C. de donat. inter virum, & vxorem, imputatur, & ita poteſt intelligi glo.in Auth.ex teſtamento, C.de inoff.teſtam.

415 Subſequitur modo ſecunda inſpectio de dote, & de donatione propter nuptias, & ſi quę ſunt alia, quæ à parentibus præſtentur ex aliqua obligatione naturali, vel ciuili, numquid, ſcilicet, imputentur in legitimam.

Et quod attinet ad dotem, & donationem propter nuptias, videtur dicendum, non debere in legitimam imputari.

416 Idque per text.in l.pater filiam, ſupra eodem, à qua duplex, pro hac opinione, videtur peti poſſe argumentum. Primum, quia, quod in Falcidiam non imputatur, quę ciuili ratione dumtaxat debetur, & ſecundum quandam iuris ſubtilitatem, qua reſtricta fuit latiſſima legandi facultas, l.verbis legis, ff.de verb.ſignificat. multo minus debet imputari in legitimam filiorum, quæ naturali ratione, & æquitate debetur, l.cum ratio, de bonis damnatorum, Authent.hoc amplius, C.de fideicomm. cum ſimilibus. Sed dos à patre profecta, nec ſi pater iuſſerit eam imputari, in Falcidiam imputatur, d.l.cum pater, in principio, ſupra eodem, ergo multo minus debet in legitimam imputari dos ſimpliciter à Patre profecta. Præterea, quod non reperitur in bonis, & hæreditate parentis, in legitimam non imputatur l.ſcimus, §.repletionem, C.de inofficioſo teſtamento, ſed dos in bonis, & hæreditate patris non inuenitur d.l.pater filiam, in princ. igitur dos non debet in legitimam imputari.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt DD. communiter vno ore, & præſertim hic Bart.num.10. Angel.num.4. Caſtren.num.8. Alc.num.31.& 32. Picus num.181. Ripa & Bologn. vterque num.148. Socin.Iun. num. 123. & Cæſar Fiumag. teſtans de communi, num.405.

417 Et poſterior hæc ſententia communis, & vera, probatur per text.in l.quoniam nouella, C.de inofficioſo teſtamento, quæ, præterquā quòd apertè probat hanc ſententiam, poteſt etiam vrgeri hoc modo.

Quicquid ceſſare facit querelam inofficioſi, in legitimam imputatur, §.ſed hæc, Inſtitu. de inofficioſo teſtamento, ſed dos, & donatio propter nuptias facit ceſſare quęrelam inofficioſi, d.l.quoniam nouella, C.de inoff.teſtam. ergo imputatur in legitimam.

Accedat etiam, quòd tunc demum, quod à patre proficiſcitur, in legitimam non imputatur, quando quaſi iure aduentitio capitur l.ſcimus, §.repletionem, C.de inoffic.teſtamento, ſed dos, in controuerſia poſita, verè eſt profectitia, nec pro aduentitia habetur, l.profectitia ff.de iur.dot. ergo eiuſmodi dos, à patre data, in legitimam imputatur.

418 Nec obſtat argumentum ex aduerſo allatum, à l.pater filiam, in principio, ſupr.eodem, petitum. Primum, quia de Falcidia ad legitimam negatiuè, non tenet conſequentia, cum plura in legitimam, quàm in Falcidiam imputentur, vt omnes admittunt, & verius etiam eſt, ſecundum noſtram ſententiam, ſecundum quam, non niſi ea, quæ iure hæreditario, vel
419 quaſi capiuntur, in Falcidiam imputantur, & in d.l.pater filiam, non dedit ab initio dotē pater, ea contemplatione, vt in Falcidiam imputaretur, ſed ex poſt facto, & poſt ius filiæ quæſitũ, quādo moriturus teſtabatur, nam, ſi

ab

Digitized by Google

ab initio ea lege dediſſet, in Falcidiam quo-
que debuiſſet imputari, argumen. l.cum quo,
§.vltimo,& l.quod autem,in fine, ſup. eodem.
Nec facit negotium ſecunda ponderatio,quia,
ad hoc,vt aliquid in legitimam imputetur, nō
eſt neceſſe,vt,tempore mortis parentis,in hę-
reditate illius reperiatur,ſed ſatis eſt,vt ex ſub
ſtantia illius proficiſcatur,ita,vt quaſi iure ad-
uentitio capi non videatur,d.l.ſcimus,§.reple
420 tionem,C.de inofficioſo teſtamento.Nec mi
rum videri debet,plura in legitimam imputa-
ri, quàm in Falcidiam, quia cum Falcidia de-
trahatur occaſione teſtamenti, & ſit quarta
hæreditatis,qua hæredes,pluribus legatis gra
uati, ad hæreditatem adeundam alliciuntur,
rationi conſentaneum eſt,vt in eam imputen-
tur ſolummodo ea,quæ iure hæreditario, vel
quaſi capiuntur,quæque ipſi hæreditatis adi-
tione lucrantur, non autem ea, quæ antea ex
alia cauſa pleno iure acquiſiuerunt,ſecus autē
in legitima,quę eſt quarta bonorum,& bono-
rum ſubſidium,quod ſemper debetur, non au
tem quarta hæreditatis.

421 Concludo igitur dotem,& donationem
propter nuptias, & ſi quid ſimile eſt, ad quod
pater naturaliter,vel ciuiliter obligatus ſit,in
legitimam imputari, hinc fit, ſi pater aliquid
ſoluat pro maleficio filij, quia ſtatutum, vel
conſuetudo eum obliget, vt in legitimam im-
putetur,ſecus autem,ſi non iuris neceſſitate,
ſed ſponte,& miſerationis cauſa ſoluat, vt tra
dit Bal.ex Iacobo de Arena,Guil.de Cuneo,
& Bart.ad d.l.omnimodo,§.imputari,num.5.
C.de inofficioſo teſtamento, tradit etiam Pe-
regrin.in d.art.36. num.131. vbi, ampliando
422 ad plura,infert num.132. cum ſeqq. & ratio
generalis poteſt eſſe,quia,in ſolutis ex neceſſi-
tate,lex præſumit,& inducit cōpenſationem,
l.ſi cum dotem, §.ſi pater, ſupra ſoluto matri-
monio,Authent.præterea, vbi DD. C.vnde
vir,& vxor.

423 Quatenus igitur dubitatur. An dos pro-
fectitia in legitimam imputetur, omiſſa anti-
quitate,ſecundum quam plenè diſtinguendo,
hanc materiā declarauimus in prima noſtra-
rum ſelectarum diſtinctionum Centuria, diſt.
70. ita poſſumus planiorem, & breuiorem di-
ſtinctionem, hodiernis temporibus accommo
dare. Aut,ſtatuto,fœminę dotatæ,à bonis pa-
ternis omninò excluduntur, Aut non exclu-
duntur,ſed ſeruatur ius commune. Primo ca-
ſu,etiā patre inteſtato moriēte,filia dotata,do
tem ipſam imputat in legitimam, quin immo
dote ipſa debet eſſe contenta,etiam ſi ad legi-
timam non aſcendat,ita,vt,nec legitimæ ſup-
plementum petere poſſit,quaſi ſtatutum taxā
uerit legitimam ad quantitatem congruæ do-
tis,vt per Alexan. ad l.Gallus,§.& quid ſi tan
tum, ff.de liberis,& poſthum.num.17. ſi verò
ſtatutum excludens Fœminas dotatas non
extet,ſed ſeruetur ius commune, Aut dubita-
mus,numquid dos,à patre profecta, impute-
tur in legitimam ſimpliciter filiæ,etiam hære-
di non inſtitutæ, & concludendum eſt non im
putari,per tex.in §.aliud quoque capitulum,
in Authent. vt cum de appellat.cognoſc.&
ex his, quæ tradunt Bart. & DD.hic, aut am-
bigimus,An imputetur,per modum repletio-
nis,filiæ in aliquo inſtitutæ, quod ad legitimā
non aſcendat,&,hoc modo,ſine dubio, impu-
tatur, & ita intelliguntur d.l.quoniam nouel-
la,& d.l.ſcimus,§.repletionem,C.de inofficio
ſo teſtamento.

424 Succeſſiuè examināda eſt tertia inſpectio,
An,ſcilicet, datum à parente filio, ob dignita-
tem,& ob ſtatus incrementum,in legitimam
imputetur, qua in re, omiſſa diſputatione, ſic
breuiter,ad mentem Baldi,ad d.l.omnimodo,
in §.imputari, C.de inofficioſo teſtamento,di
ſtinguendum eſt. Aut militia, & dignitas, pa-
ternis pecunijs quæſita, eſt omninò inaliena-
bilis,Aut non inalienabilis omninò. Primo ca-
ſu, cum nec vendi, nec transferri ad hæredes
poſſit, in legitimam non imputatur, quia non
eſt in commercio,quòd,nec vendi,nec ad hæ-
redes transferri poteſt, & propterea, ſicut non
debet conferri,ita nec in legitimam debet im-
putari;non debere autem cōferri, probat tex.
in l.ſi filia,alias, §.Neratius, ſi vni, & §.idem
ſcribit,ff.famil.erciſcun.l.1. §.ſed an id,quod,
ff.de collat.bonorum,l.& qui originem,§.vlti-
mo, ff.de muneribus,& honorib. Exemplum
affert Bald. in beneficio impetrato in curia,&
in expenſis factis, in expeditione, & in bullis,
quod, cum ſit inæſtimabile, non recipit onus
collationis, vel imputationis, quod eſt quid
æſtimabile,l.plane, 2.§.vltimo,cum ſeq. ſupra
de legat. 1.faciunt notata ad l.Titius, C.de o-
425 peris libert. Accedat etiam,quòd imputatio
eſt quædam ſpecies permutationis, cum reci-
piat filius legitimam, quam debebat recipere
in alijs bonis,in eo,quod ſibi imputatur,vt col
ligitur ex l.noſtra, & ex alijs ſimilibus,permu-
tatio autem non cadit in eiuſmodi beneficijs,
quæ in commercio non ſunt, vt rectè ſentit
Bald.in d.§.imputari,num.2.in fin.& non mo-
dò non imputatur beneficium eccleſiaſticum
in legitimam, ſed nec quod pater expendit in
curia pro eo impetrando,d.§.ſed an id,quod,
tum propter onus cœleſtis militiæ, tum quia
pro

pro quaſi caſtrenſe habetur, l. Sacroſanctæ, C.
de Epiſcop. & Cleric. vt per eundem Bal. ad d.
§. imputari, num. 4. tradit etiam Peregr. de fi-
deicomm. artic. 36. num. 130. & ita de iure re-
ſponderunt Calcan. conſil. 74. & Crauet. con-
ſil. 136. idem dicendum eſt, ſi pater expendat
in doctoratu filij, vel in aliqua equeſtri digni-
tate, vt ſentit idem Bal. in d. §. imputari, num.
4. & in Authen. ex teſtamento, C. de collat. id,
quod intelligitur, vbi pater ſimpliciter emit,
vel impendit, pro filio, aut nomine filij, & ei
officium aſſignauit, ſecus, ſi expreſſiſſet pecu-
niam filio donare, vt ex Ripa hic, num. 169.
docet Peregrin. in præallegato loco, in fine,
tunc enim diſtingueretur, vt ſupra in prima
inſpectione de mera donatione, ſecundo au-
tem caſu, rurſus diſtinguendum eſt, Aut mili-
tia, & dignitas eſt omnino alienabilis, Aut ali-
quo tantum reſpectu alienabilis, ſi omnino a-
lienabilis, puta, quia vendi poſſit, & ad hære-
des transferri, vt, puta, ſi princeps det mihi ali
quam militiam, & hæredibus meis, vel cui ius
meum conceſſero, ſiue feudum ſit, ſiue aliud
ſimile beneficium, debet in legitimam impu-
tari, vt docet idem Bald. per illum tex. in §. im-
putari, l. omnimodo, C. de inoffic. teſtamento,
num. 3. in fin. verſic. quarta militia, ſi verò alie
nabilis eſt aliquo tantum reſpectu, puta, quia
vendi poſſit, & non tranſmitti ad hæredes, vel
tranſmitti ad hæredes, & non vendi, pariter
in legitimam imputatur, per d. l. omnimodo,
in §. imputari, cuius rei exemplum affert Bald.
quoad militiam, quæ poteſt ad hæredes tranſ
ferri, & non vendi, in Feudo acquiſito à Re-
ge, vel Barone, ſibi, & liberis, data certa quan-
titate pecuniæ, pro inueſtitura, eiuſmodi enim
Feudum non poteſt alienari, cap. Imperialem,
de prohibita Feudi alienat. per Federic. in vſi-
bus Feudorum, & tamen ad hæredes tranſmit
titur, exemplum autem de militia, quæ vendi
poteſt, & non tranſmitti ad hæredes, affert
Baldus in redditibus, qui à Principe impetran
tur ad vitam, ita tamen, vt ad vitam impetran
tis vendi poſſint, alia etiam affert ſimilia exem
pla, d. §. imputari, num. 3. & eiuſdem generis
videntur eſſe hodie officia Equitum piorum,
& montes vacabiles per mortem, in Curia Ro
mana, quæ omnes militiæ imputantur in legi-
timam, non pro ea quantitate, pro qua fuerũt
empta à patre, ſed pro ea, pro qua vendi poſ-
ſunt, tempore mortis parentis, deducto onere
militiæ, l. illud, C. de collatio. & d. l. omnimo-
do, §. imputari, vbi pleniſſimè DD. & præſer-
tim Bald.

426 Supereſt modo quarta, & vltima inſpe-
ctio. An quod datur à patre filio in peculium,
in legitimam imputetur, cuius dubitationis e-
xemplum eſt eiuſmodi: pater meus conceſſit
mihi expreſsè bona aliqua, peculij cauſa, vel
ſimpliciter dedit, cauſa non expreſſa, vt ego
haberem illa ſeparata à rationibus ſuis, & ſe-
paratim adminiſtrarem, quo caſu, in dubio,
cenſetur facta conceſſio in peculium, ex tradi
tis per Bart. ad l. 1. in §. ſi parens, infra ſi à pa-
rente quis fuerit manumiſſus, quãdoquidem,
vt conſiderat Socin. Iun. hic, num. 134. pecu-
lium nihil aliud eſt, quàm quod pater à ratio-
nibus ſuis ſeparauit, filio concedendo, l. pecu-
lium eſt, in principio, & l. depoſiti, §. peculium
ſupra de peculio, id quod intelligo indiſtinctè
verum eſſe, ſiue exprimatur cauſa talis ſepara
tionis, ſiue non, vt ſentiunt etiam hic Picus
427 num. 102. & Socin. Iun. num. 135. in dubio
enim donatio, & amiſſio proprij iuris non præ-
ſumitur, l. cum de indebito, ſupra de probat.
hinc dicebat Bald. ad l. generaliter, C. de non
428 numeratà pecunia, potius præſumendum
eſſe aliquem inſanire, quàm donare, ſiue igi-
tur expreſsè pater cauſa peculij aliquid conceſ
ſerit, ſiue tacitè, quæro, An eiuſmodi peculium
debeat in legitimam imputari.

In hac autem quæſtione, ita intellecta, duas
eſt reperire Doctorum opiniones, prima eſt
affirmatiua, exiſtimantium peculium eſſe im-
putandum in legitimam, & hanc opinionem
firmat Bart. hic, num. 10. in fin. quam ſequun-
tur DD. communiter, & præſertim, poſt Ale-
xan. Ruin. num. 24. & Picus num. 202. vbi te-
ſtatur de communi, ſequitur etiam hanc ean-
dem opinionem, dicens eam communem eſſe,
Fernand. Vaſquius, in tract. de ſucceſ. & vlt. vo
lunt. lib. 3. §. 30. nu. 262. probant autem Bar. &
qui eum ſequuntur, hanc opinionem, duplici
ratione.

429 Prima petitur à lege filium quem haben-
tem, C. famil. erciſcun. ſecundum communem
intellectum antiquorum, de quo ibi per gloſ.
magnam, ſecundum quem ille fundus, qui ibi
in Trebellianicam imputatur, fuerat filio, de
quo ibi, in peculium conceſſus, quod cum ita
ſit, argumentantur virtualiter, à Trebelliani-
ca, ad Legitimam, hoc modo. Quicquid impu-
tatur in Trebellianicam, imputatur etiam in
legitimam, cum longè plura imputentur in le-
gitimam, quàm in Trebellianicam, quando-
quidem in Trebellianicam non imputantur,
quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, l. pa-
ter filiam, in principio, ſupra eodem, nec pars
prælegati, quæ capitur à cohærede, verſic. pro
ea verò parte, hac eadem l. noſtra, quæ tamen

omnia imputantur in legitimam, vt patet ex
ſupra dictis, & conſtabit ex infra dicendis in
ſequenti quæſtione, ſed in Trebellianicam pe
culium imputatur, d.l. filium quem habẽtem,
iuncta gloſ. magna, in princip. igitur peculium
imputatur etiam in legitimam.
430 Secundum autem argumentum, petunt
à l. ſi donatione, C. de collat. vbi, ſi filiæfam. à
patre, fundus donatus eſt, cum ſorore, quę cõ-
muni patri ſuccedit, eum præcipuum habere
non poteſt, &, ſecundum communem intelle-
ctum, fundus, de quo loquitur ille text. vtcun-
que ibi dicatur donatus, debet intelligi con-
ceſſus ex cauſa peculij, quapropter, cum ille
tex. dicat non debere eſſe pręcipuum fundum
in peculium datum, apud eum, cui conceſſus
fuit, ita poſſumus argumentari, id, quod filio-
familię datur à patre, ſi filius præcipuum non
habet, neceſſe eſt, vt illud in legitimam impu-
tet, cum ea, quæ nõ imputãtur habeantur præ
cipua. At peculium filiusfamilias poſt mortem
patris, præcipuum non habet d. l. ſi donatione,
ergo tale peculium in legitimam imputat.
Horum tamen argumentorum ratione mi-
nimè habita, in contraria ſententiam iuit Soc.
Iun. hic num. 135. pluribus ductus.
431 Primò quidem, ita argumentatur, ſi quod
conceditur in peculium imputaretur in legiti-
mam, poſſet filius, ſine dubio, legitimam ſuam
deducere, & detrahere in re particulari, in pe-
culium conceſſa, etiam inuitis hæredibus pa-
rentis. At detrahere legitimam ſpecialiter de
re peculiari, contradicentibus ijs, qui habent
intereſſe, filius minimè poteſt, vt concludunt
432 DD. communiter hic, cum debeat ſuam le-
gitimam habere in pluribus rebus, vel in pau-
cioribus, vel in vna iudicis arbitrio, argumen-
to l. poteſt de legat. 1. vt teſtatur de communi,
poſt alios, Paul. de Montepico hic, num. 132.
igitur peculium in legitimam non imputatur.
433 Secundo loco, pro eadem opinione, ita
virtualiter ratiocinatur, voluntas coarctata
ad placitum, & ad vitam alicuius, poſt mortẽ
illius, &, ceſſante placito, non debet aliquid
operari, l. epiſtola §. fin. ſupra de pact. l. Aure-
434 lio, in princ. ſupra de liberatione legata, ſed
conceſſio rei, ex cauſa peculij, eſt coarctata ad
435 placitum parentis, poteſt enim per eum adi-
mi, l. peculium naſcitur ff. de peculio, & ad vi-
tam eiuſdem, cum, ſecuta morte illius, extin-
guatur, l. vltima §. vlt. C. de inofficioſo teſta-
men. igitur, poſt mortem illius, non debet hoc
operari, vt in legitimam imputetur.
436 Tertio, & vltimo, ita argumentatur, quod,
poſt mortem patris, futurum eſt commune in-
ter filios, & hæredes eiuſdẽ patris, neceſſe eſt,
vt, partibus non conſentientibus, non impute-
tur alicui in legitimam. ſed, quod vni ex filijs,
à viuente patre in peculium conceſſum fuit,
futurum eſt commune inter omnes hæredes,
poſt mortem patris, l. certum C. famil. erciſc.
igitur, quod filio, ex cauſa peculij, conceſſum
eſt, ei in legitimam non imputatur.
437 Non obſtant nunc contraria, & pręſertim
primum argumẽtum, petitũ à d. l. filium quem
habentem, quia, in illa lege, fundus, de quo lo-
quitur, non fuerat conceſſus in peculium, ſed
fuerat pręlegatus, vt ſupra latè docuimus, & ſa
tis conſtat ex eo, quia capitur difformiter, & à
cohæredibus dicitur ſolui. præterea, ibi, nõ to-
tus fundus imputatur, cũ aliquã illius partem
filius habeat ſupra Quartã, vt colligere eſt ex
fine illius legis, accedat, quòd lex illa loquitur
de Trebellianica, de qua, ad legitimam, cum
ſe habeant ad inuicem, tanquàm excedentia,
& exceſſa, quoad imputationem, vt obſeruant
DD. hic, non eſt tutum argumentum.
438 Nec facit negocium, d. l. ſi donatione, quia,
pręterquamquòd poſſet negari l. illã loqui de
peculio, cum de donatione tantum meminе-
rit, vt poſſit facilè procedere in donatione fa-
cta à patre filiæfamilias, quæ, cum ſtatim non
valuerit, ſed morte fuerit confirmata, nõ rema
net præcipua apud eam filiam, cui donatio fa-
cta fuit, ſed eam, ſecundum communem opi-
nionem, indiſtinctè in legitimam imputat, vel
ſaltem cum diſtinctione, quam tradidimus in
ſuperiore articulo. Præterea, admiſſo etiam
communi intellectu, negocium non facit d. l.
ex ſententia Soc. Iun. hic num. 135. quia ſo-
lummodo dicit, id, quod conceſſum eſt, ex cau
ſa peculij, poſt mortem patris non debere eſ-
ſe præcipuum illius, cui conceſſum eſt, ſed non
inde ſequitur, ergo imputatur ei in legitimam,
quia imo remanet commune inter hæredes,
d. l. certum C. famil. erciſc. & dictus filius con-
ſequitur legitimam ex arbitrio Iudicis, vt di-
ximus ſupra in quarta quæſtione principali
ipſius Bart.
**Si igitur peculium ſit remanſurum apud fi-
lium, ſine dubio, vt omnes admittunt, in legiti-
mam imputabitur, non tamen erit præcipuũ
apud ipſum, & hic forte fuit ſenſus Bart. hic
num. 10. quem omnes ſequuntur, cuius ſen-
tentiæ, ſi hoc modo intelligatur, nec Soc. Iun.
opinio, ſi rectè perpendatur, aduerſatur. Cæte-
rum, nec ipſe filius poteſt eligere legitimam
in re conceſſa in peculium, inuitis hæredibus
patris, nec hęredes ipſi poſſunt filium compel-
lere, ad d. rem in peculio conceſſam in legiti-**
mam

mam imputandam, vt rectè ſentit Soc. Iun. quod tamen temperandum eſſe arbitrarer, vbi expreſsè, vel ex coniecturis conſtaret parentem teſtatorem voluiſſe rem in peculium conceſſam in legitimam imputari. eo enim caſu poſſet ſibi locum vendicare communis opinio, vt per eundem Soc. Iun. hic, nu. 135.

439 Nunc autem ſucceſſiuè, quærit ſecundo loco Bart. de ratione differentiæ, inter Trebellianicam, & legitimam, cur, ſcilicet in legitimam imputentur etiam ea, quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, non autem in Trebellianicam, l. pater filiam, in principio, ſupra eodem.

Ad hanc Quæſtionem reſpondet Bart. differentiæ cauſam eſſe, quia Trebellianica detrahitur occaſione teſtamenti, & proptcrea, in eam, non niſi ea, quæ veniunt ex teſtamento imputantur, legitima autem debetur extrinſecus, ideſt iure naturæ, & ideo in eam, etiam extrinſecus venientia, imputantur, & hæc Bar. ratio ab omnibus recipitur, vt per Ripam hic, num: 187. Altera eſt Tornielli ratio. hic num. 112. ſentientis, propterea in Trebellianicam, & Falcidiam ſolummodo ea, quæ capiuntur ex teſtamento imputari, quia ſint quartæ hæreditatis, l. 1. §. 1. ſupra eodem, l. 1. C. ad Senat. Conſu. Trebellian. in legitimam autem, etiam ea imputari, quæ extrinſecus obueniunt, quia ſit quarta patrimonij, vel bonorum parentis, iuxta tradita per Bart. ad l. ex facto, ſupra de hæred. inſtit. per Bald. ad l. quoties, C. eodem, & per Pariſ. conſil. 37. num. 19. lib. 3. & hæc ratio fit etiam probabilior, ſecundum ſententiã noſtram, quæ eſt, vt, tam in Falcidiam, quàm in Trebellianicam, non niſi ea, quæ iure hæreditario, vel quaſi capiuntur imputetur. Ego vero tertio loco ad mentem Socin. Iun. hic, nu. 136. licet ipſe non ita declaret, dico, in Falcidiam, & in Trebellianicam ſolummodo imputari, quæ iure hæreditario, vel quaſi, ex teſtamento capiuntur, quia ab initio fuerunt inuentæ, vt grauati hæredes, qui ob nullum, vel minimum lucrum recuſabant adire hæreditates, ad illas adeundas allicerentur, vt de Falcidia probat expreſſe tex. in princip. Inſtitu. de l. Falcidia, & de Trebellianica, text. in §. ſed quia hæredes, Inſtitut. de fideicomm. hæred. & propterea rationi conſentaneum fuit, vt in eam ſolummodo imputarentur ea, quæ (niſi adiuiſſent hæreditatem, acquirere non potuiſſent, & ſic ea, quæ ex teſtamento capiuntur. in legitimam autem, quæ inducta fuit ob naturalem quandam æquitatem, vt filij, poſt mortem parentis haberent portionem bonorum illius, in locum quodammodo alimentorum, quæ à viuente patre pręſtabantur, ſatis eſt ea, quæ imputantur ex patris ſubſtantia proficiſci, iuxta l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento, & rationi huic, ſi rectè perpendatur, non aduerſatur, l. filiabus, §. vltimo, cum l. ſequent. ſupra de legat. 1. quam adducit in contrarium Socin. Iun. hic, in præallegato loco. Et hæc, quæ extrinſecus veniunt, & extra cauſam teſtamenti, etiam in alias Quartas imputari, ſentit hic Bar. quæ debentur ex alijs diſpoſitionibus, vel communibus, vel municipalibus, non autem occaſione teſtamenti, afferens exemplum de quarta in Authent. præterea, C. vnde vir, & vxor. Colligere etiam poſſumus ex dictis eiuſdem Bart. hic, num. 11. in fin. quatenus refert ſe ad ea, quæ ſcripſit ad l. peto, in princip. ſupra de legat. 2. exceptionem ad concluſionem illam ſupra firmatam. quod datur filio cauſa emancipationis in legitimam non imputari, vt locum non habeat, ſi, in actu dandi, dicat pater illud pro ſua parte dare, propterea quòd, virtute huius declarationis, onus imputandi induceretur, id quod probat ad d. l. peto, etiam Alex. & ſequuntur alij relati per Soc. Iun. hic, num. 137.

440 Duæ modo ſubſequuntur à Bart. propoſitæ Quæſtiones, quarum altera eſt. An quod pater dedit filio emancipato, ea contemplatione, vt in quartam imputaret, ſi filius eiuſmodi, ante mortem patris, relictis filijs, & hæredibus, decedat, debeant præſati filij, & hæredes, ſibi in legitimam imputare, & hãc quæſtionem dicit Bart. hic, num. 12. ſe noctu cogitaſſe. Altera autem eſt, quam bis teſtatur ſe in facto habuiſſe. An nepotes ex filia, debeant ſibi dotem matris, ab Auo profectam, in legitimam imputare, quemadmodum mater eorum, ſi patri ſuperuixiſſet, ſine dubio imputaſſet.

Primam Quæſtionem Bart. anceps non ſoluit. Secundam autem, poſt longam diſputationem decidit. Ego verò anteaquam ad ſecũdam diſputationem, vna cum Bar. deueniam, quid ſentiendum ſit circa primam, à Bart. omiſſam, breui adhibita diſputatione aperiam.

Quæſtionis autem exemplum eſt huiuſmodi. Auus meus, patri meo, filio ſuo, quẽ emancipauerat, donauit, finge, ducentos aureos, ad hoc, vt illos in legitimam imputaret, anteaquam moriatur Auus meus, moritur pater, dubitatio eſt, An moriente deinde Auo, debeam ego, quod ipſe patri meo dederat, vt in legitimam imputaret, mihi ipſi in legitimam

imputare. Et in hac difficultate duę, & pugnātes reperiūtur Doctorum opiniones, quarum altera fuit affirmatiua, exiſtimantium debere me in legitimam imputare, quod Auus meus, patri meo, ab eo emancipato, donauit & hanc opinionem tenet hic Angel. num. 8. tenuerunt etiam Iacobus Butrig. & Bal. ad l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff. teſt. quos refert Rip. hic num. 209.

441 Primum autem probatur hæc opinio hac ratione. Omne commodum, habens aliquod onus annexum, & iniunctum, ſi tranſeat, de vna perſona, ad aliam, tranſit cum ſuo onere, l. vnica, §. his ita definitis, C. de caduc. tollen. Sed quod donatum fuit à patre filio emancipato, fuerat cum illo onere expreſsè donatum, vt in legitimā imputaretur, igitur debet cum eodem onere, à filio, in nepotes trāſire, ita vt, & ipſis, in legitimam imputetur.

442 Secundo loco, pro eadem opinione, ita poſſumus argumentari, quod proficiſcitur immediatè ex bonis, & ſubſtantia parentis, debentis legitimam, in legitimam ipſam ſine dubio imputatur, d. l. ſcimus in §. repletionē. ſed hoc, quod donatum eſt ab Auo, de quo agimus, filio emancipato, patri iſtorum nepotū, immediatè proficiſcitur ab Auo, cū donatio, filio emancipato facta, defecerit, igitur talis donatio debet per eiuſmodi nepotes in legitimam imputari, probatur minor, ad mentem Angeli hic, quia, vbi donatio ſub modo facta eſt, vel ſub conditione, modo ipſo deficiente, vel conditione, & ipſa donatio deficit, & perit, de conditione text. eſt in l. iubemus §. ſin autem C. ad S. C. Trebell. in l. vnica §. ſin autem ſub conditione C. de caduc. toll. facit vulgata. l. cedere diem de verb. ſign. de modo autem tex. eſt in l. Titio centum §. Titio genero, ſupra de condit. & demonſtr. gloſ. eſt in l. ſi quis ſeruum eod. tit. ſed donatio, de qua agimus, ſupponitur facta ſub conditione, vel modo, vt imputetur in legitimam, igitur talis donatio, niſi fuerit in legitimam à donatario imputata, deficit, ita vt, quod donatum eſt, in patrimonio, & bonis Aui donatoris cenſeatur remanſiſſe.

His tamen rationibus non obſtantibos, cōtrariam opinionem veriorem eſſe arbitror, quam, poſt Imolam, tenent hic Ripa nu. 209. & Io. Bologn. 362. quæ facilè probari poteſt vnico hoc, eodemque validiſſimo argumento. nihil, quod capitur extra patrimonium parentis, debentis legitimam, in legitimam imputatur, d. l. ſcimus §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento, facit l. pater filiam ſupra eodem. ſed, quod donatum eſt ab Auo meo, patri meo emancipato, ad hoc, vt in legitimam imputaret, cum donatio ſtatim valuerit, capitur à me, extra patrimonium Aui mei, debentis mihi legitimam, cum tempore mortis ipſius, in bonis ſuis non reperiretur, igitur hoc ipſum, quod, ab Auo, patri meo donatum eſt, imputare in legitimam non debeo.

443 Non obſtant nunc contraria, & præſertim primum argumentum, quia illa maior, quæ habet omne commodum, aliquod onus habens annexum, ſi de vna perſona tranſeat ad aliam, trāſit cum annexo onere, habet locum vbi tale onus purè eſt impoſitū, vel, ſi ſub conditione, conditio ipſa non defecit, ſed in caſu noſtro, vt conſiderat Ripa hic, ſub d. nu. 209. illud onus imputandi in legitimam, intelligebatur iniunctum, ſub hac tacita conditione, ſi illi filio emancipato legitima deberetur, l. 1. §. ſi impuberi, vbi Bar. & alij ff. de collat. bonorū. ſed, in propoſito deficit conditio, filio emancipato præmoriente, cui, non niſi poſt mortem patris legitima deberi poterat, & idcirco onus hoc, quod defecit, defectu conditionis, non potuit tranſire ad hæredes, cum nō habeat effectum conditionalis diſpoſitio, conditione deficiente, l. iubemus §. ſin autem C. ad Senat. Conſ. Trebell.

444 Nec deſtruit poſteriorem hanc ſententiā ſecundum argumentum, propterea quòd modus bifariam poteſt deficere, vno modo, quia adimatur à teſtatore, qui ſub eo finali modo aliquid legauerat, & tunc deficit etiam legatū, & diſpoſitio modalis, & ita loquitur gloſſ. in d. l. ſi quis ſeruum, ſupra de cond. & demonſtrat. altero autem modo deficit caſu, ita vt adimpleri amplius nō poſſit, vt in caſu noſtro, propter mortem filij, ante patrem, & tunc, deficiente modo, non deficit diſpoſitio, vt conſiderat Imola hic, per tex. in l. ſi Titio pecuniā, 95. de legat. 1. & per l. pater, in §. Tuſculanus, ſupra de legat. 3. Vbi enim non ſtat per legatarium, quominus modum adimpleat, deficiente modo, legatum modale non deficit. Nec facit negotium d. §. Titio genero, allegatus ab Angelo, quia ille text, non loquitur de relicto ſub modo, ſed ſub conditione, vt Bart. & alij communiter intelligunt, vt de communi teſtatur Ripa hic ſub d. num. 209.

445 Nunc autem, abſoluta prima Quæſtione, quam Bart. inſolutam reliquerat, venio ad alteram, quam latè ipſe, & diſputat, & ſoluit, cuius quidem Quæſtionis exemplum eſt huiuſmodi. Auus meus maternus dotem dedit Filiæ ſuæ, matri meæ, quæ deceſſit viuēte adhuc
446 patre, qui ei dotem dederat, ex conſuetudi-
ne

ne Martini, dos remanet apud me filium ſu-
um, non autem reuertitur ad patrem ſuum,
Auum meum, iuxta l. dos à patre, C. ſolut. ma-
trim. moriturus deinde Auus meus condidit
teſtamentum, & inſtitutis hæredibus vniuerſa
libus nepotibus ex filio, me, puta, in duobus
aureis hæredem inſtituit, vnde peto ſupple-
mentum legitimæ, ſed obijcitur mihi, vt impu
tem in legitimam dotem matris meæ, ab Auo
profectam, dubitatio eſt. An cogar illam im-
putare, vel poſſim legitimæ ſupplementũ con-
ſequi, & dictam dotem præcipuam habere.

In hac autem quęſtione DD. de more, iue-
runt in contrarias partes, aliqui enim negaue-
runt nepotem, dotem matris ab Auo profe-
ctam, ſibi in legitimam imputare debere, &
hanc opinionem tenuit Bald. ad l. illam, C. de
collat. num. 4. vbi teſtatur pro eadem opinio-
ne reſpõdiſſe etiam Iacob. de Beluiſ. ſequutus
eſt Guman. in conſil. 10. ab omnibus hic alle-
gato, quod incipit. in Ciuitate Laudenſi, Caſt.
in conſil. 250. quod incipit. circa primũ, quod-
que allegatur à Ioan. Bolognet. hic, num. 351.
eandem quoque ſequuntur opinionem Vin-
cent. Herculanus hic. & Ioan. Bolognet. num.
361. & In eandem inclinat Soc. Iun. hic, num.
143. eandemque teſtatur Bart. hic, num. 12.
tenuiſſe multos DD. & Aduocatos, pluribus
ductos.

447 Primum igitur antiqui, pro hac opinione,
vt dicit Bart. communi vtebantur ratione, ita
argumentando. Nihil, ex his, quæ non repe-
riuntur in bonis illius parentis, de cuius hære-
ditate quæritur, tempore mortis ſuæ, ita vt ex-
tra ipſius patrimonium capiatur, in legitimam
imputatur, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inof
ficioſo teſtamento. Sed dos materna, quam-
quã ab Auo profecta, in caſu propoſito, cum
in bonis dicti Aui non reperiatur, extra patri-
monium ipſius à nepote capitur ex hæredita-
te propriæ matris, cui, viuente Auo, fuerat ac-
quiſita, l. ſed ſi plures, §. filio, ſupra de vulgari,
& pupillari, l. per procuratorem, §. 1. ff. de ac-
quirenda hæreditate, igitur talem dotem, ſibi
in legitimam nepos imputare non debet.

448 Secundo, ad mentem Iacob. de Beluiſ. re-
lati per Bal. ad d. l. illam, per argumẽtum à le-
ge ceſſante, hanc eandem opinionem, ita poſ-
ſumus comprobare. Quod lex non dicit, neq;
nos dicere debemus §. conſideremus in Auth.
de trient. & ſemiſſ. l. ſi vero §. de viro ff. ſolut.
matrim. tradit Bald. ad l. conuenticulam C. de
epiſc. & cler. & Euer. in ſuis centum locis argu
mentorum, in loco à lege ceſſante, facit in ter-
minis noſtris, l. illud in §. hæc autem C. de col-
lat. ſed nulla lex dicit, dotem matris, ab Auo
profectam, imputandam eſſe in legitimam ne-
potis, ergo nec nos dicere debemus.

449 Tertio, ad mentem Baldi, ita poſſumus ar-
gumentari. ſi nepos, de quo loquimur, cogere-
tur imputare ſibi in legitimam dotem matris,
ſequeretur, vt, qui ex vna cauſa rei vnius do-
minus eſt, ex alia iterum poſſet fieri dominus,
450 mutando ſibi titulum, & cauſam poſidendi,
cum, per imputationem in legitimam, mute-
tur cauſa, & titulus poſſeſſionis. l. 3. §. qui fidei-
commiſſariam, ſupra de hæredibus inſtit. ſed
hoc conſequens eſt falſum, & abſurdum, cum
repugnet, §. ſic itaque, Inſt. de act. l. 3. §. illud
ff. de acquir. poſſeſſione, & l. quod vulgo ff. de
vſucap. cum ſimilibus, igitur falſum, & abſur-
dum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur.

451 Quarto, & vltimo loco, omiſſis alijs, per
Bald. ad d. l. illam adductis, quæ coincidunt cũ
his, quæ hactenus attulimus, ita argumentor.
ita demum nepos teneretur imputare ſibi in
legitimam dotem matris, quaſi per eam eſſet
ſibi ſatisfactum, ſi iure matris, quæ eam impu-
tare tenebatur, Auo ſuccederet, quandoqui-
dem Auus legi nõ ſatisfacit, nihil nepoti relin-
quendo, etiam ſi matrem prædefunctam hæ-
redem inſtituiſſet, At, non iure matris, ſed iure
proprio nepos ſuccedit Auo, l. ſi Auus C. de li-
beris præteritis, igitur non debet nepos ma-
ternam dotem ſibi in legitimam imputare,
quaſi per eam ſibi ſit ſatisfactum.

Cęterum his argumentis non obſtantibus,
contrariam opinionem tenuit Iac. Butrig. quẽ
refert Bald. ad d. l. illam C. de collat. nume. 4.
eandemque, pluribus comprobãdo, amplecti-
tur Bart. hic num. 12. & in conſil. ſuo 190. vol.
1. quod incipit Giſbertus, ſequũtur Angelus,
Caſtrenſis, Romanus, Alexander, & alij hic, &
alibi, tàm interpretando, quàm de iure reſpõ-
dendo, quos copioſè congerit hic Paulus de
Montepico num. 211. & hæc in ſumma com-
munis eſt, & recepta ſcribentium opinio, vt de
communi, poſt alios, teſtatur Ripa hic nu. 192.
qui eandem ſequitur, &, pro hac opinione, plu-
ra afferuntur.

452 Primum igitur Bart. ita argumentatur,
vbicunque dos, vel donatio propter nuptias,
confertur, in legitimam, ſine dubio, etiam im-
453 putatur. l. quoniam nouella C. de inofficioſo
teſtamento. ſed dos matris, vel donatio pro-
pter nuptias, ab Auo profecta, à nepotibus cõ-
fertur. l. illam C. de collat. igitur talis dos in le-
454 gitimam imputatur: Nec dicas, non valere
argumentum, de collatione, ad imputationem
l. illud §. hæc autem C. de collat. quia hoc ve-

rum

Digitized by Google

rum eſt,in ijs,quibus non eſt expreſſum,vt va
leat, quemadmodum ibi dicitur. ſed in d.l.
quoniam nouella, admittitur hæc conſequen-
tia,cum ideo Imperator præcipiat imputari in
legitimam dotem,& propter nuptias donatio-
nem,quia conferuntur. Nec huius replicatio-
nis vires eneruat conſideratio Ioann. Bologn.
hic,ſub num. 348. dum dicit d.l.quoniam no-
uella,admittere dotem filiæ datam, quia con-
fertur, in legitimam eiuſdem filiæ eſſe impu-
tandam, nec non dotem nepti datam, quia
etiam confertur, in legitimam eiuſdem neptis
eſſe imputandam, nec tamen dotem, filiæ da-
tam,conferendam,vel imputandam à nepote
ſtatuit,nec dotem nepti datam, à filia conferē-
dam,vel imputandā eſſe in legitimam,nam fa
455 cilè eſt huic reſponſioni replicare, quando-
quidem, licet caſus hic mixtus in d.l.non ex-
primatur,ſatis tamen compræhenditur ex eo,
quia vult,illa lex,generaliter dotem, & dona-
tionem propter nuptias, filio, vel filiæ,nepoti,
vel nepti datam, propterea quod confertur,
etiam imputari, admittendo propter gene-
ralitatem rationis, hanc conſequentiam, in
dote,& donatione propter nuptias.confertur,
ergo imputatur,ſed,quoad collationem, habe
mus expreſſum caſum etiam iſtum, quia ne-
pos tenetur conferre etiam dotem datam ab
Auo ſuo matri ſuæ, l.illam §.fin. C.de collat.
ergo, quia tenetur eam conferre, cogitur etiā
ſibi eandem in legitimam imputare.

Secundo, argumentatur Bart. per text.in l.
omnimodo C.de inofficioſo teſtamento, vbi,
quod percipit filius,occaſione militiæ, emptæ
ſibi à patre,imputat in legitimam. ita virtuali-
ter inducendo, quicquid habent liberi occa-
ſione parentis, debentis legitimam, licet im-
mediatè,ex bonis ſuis, tempore mortis ipſius,
non capiant, in legitimam tamen imputare
debent, ſed nepos, ſine dubio, habet dotem
maternam, occaſione Aui, cum eam non ha-
habuiſſet, niſi Auus matrem ſuam dotaſſet,
igitur nepos debet maternam dotem in legi-
timam imputare.

456 Tertio,ita videtur Bart. argumentati.om-
ne profectitium in legitimam imputatur, d.§.
repletionem. ſed dos matris dicitur profecti-
tia, ergo nepos debet eam ſibi in legitimam
imputare. Probatur minor,tum, quia conſtat
huiuſmodi dotem ab Auo proficiſci, tàm in
matrem, quàm etiam in nepotem, cum poſt
mortem matris,de iure communi,eſſet reuer-
457 ſa ad Auum, tum etiam à ſufficienti partium
enumeratione, quandoquidem non eſt talis
dos aliquid caſtrenſe,neque quaſi caſtrenſe,
vt conſtat,nec etiam aduentitiū, id, quod pro-
458 batur ex eo, quia aduētitia nō conferuntur,
l.fin.C.de collat. ſed talis dos ab ipſo nepote
confertur, d.l.illam §.fin. C. de collat. ergo
etiam reſpectu nepotis eſt profectitia, & ideo
imputatur.

459 Quarto,ad mentem eiuſdem Bar.ita poſ-
ſumus ratiocinari. Quicquid capitur ex ſubſtā
tia parentis,a quo legitima debetur, non autē
aliunde, in legitimam ſine dubio imputatur,
d.§.repletionem, & d.l.quoniam nouella, in
fin. C.de inofficioſo teſtamento. Sed dos ma-
terna,non aliunde,quàm ex ſubſtantia patris
ab ipſo nepote capitur,igitur dos materna de-
bet à nepote in legitimam imputari. Proba-
tur minor per argumentum à diuiſione, vel à
ſufficienti partium enumeratione, iuxta text.
in principio, Inſtitut.de obligat. quæ ex quaſi
contractu naſcuntur,text.eſt notabilis in l.pa-
tre furioſo,vbi Bart.Bald.Angel.& alij, ff.de
his,qui ſunt ſui, vel alieni iuris, in l.obligatio-
num fere,§.placet, de act.& obligat. cum cæ-
teris allegatis per Euerard. in ſuis centum lo-
cis argumentorum,in loco à partium enume-
ratione, hoc modo, videlicet, dos materna à
patre profecta,non poteſt capi,niſi,vel ex hæ-
reditate matris, vel ex bonis Aui, ſed,ex hæ-
reditate matris,capi non poteſt,igitur neceſſe
eſt,vt capiatur ex bonis Aui. probatur minor,
460 quia profectitia in filijfamilias hæreditate
eſſe non poſſunt,l.1.& 2. ff.de caſtrenſi pecu-
lio, & in materia dotis, tradit glo.in l.nuptias,
§.1.ſupra ſoluto matrimonio, in verbo deceſ-
ſerit,in l.filiæ meæ,eodem titulo,& in Authen
tica de hæredibus ab inteſtato venientibus,§.
1.verſic.ſi quis igitur, docet etiam Azo in ſua
ſumma,C.ſoluto matrimonio.in fine, ſed dos,
de qua agimus,eſt profectitia,vt ſupra proba-
tum eſt,igitur talis dos in hæreditate matris eſ
ſe non poteſt, Præterea, quod. poſt mortem
matris, ad Auum reuerſum eſt, neceſſe eſt, vt
ex bonis Aui, à nepote deinde capiatur, ſed
ſoluto matrimonio, poſt mortem matris, iure
communi ad Auum Dos, de qua agimus, re-
uerſa eſt,igitur neceſſe eſt,vt,virtute conſue-
tudinis Martini,eam,ab Auo proficiſcentem,
iterum accipiat.

461 Quinto,& vltimo, vltra Bart. ad mentem
Pauli de Montepico hic,num.215.qui pro hac
opinione 11. affert argumenta, omiſſis alijs,
ita poſſumus argumentari. Si nepos dotem ma
tris,ab Auo profectam,in legitimam imputa-
re non teneretur, ſequeretur, vt plus iuris tri-
bueretur,in ſucceſſione Aui,ipſi nepoti,quàm
filię,matri ſuę,in ſucceſſione patris,cum filia
ipſam

ipſam dotem à patre habitam, dubio procul,
teneatur in legitimam imputare, d. l. quoniam
nouella. At hoc eſt tam abſurdum, quàm quod
maxime, vt potior, ſcilicet, ſit in ſucceſſione,
462 nepos, quam filia, l. ſi viua matre, C. de bon.
matern. hinc ſi excludatur à ſtatuto filia, cen-
ſentur etiam excluſi omnes eius deſcenden-
tes, vt decidit Bar. ad l. libertorũ, infra de verb.
ſignificat. quem ſequuntur alij allegati per Pi
cum hic, ergo falſum etiam, & abſurdum eſt
antecedens, nepotem, nempe ab imputatio-
ne dotis maternæ in legitimam, immunem
eſſe.
463 Non obſtant nunc contraria, & præſertim
primum argumentum, quia falſum eſt hãc do-
tem capi à nepote extra patrimonium Aui,
quandoquidem conſuetudo Martini, non à
matre, ſed ab Auo, ad quem reuerſa erat, ſolu-
to matrimonio, per l. dos à patre, C. ſoluto ma-
trimonio, ad neptem transfert, id quod proba
tur imprimis ex eo, quia à matre in filium non
poteſt transferri, quod in bonis matris propriè
numquam fuit, l. nemo plus iuris, ff. de regul.
iur. ſed talis dos numquam fuit in bonis ma-
tris, non ſcilicet durante matrimonio, quia
tunc erat in bonis mariti, Inſtitut. in prin. qui-
bus alienare licet, vel non, non poſtea, quia
ſupponimus matrimonium ſolutum eſſe per
mortem ipſius, talis ergo dos materna non po
tuit aliquo iure, de matre in filium transferri,
Præterea, ſi à matre eſſet tranſlata in filium,
cogeremur fateri filiamfamilias habere hære
dem in profectitijs, contra ea, quæ ſuprà latè
deduximus. Nec faciunt negocium ea, quç ex
aduerſo afferuntur per Ioan. Bologn. hic num.
360. & per Paul. de Montepico, num. 226. qui
facit vim in verbis conſuetudinis, quorum
certitudo, quo pacto poſſit haberi, non video,
& in dubia, atque perplexa populi, conſuetu-
dinem inducentis, mente, interpretans conſue
tudinem Martini magis contrariam iuri com-
muni, quo cautum eſt, vt filijfamilias in profe-
ctitijs hæredes non habeant, quare in dubio
credo ego, quicquid dicat Bologn. dictam con
ſuetudinem interpretandam eſſe, vt minus de
roget, quam fieri poſſit iuri communi. Acce-
dat, quòd etiam, ſi conſideremus, remanere
talem dotem apud iſtum nepotem immedia-
tè ex bonis matris, propterea non ſequeretur,
præfatum nepotem nõ debere dictam dotem
ſibi in legitimam imputare, quam ipſius etiam
mater imputaſſet, quinimmo, eodem modo à
filio eſſet imputanda, tum, quia, tamquam hæ
res, & repræſentans perſonam matris, ſubire
464 debet onera, quibus, & ipſa ſubijciebatur,
tum quia onus imputandi annexum doti de-
bet tranſire cum dote etiam in filium, argu-
mento l. vnicæ, §. his ita definitis C. de caduc.
toll. ne ſit deterioris conditionis in ſucceſſione
filia, quàm nepos, vt ſupra diximus. Nec di-
cas non eſſe imputandam talem dotem, quia
ſeparata fuerit à patrimonio Aui, & effecta
iſtius nepotis, virtute dictæ conſuetudinis, an-
teaquam Auus moreretur, nam ea, quæ ſim-
pliciter acquiruntur, in vita Aui, nepoti, non
imputantur, vt puta ex donatione inter viuos,
ſecus autem ea, quæ data ſunt ob cauſam, vt
dos, de qua loquimur, quæ, quia ſemel effecta
465 eſt imputabilis, ſemper remanet imputabi-
lis, cum ex mera liberalitate ab Auo non pro-
ficiſcatur.

Non obſtat ſecundum argumentum Iac. de
Belu. quia illud dicere nos nõ debemus, quod
lex nullo modo dicit, neque explicitè, ſcilicet,
neq; implicitè, ſecus autem, quod ex iuribus,
& generalibus eorum rationibus colligi po-
teſt, cum, in iure noſtro, liceat procedere de ſi-
milibus ad ſimilia, l. iura non in ſingulas, ſupra
de legibus, per rationis generalitatem, quæ
eſt anima legis Can. primo 20. Diſtinctione.
466 Nec facit negotium tertium argumẽtum,
ex ſententia Bald. adductum, quia licet non
poſſit quis ſibi cauſam poſſeſſionis propria au-
ctorita mutare, non eſt tamen inconueniens,
vt, per iuris auctoritatem, vna, & aedem res,
duplici ex cauſa, in hac materia imputationis,
retineatur, ita vt duplici debito ſatisfaciat, vt
ſupra docuimus, in animaduerſionibus gene-
ralibus, alioquin confunderetur tota materia
imputationis, &, nec ipſa filia, quod habuit ex
cauſa dotis, poſſet ſibi, mutando cauſam poſ-
ſeſſionis, in legitimã imputare, nec quicquam
imputari poſſet, quod certò aliquo titulo, vel
donationis ob cauſam, vel legati, vel alterius
ſimilis caperetur.

Non obſtat quartum, & vltimum argumen
tum, quia fatemur dictum nepotem ſuccede-
re Auo iure proprio, ſed propterea non ſequi-
tur, ergo non debet dotem maternam ſibi in
legitimam imputare, quandoquidem à matre
non dicitur eam habere, ſed ab Auo, ad quem
ſtatim reuerſa eſt, poſt mortem matris, &, per
conſuetudinem Martini, nepoti tributam, vt
ſupra docuimus, qua in re, non datur circuitus
vanus, cum, per talem interpretationem, mi-
nus derogetur iuri ciuili ſcripto, cuius regulæ,
alioquin, nimis læduntur. Præterea operatur
hoc, vt huiuſmodi dos, etiam nepoti in legiti-
mam imputaretur, cum alioquin poſſet magis
dubitari, An veniret imputanda.

Con-

Concludo igitur, nepotem ex filia, debere ſibi dotem maternam, à patre profectam, in legitimam imputare.

Recipit tamen nonnullas limitationes, iuxta ea, quæ tradit Paulus de Montepico hic, ſub num. 232. cum ſeqq. ad quem recurrendum eſt.

Illius tamen limitationes omnes, ad breuẽ hanc diſtinctionem rediguntur. Aut nepotes ſuccedunt in dote materna, tamquam hæredes matris, Aut ad eam admittuntur, ex conſuetudine Martini, de qua, per gloſ. & DD. ad l. Dos à patre, C. ſoluto matrimonio, ſi ſuccedunt tamquam hæredes matris, quod poſſe pluribus in caſibus vſu venire docet Paul. de Montepico hic, num. 232. cum ſequentibus, & præſertim, vbi Auus meus dotem dediſſet matri meæ, filiæ ſuæ emancipatæ, vel vbi eam, poſt dotem eidem datam, emancipaſſet, in legitimam mihi non imputatur, vt ſentit Bart. hic, num. 12. in fin, quatenus refert ſe ad ea, quæ ſcripſit ad l. poſt dotem, in 4. quæſt. num. 27. ſupra ſoluto matrimonio, vbi communiter recipitur, tradit etiam Alexan. conſil. 24. num. 3. & 4. lib. 1. & Ancharan. conſil. 50. & ſequuntur alij communiter, quos citat Picus hic in præallegato loco. Si verò ſuccedunt ex conſuetudine Martini, tenentur imputare, vt per Bart. hic, num. 12. quem ſequuntur DD. communiter, &, in his terminis, locum ſibi vendicant iura, & rationes adductæ pro communi poſteriore ſententia, mox firmata, & hanc diſtinctionem veriſſimam, & tutiſſimam eſſe arbitror, quicquid dicat Picus hic, nu. 235. cum ſequent.

Nunc autem, vt coniunctim tractetur hæc materia, quæ ad imputationem in legitimam pertinet, omiſſa interim quinta Bart. quæſtione, quam opportunius examinabimus in fin. huius noſtræ interpretationis, quæro vna cum eodem Bart. hic, nu. 14. An illud, quod ex ſubſtitutione, ad filium peruenit, debeat illi in legitimam imputari.

Hanc igitur Quæſtionem vniuerſam, diuidam ego, facilioris intelligentiæ gratia, in tres articulos, vocando in quæſtionem tres concluſiones, quæ colliguntur ex dictis Bar. hic in fin. ſub nu. 14. & 15.

Primus erit, An illud, quod capitur ex ſubſtitutione, facta legatario, imputetur in legitimam.

Secundus, Numquid imputetur, quod capitur ex ſubſtitutione facta hæredi parentis illius, qui legitimam debet.

Tertius, & vltimus, An imputetur, quod capitur ex ſucceſſione ab inteſtato, vel ex teſtamento, qua filius ſuccedit legatario, vel hæredi eiuſdem parentis, qui debet legitimam.

469 Primi articuli exemplum poteſt eſſe huiuſmodi. Pater meus, me hæredem inſtituit, in re modica, quæ ad portionem iure naturæ debitam non aſcendebat, in omnibus autem alijs bonis, inſtituit hæredem fratrem meum, vel extraneum, & Sempronio fundum Cornelianum legauit, me ipſum in re legata eidẽ ſubſtituendo, caſu quo dictus Sempronius, aut legatum, non agnoſceret, aut ſine filijs decederet, vel ſub alia qualibet ſimili conditione, dubitatum fuit, An cogerer mihi fundum eiuſmodi, ex ſubſtitutione acceptum, in legitimam imputare, & reperti ſunt diſſentientes Interpretes, nonnulli enim affirmatiuam tenuerunt, nimirum Alexan. nu. 20. Paul. de Montepico, num. 266. Bereng. Fernan. hic in 3. Artic. de legitima, numero 118. & Socin. Iun. num. 147. teſtantes hanc communem eſſe.

Et primum adducunt l. etiam, in §. penultimo, infra de bon. libert. argumentando, de legitima patroni, ad legitimam filij, hoc modo. Quicquid imputatur in legitimam patroni, imputatur etiam in legitimam filij, argumento legis vltimæ, C. de inofficioſo teſtamento, Sed in legitimam patroni imputantur, quæ ex ſubſtitutione, legatario facta, capiuntur d. §. penultimo, ergo etiam in legitimam filij imputantur.

470 Secundo, quia, quicquid capitur iure legati, vel fideicommiſſi, in legitimam imputatur, §. vltimo, Inſtitut. de inofficioſo teſtamento, Authen. nouiſſima, C. eodem. Sed quod capitur à legatario, per ſubſtitutionem, non niſi iure legati, vel fideicommiſſi capi poteſt, quãdoquidem, à legatario, vel fideicommiſſario, olim fideicommitti poterat, §. 1. Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict. hodie autem, & fideicommitti, & legari poteſt, vt tradidimus vna cum Doctoribus ad legem primam, ſupra de legat. 1. vbi omnes hoc admittunt, & probatur per text. in §. ſed non vſque, Inſtitut. de legat. & in l. 2. C. communia de legat. ergo, quod capitur, ex ſubſtitutione, legatario facta, in legitimam imputatur.

Tertio, & vltimo, quicquid parentis Iudicio, & ex ſubſtantia illius capitur, in legitimam imputatur, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento. Sed quod capitur ex ſubſtitutione, legatario facta, iudicio parentis capitur, cum eiuſdem diſpoſitio ſit ſubſtitutio, de qua agimus, & ex eiuſdem ſubſtantia capitur,

pitur, cum ſuppoṅamus factam eſſe ſubſtitu-tionem in re paterna, alteri legata, ita vt, per ſubſtitutionem, præſertim vulgarem, ipſi teſtatori filius immediate ſuccedat, non ei, cui ſubſtitutus eſt, Inſtitut. in princ. vbi glo. de pupill. ſubſt. tradunt Bar. & DD. ad l. 1. § de vulg. & pup. igitur, quod capitur ex tali ſubſtitutione, debet in legitimam imputari.

Negatiuam tamen ſententiam tenuit gloſ. ad d. l. ſcimus, §. repletionem, quam ſecuti ſunt plerique, hic, & præſertim Bart. num. 14. & Ripa num. 217. nec non Fernand. Vaſqu. in ſuo tractat. de ſucceſſ. & vltim. voluntat. lib. 3. tam in §. 10. num. 375. quàm in §. 30. num. 245. vbi hanc, re vera, communem eſſe opinionem affirmat.

471 Et primum pro hac gloſæ, & Bart. opinione ſic ratiocinantur. quod capitur ex ſubſtitutione in legitimam non imputatur, d. §. repletionem, ſed quod filius à legatario capit, in terminis noſtræ dubitationis, ſine dubio ex ſubſtitutione capitur, igitur in legitimam non imputatur.

Secundo, nihil, quod de patris ſubſtantia non fit, in legitimam imputatur, ſed quod accipit filius, ex ſubſtitutione, legatario facta, non eſt ex ſubſtantia patris, cum fuerit confuſum cum legatarij patrimonio, per tranſlationem dominij, à die mortis teſtatoris, iuxta l. à Titio, ff. de furt. igitur, quod capitur, ex ſubſtitutione, legatario facta, non cogitur filius in legitimam imputare.

472 Tertio, & vltimo non imputatur in legitimam, quod diei, vel conditionis dilationem patitur. l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtamẽ. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bonorum. l. vltim. vbi Bart. ff. de liberis agnoſc. Sed, quod re-
473 linquitur per ſubſtitutionem, neceſſariò diei vel conditionis dilationem patitur, cum nulla, ſine aliqua conditione fieri poſſit ſubſtitutio, igitur, quod eiuſmodi ſubſtitutione capitur, in legitimam non imputatur, nec dicendum eſt, conditionem hanc haberi pro non adiecta, fauore legitimæ, per text. in l. quoniam in prioribus. & per text. in l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſtamen. quia, hoc in caſu, ſi tolleretur conditio; præterquàm quòd deſtrueretur ſubſtitutio, & in damnum legatarij conditio adimeretur, quod non eſt ferendum, vt rectè ſentit Cæſar Fiumagiol. hic. num. 382. tolleretur etiam in odium, & damnum filij, qui, pendente conditione, poteſt legitimam petere, &, conditione purificata, etiam ad rem ex cauſa ſubſtitutionis ſibi relictam agere.

474 Nec obſtat primum argumentum ex aduerſo allatum, petitum à d. l. etiam. in §. penul. quia prçterquamquòd non eſt omnino tutum argumentum de legitima patroni, ad legitimã filij, ille text. non loquitur de eo, quod capitur ex ſubſtitutione, ſed de eo, quod purè immediatè capitur ex cauſa legati, vel fideicommiſſi, vel donationis cauſa mortis.

475 Nec obſtat ſecundum, quia aliud eſt, vt quid capiatur ex cauſa legati, vel ab hærede, vel à legatario, aliud, vt capiatur ex cauſa ſubſtitutionis, capitur enim aliquid ex cauſa legati à legatario, quando legatarius purè tenetur reſtituere, vel aliud, quàm quod ſibi legatum eſt, vel illud ipſum in totum, vel pro parte, quo caſu, videtur eſſe quidam legatarius fiduciarius, quemadmodum fiduciarius hæres eſt ille, qui purè grauatur vniuerſam reſtituere
476 hæreditatem, quæ diſpoſitio non poteſt appellari ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſed ſimpliciter fideicommiſſum, vel fideicommiſſaria hæreditas, de qua in l. Seius Saturninus. infra ad Senat. Conſul. Trebellian. ſubſtitutio enim fideicommiſſaria eſt, vbi quis ſub aliqua conditione, vt puta ſi deceſſerit ſine liberis, vel ſi moriatur, reſtituere rogatus eſt, cum nulla ſubſtitutio ſine conditione eſſe poſſit, vt videtur ſentire Ripa hic, num. 218. in fin. dum ſupponit, tolli, & irritari ſubſtitutionem, per detractionem conditionis, licet igitur legatum, & fideicommiſſum in legitimam imputentur, quod tamẽ capitur per ſubſtitutionem factam legatario, non imputatur, d. §. repletionem, & tunc relictum vim habet ſubſtitutionis, non ſimplicis legati, cum rogatus eſt legatarius, non pure, ſed ſub conditione rem, quam à teſtatore accepit reſtituere, quæ ſubſtitutio fieri poteſt etiam directè, puta ſi dicatur lego fundum Titio, &, ſi Titius eundem fundum non agnouerit, Meuio lego.

Tertium quoque argumentum & vltimum facilè ſoluitur, quia primum negamus capi ex ſubſtantia patris, quod capitur ex ſubſtitutione facta legatario, cum immediate capiatur ex patrimonio dicti legatarij, vt ſupra probauimus, prçterea, non ſufficit, ad hoc vt aliquid imputetur in legitimam, vt capiatur ex ſubſtantia parentis, debentis legitimam, quia neceſſe eſt etiam, vt relinquatur purè, ita, vt, nec à futuro euentu pendeat, nec dilationem patiatur, quemadmodũ id, quod capitur ex ſubſtitutione.

477 Subſequitur modo ſecunda dubitatio. Numquid in legitimam imputetur, quod capitur ex ſubſtitutione facta hæredi parentis, qui legitimam debet, & profectò, prima facie,

videtur reſpondendum Affirmatiuè vna cum communi opinione, quam tenet Bart. hic, nu. 14. & communem eſſe teſtantur Ripa nu. 217. Socin. Iun. num. 148. & Cæſar Fiumagiol. numero 376.

478 Probatur autem hæc opinio vnico argumento à ratione ceſſante, iuxta l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. hoc modo, videlicet, quod capitur ex ſubſtitutione, hæredi facta, ſi in legitimam nō imputaretur, eſſet ex eo, quia non purè, ſed ſub conditione debetur, quę pēdet à futuro euentu, & dilationem patitur, quam legitima pati non debet, d. l. cum quæritur, C. de inofficioſo teſtamento. Sed ratio e-
479 iuſmodi, vel cauſa impediens, ceſſat omnino, cum conditio, fauore legitimæ, habeatur pro non adiecta d. l. ſcimus, §. cum autem, & d. l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſtamēt. Probatur expreſſe in d. l. ſcimus §. cum autem, C. de inoffic. teſtamen. vbi, à quarta fideicommiſſi vniuerſalis, cōditio, fauore legitimæ, aufertur, igitur nihil impedimento eſt, quominus id, quod capitur ex ſubſtitutione, hæredi per parentem facta, in legitimam imputetur.

Hoc tamen argumento minimè obſtante, in contrariam opinionem iuit Bald. ad d. l. ſcimus, in princip. num. 6. & eum ſequutus eſt Fabianus de Monte, in Authen. nouiſſima, C. de inoff. teſtam. quem refert Ripa hic, nu. 218. vbi videtur etiam ipſe eandem ſequi, quam ego quoque veriorem eſſe arbitror.

480 Primum per generalitatem d. l. ſcimus, in §. repletionem. C. de inoffic. teſtamen. generalis enim, & indefinita legis propoſitio, æquipollet vniuerſali. Doctrina Bart. communiter recepta ad. l. ſi pluribus. vbi quandoque diximus ſupra de leg. 2. num. 6. perinde igitur eſt, ac ſi diceret ibi Imperator. nihil, quod ex ſubſtitutione capiatur in legitimā imputatur, ſed quod capitur, in terminis queſtionis noſtrę, ſupponitur ex ſubſtitutione capi, igitur in legitimam non imputatur.

481 Secundo, Bal. ſic ratiocinatur. ſupplementum legitimæ nullam poteſt recipere dilationem, d. l. cum quæritur, cum alijs ſupra adductis, ſed quicquid debetur ex quacumque ſubſtitutione, conditionis alicuius, ſine qua fieri non poteſt, dilationem recipit, vt ſupra docuimus, ex eo igitur, quod ex ſubſtitutione capitur, legitimæ defectus repleri minimè poteſt.

Nec facit negotium Bart. argumentum, ex aduerſo allatum, quia falſum eſt conditionem
482 adiectam fideicommiſſo, vel alteri ſubſtitutioni vniuerſali (detracta eius mentione) haberi pro non adiecta, hoc enim fit, vbi legitima ipſa, vel id, quod dumtaxat iure naturæ debetur, in diem, vel ſub conditione relictum eſt, & ita intelligi debet. l. quoniam in priorib. & l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſtam. etenim, ſi de ſubſtitutione conditio tolleretur (præterquamquod ſubſtitutio ipſa deſtrueretur, cum ſine conditione eſſe non poſſit, vt ſupra tradidimus, & rectè conſiderant Ripa hic, num. 218. & Socin. Iun. num. 248. Quicquid dicant Picus hic, num. 264. & Cæſar Fiumagiol. num. 377.) fieret etiam hoc in damnum,
483 & præiudicium ipſius filij, in cuius odium retorqueretur dictarum legum fauor, contra l. quod fauore. C. de legibus. nec non in damnum, & in præiudicium ipſius hæredis, quod, fieri non poſſe, rectè arbitratur etiam Fiumagiol. hic, num. 382. quandoquidem expedit ipſi filio, vt ſubſtitutio valeat, rata manente conditione, cum nihilominus poſſit interim condictione ex. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. ſtatim petere legitimæ ſupplementum, deinde verò, purificata conditione directæ, vel fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, qua comprehendere parens legitimam non potuit, d. §. repletionem, etiam fideicommiſſum petere, vel quicquid ſibi ſub alia qualibet conditione relictum eſt. Nec facit negotium d. l. ſcimus. in §. cum autem. quia quarta, de qua ibi, quæ præſtatur ab hærede parentis, ſtatim, poſt mortem illius, filio non præſtatur ex cauſa fideicommiſſi, ſeu ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed ex debito naturali parentis, vel, ſi præſtatur ex fideicommiſſo, non præſtatur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ, detracta conditione, deſinit eſſe ſubſtitutio, vt ſentit etiam
484 Ripa hic, num. 118. circa fin. Accedat etiam, quod fortè, per d. l. (ſi admittimus quodlibet fideicommiſſum vniuerſale eſſe fideicommiſſariam ſubſtitutionem) poſſumus declarare dictum §. repletionem, vt procedat in ſubſtitutionibus directis, quæ propriæ ſunt ſubſtitutiones, & à quibus ſine harum corruptione conditiones ammoueri non poſſunt, ſecus autem in fideicommiſſarijs, à quibus poteſt abeſſe conditio. Et, ſecundum hanc declarationem, poterit ſic diſtingui in hac materia, Aut dubitamus, An imputetur in legitimam quod capitur ex ſubſtitutione directa, facta hæredi, An quod capitur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria eidem hæredi facta. Primo caſu non imputatur, per d. §. repletionem, qui de proprijs, & directis ſubſtitutionibus intelligendus eſt. Secundo autem caſu, imputatur, ſiue pu-

rum

rum ſit fideicommiſſum, ſiue conditionale, cum poſſit, ſine illius corruptione, conditio amoueri, &, in his terminis, vēdicat ſibi locum d.l.ſcimus.in §.cum autem.

485 Supereſt tertius, & vltimus articulus. An imputetur in legitimam, quod capitur ex ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, qua ſuccedit filius hæredi, vel legatario ipſius parentis, qui legitimam debet.

Hæc igitur dubitatio, ad mentem Bart.hic, in fin.ſub num.15.breui diſſoluenda eſt diſtinctione, Aut filius ſuccedit ab inteſtato, vel ex teſtamento hæredi, vel legatario parentis, qui tenebatur in totum, vel pro parte eiuſdem filij legitimam ſupplere, Aut legatario, vel hæredi, qui, ad ſupplendam legitimam non tenebatur. Primo caſu, pro ea parte, qua hæres, vel legatarius tenebatur, ſine dubio imputat, cum per aditionem hæreditatis ſint confuſæ actiones. Secundo autem caſu nequaquam, cum aduentitio iure, capere videatur, d.§.repletionem, cum alijs adductis per Bart.

Et hæc ſufficiat dixiſſe de his, de quibus dubitat Bart.hic. An in legitimam imputentur. ſi quis autem velit plenius hanc materiā proſequi, videat Paulum de Montepico hic, num.269.cum pluribus ſequentibus, vbi alias quoque examinat quæſtiones, vltra Bart.pertinentes ad imputationem legitimæ, tractant etiam pleniſſime hanc materiam Emanuel Coſta, ad cap.ſi pater.de teſtamen.lib.6.in 1.par.in verb.in re certa. Fernand. Vaſq.in tractat.de ſucceſſ.& vltim.volunt.lib.3.§.30.num.202.cum plurib.ſeqq.& Petrus Gregor.Tholoſan.in ſyntagm.iuris vniuerſi, par.3.lib.44.cap.5.num.41.mihi enim quæſtiones, quas non tangit Bar.in hac materia, non eſt conſilium examinare.

486 Supereſt igitur, vt omiſſam quintam Bar. quæſtionem diſcutiamus, numquid, ſcilicet, vbi minus legitima relictum eſt, debeat fieri repletio ab hæredibus tantum parentis, vel, tam ab hæredibus, quàm à legatarijs pro rata, &, circa hanc quoque Quæſtionem contrariæ ſunt opiniones, quarum altera eſt, vt repleri debeat, tam ab hæredibus, quàm etiam à legatarijs pro rata, hanc tenet Bar.hic, num.13. & eandem ſequuntur Bal.hic, Ang.Caſtrenſ. & alij, & præſertim Carol.Ruin.num.47.licet eum pro contraria opinione Fiumagiol. alleget, idem tenet etiam Bald.ad l.ſuus quoque, ſupra de hæredib.inſtit.necnon ad l.omnimodo, in fin. vbi eandem ſequitur Angel. C.de inofficioſo teſtamento, hanc communem eſſe teſtantur Coraſ.ad l.filium quem habentem, C.famil.erciſcun.num.244.Soc. Sen.ad l.Marcellus, §.idem Pomponius num.7.infra ad Senat. Conſult. Trebellian. ſequuntur etiam alij, quos refert Cæſar Fiumag hic, nu.479.

487 Primum, quia quicquid dicitur de legitima patroni locum habet etiam in legitima filiorum, l.vltima, C.de inofficioſo teſtamento.

488 Sed ſupplementum legitimæ patroni, non ſolum onerat hæredes, ſed etiam legatarios, l.ſi ex patronis, & l.ſi libertus, §.libertus, ff.de bon.libert.igitur legitima quoque liberorum tam hæredes, quàm legatarios grauare debet.

489 Secundo, quia onus reale tranſit in quemcumque ſucceſſorem, etiam ſingularem, & omnes grauat, l.vltima, C.ſine cenſu, vel reliq.fund.compar.non poſſ.ſed ſupplementum legitimæ filiorum, cum ipſo iure debeatur ex corporibus dumtaxat hæreditarijs, l.ſcimus, in principio, & in §.repletionem, C.de inoffic.teſtamento, reale onus eſſe videtur, igitur ad legatarios etiam tranſit, qui ſucceſſores ſunt particulares.

490 Tertio, æs alienum, cum deducatur, antequam legata præſtentur, neceſſe eſt, vt grauet etiam legatarios, §.vltimo, Inſtitut.de l.
491 Falcid. Sed legitima eſt quoddam æs alienum, l.Papinianus, §.ſi quis impubes, ff.de inoffic.teſtament. cum ſit debitum naturale parentis, Auth.hoc amplius, C.de fideicommiſ. ergo debitum repletionis legitimæ onerat etiam legatarios.

Quarto, & vltimo, ſi ſolummodo hæres ad ſupplementum legitimæ teneretur, ſequeretur illud incommodum, vt, vbicumque teſtator hæreditaria corpora vniuerſa erogaſſet, ita vt certa aliqua pecuniæ quantitas ſolummodo apud hæredem relinqueretur, vt in l.deducta, §.nummis, infra ad Senat.Conſult.Trebellia.& in l.qui fundum, & in l.acceptis, eodem titulo noſtro, de qua non poteſt fieri legitimæ repletio, cum debeatur ex ſubſtantia parentis, cogeretur filius, vel pecuniam accipere, vel legitima deſtitutus remanere, ſed hoc eſt abſurdum, d.l.ſcimus, §.repletionem, & non admittendum, ergo nec illud debet admitti, vnde hoc ſequitur.

In contrariam tamen opinionem iuerunt Imola hic, in fin.ſub num.9.Alexand.num.30. Ripa num.211.Pau.de Montepico, num.206 Berengar.Fernand. in artic.de legitima, num.124.Socin.Iun.num.144.hanc eandem probauerunt Fulgoſ.& Salyc.ad l.omnimodo, C.de inofficioſo teſtamento. Angel.ad l.Papinianus, §.ſi cōditioni, ff.eodem, Coraſ.ad l.filium quem habentem, C.famil.erciſcun.num.244

Digitized by Google

Vaſqu.de ſucceſſ.creatione, §.10.num.390.
cum ſequentibus, vbi ſententiam hanc verè
magis communem eſſe teſtatur, ſequuntur e-
tiam alij, relati hic per Fiumagiol.qui eandem
ſequitur, num.484.verſic.contraria igitur, &
hanc opinionem veriorem hodie, & commu-
niorem eſſe dicit Boerius deciſio.145.num.3.
in 1.parte, &, pro hac quoque opinione plura
adducuntur.

Primum autem adducitur text. in §. cæte-
rum, in Authent.vt cum de appellat.cognoſc.
alias eſt §.hæc autem, verſic. Cæterum, vbi lo-
quens de filijs, & liberis, quibus legitima de-
betur, inquit Imperator. Cæterum, ſi qui hæ-
redes fuerint nominati, & ſi certis rebus iuſſi
fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum
quidem nullatenus ſolui præcipimus, quic-
quid autem minus eis legitima portione reli-
ctum eſt, hoc, ſecundum noſtras alias leges, ab
hæredibus repleri. ſecundum noſtras leges;
quatenus, ſcilicet, de ſubſtantia patris debet
fieri repletio, quaſi ſit ſenſus, vt ibi ſolummo-
do addat Imperator repletionē eiuſmodi fieri
debere ab hæredibus, quod non expreſſerat
in l.omnimodo, & in l.ſcimus. §.repletionem,
C.de inofficioſo teſtamento, diſpoſitio igitur
vnum includens, regulariter aliud excludit, l.
cum prætor, de iudic. Sed includit ibi Impera
tor, referens ſe in cæteris ad alias ſuas leges,
vt repletio debeat fieri ab hæredibus, igitur
legatarios, quos alibi ad replendam legiti-
mam non adſtringit, omnino excludit.
492 Secundo, quod petitur actione perſonali,
non niſi ab hæredibus, ad quos tranſit, l.1.§.
hæres, ff.ad Senat.Conſult.Trebellian.peti po
493 teſt. Sed ſupplementum legitimæ petitur
per condictionem ex l.omnimodo, C.de inoffi
cioſo teſtamento, vt per gloſ.ibi, in princip.in
verbo exigere, quæ neceſſe eſt, vt ſit actio per
ſonalis, §.appellamus, Inſtitut.de act. igitur
ſupplementum legitimæ, non niſi ab hæredi-
bus peti poteſt.
494 Tertio, ſi etiā à legatarijs peti poſſet, pro
rata, legitimæ ſupplementum, ſequeretur, vt
filius in legitimam poſſet legatarijs præferri,
ſed hoc falſum eſt, quandoquidem vbicum-
que hæreditas eſt ſoluendo, præferuntur lega-
tarij in rebus legatis, non modo filijs in legiti-
ma, ſed etiam creditoribus hæreditarijs, qui fi-
lijs præferūtur, l.de acceſſionibus, ff.de diuerſ.
& temporal.præſcriptionib. & tenet Cyn.in l.
2.& 3.C.qui potiores in pigno.habeantur, eſt
deciſio Bart.in l.ſi is qui, §.poſtquam, infra vt
in poſſeſſionem legatorum, docet Bald.ad l.2.
ſupra de rerum diuiſ.tradit latè Iaſ.in l.filiusfa
milias, in §.diui, infra de leg.1. ergo falſum eſt
etiam antecedens, petendum nempe eſſe ſup-
plementum legitimæ à legatarijs.
495 Quarto, ſi etiam a legatarijs poſſet peti pro
rata ſupplementum legitimæ, ſequeretur, vt
quandoque fieret repletio de bonis non hæ-
reditarijs, cum, & quantitas in genere, & res
quoque aliena legari poſſit, §.non ſolum, Inſti-
tut.de legat. Sed neque hoc admittendum eſt
d.§.repletionem, ergo neque illud, vnde hoc
ſequitur.
496 Quinto legitimæ ſupplementum dicitur
deberi filijs, quaſi ex legato, vt tradit Bart.ad
l.ex facto, verſicu.quæro, quod ſi furioſus, ſu-
pra de vulgar.& pupill. tradunt Salycet. Ca-
ſtren. Alexan.& Aret.ad l.humanitatis, C.de
impub.& alijs ſubſtit. Sed, quod debetur ex le
gato, à ſolo petitur hærede, §.1. Inſt.de legat.
ergo & legitimæ ſupplementum peti dumta-
xat ab hærede poteſt.
497 Sexto, & vltimo, ad mentem eiuſdem, ita
poſſumus argumentari. Subrogatum ſapit na
turam eius, in cuius locum ſubrogatur, §.fue-
498 rat, Inſtit.de act. At petitio repletionis legi-
timæ, ſubrogata eſt in locum querelæ inoffi-
cioſi, l.Papinianus, §.quoniam autem, ff.de in-
offic.teſtamento, l.omnimodo, C.eodem, quæ
tamen contra hæredem tantum dirigebatur,
in perniciem, & euerſionem inſtitutionis hæ-
redis tantummodo, Authent.ex cauſa, C.de
liberis preteritis, vbi DD.igitur, etiam ipſa pe
titio repletionis legitimæ, debet intendi con-
tra ſolos hæredes.
499 Non obſtant argumenta ex aduerſo alla-
ta, & præſertim primum petitum à d.l.ex pa-
tronis, in principio, & à l.ſi libertus, in §.liber-
tus, ff.de bon.libert. quia, præterquamquòd
non eſt ſemper tutum argumentum de legiti-
ma patroni, ad legitimam filiorum, crediderim
ego iura illa locū habere, vt ſentiunt DD.
communiter, vbi hæreditas, ita ſoluendo non
ſit, vt poſſint deducto ære alieno, integra lega
ta præſtari. Nec arbitror ſolutionem hanc reij
ciendam eſſe, quia ſit diuinatiua ad illum tex.
contra l.ſi putator, ff.ad l.Aquil.vt ſentit Ca-
ſat Fiumagiol.hic, num.479.in fin. tum quia
ſatis comprobatur hæc ſolutio ex §.noſtra,
Inſtitut.de ſucceſſ.libert.tum etiam, quòd om
nem diuinationis ſuſpicionem excludit lega-
torum natura, quæ eſt, vbi hæreditas ita ſit ſol
uendo, vt deducto ære alieno Falcidiæ non ſit
locus, nullum prorſus onus, & diminutionem
nullam patiantur.
500 Nec obſtat ſecundum argumentum, quia
negamus legitimam eſſe onus merè reale; li-
cet

cet enim debeatur ex ſubſtantia patris, in rebus tamen legatis particulariter, legatarij ipſi creditoribus omnibus præferuntur, eſt enim legitima creditum quoddam, non autem ius reale, nullibi enim in iure cautum eſt, vt legitima reſecet ipſo iure res hæreditarias parentis, vt cautum eſt de Falcidia in l. linea margaritarum, & in l. Plautius, ſupra eodem, & Iuſtinianus, ſtatuendo legitimæ ſupplementum deberi ab hæredibus filijs, in re modica inſtitutis, ius ad rem tribuit, non autem ius in re; & propterea actio competit, ad legitimæ ſupplementum, perſonalis, vt ſupra dictum eſt, non autem realis.

501 Nec facit negotium tertium, quia probat ſolummodo debitum legitimæ, tamquam æs alienum, grauare etiam legatarios, vbi hæreditas ſoluendo non ſit, cum ante legatorum præſtationem debeat æs alienum deduci, d. §. vltimo, Inſt. de lege Falcidia, quod facilè admittimus, non tamen inde ſequitur, vt poſſint pro ſupplemento legitimæ conueniri, quia etiam vbi fuiſſent integra præſtita legata, anteaquam legitimæ eſſet ſatisfactum, adhuc hęres eſſet conueniendus, qui tamen aduerſus legatarios agere poſſet, vel condictione indebiti, vel actione ex ſtipulatu, iuxta l. primam, in §. hæc ſtipulatio, infra ſi cui plus, quàm per l. Falcidiam.

Nec obſtat quartum, quia, etiam vbi hęres grauatus eſſet, accepta pecunia, vniuerſa bona legatis erogare, idem hęres conueniendus eſſet, qui ſi eo modo, non figura conditionis pecuniam accepiſſet, qua poſſet, & quartam apud ſe retinere, & legitimæ debito ſatisfacere, deberet eadem pecunia legitimam replere, quæ, cum quodammodo pro pretio accipi videatur, l. acceptis, infra eodem, iuncta l. in ratione, 2. §. tametſi, ſupra eodem, hæreditaria, & de ſubſtantia patris eſſe videretur, quod ſi nõ ſufficeret ipſe nihilominus teneretur, ſed poſſet agere aduerſus legatarios, quibus plus, quam per l. Falcidiam licuit, legatum fuit, vt ſupra dicebamus.

502 Sed, vt in hac quoque materia, quæ difficilis eſt, & valdè controuerſa, cõtrarietates omnes, & diſſenſiones diluantur, ſic diſtinguendum eſſe arbitror. Aut hæreditas ita ſoluendo eſt, vt integris præſtitis legatis, & ſoluto ære alieno, quod legitimam etiam includit, l. Papinianus, §. ſi quis impubes, ſupra de inofficioſo teſtamento, adhuc apud hæredem, quarta debita per legem Falcidiam remanet, Aut ære alieno deducto, &, integris præſtitis legatis quarta apud eum non remanet. Primo caſu hæres tantummodo tenetur, quem hæreditaria omnia ſequuntur, l. 1. §. hæres, infra ad Senat. Conſul. Trebellian. &, in his terminis, vendicat ſibi locum, tex. in d. §. hæc autem, verſic. cæterum, in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. & cætera argumenta ſupra pro opinione contra Bart. adducta, &, in hoc, conſentiũt, Salycet. Angel. Imola, Caſtrenſ. & alij, quos adducit, idem ſentiens, Vincent. Herculan. noſter hic, col. vlt. verſic. aut remanet. ſecundo autem caſu, Aut dubitamus de effectuali grauamine, qnos, ſcilicet, tangat, Aut de modo procedendi, quis, ſcilicet, conueniri poſſit, ſi de effectuali grauamine, Aut hæres omiſit facere inuentarium, Aut non omiſit, ſi omiſit hæres ipſe in ſolidum tenetur, cum vltra vires hæreditarias teneatur ob præſumptionem ſubtractionis, vt habetur in l. vltima, C. de iur. deliberand. eſt tex. in §. ſi verò non feceris inuentarium, in Authent. de hæredibus, & Falcidia, & in hoc quoque Herculanus, & alij omnes hic conſentiunt. ſi non omiſit ſine dubio ſupplendæ legitimæ onus, etiam legatarios grauat, cum tãquam æs alienum deduci debeat, anteaquam legata præſtentur, &, ſi integra ſint præſtita, veniunt nihilominus minuenda, &, in his terminis, arbitror procedere Bart. & aliorum ſententiam, per text. in d. l. ſi ex patronis, in principio, & in d. l. ſi libertus, in §. libertus, infra de bon. libert. Vbi verò dubitamus de modo procedendi, id eſt quis ſit conueniendus, Aut hæres filio conſentienti ceſſit actiones contra legatarios, Aut non ceſſit, ſi ceſſit poſſunt legatarij, pro rata, conueniri, argumẽto l. Imperator, ſupra de legat. 2. tradit Bolognet. hic, num. 370. verſicu. quamobrem concludas, in fin. tradit etiam ex Corneo, Crauetta, & alijs Peregrin. de fideicommiſ. artic. 36. num. 25. Si verò non ceſſit, ſolus hæres poteſt conueniri, d. §. hæc autem, verſic. Cæterum, in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. non enim niſi ipſe tenetur actione perſonali, l. 1. §. hęres, infra ad Senat. Conſult. Trebellian. & ſupplementum legitimæ petitur condictione, ex l. omnimodo, C. de inofficioſo teſtamento, quæ eſt actio perſonalis, cum omnis condictio perſonalis ſit, §. appellamus, Inſtit. de act. non puto enim audiendos eos, qui opinantur, filios, ad petendum legitimæ ſupplementum, etiam actionem in rem habere, ipſe tamen hæres conuentus, poterit, ſi legata non præſtitit, vna cum ære alieno, etiam legitimæ debitum deducere, & legata pro rata minuere, ſi verò legata præſtitit, poterit legatarios ipſos, vel condictione indebiti conuenire, vel actione

ex ſtipulatu,l.1.§.hæc ſtipulatio,inf.ſi cui plus quam per legem Falcidiam. An autem eoſdem legatarios conuenire poſſit hæres actione rei vendicationis,valde dubito,& arbitror nō poſſe,cum nullibi probetur, legitimam ipſo iure reſecare legata, quemadmodum de Falcidia cautum eſſe videtur per l. lineam margaritarum,& per l. Plaurium,ſupra eodem.

Ad L. in Fideicommiſſaria, ff. ad Senat. Conſ. Trebell.

Summæ Rerum, & Verborum.

1 *Rationem reddit Auctor, cur poſt interpretationem, l. in quartam, ad Legem Falcid. ad huius legis interpretationem aggrediatur.*
2 *Methodus obſeruandam proponit.*
3 *Fructuum generali appellatione, quid veniat.*
4 *Partus ancillarum in fructu non ſunt.*
5 *Fructus proprÿ,& naturales, qui.*
6 *Fructus quoque immaturi, qui decerpuntur, appellatione fructuum continentur, & ad vſumfructuarium pertinent.*
7 *Oliua etiam immatura decerpitur ad hominis commodum*
8 *Fructus appellatione veniunt, & fruges, & quæcumque naſcuntur,è terra,vite arbore, & quicquid pecora ferunt.*
9 *Fructus naturales, aut naturales merè,aut naturales induſtriales.*
10 *Fructus merè naturales,qui.*
11 *Fructus naturales induſtriales,qui.*
12 *Fructus ciuiles,qui etiam conuentionales appellant, qui.*
13 Diuiſio,*Principÿ huius legis.*
14 Summa.
15 Caſus, *figuratio.*
16 *Hæreditatem, qui reſtituere tenetur vniuerſum,res omnes hæreditarias,hæreditate ipſa comprahenſas,reſtituere debet.*
17 *Hæreditatem quod auget, hæreditarium eſt.*
18 *Fructus hæreditatem augent. declaratur nu. 27.cum ſeqq.*
19 *Fideicommiſſariam in reſtitutionem venit, quicquid iure hæreditario capitur.*
20 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet.*
21 *Fructus in Falcidiam imputantur.declaratur num.31.*
22 *Reſtitutionis rei alicuius debitum comprahendit etiam fructus,licet de illis non ſit facta expreſſa mentio.*
23 *Fideicommiſſariam in reſtitutionem non veniunt fructus, niſi ex mora facta ſit reſtitutio,vel ſpecialiter fuerit rogatus hæres fructus quoque reſtituere. & nu.49.*
24 *Exceptiones firmant regulam in caſibus non exceptis.*
25 *Fructus, poſt aditam hæreditatem, non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur,& num.29.*
26 *Effectus nullus, & cauſatum idem eſſe poteſt cum ſua cauſa, vel pars illius.*
27 *Lex in lege Falcidia,ſupra ad legem Falcid.declaratur.*
28 *Fructus pendentes propriè fructus non ſunt, ſed partes fundi.*
29 *Fructus percepti poſt mortem teſtatoris,ante aditam hæreditatem, hæreditatem ipſam augent, & in reſtitutionem veniunt, ſecus in ÿs, qui poſt aditam hæreditatem, antequam commiſſam moram percipiuntur, & numero 62.*
30 *Hæreditas adita amplius non eſt hæreditas,ſed patrimonium hæredis.*
31 *Dominium eorum,quæ ex rebus noſtris naſcuntur,iure gentium nobis acquiritur.*
32 *Imputantur in Falcidiam etiam ea, quæ iure hæreditario non capiuntur.*
33 *Lex in lege Falcidia,ſupra ad legem Falcid.declaratur.*
34 *Lex non debet eſſe de indubitabili.*
35 *Lex in condemnatione,in §.cum verbum,ff.de reg.iur.declaratur.*
36 Caſus, *figuratio circa ſecundam principem conclusionem huius legis.*
37 *Imputātur pauciora in Trebellianicam, quam in legitimam.*
38 *Fructus in legitimam non imputantur.*
39 *Falcidiæ appellatione venit etiam legitima.*
40 *Falcidia, quo ad imputationem, non differt à legitima.*
41 *Fructus in Falcidiam non imputantur.*
42 *Trebellianica, & legitima habent ſe ad inuicem tamquam excedentia,& exceſſa.*
43 *Lex in ratione ad legem Falcidiam, declaratur.*
44 Literæ, *expoſitio.*
45 *Venio verbum,vbi idem, quod comprahendere,vel continere ſignificat, ſextum in caſum interdum admittit.*
46 *Eſt, particula, quæ abeſt à Pandectis Florentinis,abundat in vulgatis codicibus.*
47 *Reſcribo verbum etiam ad Iuriſconſultus, & ad eorum reſponſa,refertur.*
48 *Ratio I.C.huius Reſponſi Auctoris, ad formam ſyllogiſticam redigitur.*

Arti-

49 Articuli diſputandi occaſione primæ concluſionis proponuntur.

50 Fructus, ante aditam hæreditatem percepti, an in reſtitutionem veniant.

51 Fructus, quos hæres iudicio teſtatoris non percipit reſtituere non tenetur, ſed illos lucratur.

52 Fructus, qui percipiuntur ante aditam hæreditatem, iudicio teſtatoris non percipiũtur, imo percipiuntur nu. 67.

53 Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tẽpus mortis teſtatoris. declaratur nu. 68.

54 Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, declaratur num. 70.

55 Argumentum à ceſſante ratione valet.

56 Dolus, & culpa ſuffragari nemini debent.

57 Hæres poteſt immunis ab omni mora, infra tẽpus ſibi datum à deleberandum, hæreditatis aditionem differre.

58 Lucro hæredis grauati quod cedit, in fideicommiſſariam reſtitutionem non venit.

59 Fructus, poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem percepti, lucro hæredis cedũt. declaratur nu. 75.

60 Falcidia in ratione ineunda, patrimonij quantitas ſpectatur tempore mortis teſtatoris.

61 Fructus percepti ante aditam hæreditatẽ, ſunt res hæreditariæ. & nu. 67.

62 Hæreditarium eſt quicquid hæreditatem auget.

63 Fructus hæreditatis, qui non ipſis rebus accepto feruntur, veniunt in reſtitutionem.

64 Argumentum à contrario ſenſu valet.

65 Fauendum eſt magis explicanti actum ex neceſſitate, quàm explicanti ex voluntate.

66 Ratio debet eſſe generalior dicto.

67 Lex mulier quæ duobus, §. ſi hæres, infr. eodem declaratur.

68 Facta non poſſunt reddi infecta.

69 Fictiones omnes ſumma æquitate nituntur, eidemque opitulantur.

70 Fraudi occaſio non eſt danda.

71 Fructus, qui percipiuntur poſt aditam hæreditatem, ante aduentum diei, vel cõditionis, videtur teſtator tacitè voluiſſe remanere apud hæredem, & nu. 118.

72 Conditio. vel dies intelliguntur fideicommiſſo adiecta, in gratiam hæredis grauati.

73 Fructus lucratur hæres grauatus ex præſumpta voluntate teſtatoris, & negligentia fideicommiſſarij.

74 Ratione vna ex duabus ceſſante, non ceſſat diſpoſitio.

75 Dominium non transfertur in fideicommiſſarium vniuerſalem, à die mortis teſtatoris, quemadmodum in legatarios.

76 Exceptio debet eſſe de regula.

77 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis alibi.

78 Fructus, percepti poſt aditam hæreditatem, ante diei, vel conditionis aduentum, an, & quando in fideicommiſſariam veniant reſtitutionem.

79 Gregis augumentum, & diminutio, facta poſt aditam hæreditatem, ante diei aduentum, vel conditionis, an pertineant ad hæredem grauatum, vel ad fideicommiſſarium.

80 Exemplum propoſiti articuli.

81 Argumentum à proportione valet.

82 Augumentum, & commodum ad eum pertinet, ad quem pertinet damnum, & diminutio.

83 Gregis appellatione veniunt etiam eiuſdem gregis augumenta. declaratur num. 95.

84 Populus ſemper eſt idem, licet, augeatur, minuatur, & alteretur.

85 Legatorum, & fideicommiſſorum, cum ſint omnino hodie exæquata, idem eſt iudicium. declaratur num. 97.

86 Gregis legati augumentum ad legatarium pertinet.

87 Fœtus ſubmiſſi in fideicommiſſariam gregis reſtitutionem veniunt.

88 Gregis augumentum, ex fœtibus non ſubmiſſis, in fructu eſſe dicuntur.

89 Hæreditatis reſtituendæ augumentum contingens poſt aditam hæreditatem, ad hæredem pertinet, non ad fideicommiſſarium.

90 Hæreditarij gregis augumentum, hæreditatis eſt augumentum.

91 Incluſio vnius eſt excluſio alterius.

92 Damnum, & diminutionem, qui non ſentit, nec commodum, & augumentum habere debet.

93 Gregis damnum, & diminutio ad fideicommiſſarium non pertinet.

94 Lex 3. ſupra de fundo inſtructo, in princip. declaratur.

95 Fœtus, poſt aditam hæreditatem fideicommiſſo reſtituendam, gregem non augent, ſed in fructu ſunt.

96 Teſtator cenſetur gregem limitaſſe ad numerum, in quo reperiebatur tempore aditæ hæreditatis.

97 Aequiparatione legatorum, & fideicommiſſorum fideicommiſſa vniuerſalia non fuerũt comprahenſa.

98 Differentia inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia.

99 Conditio, & tempus in gratiam hæredis intelligun-

liguntur fideicommiſsis adiecta.

100 *Fœtus, qui vltra numerũ gregem augent, ſubmiſsi non dicuntur.*

101 *Ripa, qui alios allucinari credidit, allucinatus oſtenditur.*

102 *Veritatem, vt tueamur, nec præceptoribus, nec amicis parcendum.*

103 *Lex quid ergo, in fin. ff. de vſufruct. declaratur, & natura fœtus ſummiſsi diligenter expenditur, & demonſtratur.*

104 Grege, *relicto, An, & quando veniant fœtus etiam præſtandi.*

105 Fructus, *percepti ab hærede grauato, ex ſeminatis à teſtatore, &, poſt aditam hæreditatem, ante diei, vel conditionis aduentum, recollectis, an fideicommiſſariam veniant hæreditatis reſtitutionem.*

106 *Fructus etiam immaturi augẽt æſtimationem fundi, cui cohærent.*

107 *Maximè dictio, facit, vt caſus etiam non expreſſus includatur.*

108 *Fructus omnes, qui hæreditatem augent in fideicommiſſariam veniunt hæreditatis reſtitutionem.*

109 *Fructus, qui hæreditatem augent hæreditatis ſunt partes.*

110 *Fructus pendentes partes ſunt prædij.*

111 *Partes rerum hæreditariarum ſunt res hæreditariæ.*

112 *Fructus etiam immaturi fructus eſſe dicuntur.*

113 *Fructus, qui quandoque fuerunt hæreditarij, non deſinunt eſſe hæreditarij. declaratur num. 128.*

114 *Fructus cohærentes fundo hæreditario, eundem fundum ſequuntur, declaratur nume. 128.*

115 *Fructus, qui hæreditati, non rebus accepto feruntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt.*

116 *Connexorum, idem ſit iudicium.*

117 *Argumentum à minori valet.*

118 *Regulæ, in dubio, ſtandum eſt.*

119 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

120 *Fructus, qui non hæreditati, ſed rebus accepto feruntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt, & nu. 139.*

121 *Dominus facit fructus ſuos.*

122 *Corruptio vnius, eſt generatio alterius.*

123 *Fructus, qui iudicio teſtatoris capiuntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt.*

124 *Fructus ab hærede grauato, pendente die, vel conditione præcepti, teſtatoris iudicio, præcepti intelliguntur.*

125 *Grauatus in vno, releuatur in altero, & è contra.*

126 *Commodum, qui ſentire poteſt, debet poſſe ſentire incommodum.*

127 *Lex, in lege Falcidia, ſupra eodem declaratur.*

128 *Cauſa, & ratione ceſſante, ceſſat effectus.*

129 *Hæreditas, poſt adiectionem, deſinit eſſe hæreditas.*

130 *Diſtinguere non debemus, vbi lex non diſtinguit.*

131 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*

132 *Peregrina diſtinctio reprobatur.*

133 Fructus *præcepti ab hærede grauato, poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam tamen verbalem reſtitutionẽ, An, & quando in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniant.*

134 Quid, *ſi fideicommiſſarius fuit abſens, & pere re impeditus.*

135 *Abſentia nemini debet eſſe damnoſa. declaratur nu. 145. & nu. 147.*

136 *Fructus ab hærede grauato, poſt moram percepti, in reſtitutionem veniunt.*

137 *Abſentes minores, & furioſi æquiparantur. declaratur nu. 147.*

138 *Debitores, fauore minorum, ſine interpellatione, re ipſa, per diei aduentum, in mora conſtituuntur.*

139 *Dies quando interpellat pro homine, ita vt debitorem in mora conſtituat.*

140 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus, quos ſuos facit, reſtituere non tenetur.*

141 *Hæres grauatus, etiam poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam verbalem reſtitutionem fideicommiſſario, res hæreditarias bona fide poſsidet.*

142 *Fideicommiſſarius, ad hoc, vt leui negligentiæ culpa vacet, neceſſe eſt, vt, veniente die, cõſtituat hæredem grauatum in mora.*

143 *Lex mulier ſi duobus, §. ſi hæres, infra eodem, declaratur.*

144 *Argumentũ de imputatione ad reſtitutionem, in hac materia, non valet, plura enim imputantur, quæ non reſtituuntur.*

145 *Abſentia non debet abſenti in alterius præiudicium prodeſſe.*

146 *Argumentum à iure ſingulari valet.*

147 *Furioſi, & minores ſunt loco abſentium.*

148 Fructus, *percepti, poſt factam verbalem reſtitutionem, an veniant in reſtitutionem fideicommiſſariam.*

149 *Fideicommiſsi verbalis reſtitutio, in fideicommiſſarium dominium non transfert. declaratur num. 151. & ſeqq.*

Fructus

Digitized by Google

150 *Fructus ab hærede grauato percepti negligentia fideicommiſſarij non petentis, in reſtitutionem non veniunt.*

151 *Fideicommiſsi verbalis reſtitutio, etiam per nuncium, & per epiſtolam fieri poteſt.*

152 *Poſſeſſor malæ fidei fructus ſuos non facit, ſed illos reſtituere tenetur.*

153 *Hæres grauatus, poſt factam reſtitutionē verbalem, eſt malæ fidei poſſeßor.*

154 Fructus, *ciuiles, an, & quando veniant in fideicommiſſariam reſtitutionem.*

155 Fructus, *in caſibus, vbi in reſtitutionem veniunt, an totius hæreditatis fructus ſint reſtituendi, vel dodrantis duntaxat.*

156 *Fructus percepti poſt moram factam ab hærede grauato, in reſtitutionem veniunt.*

157 *Interpellatio etiam extraiudicialis conſtituit debitorem in mora.*

158 *Fructus etiam in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt, ſi teſtator rogauerit hæreditatem cum fructibus reſtitui.*

159 *Fructus ab hærede grauato, die pendente, vel conditione percepti, in Trebellianicam imputantur.*

160 *Articuli diſcutiendi, occaſione quartæ concluſionis, proponuntur.*

161 Fructus, *an poſsit hæres grauatus reſtituere, in caſibus, in quibus imputantur in Trebellianicam, & quartam de alijs rebus deducere.*

162 *Legis ita tamen, in §. ex Aſſe, infra eod. ſpecies facti diligenter narratur.*

163 *Imputari in Trebellianicam præcisè nō poteſt, quod tempore aditæ hæreditatis, in rerum natura non reperitur.*

164 *Legatarius partiarius, pro ſua quota, non cogitur quicquam præcisè accipere, ſed iudicis arbitrio illam conſequitur.*

165 *Arbitrio iudicis remittitur, quod in iure eſt omiſſum.*

166 *Alienatæ res, quaſi pro quarta electæ, hærede grauato etiam nolente, in quartam ei imputantur.*

167 *Fructus conſumpti, res videntur alienatę, & pro quarta electæ.*

168 *Diſtinguere non debemus, vbi lex non diſtinguit.*

169 *Verba legis cum effectu ſunt intelligenda.*

170 *Grauari in altero debet, qui releuatur in vno.*

171 *Lex, in dubio, debet intelligi in caſu magis dubitabili.*

172 *Creditoribus regulariter ſatisfit alienatione fructuum potius, quàm corporum hæreditariorum, ipſis etiam creditoribus reclamantibus.*

173 *Hæres grauatus reſpectu quartæ ex Senat. Conſult. Trebelliano ſibi debitæ, creditor eſſe exiſtimatur.*

174 *Imputatur neceſſario in Trebellianicam quicquid in Falcidiam imputatur.*

175 *Fructus, qui capiuntur ab hærede ex prædijs legatis, cōditione pendente in Falcidiam, præcisè imputantur.*

176 *Cogitur verbum, neceßitatem ſignificat.*

177 *Imputatio facit ceßare quartæ detractionem.*

178 *Detractioni eſt locus in ſupplementum eius, quod imputatur.*

179 *Lex ita tamen, in §. hæres ex aſſe, infra eodem, declaratur.*

180 *Lex poteſt, de leg. 1. declaratur.*

181 *Lex Marcellus, in §. res quæ ab hærede, ſup. eod. declaratur.*

182 Fructus, *in Trebellianicam ſibi imputare, an, & quando teneantur ij, qui non ſunt de liberis primi gradus.*

183 Fructus, *an, & quando ſibi liberi primi gradus teneātur in Trebellianicam imputare.*

184 *Articulus propoſitus, in inſpectiones varias diuiditur.*

185 Fructus, *an teneantur in Trebellianicam imputare liberi primi gradus, quando ſunt reſtituturi hæreditatem, non fratribus, vel fratrum filijs, ſed extraneis.*

186 *Diſpoſitio legis, reſtricta ad certas perſonas, & ad certos caſus, vltra illos non extenditur.*

187 *Ratio vbi eadem, ibi eadem ſit iuris diſpoſitio.*

188 *Lex maiorem dubitationem decidens, eodem modo, in eodem genere dubitationis, minorem decidere intelligitur.*

189 *Teſtator nō præſumitur alienam magis, quàm propriam ſobolem diligere.*

190 *Lex iubemus. C. ad Senat. Conſult. Trebell. declaratur.*

191 Fructus, *in Trebellianicam imputare, an teneantur liberi primi gradus, quando duas detrahunt quartas.*

192 *Lex qualibet debet intelligi, vt diſponat in caſibus, qui dari poterant, quando eadem lex fuit edita. declaratur nu. 198.*

193 *Interpretatio illa legis eſt admittenda, per quā priuilegia minus multiplicantur. declaratur num. 203.*

194 *Interpretatio non debet admitti, per quam lex reddatur eluſoria.*

195 *Singula, quæ non proſunt, nec vnita iuuant.*

196 *Fructus liberis primi gradus, nec in Trebellianicam, nec in legitimam imputantur.*

197 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & nu. 249 declaratur nu. 253.*

198 *Leges etiam noua intelliguntur, & determi-*

nantur ſecundum veteres, & ad illas, vbi non poſtulae trahuntur.

199 Ius ciuile dubium, recipit interpretationem à iure Pontificio aperto.

200 Communes opiniones ſunt ſupponendæ, vbi de illis principaliter non dubitatur.

201 Lex iubemus, C. ad Senat. Conſult. Trebell. declaratur.

202 Legitima oneribus non ſubijcitur.

203 Priuilegia à nobis non ſunt multiplicanda, à lege poſſunt multiplicari.

204 Priuilegium nullum eſt, vt filij legitimam habeant, vt filij, Trebellianicam, vt hæredes grauati.

205 Filius non deducit, vel retinet Trebellianicã, tamquam extraneus.

206 Fructus, à parente ſeminatos, an liberi primi gradus cogantur in Trebellianicam imputare.

207 Fructus, in Trebellianicam imputare, an teneantur liberi primo gradus, qui nati non ſunt legitimi, ſed ſunt legitimati.

208 Verba legis, in dubio, naturaliter, non ciuiliter intelliguntur. declaratur nu. 215.

209 Filiorum appellatione veniunt ſolummodo citra extenſionem ex viro, & vxore nati.

210 Diſpoſitio facta in altero ex æquipollentibus, quod maius eſt, non habet locum in altero.

211 Naturalis qualitas eſt potentior ciuili.

212 Legitimati nihil ſunt abſimiles legitimis, & diſpoſitum in his locum habet in illis, & num. 218.

213 Diſpoſitio admittens filios legitimos ad ſucceſſionem feudi, intelligitur admittere etiam legitimatos.

214 Conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, facit deficere etiam filius legitimatus.

215 Adoptio non efficit verè filios, nec ætas, quæ naturalis eſt verè, ſuppleri poteſt ciuiliter.

216 Legitimatio, cũ ſit qualitas ciuilis, legitimatum verè legitimum reddit.

217 Filiorũ appellatione, filij legitimati propriè, & naturaliter veniunt.

218 Lex filium definimus, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſt. declarantur.

219 Pater, an poſſit grauare filium, cui iubere non poteſt, vt fructus in Trebellianicam imputet, vt hæreditatem cum fructibus reſtituat.

220 Prohibitione, in vno facta à lege, ſimilia omnia, per quæ ad illud peruenitur prohibita intelliguntur.

221 Fructuum reſtitutio, ſimilis eſt imputationi.

222 Minus cui non conceditur, nec conceditur quod eſt plus.

223 Interpretatio illa non debet admitti, per quam fraus fiat legi.

224 Filij à parente inſtituti, & hæreditatem reſtituere grauati, etiam ſi aliter iubeat pater, non niſi dodrantem de rebus hæreditarijs tenetur reſtituere.

225 Hæreditaris pars, fructus medij temporis non ſunt.

226 Lex Baliſta, infra eod. declaratur.

227 Fructus, an teneantur liberi primi gradus in Trebellianicam imputare.

228 Fructibus, ſi quid hæreditarium pereat, An filij teneantur hæreditatis damnum, & diminutionem compenſare.

229 Lex, quantumuis taxatiuè loquens, caſus ſimiles non excludit.

230 Hæres grauatus hæreditatem reſtituere tenetur fructibus, quorum commodum habet, damna fortuita hæreditatis compenſare.

231 Fructus, an, & quando teneantur liberi primi gradus in Trebellianicam imputare.

232 Fructus, medij temporis, an teneantur in Trebellianicam imputare parentes primi gradus à liberis inſtituti, & hæreditatem reſtituere, in diem, vel ſub conditione grauati.

233 Correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio, & num. 250.

234 Interpretatio illa eſt in dubio admittenda, per quam reciproca inter parentes, & liberos, ſucceſſionis ſeruatur æqualitas, & numero 250.

235 Interpretatio ſemper fit, in materia ſucceſſionis, vt quod conceditur liberis, intelligatur conceſſum parentibus, & è contra. declaratur nu. 237. in fin.

236 Veritas paucis contenta eſt.

237 Caſus omiſſus à lege correctoria, quæ extenſionem non patitur, remanet ſub diſpoſitione iuris communis.

238 Fructus, An imputentur in legitimam.

239 Legitima onus aliquod, vel dilationem non recipit.

240 Debitum exactum non admittit compenſationem.

241 Ripa limitationes improbantur.

242 Legitimam filius ab initio ex bonis, & ſubſtantia patris habere debet, & vbi grauatus eſt reſtituere in diem, vel ſub conditione hæreditatem, nec in Trebellianicam fructus imputare debet.

243 Fructus, an teneantur liberi in legitimam imputare.

Fru-

244 Fructus, *An imputentur in dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ.*

245 *Legitima, & dotis, quæ in locum legitimæ ſuccedit, idem eſt iudicium.*

146 Fructus, *medij temporis, An, & quando à filia hærede grauata in dotem imputentur.*

247 *Fructus, An teneantur hodie parentes in legitimam imputare.*

248 *Pater grauatus à milite filio, vt ab inteſtato peculium reſtituat, cogitur ſibi in Trebellianicam fructus imputare.*

249 *Legitima minus debita eſt à liberis parẽtibus, quàm à parentibus liberis.*

250 *Aſcendentes, & deſcendentes, parentes, & liberi ſunt correlatiua.*

251 *Lex filiusfamilias, ſupra ad legẽ Falcidiam, declaratur.*

252 *Legitima non debetur iure naturæ.*

253 *Legitima non minus piè debetur à liberis parentibus, quàm à parentibus liberis.*

254 *Incluſio vnius ex æquiparatis, vel correlatiuis alterum non excludit.*

255 Fructus, *an, & quando imputentur in legitimam, ſecundum communes traditiones.*

256 Differentia, *inter Falcidiam, & Trebellianicam, quæ ſit.*

257 Fructus, *an, & quando in Falcidiam imputentur.*

258 Fructus, *ex re nominatim legata percepti, an in Falcidiam imputẽtur reſpectu omnium, vel reſpectu illius dumtaxat ad quem legatum pertinet.*

259 *Legatæ rei dominium tranſit recta via à die mortis teſtatoris in legatarium.*

260 *Fructus, ita in Falcidiam imputantur, vt, ſi quid Falcidiæ deſit, ab omnibus legatarijs, etiam ab eo, ex cuius legato fuerunt percepti, pro rata ſuppleri debeat.*

261 *Fructus, vbi hęres ex legatis percepit ante aduentum conditionis, computatio fit, vt tanto minus legando erogatum intelligatur, quantum interea ex fructibus hæres lucratus eſt.*

262 *Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, per quam minus detrahitur, per legem Falcidiam, quàm fieri poßit.*

263 *Falcidia detrahitur contra voluntatem teſtatoris.*

264 *Fructus, qui percipiuntur ex re nominatim legata, pendente conditione, à legatario, ad quem non pertinent, accipi non intelliguntur, ſed iudicio teſtatoris, & rebus ipſis, quarum dominium in legatarium pendente conditione non eſt tranſlatum, accepto feruntur.*

265 *Fructus, qui ex re nominatim legata, pendente conditione percipiuntur, ideo in Falcidiam imputantur, quia vniformiter iudicio teſtatoris, & quaſi iure hæreditario capiuntur.*

266 Fructus, *percepti ex re nominatim legata, an, & quando in Falcidiam imputentur reſpectu omnium legatariorum.*

267 *Hæreditatem reſtituere grauatus, id videtur rogatus reſtituere, quod fuit hæreditatis.*

268 *Hæreditatis eſſe dicitur vniuerſum teſtatoris morientis ius.*

269 *Prælegati portio, quæ capitur iure hæreditario, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem venit.*

270 *Fructus, qui pendente conditione capiuntur ab hærede grauato, non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur.*

271 *Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas.*

272 *Hæres, ſingularum rerum hæreditariarum dominium, hæreditatem adeundo, acquirit.*

VLPIANVS LIB. XV.

Ad Sabinum, Lex 19.

IN fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem conſtat fructus non venire, niſi mora facta ſit, aut quis ſpecialiter fuerit rogatus, & fructus reſtituere. Plane fructus in quartam imputantur, vt eſt reſcriptum. Quoties quis rogatur hæreditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis. Fructus autem non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur.

1 VT abſolutam habeamus, de his, quæ in Falcidiam imputantur, tractationem, poſt interpretationem legis in Quartam, ff. ad legem Falcidiam, aggredior, paucis ijs diebus, qui ſuperſunt, ante generales vacationes, ad interpretationem legis in Fideicommiſſaria, ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum, in qua principaliter agitur de fructibus, quando veniunt, vel non veniunt in fideicommiſſariam hęreditatis reſtitutionem, & obiter etiam de imputatione fructuum in eam Quartam, quam noſtrates
2 Trebellianicam appellant, pro cuius non indiligenti explicatione, tria de more faciam. Primum breuiter, in modum pręuię cuiuſdam

inſpectionis,de varijs tractabo fructuum gene
ribus. Secundo legem ipſam interpretabor,fa
cti ſpeciem,cum rationibus dubitandi, & de-
cidendi,confingendo. Tertio,& vltimo colli-
gam ſigillatim conclusiones, quibus oppor-
tunas Doctorum diſputationes accommo-
dabo.

3 Quod attinct igitur ad primum caput, non
eſt ignorandum, fructuum appellatione,gene
raliter acceptorum, venire quicquid ex re qua
libet percipitur, commodum, & vſum huma-
næ vitæ reſpiciens, ſalua rei ſubſtantia, vt col-
ligere eſt ex.l.in fructu, de vſu,& vſufruct.le-
gat.& ex.l.item ſi fundi,de vſufruct. dixi quic
quid percipitur ex re,vt generaliter compræ-
henderem fructus,tam naturales, quàm ciui-
les,dixi ſalua rei ſubſtantia,vt excluderem re-
rum partes,& precium, addidi vſum, & com-
modum humanæ vitæ reſpiciens, vt exclude-
rem inutilia rerum excrementa,& partus an-
cillarum,qui in fructu non ſunt, §.in pecudum
4 Inſtitut. de rerum diuiſ. Fructus autem eiuſ-
5 modi, fusè, & generaliter accepti, in duplici
ſunt differentia, aliqui enim ſunt proprij, &
naturales,quorum appellatione illud tantum
venit, quod ex corpore naturaliter naſcitur,
modo vtile ſit, & ad vſum hominum pertine-
at,vt rectè declarauit M. Varro lib.1.de re ru-
ſtica,quem refert, & probat Franciſc. Duaren.
in tit.de nautico fœnore,in eo cap.quod inſcri
bitur,de acceſſione,facit text.in d.l.in fructu,
6 de vſu,& vſufruct.legat. vbi habetur, fructus
etiam immaturos, qui decerpuntur, appella-
tione fructuum contineri, & ad vſufructuariũ
pertinere, quia hi ad hominum commodum
7 pertinent,vt oliua,quę immatura decerpitur,
&,ſecundum hanc acceptionem,dicebat Cu-
8 iac.in paratit.in tit.de vſur.fructꝰ eſſe fruges,
& quæcumque naſcuntur è terra, vite, arbo-
re,& quicquid pecora ferunt, veluti vinum,
frumentum, oleum, poma,nuces,agni vituli,
ſucculi, & ſimilia, & fructus eiuſmodi natura-
9 les,in duplici ſunt differentia,nam aliqui merè
10 naturales ſunt, aliqui naturales induſtriales,
merè naturales ſunt,quos natura ſua ſponte li
beraliter producit, vt poma, pira, nuces, fœ-
num,& id genus alij,de quibus in l.fructus,ſu
11 pra de vſur. naturales verò induſtriales, qui
maiorem hominis curam, & induſtriam requi
runt, cuiuſmodi ſunt, quæ appellatione frugũ
continentur, vt frumentum, vinum, oleum,
de quibus in l.frugem, vbi Alc. de verb.ſign.
& in l.domum de rei vendicat.& ad hoc quo-
que genus poſſunt fortè referri, quæ in fun-
do, piſcatione, venatione, & aucupio perci-
piuntur,de quibus in l.venationem de vſur.&
& in l.item §. aucupiorum de vſufruct. ciuiles
12 autem fructus ij ſunt,quos ius ciuile,ad natu-
ræ imitationem,induxit,& qui,ciuili quadam
interpretatione, pro fructibus habentur,quã-
uis propriè fructus non ſint, cuiuſmodi ſunt,
cenſus, laudemia, penſiones, & mercedes
prædiorum, & ædium locatarum, de quibus
in l.mercedes,de petitione hæreditatis, gloſſ.
eſt ad l. & ex diuerſo, de rei vendic. vbi Bart.
num.1. Abbas ad c.grauis de reſtitutione ſpo
liat. Duaren.in d.tit.de nautic.fœnore,in cap.
quod inſcribitur. diuiſio fructuum, latè DD.
ad §.ſi quis à non domino, Inſtitut.de rerum
diuiſ. necnon Hieron.Laurent. hic, in prælu-
dijs, & Petrus Grangianus in ſuis paradoxis
iuris ciuilis,cap.21. licet iſti duo communem
diuiſionem non probent, perperã in quæſtio-
nibus de nominibus inſiſtentes, &,huiuſmodi
fructus ciuiles,cõuentionales appellantes,ſed
quia hæc leuia ſunt,& aptius ciuiles fructus na
turalibus opponuntur,quam conuentionales,
non recedendo à nominibus magiſtralibus
vſu receptis, quæ ſunt ad placitum, venio ad
legis interpretationem.

13 Diuiditur ergo huius legis principium vſq;
ad §.ſi legatum,in quinque particulas, in qua-
rum Prima ponitur concluſio, in Secunda li-
mitatio, in Tertia altera limitatio, in Quarta
deciditur obiter dubitatio, quæ ex concluſio-
ne propoſita oriri poſſe videbatur, in Quinta,
& vltima eiuſdem principis concluſionis, in
principio reſponſi poſitæ, ratio, & cauſa red-
ditur. Secunda ibi.niſi ex mora. Tertia ibi.aut
cum quis. Quarta ibi. planè fructus. Quinta,
& vltima ibi.quotiens quis.

14 Argumentum huius principij eſt hoc, fru-
ctus,ante moram percepti, de quibus teſtator
non diſpoſuit, in fideicommiſſariam reſtitu-
tionem non veniunt, in Trebellianicam ta-
men imputantur.

15 Facti autem ſpecies,ex prima concluſione,
ſic confingi poteſt,quidam inſtituit mè hære-
dem,& ſub conditione grauauit,puta,ſi nauis
ex Aſia veniret, vt hæreditatem tibi reſtitue-
rem,dubitatum fuit coram Vlpiano,huius re-
ſponſi auctore, An, purificata conditione, te-
neret fructus reſtituere, pendente conditio-
ne, & ante moram perceptos, &, dubitandi
cauſa, videbatur reſpondendum ex pluribus
affirmatiuè.

16 Primum, quia, qui tenetur vniuerſam hæ-
reditatem reſtituere,ſine dubio res omnes hæ
reditarias,& ſingula omnia,quæ in hæredita-
te compræhenduntur reſtituere debet, §.1.&
toto

Digitized by Google

toto titulo Inſtit. de fideicomm. hæredit. facit
l. hæreditas ff. de reg. iur. ſed fructus ſunt res
hæreditariæ, & in hæreditate ipſa compræhẽ-
ſæ, igitur hæreditatis fructus reſtitui debent.
17 probatur minor, quia, quod hæreditatem au-
get, neceſſe eſt, vt hæreditarium ſit, vtque in
ipſa hæreditate compræhendatur, argumen-
18 to §. ſi grex Inſtit. de legat. ſed fructus hære-
ditatem ipſam augere dicuntur, l. in lege Fal-
cidia placuit, ſupra ad l. Falcidiam, fructus igi-
tur hæreditarij ſunt, & in ipſa compræhendun
tur hæreditate.

19 Secundo, quia, quod iure hæreditario ca-
pitur, compræhenditur in reſtitutione hære-
ditatis, vt probatur in fin. legis noſtræ. Sed fru
ctus capiuntur iure hæreditario, ergo, & ipſi
in hæreditatis reſtitutionem veniunt. Proba-
tur minor, tum auctoritate omnium Docto-
rum hic, qui admittunt, fructus hęreditatis, iu-
re hæreditario ab hærede capi, tum, quia,
20 arguẽdo à ſufficienti partium enumeratione,
juxta tex. in princ. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi
contract. naſc. huiuſmodi fructus, non poſſunt
capi, niſi, aut iure legati, aut iure fideicommiſ-
ſi, aut iure hæreditario, cum iudicio teſtatoris
percipi dicatur, §. ſi hæres, l. mulier quæ duo-
bus, infra eod. ſed conſtat iure fideicommiſſi,
vel legati, fructus huiuſmodi non accipi, cum
iure proprio capiantur, & non ab alio, §. 1. In-
ſtitut. de legat. supereſt ergo, vt iure hæredi-
21 tario capiantur. Accedat, quòd omne illud,
quod in Falcidiam imputatur, neceſsè eſt, vt
iure hæreditario capiatur. ſed fructus impu-
tantur, in Falcidiam d. l. in lege Falcidia, pla-
cuit, ergo fructus iure hæreditario capiuntur.
Maior perſpicua eſt, per l. in Quartam & per
l. quod autem, ſupra ad l. Falc.

22 Tertio, vbicunque iubetur quis aliquid re-
ſtituere, & ſi non ſpecialiter de fructibus ad-
ditum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtitu-
endi, l. in condemnatione §. cum verbum ff. de
regulis iuris, l. videamus §. in fauiana, ſup. de
vſur. At, in caſu legis noſtræ, iuſſus ſũ hęredi-
tatem reſtituere, licet igitur, non ſimpliciter
de fructibus additum ſit, tamen etiam fructus
debeo reſtituere.

23 His tamen rationibus minimè negocium
facientibus, contrarium reſpondet Vlpian. in
lege noſtra, dicẽs. In fideicommiſſaria hæredi-
tatis reſtitutione, conſtat fructus non venire,
limitans pronunciatum hoc, niſi ex mora fa-
cta ſit reſtitutio, aut ſpecialiter fuerit rogatus
24 hæres fructus quoque reſtituere, quæ duæ
exceptiones, in omnibus alijs caſibus firmant
regulam in contrarium, iuxta l. nam quod li-
quide ff. de penu legata, & ratio deciſionis
redditur ab eodẽ Vlpiano, quia ſcilicet quo-
tiesquis rogatur hęreditatem reſtituere, id vi-
detur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis,
25 fructus autem, non hæreditati, ſed ipſis rebus
accepto feruntur, & ideo in reſtitutionem nõ
veniunt.

Nec obſtant rationes dubitandi in contra-
rium adductæ, quia falſum eſt, fructus res hæ-
reditarias eſſe, vel hæreditatę compręhenſas,
cum non hæreditati accepto ferantur, vt dicit
26 Vlpianus hic, nullum enim productum, vel
cauſatum poteſt eſſe idem cum ſua cauſa, vel
pars illius, vt rectè ſpeculatur etiam Hieron.
Laurent. hic num. 1. Nec facit negotium d. l.
27 in lege Falcidia placuit, ſupra ad l. Falcidiam,
quia, non ſimpliciter dicit fructus hæreditatẽ
augere, ſed fructus pendentes, & maturos tẽ-
pore mortis teſtatoris, augere hæreditatis ęſti
mationem, fundi nomine, quatenus videtur
eo tempore fuiſſe pręcioſior, quo caſu propriè
28 fructus non ſunt, ſed pars fundi, l. fructus pen
dentes ff. de rei vendic. Præterea diſtinguen-
29 dum eſt, quia, aut loquimur de fructibus per-
ceptis poſt mortem teſtatoris, ante aditam hę-
reditatem, & fructus eiuſmodi, ſine dubio, hę-
reditatem augẽt, & in reſtitutionem veniunt,
l. ita tamen, §. 1. in fin. infra eodem, Aut lo-
quimur de fructibus perceptis poſt aditam
hæreditatem, ante commiſſam moram, in ea-
dem hæreditate reſtituenda, & fructus eiuſ-
modi, nec hæreditatem augent, nec in reſti-
tutionem veniunt, quia non hæreditati, ſed
ipſis rebus, quarum dominus effectus eſt hæ-
res, accepto feruntur, ita vt, poſt aditam hære-
30 ditatem, ante moram, non hæreditatem au-
geant, quæ amplius hæreditas non eſt, vt no-
tatur in l. 1. §. veteres infra de acquir. poſſeſſ.
tradit Bart. ad l. 3. in principio, infra de bono-
rum poſſeſſ. ſed patrimonium hæredis, vt re-
ctè docet etiam Antonius Faber de erroribus
pragmaticorum decade 11. error. tertio.

Nec obſtat ſecunda ratio, quia quanquam
vera eſt illa maior, quicquid capitur iure hæ-
reditario in fideicommiſſariam hæreditatis re
ſtitutionem venit, vera tamen non eſt illa mi-
nor, quæ habet fructus iure hæreditario capi,
etenim, ſi iure hæreditario caperentur, neceſ-
ſè omnino eſſet, vt fideicommiſſaria hæredita
tis reſtitutione compræhenderentur, ſed iure
hæreditario non capiuntur, cum non hæredi-
tati, ſed ipſis rebus accepto ferantur, vt dicit
I.C. hic, & ideo non compræhenduntur, &, li-
cet hic, & alibi DD. communiter ſentiant hu-
iuſmodi fructus iure hæreditario capi, cum in
Falci-

Falcidiam imputentur, hoc tamen falſum eſt, vt plurimus docet Franciſcus Huſman. in ſuis ad l. Falcidiam, paradoxis, paradoxo 13. Nec obſtant rationes, quibus hoc ipſum probare conabamur, & præſertim illa, quæ petebatur à ſufficienti partium enumeratione, nam fructus, qui, poſt additam hæreditatem capiuntur, vtcunque iudicio teſtatoris capi videantur, ſi ſub conditione, vel in diem hæres grauatus ſit reſtituere, d. l. mulier quæ duobus §. ſi hæres, infra eodem, re vera tamen, non expræſſo teſtatoris iudicio, ex hæreditate capiuntur, quæ, poſtquam adita eſt amplius proprie
31 non dicitur hæreditas, ſed ipſis rebus accepto feruntur, ita vt modus acquirendi huiuſmodi fructus, non referatur ad cauſam teſtamenti, vel ad ius ciuile, ſed ad ius gentium, cuius virtute noſtra facimus, quæ ex rebus noſtris naſcuntur, §. item ea, quę ex animalibus, §. ſi quis à non domino, §. in pecudum, Inſtit. de rerum diuiſione.

Nec obſtat ſecunda probatio, qua argumẽtabamur. ſi iure hæreditario non caperentur, in Falcidiæ Quartam non imputarentur, quia in primis poſſumus negare fructus imputari in Quartam Falcidiæ, cum contrarium videatur probari in l. in ratione, huius initij 2. in princ. § ad l. Falcidiam, nec mouet d. l. in lege Falcidia placuit, quia non tenet hæc cõſequentia. fructus augent hæreditatem, ergo imputantur in Falcidiam, cum id, quod accedit, vel decedit de hæreditate, poſt mortem teſtatoris, ante aditionem hęreditatis, lucro, vel damno ipſius hæredis cædat, §. quantitas Inſtit. de lege Falcidia, vt melius infra, in ſecunda dubi
32 tatione docebimus. Præterea, vt conſiderat eruditè Franciſc. Huſman. in dicto paradoxo 13. quanquam vera eſt hæc propoſitio. quicquid capitur iure hæreditario in Falcidiam imputatur, verũ tamen non eſt, quicquid imputatur in Falcidiam iure hæreditario capi, quandoquidem, quod capitur in vim precij, vel in vim modi, iure hęreditario non capitur, & tamen in Falcidiam imputatur, quia cum precium, vel quaſi precium, ex re ipſa hæreditaria capiatur, iure hæreditario videtur capi, l. in ratione §. tametſi, l. ſi dignum, l. qui fundum, vbi gloſ. & gloſa ipſa in l. veterani §. 1. ſupra ad l. Falcidiam, pars etiam prælegati, vel legatum, quod capimus ab eo, cui viciſſim ex cauſa legati aliquid damus, reſpectu eius, à quo accipimus, in Falcidiam ſine dubio imputamus, l. Neſennius, & l. Filio ſupra ad l. Falcidiam, & tamen iure hæreditario non capimus, quòd, ſi teſtator velit, non modo legata, & fideicommiſſa, ſed etiam ea, quæ inter viuos capimus, imputamus, l. cum quo §. fin. & l. quod autem, ſupra eodem tit. ad l. Falc. nec dicas, dictis in iuribus ſpecialem eſſe, non autem regulare, vt aliqua, quæ non capiuntur iure hæreditario, in Falcidiam imputentur,
33 quia reſpondeo cum eodem Huſmano, ſpeciale quoque eſſe, vt fructus, licet iure hæreditario non capiantur, in Falcidiam tamen imputentur, vt colligitur ex eodem reſponſo Papiniani in l. in lege Falcidia, dum vtitur dictione placuit, quaſi dicat, licet regulariter in Falcidiam imputetur, quod iure hæreditario capitur, tamen placuit, vt etiam fructus percepti, qui maturi mortis tempore fuerint, augeant hæreditatem, & per conſequens imputentur, quamuis iure hęreditario non capiuntur, alioquin, ſi eiuſmodi fructus iure hæreditario caperentur, nihil noui, & nihil mirabile, vt videtur ibi velle facere elegan Iur. Conſultus, ſtatuiſſet, ſed ſuper indubitabile reſpondiſſet.
34 Ratio autem, cur fructus, etiam præter regulam, quemadmodum alia plura, de quibus ſupra in Falcidiam imputentur, infra, in ſecunda, quæ ſequitur, dubitatione, fiet manifeſta.
35 Nec obſtat tertia ratio, petita à d. l. in condemnatione, in §. cum verbum, quia vendicat ſibi locum, vbi verbum reſtituere prolatum eſt à lege, non ad ſignificandam ſimplicem præſtationem, vt in caſu legis noſtræ, ſed ad ſignificandam reſtitutionem rei ablatæ, quæ fieri debet ei, qui agit, non de lucro captando, ſed de damno vitando ex iuris neceſſitate.

Cũ igitur fructus, ab hærede grauato, poſt aditam hæreditatem percepti, non ſint vnà cum hæreditate reſtituendi, ſed apud ipſum
36 hæredem remaneant, contingit de veritate ſecundæ concluſionis dubitari. nunquid ſcilicet idem hæres, debeat ſibi fructus huiuſmodi in Quartam, de fideicommiſſo vniuerſali deducendam, imputare, &, dubitandi cauſa, videbatur reſpondendum negatiuè, propte-
37 rea quòd ea, quæ in legitimam non imputantur, nec debent in Trebellianicam imputari, in quam pauciora, quàm in legitimam imputantur, l. pater filium, in princip. ſupra ad legem Falcid. iuncta l. quoniam nouella, C. de inoffi-
38 cioſo teſtamento, ſed fructus in legitimam nõ imputantur, l. ſcimus §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento, igitur, nec in Trebel-
39 lianicam debent imputari. Præterea, quod in Falcidiam non imputatur, nec debet in Trebellianicam imputari, quæ, & ipſa Falcidiæ recipit appellationem l. cohæredi §. cum filiæ,

ſupra

ſupra de Vulgar. & pupill. d.l. pater filiam in
principio, & l. Titia ſupra ad l. Falcidiam cum
40 ſimilibus, cumque differentia aliqua non ſit
quoad imputationem, ſecundum noſtrum in-
41 tellectum ad l. in Quartam ſup. ad l. Falcidiã.
ſed in Falcidiam fructus non imputantur: l. in
ratione 2. in princip. ſupra ad l. Falcidiam, er-
go, nec in Trebellianicam debent imputari.
Contrarium tamen decidit Vlpian. in text.
noſtro, dicens. Planè fructus in Quartam im-
putantur, vt eſt reſcriptum, referens ſe, vt in-
terpretantur communiter Doctores ad l. mu-
lier, quæ duobus in §. ſi hæres, infra eodem, &
ratio deciſionis eſt, non, quia fructus eiuſmo-
di capiantur iure hæreditario, vt omnes ad-
mittunt, quod tamen falſum eſt, ex ſententia
Franc. Huſmani, vt ſupra docuimus, ſed quia
fructus eiuſmodi, qui medio tempore ſũt per-
cepti iudicio teſtatoris percepti videntur, vt
dicit text. in d. §. ſi hæres, & quodãmodo, cum
percipiantur ex rebus repertis in hæreditate,
hæreditarij videntur, & pro hæreditarijs ha-
bentur, quemadmodum ea, quę in vim pre-
tij, vel in vim modi capiuntur.
42 Non obſtant nunc contraria, & præſertim
primum argumentum de legitima ad Trebel
lianicam, quia habent ſe ad inuicem tanque
excedentia, & exceſſa, in materia imputatio-
nis, vt dicit Cæſar Fiumag. ad l. in Quartam
ſupra ad l. Falcidiam num. 473. aliqua enim
imputantur in Trebellianicam, quæ in legiti-
mam non imputantur, vt docet idem Fiuma-
giol. ad d. l. in Quartam num. 471. & plura alia
imputantur præterea in legitimam, quæ in
Trebellianicam non imputantur, quare, ab
vna ad aliam fieri non poteſt illatio, cum ſint
diuerſæ naturæ, & ob diuerſum finem detra-
hantur, vt docuimus vna cum Bart. & cum
cæteris ad d. l. in Quartam, argumento l. Pa-
pinianus exuli de minoribus, & hæc ſolutio
eſt ex mente Bart. hic in ſecunda oppoſitione.
43 Nec obſtat ſecunda ratio, petita à d. l. in ra-
tione, quia, vt dicit Bart. hic in prima oppoſi-
tione, ibi agitur de Falcidia hic, de Trebellia-
nica, de Falcidia autem, ad Trebellianicam,
licet valeat argumentum affirmatiuè, negati-
uè tamen, vt ſupra ſumebatur, ſecundum cõ-
munes traditiones, non concludit, cum longè
plura imputentur, in Trebellianicam, quàm
in Falcidiam, quæ diuerſitatis ratio, ceſſare fa
cit argumentum, per ea, quę tradit Euerardus
in ſuis centum locis argumentorum, in loco à
Falcidia, ad Trebellianicam in fin. Sed quia
nos, ſequentes in hac parte Goffredum ad l.
in Quartam ſupra ad legem Falc. & Iac. Cu-
iacium lib. 8. ſuarum obſeruat. cap. 4. non plu-
ra in Trebellianicam, quàm in Falcidiam im-
putari ſtatuebamus, ne, admittentes modo
præfatam differentiam, nobis ipſis minimè
conſtantes, traditum ad d. l. in Quartam intel-
lectum, deſtruamus, neceſſè eſt, vt alia via ſe-
cundã dubitandi rationem diluamus, conſide
rando d. l. in ratione, loqui de fructibus, & ac-
ceſſionibus, quę fiunt, poſt mortem teſtatoris,
ante aditam hæreditatem, quarum quidem
acceſſionum, in ratione, l. Falcidiæ minimè ha-
betur ratio, cum quantitas patrimonij ſpecte-
tur tẽpore mortis ipſius teſtatoris, ita vt quic-
quid accedit, vel decedit de hæreditate, dam-
no, vel lucro ipſius hæredis cedat. lex autem
noſtra loquitur de fructibus perceptis poſt a-
ditam hæreditatem, pendente die, vel condi-
tione reſtitutionis faciendæ, qui, cum rema-
neant apud hæredem grauatum, quodammo-
do iudicio teſtatoris, videtur conditionem
appoſuiſſe in gratiam ipſius hæredis, in Quar-
tam deducendam de fideicommiſſo vniuer-
ſali imputantur. qua in re Trebellianica à Fal-
cidia non differt, quandoquidem fructus per-
cepti, poſt aditam hæreditatem, in eam etiam
Quartam imputãtur, quæ de legatis, in diem,
vel ſub conditione relictis, deducitur, l. quod
de bonis §. fructus, ſupra ad l. Falc. ſi qua autẽ
ſit differentia alia, quoad imputationem, vel
reſtitutionem fructuum, inter legata, & fidei-
commiſſa, ĩ opportunius manifeſtum fiet.
44 IN FIDEICOMMISSARIA
HÆREDITATIS RESTITVTIO-
NE CONSTAT NON VENIRE
FRVCTVS. ſic legitur in pandectis Flo-
rentinis, ita legit etiam in ſuo iuris ciuilis
corpore Gothofredus, & eodem modo legũt
Cuiac. Antonius Faber, & alij eruditores, vul-
gati autem Codices habent. in fideicommiſ-
ſariam hæreditatis reſtitutionem. ſententia eſt
eadem, hic autem modus loquendi poſterior
magis vſitatus, non tamen crediderim, primũ
loquendi modum reijciendum, cum etiam in
l. Meuius ff. famil. erciſc. dicat I.C. venturam
eam in familiæ erciſcundæ iudicio, & in l. ex
hæreditate, eodem titulo, neque ea pars, quæ
45 mea fuit in iudicio veniet, vbi enim verbum
venio, idem, quod compræhendere, vel conti-
nere ſignificat, ſextum etiam caſum, quando-
que admittit, ſenſus enim huius ſententiæ eſt.
fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione,
fructus non compræhendi, vel non contineri.
46 NISI EX MORA FACTA EST.
ſcilicet reſtitutio. hæc quoque germana pan-
dectarum Florentinarum lectio, reperitur, in
vulga-

vulgaris codicibus', mutata. legunt enim cõmuniter, niſi mora facta ſit, ſed perperã, quia elegantiſſimè dicimus, etiam reſtiruere, vel facere reſtitutionem ex mora, hinc ſcribit I.C. in l.cum quidam, in §.ex locato, ſup. de vſur. non niſi ex mora vſuras præſtare debet, ideſt non niſi poſt commiſſam moram, & in l.ſi cui legatum, in fin. quaſi è mora vſuras præſtatutum, ideſt quaſi ob moram. continet ergo hæc particula limitationem ad concluſionem ſupra poſitam, quæ habet fructus, non compræhendi fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione, vt locum non habeat, vbi ex mora, ideſt poſt moram, reſtitutio facta ſit, & puto intelligendam exceptionem hanc de qualiber mora, etiam extra iudiciali, vt intelligit etiam Antonius Faber de erroribus pragmaticorum decade 11. errore tertio, id, quod latius infra ſuo locó, nos quoque veriſſimum eſſe comprobabimus.

AVT CVM QVIS SPECIALITER FVERIT ROGATVS, ET FRVCTVS RESTITVERE, continet hæc particula alteram eiuſdem concluſionis exceptionem, vbi, ſcilicet, hæres expreſsè, & ſpecialiter grauatus ſit, cum hæreditate, etiam fructus reſtituere, ſubdit deinde.

PLANE FRVCTVS IN QVARTAM IMPVTANTVR, VT EST ET RESCRIPTVM. I.C. hic ſatisfacit dubitationi, quæ poterat ex ſupra poſita concluſione oriri. An, ſcilicet, fructus illi, qui in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt, debeant ſaltem in Trebellianicam imputari, & reſpondet impurari debere, confirmans pronunciatum hoc conſtitutionum auctoritate, quas forte non habemus, dicens, vt eſt, & reſcriptum, ideſt, vt eſt eriam reſcriptum, nõ puto enim particulam, &, quæ in Pandectis Florentinis, legitur, delendam eſſe, ſed pro etiam accipiendam, in quam ſignificationem vſus eſt etiam hac particula I.C. in hoc eodem reſponſo, ſupra in illis verbis. rogatus, & fructus reſtituere. DD. tamen communiter putant, his verbis, vt eſt & reſcriptum, Vlpianum relationem habere ad diſtinctionem traditam, in l.mulier quæ duobus, in §.ſi hæres, infra eodem, cuius idem Vlpianus auctor eſt, quaſi ſenſus ſit, fructus, qui percipiuntur negligentia fideicommiſſarij, non petentis, in Trebellianicam non imputari, ſed præcipuos, & vltra Quartam, apud hæredem grauatum remanere, alios autem, qui capiuntur, anteaquam dies fideicommiſſi ceſſerit,
47 quaſi capiantur iudicio teſtatoris, in quartam imputari, verbum enim, reſcribo, poſſe etiam ad I.C. & ad eorum reſponſa referri, rectè, ex ſententia Franciſci Hothomani, docuit Cæſar Fiumag. ad l.in quartam, ſupra ad legem Falcidiam, num. 208. quandoquidem prudentes, dum reſponſa ſua conſulentibus', in ſcriptis reddebant, reſcribere ipſi quoque dicebantur. Præterea ita fortè loquutus eſt Vlpianus hic, quia diſtinctio, ad quam relationem habet, ex aliquo Imperatoris reſcripto ab initio emanauit. Quicquid ſit reſponſum hoc intelligendum eſt ſecundum diſtinctionem, de qua in d.§.ſi hæres, nouum enim non eſt, legem vnam, ab alia declarationem recipere, l.non eſt nouum, ſupra de legibus. Subdit deinde I.C. rationem primæ concluſionis, dicens.

QVOTIENS QVIS ROGATVR HÆREDITATEM RESTITVERE, ID VIDETVR ROGATVS REDDERE, QVOD FVIT HÆREDITATIS. FRVCTVS AVTEM NON HÆREDITATI, SED IPSIS REBVS ACCEPTO FE-
48 RVNTVR. argumentum Vlpiani ergo eſt, quo primam probat concluſionem, eiuſmodi. grauatus hæreditatem reſtituere, id intelligitur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis; ſed fructus, poſt aditam hæreditatem percepti, non fuerunt hæreditatis, quæ poſt aditionem deſinit eſſe hæreditas, ſed rebus ipſis, quæ, poſt aditam hæreditatem, hæredis effectæ ſunt, accepto feruntur, meritò igitur fructus eiuſmodi in reſtitutionem non veniunt.

49 Abſoluta prima, & ſecunda parte, venio ad tertiam, & primum colligo ex tex. noſtro fructus, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non venire, quæ concluſio intelligenda non eſt de fructibus pendentibus, vel de recollectis, & extantibus tempore mortis teſtatoris, quia illi, cum ſint fundi partes, & hi res hæreditariæ, & conſequenter res hæreditatis, ſine dubio, in reſtitutionem veniunt, vt patet ex textu noſtro, & rectè ſentiunt Alexan. hic, num. 3. & 5. & Ripa num. 3. & 11. & DD. communiter pluribus in locis, quos congeſſit Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 1. quibus accedit Hieronym. Laurent. hic, num. 18. in fin. Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. iur. vniuerſ. par. 3. lib. 42. cap. 29. num. 19. Nec non Emanuel Coſta, ad cap. ſi pater, de teſtamen. lib. 6. in ver. obliqua, num. 45. & 47. vbi alios allegat. Et, quia eadem hæc concluſio, alias etiam recipit declarationes, & exceptiones, quæ ſunt controuerſi iuris, propterea, pro

plena,

plena,& exacta illius explicatione, ſex propono diſcutiendos articulos.

Primus erit. An fructus,ante aditam hæreditatem percepti, in reſtitutionem veniant.

Secundus, An, & quando veniant in reſtitutionem fructus percepti poſt aditam hæreditatem,ante diei,vel conditionis aduentum.

Tertius,An,& quando reſtituendi ſint fructus percepti, poſt aduentum diei, vel conditionis, ante tamen factam verbalem reſtitutionem.

Quartus, An, & quando reſtituantur percepti, poſt factam etiam verbalem reſtitutionem.

Quintus,An, & quando in ſpecie, veniant in reſtitutionem fructus ciuiles.

Sextus, vbi locus eſt fructuum reſtitutioni, An totius hæreditatis fructus ſint reſtituendi.

50 Quod attinet ad primum, cuius termini declaratione non indigent, ſunt contrariæ opiniones, altera eſt fructus, perceptos ante aditam hæreditatem, in fideicommiſſariã hæreditatis reſtitutionem non venire, quam probauerunt gloſ. & Bart. ad l.ita tamen, in §.ſi ſeruum,infra eodem.

51 Primum,per tex.in l.mulier quæ duobus in §.ſi hæres,infra eodem; vbi hęres lucratur fructus, quos percipit negligentia non potentis, ita vt,ne dum reſtituere non teneatur,ſed nec ſibi quidem in Quartam imputare, quia illos, non iudicio teſtatoris percipiat, poſſumus ergo,per hunc tex. ita argumẽtari. fructus,quos hæres iudicio teſtatoris non percipit,reſtituere non tenetur,ſed illos lucratur,d.§.ſi hæres.

52 At fructus,qui percipiuntur ante aditam hæreditatem, iudicio teſtatoris non percipiuntur, cum de fructibus, de quibus non cogitauit teſtator,nec expreſsè, nec tacitè diſpoſuiſſe videri poſſit, ergo reſtituere illos hæres nõ tenetur,ſed lucratur.

53 Secundo, quia, ſi hæreditas, ſtatim ſecuta morte teſtatoris,fuiſſet adita, ſine dubio,fructus poſtea percepti, non fuiſſent reſtituendi, vt probatur in l.noſtra,ſed licet fuerit hæreditas adita ex interuallo,& medio tempore fructus fuerint percepti, perinde tamen eſt, ac ſi fuiſſet adita ab initio,cum aditio, quandocunque facta, fictione iuris tranſlatiua de tempore ad tempus, retrotrahatur ad tempus mor-
54 tis teſtatoris.l.hæres quandocunque ff.de acquir. hæredit. cunque idem operetur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, l.qui ad certum ff.locati,l.legem C.eod.l.cum oratione,de excep.cum ſimilibus,igitur fructus,ante aditam hæreditatem percepti, perinde, ac ſi eſſent percepti poſt aditam hæreditatem, in reſtitutionem non veniunt.

55 Tertio loco poſſumus, ad mentem Hieronymi Laurentij hic, per locum à ceſſante ratione,iuxta l.quod dictum,ſupra de pactis,& l.adigere §.quamuis ff.de iur.patr.ſic ratiocinari. ſi fructus, ante aditam hæreditatem percepti,eſſent reſtituendi, vtique eam ob cauſam deberent reſtitui, quia hæres, non adeundo
56 ſtatim, malâ fide,& dolo, moram commiſſerit, & dolus,& culpa ſuffragari nemini debet,cap. nemo ex delicto,de reg.iur.lib.6.ſed eiuſmodi cauſa,& ratio,omnino ceſſat in caſu noſtro,
57 cum hæres poſſit immunis ab omni mora, infra tempus ſibi datum ad deliberandum, hæreditatis aditionem differre,toto titulo, C.de iur.delib.igitur nihil proponitur,ob quod debeat hæres,in caſu propoſito, quaſi in pœnam moræ, ad fructuum reſtitutionem compelli; l. lecta §.dicebam ff.ſi cert.pet.l.nulla ff.de reg. iur. poterit enim ſemper legitima exceptione ſe tueri, argumento eorum, quę tradit Bart. ad l.ſi pactus, ſupra de pact. facit capit. non eſt in mora de reg.iur.lib.6.

58 Quarto autem loco, ſic ratiocinatur, quod lucro grauati hæredis cedit, ſine dubio in re-
59 ſtitutionem non venit, ſed fructus, poſt mortem teſtatoris, ante aditum hæreditatem percepti,lucro hęredis cedunt,ergo in reſtitutionem non veniunt. Minor propoſitio probatur per text. in l. in ratione 2. in princip. & in l. in quantitate, ſupra ad l. Falcidiam, nec non per text. in §.quantitas, Inſtitut.eodem.
60 quibus in locis habetur, in ratione legis Falcidiæ ineunda, ſpectandã eſſe patrimonij quantitatem, tempore mortis teſtatoris,ita vt quicquid, poſt mortem illius hæreditati accedat, vel decedat, lucro, vel damno hæredis cedat, ſed fructus, in controuerſia poſiti hæreditati, poſt mortem teſtatoris, accedunt, igitur lucro hæredis cedunt,& conſequenter in reſtitutionem non veniunt.

Quinto,& vltimo loco poteſt pro hac opinione,ab hac lege noſtra, iuncta regula, l.nam quod liquide,ff.de penu legata,hoc modo peti argumentum. Vbicunque ex mora non fit reſtitutio,vel teſtator non iuſſit ſpecialiter fructus reſtitui, in reſtitutionem nunquam fructus venire intelliguntur, ſed in caſu propoſito, nec ex mora reſtitutionem fieri ſupponimus,nec ſpecialiter de fructibus à teſtatore diſpoſitum,igitur nihil proponitur, cur debeant in reſtitutionem venire.

In contrarium tamen opinionem ierunt

cõmuniter interpretes, opinantes fructus per-
ceptos, poſt mortem teſtatoris, ante aditam
hæreditatem, fideicommiſſaria hæreditatis re
ſtitutione comprahenſos. hanc opinionem te-
nuit, parum ſibi conſtans, Accurſ. ad l. in fidei-
commiſſi, in principio, in verbo, non lucrum,
ſupra de vſur. & ad l. quod his verbis, ſupr. de
legat. 3. & idem tenuit ad d. l. in fideicommiſſi
in principio, Salycet. ſecuti ſunt ad l. ita tamen
in §. 1. infra eodem. Angel. Cuman. Caſtrenſ.
Imola, Alexand. & Claud. Aquienſ. teſtans de
communi, tenuit etiam Paul. & Alexand. ad l.
deducta, in principio, & in §. qui poſt hoc, eo-
dem titulo noſtro, & plenius idem Alexan. ad
l. Centurio, ſupra de vulgar. & pupill. num. 40.
vbi eandem ſequitur Ripa num. 39. ſequun-
tur etiam hic Alexan. num. 3. & 5. Hieronym.
Laurent. num. 17. teſtans ſub nume. 18. hanc
communem eſſe, & veritati magis proximam.
Ripa num. 9. & hanc probat etiam Cuiac. hic
hanc eandem probauit Petrus Gregor. Tho-
loſan. in ſyntagmat. iur. vniuerſi, par. 3. lib. 42.
cap. 29. num. 19. Peregrin. de fideicomm. art.
49. num. 2. Iac. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic.
caſu 256. num. 3. in fin. vbi innumeros addu-
cit, & poſterior hæc opinio, quæ communis,
& verior eſt, pluribus comprobatur.
61 Primum autem, quia in fideicommiſſariam
hæreditatis reſtitutionem, ſine dubio, res om-
nes hæreditariæ veniunt, ſed fructus percepti
ante additam hæreditatem, res ſunt hæredita-
riæ, igitur in reſtitutionem veniunt. Maior
perſpicua eſt, cum hæreditas, res omnes hære
ditarias comprahendat, l. hæreditas. de regu.
62 iur. Minor autem probatur, quia, quicquid au
get hæreditatem, eſt hæreditarium, ſed fru-
ctus, qui, ante aditam hæreditatem percipiun-
tur, hæreditatem augent, l in lege Falcidia,
placuit l. in quantitate. ſupra ad legem Falci-
diam, §. quantitas, Inſtitut. eodem, ergo ſunt
hæreditarij. Nec diluit argumentum Hiero-
nymi Laurentij reſponſio hic num. 10. quia
accommodari poteſt legi itē veniunt in §. fru-
ctus, de petitione hęreditatis, non autem iuri-
bus a me adductis.
63 Secundo fructus, qui hæreditatis ſunt, non
autem ipſis rebus accepto feruntur, ſine du-
bio in reſtitutionem veniunt, vt patet ex tex-
64 tu noſtro, in verſic. quoties, arguendo à con-
trario ſenſu, iuxta l. 1. in §. huius rei, infra de of
fic. eius cui mandata eſt iuriſdictio, & l. qui te-
ſtamentum, in §. mulier, ſupra de teſtamen. ſed
fructus, in controuerſia poſiti, hęreditatis ſunt,
cũ fuerint hæreditati iacenti acquiſiti, l. quod
ſeruus, ſupra de leg. 2. nec poſſunt rebus qua-
ſi, ante aditam hæreditatem, hæres neque
poſſeſſionem, neque dominium habet, acce-
pto ferri, argumento l. ſi quis à non domino, &
l. item ea, ſupra de rerum diuiſ. ergo in reſti-
tutionem veniunt.
Tertio, & vltimo, omiſſis leuioribus, addu-
citur tex. in d. l. ita tamen, in §. ſi ſeruum, in fin.
infra eodem. Sed ſi quid, inquit text. ante adi-
tam hęreditatem ſeruus ſtipulatus fuiſſet, aut
per traditionem accepiſſet, id reſtitui debe-
bit, ſicut fructus ante aditam hæreditatem in
reſtitutionem veniunt, ſed controuerſos, in
propoſito, fructus, ante aditam hæreditatem
perceptos eſſe ſupponimus, igitur indubitati
iuris eſt, eos in fideicommiſſariam hæredita-
tis reſtitutionem venire. Nec vires ſolidiſſimi
huius argumenti eneruat, Hieronymi Lauren
tij hic, ſub num. 11. reſponſio, ſentientis legem
illam locum ſolummodo ſibi vendicare in hæ
rede grauato, qui coactus adeat, de quo, reve-
ra, loquitur ille text. quia immo eiuſmodi re-
ſponſio corroborat argumentum, propterea
quòd, ſi tenetur reſtituere fructus hæres adi-
re coactus, multo magis tenebuntur adeuntes
65 ex voluntate, cum explicanti actũ ex neceſſi-
tate, fauendum ſit magis, l. ſi fideiuſſor, §. ſi ne-
ceſſaria, ff. qui ſatiſdare cogantur, &, licet, huic
adire coacto, lex non fauеat in Trebellianicæ
detractione, hoc potius credendum eſt facere
eiuſdem coactè adeuntis fauore, cũ eam ideo
adire recuſet. quia ſuſpectam habeat, & vbi
damnoſa eſt hæreditas in totum, conſequitur,
vt damnoſa etiam pro parte ſit. Pręterea, dum
dicit ille text. ſicut fructus ante aditam hære-
66 ditatem in reſtitutionem venirent, reddit ra-
tionem à ſimili, quæ, cum debeat eſſe genera-
lior dicto, non debet, in dubio, reſtringi ad ca-
ſum in indiuiduo ibi poſitum, argumento re-
gulæ legis primæ, in §. generaliter, de leg. pręſ-
ſtand. Accedat etiam, quòd, ſi id, quod ibi di-
citur, fructus nimirum, ante aditam hæredita-
tem, in reſtitutionem venire, eſſet referendum
ad hæredem tantummodo, qui coactus adijt,
eſſet deciſio de indubitabili, cum hæres eiuſ-
modi, vt conſiderat etiam Hieronym. Lauren.
hic, num. 18. nec poſt aditam quidem hæredi-
tatem, lucretur fructus, vel aliquod aliud ſen-
tiat commodum ex hæreditate, l. nam quod,
§. qui compulſus, ſupra eodem, & dict. §. ſi ſer-
uum, & §. ſed quia, Inſtit de fideicomm. hæ-
red. in fin.
67 Nec obſtat nunc contraria, & præſertim
primum argumentum, quia tantum abeſt, vt
fructus, qui capiuntur ante aditam hæredita-
tem, non capiantur iudicio teſtatoris, vt immo
capian-

capiantur iure hæreditario, cum hæreditatem
ipſam iacentem augeant, & ad hæredem futu
rum tranſeant, vt res hæreditariæ, quemad-
modum ſupra docuimus. Nec obſtat tex.in d.
§.ſi hæres, in contrarium ponderatus, propte-
reaquòd loquitur de fructibus perceptis ne-
gligentia non petentis, non modo poſt aditam
hæreditatem, ſed poſtquam ceſſit dies reſtitu
tionis, tunc enim fructus illos, quos, non iudi-
cio teſtatoris accipit, ob moram non petentis,
lucratur, conſtat igitur non meruiſſe allega-
ri in propoſito illum textum, vt benè obſer-
uauit etiam Hieronymus Laurentius hic, nu-
mero 18.

68 Non obſtat ſecunda ratio, quia (præter-
quamquòd aditio hæreditatis non ſemper re-
trotrahitur ad mortem ipſius teſtatoris, vt cõ-
ſiderat gloſ.in d.l.hæres, quandocumque) vbi
retrotrahitur, non poteſt operari, vt fructus
percepti ante aditam hæreditatem, & hæredi-
tati iacenti acquiſiti, l.quod ſeruus, ſupra de le
gat.2.& conſequenter effecti hæreditarij, de-
ſinant eſſe hæreditarij, facta enim non poſſunt
reddi infecta, l.in bello, §.facta, de captiuis, &
poſtliminio reuerſis. preterea hoc operari non
poſſet, niſi contra æquitatem, & in damnum,
atque diſpendiũ ipſius fideicommiſſarij, quod
nullo modo admittendum eſt, cum fictiones
69 omnes ſumma æquitate nitantur, eidemque
opitulentur, vt tradunt Bart. & DD. ad l.ſi is
qui pro emptore, de vſucap. etenim, ſi admit-
teremus, vt, virtute huius fictionis, fructus, an-
te aditam hæreditatem perceptos, hæres lu-
70 craretur, perinde, ac ſi hæreditatem à die mor
tis teſtatoris adijſſet, daretur occaſio fraudi, in
præiudicium fideicommiſſarij, propterea quòd
poſſet hæres calidè, & fraudulenter hæredita-
tis aditionem differre, cum, anteaquã adeat,
non poſſit per interpellationem conſtitui in
mora, & conſequenter ex ſuo dolo commo-
dum conſequeretur, contra cap. nemo ex de-
licto, de regul.iur.lib.6. Præterea idem opera-
tur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu ve-
ro, vbi militat eadem ratio, ſecus autem vbi di
71 uerſa, vt in caſu noſtro, quandoquidem fru-
ctus, qui percipiuntur poſt aditam hæredita-
tem, ante aduentum diei, vel conditionis, vi-
detur teſtator tacitè voluiſſe remanere apud
hæredem, d.l.mulier, quæ duobus, in d.§.ſi hæ
72 res, in cuius gratiam, in dubio, videtur diem,
vel conditionem adieciſſe, gloſ.eſt in l.qui Ro-
mæ, §.Flauius, ff.de verb.obligat. facit text.in
l.eum qui, ff.eodem titulo, quod dici nullo
modo poteſt de fructibus, qui, ante aditam hæ
73 reditatem, capiantur, in quibus cum ceſſet e-
tiam præſumpta teſtatoris voluntas, & negli-
gentia fideicommiſſarij, quæ duæ potiſſimæ
ſunt cauſæ, vt hæres lucretur fructus, debet e-
tiam ceſſare eiuſmodi lucrum, quinimmo, cũ
rogauerit teſtator hæredem ipſum, vt vniuer-
ſam hæreditatem reſtitueret, videtur etiam
grauaſſe de reſtituendis fructibus perceptis
ante aditam hæreditatem, qui in ipſa hæredi-
tate includuntur, vt ſupra docuimus.

74 Nec obſtat tertium argumentum, petitum
à ratione ceſſante, quia non eſt ratio, ob quam
fructus, ante aditam hæreditatem percepti,
veniant reſtituendi, mora aliqua in adeundo
commiſſa, ſed, quia, ante aditam hæreditatẽ,
fructus, qui hæreditati iacenti accedunt, d.l.
quod ſeruus, ſupra de legat.2. hæreditarij effi-
ciuntur, & qui ad hæreditatem vniuerſam re-
ſtituendam tenetur, res omnes hæreditarias
reſtituere compellitur. Et hæc ſola ratio ſatis
eſt ad neceſſitatem inducendam reſtitutionis
fructuum, ante aditam hæreditatem percepto-
rum, qualibet etiam alia, apta ad inducendam
eandem reſtitutionem, ceſſante, arg.§.affinita-
tis, Inſt.de nupt.

75 Quarta quoque ratio facilè ſolui poteſt,
quia illa maior, fructus, qui accedunt hæredi-
tati, ante eiuſdem hæreditatis aditionem, ce-
dunt lucro hæredis, habet locum, vbi hæres
non eſt grauatus reſtituere hæreditatem, in
qua dicti fructus includuntur, ſed res particu-
lares ex cauſa legati, vel particularis fidei-
commiſſi, in quibus terminis loquuntur alle-
gata iura, ratio autem differentiæ eſt manife-
ſta, quia vbi quis grauatus eſt præſtare relicta
particularia, cum in totum ipſe, & ſemper, no-
mine, & effectu ſit, & remaneat hæres, rationi
conſentaneum eſt, vt omne commodum, vel
incommodum, quod contingit hæreditati ia-
centi, ad eum pertineat, vbi autem grauatus
eſt, vt hæreditatem ipſam reſtituat, ratio po-
ſtulat, vt ea etiam commoda, & incommoda,
quæ contingunt ante aditam hæreditatem,
ad hæredem fideicommiſſarium pertineant,
cum ei non ſit quid ſingulare, & certum reli-
ctum, ſed totum illud vniuerſale hæreditatis,
quod augumentum, & diminutionem recipit,
& cuius dominium non transfertur in fidei-
commiſſarium à die mortis teſtatoris, quem-
admodum in legatis, & relictis particularibus,
ſed tunc demum, cum ſit reſtitutio.

76 Nec obſtat quintum, & vltimum, quia con
cluſio in l. noſtra poſita de reſtitutione fru-
ctuum, intelligitur de fructibus perceptis poſt
aditam hæreditatem, vt colligitur ex exceptio-
ne, vbi reſtitutio ex mora facta ſit, quæ alio-

quin de regula non eſſet contra text. in l. doli
77 clauſula,ff. de verb.oblig. Præterea exceptiones poſitæ in l.noſtra firmant regulam,in caſibus non exceptis alibi,ſed fructus percepti ante aditam hæreditatem excipiuntur à dicta cõclusione negatiua alibi, nimirum in d.l.ita tamen,in §.ſi ſeruum,in fin. ȷ eod. non puto igitur à communi ſententia recedendum eſſe.

78 Subſequitur modo ſecũdus articulus. An,& quando, ſ.fructus, percepti poſt aditã hęreditatem, ante diei, vel conditionis aduẽtũ, in fideicõmiſſariã veniãt hæreditatis reſtitutionẽ.

Hanc igitur difficultatem, concluſiuè procedendo, ſoluam, diſtinctione adhibita, &, ſi aliquod illius membrum difficultatem patiatur, breuiter in quæſtionem vocabo.

Primum igitur, in hac materia, ſic diſtinguendum eſt. Aut hæres eſt expreſsè grauatus etiam fructus reſtituere, vel, ex legitimis coniecturis, colligitur teſtatorem ſic voluiſſe. Aut nihil de fructibus dictum eſt, & in dubio omnino verſamur. Primo caſu, tenetur etiam fructus reſtituere, vt hic, & in l.ſi ita, §.Pegaſus, ff.de legat.2.cum alijs adductis per Peregrin. omnino videndum in hac materia, in tractat. de fideicommiſſis, art.49.num.24.&25.cum ſeqq. & per Menoch.de arbit.iudic.lib.2.caſu 256.nu.13.cum ſeq. Secundo caſu. Aut dies, vel condirio eſt appoſita in gratiam fideicommiſſarij, Aut in gratiam hæredis, ſi in gratiam fideicommiſſarij, etiam fructus in reſtitutionem veniunt, dict.§.Pegaſus, & l.in fideicommiſſi, §.nonnumquam, verſic.cum Pollidius, ff.de vſur. Si in gratiam hæredis, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut hęres eſt creditor, Aut nõ, ſi eſt creditor, Aut expreſsè inſtituitur pro ſatisfactione ſui crediti; & tenetur hæres fructus, tamquam res reſtituendas, cum credito compenſare, reliquos autem, vltra creditum perceptos, reſtituere, vt ex Romano docet Ripa hic, per text.in l.cum quis, in §.mulier, ff.de dote prælegat. Aut ſimpliciter inſtituitur, & tunc tenetur quidem cum credito compenſare, fructus tamen reliquos, vltra creditum perceptos, reſtituere non compellitur, d.§.mulier DD. communiter hic; & in primis Ripa num. 19. Si verò hæres creditor non eſt, Aut hæreditas damnum; & diminutionem eſt paſſa, Aut non eſt diminuta, ſi, poſt aditionem, ante aduentum conditionis fideicommiſſi, eſt diminuta, adhuc diſtinguendũ eſt, proptereaquòd, Aut hæres eſt grauatus reſtituere quantamcumque pecuniam ex hæreditate ad eum peruenerit, Aut hæreditatem ipſam. Primo caſu tenetur damnum fructibus compenſare, quia, cum eo caſu ad fideicommiſſarium pecuniæ augumentum non pertineat, nec damnum debet pertinere, l.ſcribit Celſus, & l.ita tamẽ, §.hęres ex aſſe, ȷ eod. Laderch. Imol. eminentiſſimus I.C. conſ.25.nu.19. Secundo caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut res hæreditariæ perierunt dolo, vel culpa hæredis, & ſine dubio tenetur hæres damnum datum fructibus reſarcire, & compenſare, l.mulier quę duobus, §.ſed enim, infra eodem. Aut ſine illius dolo, vel culpa perierunt, & non tenetur hæres damnum reſarcire, quia, cum hæreditatis augumentum, quod ex partu ancillæ, vel ex alluuione contingit, ad fideicommiſſarium pertineat, ratio poſtulat, vt ad eundem pertineat damnum, l.ſecundum naturam, ff.de regul.iur. Si vero hæredicas damnum, & diminutionem non ſit paſſa, Aut loquimur de fœtibus ſubmiſſis, & de fructibus à teſtatore ſeminatis, Aut de alijs cuiuſcumque generis fructibus, Si de fœtibus ſubmiſſis, & de fructibus à teſtatore ſeminatis, illi quidem ſine dubio in reſtitutionem veniunt, l.deducta, §.hæreditatem, infra eodem, & l.in lege Falcidia placuit, ff.ad l.Falcid. efficiuntur enim illi, ſubmiſſione, pars gregis, hi verò faciunt, tempore mortis teſtatoris, fundum precioſiorem, d.l.in lege Falcidia, placuit, & eſt communis opinio, nos tamen eam, quoad fructus ſeminatos à teſtatore, conſueuimus cum Ripa hic, omnino reprobare. Si de non ſubmiſſis, & non ſeminatis à teſtatore, & ſic de fructibus alterius cuiuſcumque generis adhuc iterum eſt diſtinguendum, Aut grauatus eſt hæres hæreditatem reſtituere nominatim, Aut circumſcriptiuè, Si nominatim grauatus eſt reſtituere hæreditatem, fructus in reſtitutionem non veniunt, vt hic, ſi circumſcriptiuè. Aut grauatus eſt hæres reſtituere, quicquid poſt mortem eius ſupererit. Aut quicquid ad eum peruenerit, ſi quod ſupererit. Aut dictum fuit, quicquid ſupererit de hæreditate. Aut quicquid ſupererit ex hæreditate, & bonis. Primo caſu fructus non conſumpti, qui ſuperſunt, non veniunt in reſtitutionem, l.deducta, §.vltimo, infra eodem, & ratio poteſt eſſe, quia fructus, poſt aditam hæreditatem percepti, non hæreditati, ſed ipſis rebus, vt dicitur hic, in verſic.quotiens, accepto feruntur. Secundo autem caſu veniunt in reſtitutionem, per text.in l.fideicommiſſi, §.nonnumquam, ſupra de vſur. cum eo modo grauatus intelligatur hæres ea etiam reſtituere, quæ rebus, & bonis ipſis accepto feruntur. Vbi verò grauatus eſt hæres reſtituere, quicquid peruenerit ad eum. Aut dictum fuit,

quic-

Digitized by Google

quicquid peruenerit de hæreditate, vel de hæreditate, & bonis. Aut quantacumque pecunia de hæreditate, & bonis ad eum peruenerit. Primo caſu, fructus in reſtitutionem non veniunt, l. quod his verbis, ſupra de legat. 3. Secundo autem caſu, Aut vnicum eſt appoſitum ſignum vniuerſale, relatum ad verbum peruenerit, Aut duplex eſt appoſitum vniuerſale ſignum, alterum relatum ad verbum, peruenerit, alterum ad verbum executiuum, reſtituas. Si vnicum, relatum ad verbum, peruenerit, fructus in reſtitutionem non veniunt, & ita intelligo, l. ſcribit Celſus, infra eodem. Si duplex, fructus quoque ſunt reſtituendi, & ita intelligo, l. Baliſta, infra eodem, quicquid dicat Cuiac. lib. 4. obſeruationum, cap. 39. qui opinatur fructuum reſtitutionem, in d. l. Baliſta, fundatam eſſe in cautione conuentionali, præſtanda ab ipſo hærede, qui non fuit ibi verbis fideicommiſſi grauatus, ſed inſtitutus ſub conditione, ſi cauerit Coloniæ Philippenſium, ſi ſine liberis moreretur, quantacumque pecunia ex hæreditate de bonis meis, ad eum peruenerit, eam pecuniam omnem, ad Coloniam Philippenſium peruenturam, ſenſit enim Cuiacius, pleniorem eſſe conuentionalem cautionem, quàm prætoriam, de qua in l. hæc ſtipulatio, ſupra vt legatorum nom. cau. quæ fructuum non recipit incrementum, l. 1. §. belliſſimè, eodem titulo. Verum, quia differentia eiuſmodi, auctoritate aliqua, à Cuiacio non probatur, & I.C. in d. l. Baliſta, non ſe fundat in cautione, ſed in verbis prægnantibus ipſius teſtatoris, dicens. Reſpondi ex his verbis, quæ proponis, ſcilicet, pecuniam omnem, &c. exiſtimo etiam fructus, quos ex hæreditate percepit, reſtituere eum debere: perinde quaſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſiſſet. Propterea licet ingenioſus, & ſubtilis ſit Cuiacij intellectus, veriorem tamen, & tutiorem eſſe arbitror declarationem à nobis ſupra traditam, in vltimo membro huius diſtinctionis, quam veriorem eſſe arbitramur, in puncto iuris, eam, quam tradidimus in prima Centuria, diſtinct. in ordine 74. illa tamen conſentit fortè magis cum communibus traditionibus.

79 Nunc autem, quia aliqua propoſitæ diſtinctionis membra, difficultatem patiuntur, propterea, vt ſum pollicitus, antequam faciam tråſitum ad tertium articulum, ea in Quæſtionem vocabo.

Primum igitur, quia Ripa hic, quod dictum eſt de fœtibus animalium ſubmiſſis, vt reſtituantur, intelligit etiam de ijs, qui non ſubſtituuntur in locum demortuorum capitum, ſed gregem augent, propterea breuiter diſputabimus. An augumentum, vel diminutio gregis, facta poſt aditam hæreditatem, ante diei aduentum, vel conditionis, pertineat ad hæredem grauatum, vel ad fideicommiſſarium.

Secundo autem loco videbimus, An fructus, à teſtatore ſeminati, &, poſt aditam hæreditatem, ab hærede grauato, ante diei, vel conditionis aduêtum, recollecti, in reſtitutionem veniant.

80 Quod attinet ad primam difficultatem, cuius exemplum eſt eiuſmodi. Quidam inſtituit me hæredem, grauauitque, vt reſtituerem tibi hæreditatem, ſi nauis ex Aſia veniret, poſt mortem teſtatoris, cum hæreditatem adirem, reperiebatur in ea, inter alia bona, grex centum capitum, qui, pendente conditione, fœtibus, ita auctus eſt, vt factus ſit centum viginti quinque capitum, dubitatio eſt, An fœtus huiuſmodi, quibus grex eſt auctus, ad te fideicommiſſarium pertineant, & conſequenter in reſtitutionem veniant, &, prima facie, videbatur reſpondendum vna cum Ripa hic, nu. 22. augumentum eiuſmodi ad te fideicommiſſarium pertinere, pro qua opinione teſtatur idẽ Ripa, ſe conſultum de iure reſpondiſſe.

Primum per text. in l. 3. ſupra de fundo inſtructo, in princip. vbi quidam patronus, in teſtamento, libertis ſuis fundum inſtructum legauit, poſtea codicillis petijt, vt morientes partes ſuas fundi ſuperſtitibus reſtituerent, nec inſtructi mentionem habuit, decidit nihilominus ibi I.C. cum eadem qualitate, ſcilicet, inſtructum, eſſe reſtituendum, deinde ſubdit. Sed & medij temporis augumenta, fœtuum, & partuum, item detrimenta fatalium, fideicommiſſo contineri. poteſt ergo hic tex. pro opinione Ripæ, bifariam induci. Primum, ſcili-
81 cet, à proportione, iuxta text. in l. ſufficit, ff. de condit. indeb. & in l. ſi filiusfamilias. Vbi glo. & Bald. ff. ſi certum pet. hoc modo, videlicet, eodem modo ſe habet fideicommiſſarius vniuerſalis ad hæredem grauatum quo fideicommiſſarius particularis, ad legatarium, à quo aliquid per fideicommiſſum accipit, ſed augumẽtum gregis, vbi quis à legatario fideicommiſſum accipit, pertinet ad fideicommiſſarium, d. l. 3. in principio, igitur pari quoque ratione ad fideicommiſſarium pertinet, cui ab hærede
82 fideicommiſſum præſtatur. Præterea ad eum pertinet cuiuſcumque rei augumentum, & commodum, ad quem pertinet damnum, vel diminutio, l. ſecundum naturam, de regul. iur. §. cum autem emptio, Inſtitut. de emptio. & vendit. &, in materia noſtra, eſt tex. in l. ſcribit Celſus,

Celſus,infr.eodem. Sed diminutio gregis,per
fideicommiſſum relicti,ad fideicommiſſarium
pertinet,d.l.3.in principio,ergo,& augumen-
tum.
83 Secundo ad mentem eiuſdem Ripæ. quic-
quid venit gregis appellatione,ei debet reſti-
tui,cui grex eſt relictus,argumento, l.labeo §.
id tubero ff.de ſupell.legat. Sed,gregis appel-
latione, veniunt etiam eiuſdem gregis augu-
menta,ſub gregis nomine collectiuo compre-
84 henſa, vt dicitur in ſimili de populo, qui ſem-
per eſt idem,licet,minuatur, alteretur, & au-
geatur, l.proponebatur ff.de iudic.& fideicõ-
miſſario,de quo loquimur,grex ſine dubio eſt
reſtituendus, igitur illius quoque augumen-
ta,gregis nomine comprætenſa,debent reſti-
tui.
85 Tertio loco, ſic videtur Ripa ratiocinari,
quicquid dicitur de legatario, dicendum eſt
etiam de fideicommiſſario,cum hodie legata
fideicommiſſis ſint per omnia exequata, l.1.
ſupra de legat.1.l.2.C.communia de legat.§.
86 ſed non vſque,Inſtitut.de legat. ſed in legato
ſtatuitur gregis augumenta ad legatarium
pertinere, l.grege legato, ſupra de legat.1. l.
equis 2.§.equitio ff.de vſur. igitur idem intel-
ligi debet ſtatutum, etiam in fideicommiſſa-
rio gregis, nimirum augumentum ad eum,
non ad hæredem pertinere.
87 Quarto,& vltimo loco,pariter ad mentem
Ripæ, vtimur hac ratione. fœtus ſubmiſſi, ſine
dubio, in reſtitutionem veniunt, l.deducta §.
hæreditatem, infra eodem, l.in lege Falcidia
placuit,ff.ad Falc.vt ſupra traddidimus in cor-
pore diſtinctionis,ſed fœtus quoq; quib.ſupra
numerum augetur grex, ſubmiſſi fœtus eſſe,
dicuntur l.quid ergo,in fin.ſupra de vſufruct.
igitur etiam ipſi in reſtitutionem veniunt.
His tamen argumentis non obſtantibus
cõtrariam opinionem veriorem eſſe arbitror,
quam tenuerunt gloſ. Bart. & alij communi-
ter, ad d.l.3. de fundo inſtructo, & ſequitur
eam Hieron. Laurent. hic num.41. cum ſeq.
pluribus eam comprobando.
88 Primum tamen,& potiſſimum illius funda
mentum eſt in lege noſtra, ex qua ſic poſſu-
mus, aduerſus Ripam, argumentari. fructus,
qui medio tempore percipiũtur, poſt aditam,
ſcilicet hæreditatem, ante aduentum condi-
tionis,omnes omnino ad hæredem pertinent,
cum in fideicommiſſariam hæreditatis reſti-
tutionem non veniant,niſi in caſibus hic,&
alibi expreſsò à lege exceptis,ſed gregis augu
mentum, ex fœtibus non ſubmiſſis, in fructu
ſine dubio eſſe dicitur, §.in pecudum, & §.
ſed,& ſi gregis, Inſt.de rerum diuiſ. & nullibi
reperitur, lege exceptum, igitur in reſtitutio-
nem non venit,ſed ad hæredem pertinet.
89 Secũdo loco adducitur tex.in l.ſcribit Cel-
ſus,infra eodem, vbi dicit I.C. iniquum eſſe,
ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad
quem augumentum non pertineat, qui text.
præterquamquòd videtur ſponte probare
hanc ſententiam,ſic poteſt vrgeri.hæreditatis
reſtituendę augumentum,contingens poſt a-
ditam hæreditatem, ad hæredem pertinet, d.
90 l.ſcribit Celſus, ſed gregis hæreditarij augu-
mentum,hæreditatis eſt augumentum,argu-
mento regulæ, l.quæ de tota, ſup. de rei ven-
dicat. facit l.in lege Falcidia placuit, ſupra ad
l.Falcidiam,igitur gregis augumentum ad hę
redem pertinet, non autem ad fideicommiſ-
ſarium.
91 Tertio,& vltimo loco,poteſt induci tex. in
l.deducta, §.hæreditatem,infra eodem,ab in-
cluſione, & excluſione, hoc modo videlicet.
vbicunque vnum includitur,aliud excluditur
de neceſſitate, l.cum prætor de iudic. l.mari-
tus C.de procurat. cum ſimilibus, ſed d.§.hæ-
reditatem, includit pertinere ad fideicommiſ
ſarium fœtus ſubmiſſos, qui ſupplent defe-
ctum gregis,& reſarciunt damnum, quicquid
dicat Ripa in contrarium, vt infra manifeſtum
fiet, ergo excluduntur à fideicommiſſaria hæ
reditatis reſtitutione fœtus, qui numerũ gre-
92 gis augent. Præterea ei, ad quem damnum
non pertinet, & diminutio, nec debet com-
modum,& augumentum pertinere,d.l.ſecun-
dum naturam, & d.l.ſcribit Celſus, ſed ad fi-
93 deicommiſſarium damnum gregis, & dimi-
nutio non pertinet, vt probatur in eadem l.
ſcribit Celſus,cum teneatur hæres ſufficere,
& ſubmittere in locum deficientiũ,& de mor-
tuorum capitum,d.§.hæreditatem, igitur,nec
augumẽtum,ad fideicommiſſarium pertinet.
94 Non obſtant contraria,& præſertim primũ
argumentum, quod cæteris magis vrgere vi-
detur,quodque tacitum omittit Hieronymus
Laurent. hic, quia illi ſatisfacit pluribus mo-
dis gloſ.in eadem l.3.(à qua eſt petitum)ſupra
de fundo inſtructo,in verbo contineri. Cæte-
rum,omiſſis alijs reſponſionibus, dicimus tex.
illum loqui,vbi grex,neque principaliter par-
ticulari titulo relictus eſt,neque cum hæredi-
tatis vniuerſitate, ſed acceſſoriè ad fundum,
tanquam inſtrumentum illius,ad fundum ſci-
licet eundem ſtercorandum, quo caſu augu-
mentum dicti inſtrumenti, quia fundo cedit,
propterea cum eo trãſit ad fideicommiſſariũ,
id: quod dicere non poſſumus in caſu noſtro,
vbi,

Digitized by Google

vbi, cum hæres ſit grauatus vniuerſam reſti-
tuere hæreditatem, cum moritur, vel ſub con-
ditione aliqua, debet medio tempore, cuius
dilatio in ſui gratiam facta eſt, omnium rerum
hæreditariarum, quaſi iudicio teſtatoris, perci-
pere fructus, & conſequenter, cum augmenta
gregis hæreditarij, ſint fructus hæreditatis, ad
hæredem, non ad legatarium pertinent. hæc
ſolutio, quam probat etiam Bart. ad d.l.3. vtri-
que indictioni, ſupra factæ, pro contraria opi-
nione, ſatisfacit.

95 Nec obſtat ſecundum, quia negamus fœ-
tus, qui ex grege ſuſcipiuntur, poſt aditam hæ
reditatem, gregem ipſum augere, ita vt illius
appellatione veniāt, cum fœtus eiuſmodi ſint
in fructu, d.§. ſed & ſi gregis, & conſequenter,
pendente conditione, gregem non augeant,
ſed ab hærede, vna cum alij fructibus, iudicio
teſtatoris accipiantur, l. mulier quæ duobus, §.
96 ſi hæres infra eodem, cenſetur enim teſtator
gregem limitaſſe ad numerum, in quo repe-
riebatur tēpore aditæ hæreditatis, vt per Hie-
ronym. Laurent. num. 42. in fin. ita vt grex re-
ſtituendus ſit à teſtatore relictus, non grex
hæredis grauati, cuius appellatione poſſent
fortè venire fœtus non ſummiſſi, quibus, ex
diſpoſitione, & deſtratione hęredis, eſt auctus.

97. Nec facit negotium tertium, quia, licet le-
gata, & fideicommiſſa ſint æquiparata, in æ-
quiparationem tamen fideicommiſſa vniuer-
ſalia non veniunt, cum ſolummodo, iuribus al
legatis in contrarium, fuerint legata cum fi-
deicommiſſis particularibus æquiparata, vt
98 latè docuimus ad l. 1. ſupra de leg. 1. ratio au-
tem differentiæ in propoſito eſt apertiſſima,
quia in legatis, tranſit dominium ſtatim in le-
gatarios à die mortis teſtatoris, l. à Titio ff. de
furt. & propterea fœtus, qui naſcitur, ſemper
ad legatarium pertinent, qui dominus eſt, l. ſo
lum §. meum, ſupra de rei vendicat. l. de eo §.
ſi quis, ſupra ad exibend. ſecus eſt in vniuerſali
fideicommiſſo, cuius dominium non tranſit
ad fideicommiſſarium, niſi facta reſtitutione,
l. facta, infra eodem. l. pen. C. eod. ſaltem ver-
bali, iuxta text. in l. reſtituta infra eodē, & pro-
pterea fœtus, qui naſcuntur medio tempore,
99 poſt aditam hæreditatem, ad hæredem perti-
nent, d. §. ſi hæres, quod, ſi conditio, vel tem-
pus non eſſet adiectum, quod in gratiam hæ-
redis, in dubio, adiectum intelligitur, l. cum tē-
pus ff. de reg. iur. gloſ. eſt in l. qui Romæ §. fla-
uius ff. verb. ſign. pariter fœtus lucratur idem
hæres, negligentia non petentis d. §. ſi hæres.

100 Nec obſtat quartum, & vltimum argu-
mentum, quia falſa eſt illius minor: fœtus e-
nim qui vltra numerum gregem augent, ſub-
miſſi non dicuntur, vt rectè ſentiunt Bart. &
alij omnes, ad d. §. hæreditatem, per text. in l.
vetus, & in l. vel inutilum, ff. de vſufruct. & in
d. §. ſed ſi gregis, Inſtitut. de rerum diuiſio. vbi
Iuſtinianus hoc docet expreſsè, ex Iuliani ſen-
101 tentia, quem tamen, eum non intelligens, in
contrarium allegat Ripa hic, qui alios alluci-
nari putat, ſed ipſe re vera labitur, vt mox vi-
102 debimus, & propterea, iure optimo, eum, e-
tiam amicus repræhēdit, Hieronym. nimirum
Laurent. hic, num. 42. qui ei, prò veritate tuen-
da, vt ipſe loquitur, non pepercit, falſo igitur
credidit Ripa, & publicè profitendo, & de iu-
re reſpondendo, per fœtus ſubmiſſos, non mo
do eſſe eos intelligendos, qui in locum demor
tuorum, vel inutilium animalium ſubſtituun-
tur, quique ſupplent gregis defectum, ſed e-
tiam illos, qui in grege quoquomodo ponun-
tur, ita vt illum augeant, quaſi omnes fœtus,
qui ſunt in grege poſiti, dicantur ſubmiſſi, id-
103 eſt, ſub grege miſſi, nec illius ſententiam pro
bat, d. l. quid ergo, in fin. ff. de vſufruct. quia im
mo in ea fit expreſſe hæc declaratio, vt, per fœ
tus ſubmiſſos, illi intelligantur, qui in locum
demortuorum, vel inutilium ſubrogantur, vt
vox ipſa ſonat, per quam ſubmiſſionem, quia
ſemper fit ſeparatio, & diſpertitio quædam, vt
ita dixerim, cum ſeparentur, per talem ſubmiſ-
ſionem, inutilia, & mortua animalia ab vtili-
bus, & viuentibus, quorum defectum vtiles,
& viuentes fœtus ſupplent, cum fiat diuiſio
quædam, & diſpertitio dominij, quandoqui-
dem inutilium animalium dominium, quod
apud proprietarium erat, poſt factam ſubmiſ-
ſionem, ſeparatur à proprietario, & tranſit ad
fructuarium, & dominium, quod in fœtibus,
antequam ſubmitterentur, erat, vel eſſe pote-
rat, apud fructuarium, per ſubmiſſionem ſe-
iungitur à fructuario, & proprietarij efficitur,
& propterea Iuſtinianus, ex ſententia eiuſdem
Iuliani, qui in fine dictæ l. quid ergo, memo-
ratam ob cauſam, dixit. ſubmittere eſſe diſpe-
rtire, & diuidere, in d. §. ſed ſi gregis, ſcribit.
Sed ſi gregis vſumfructum quis habeat, in lo-
cum demortuorum capitum ex fœtu fructua-
rius ſubmittere debet, vt, ex Iuliano viſum
eſt. Conſtat ergo ex his, falſam eſſe declara-
tionem Ripę, circa fœtus ſubmiſſos, non eſt igi
tur recedendum à communi opinione.

104 Sed, vt generaliter declaremus. An, &
quando, cum grege, in vltima voluntate relį-
cto, veniant fœtus præſtandi, plenius, quàm
fecerim in prima ſelectarum diſtinctionum
Centuria, diſtinct. 75. altius repetendo mate-
riam,

riam, & omnia diluendo contraria, ſic diſtinguo. Aut grex venit præſtandus ex relicto particulari, Aut ex relicto vniuerſali, ſi ex particulari, Aut purè, Aut ſub cõditione, vel in diem, Si purè fœtus cum grege indiſtinctè præſtantur, l. grege legato, ſupra de leg. 1. & d. l. equis verſic. equitio, de vſur. Si verò in diem, vel ſub conditione. Aut grex venit præſtandus, vel reſtituendus acceſſoriè, Aut principaliter, Si acceſſoriè, puta, quia ſit relictus, tamquam fundi inſtrumentum, indiſtinctè etiam fœtus veniunt præſtandi, & reſtituendi d. l. 3. in princip. ff. de fũdo inſtruct. Si principaliter, puta, quia ſit relictus nominatim, Aut conditio eſt appoſita in gratiam grauati, Aut in gratiam honorati, Si in gratiam grauati, fœtus non veniunt præſtandi, argumento l. mulier, quæ duobus, §. ſi hæres, infra eodem. Si verò in gratiam honorati, veniunt reſtituendi, & præſtandi, l. in fideicommiſſi, §. nonnumquam, verſic. cum Pollidius, ff. de vſur. vbi verò grex ſit relictus, ex cauſa fideicommiſſi vniuerſalis, Aut dubitamus de fœtibus ſubmiſſis in locum demortuorum. Aut de perceptis vltra numerum. Primo caſu indiſtinctè veniunt in reſtitutionem, l. deducta, §. hæreditatem, infra eodem. Secundo autem caſu nequaquam, vt hic, & ita procedit communis opinio, quam ſupra, aduerſus Ripam, defendimus.

105 Subſequitur modo ſecunda dubitatio, An fructus, ſcilicet, percepti ab hærede grauato, ex ſeminatis à teſtatore, & poſt aditam hæreditatem, ante diei, vel conditionis aduẽtum recollecti, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniant. cuius termini, quia declaratione non indigent, ſtatim venio ad concertationem ipſam.

In hac igitur iuris controuerſia, communis opinio eſt, vt fructus eiuſmodi ſint reſtituendi, hanc tenuit Accurſ. ad l. in fideicommiſſi, in principio, in verbo non lucrum, ff. de vſur. ſequuti ſunt ad l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. Alexan. plures adducens, num. 40. & Lancellot. Galiaula num. 29. verſic. aut verò, idem tenet Alexan. ſibi ipſi conſtans hic, num. 6. & ſequitur Hieronym. Laurent. num. 27. & hanc tenuerunt, de iure reſpondendo, Pariſ. conſil. 55. num. 35. & 38. volum. 3. Gabriel. conſil. 1. num. 58. volum. 1. quem refert Peregrin. de fideicommiſſis, artic. 49. num. 16. & hęc eſt receptiſſima, & communis opinio, vt de communi teſtatur Ripa hic, num. 12. in fin. quam tenet etiam Ant. Fabr. de error. pragm. decad. 11. error. 5.

106 Et primum adducit pro hac opinione Alexan. l. in lege Falcidia, placuit, ſupra ad legem
Falcidiam, vbi ſtatuit I. C. fructus, qui maturi
tempore mortis teſtatoris fuerunt, augere hę-
reditatis æſtimationem, cum fundum, cui co-
hærent precioſiorem reddant, id quod exten-
dit gloſ. ibi, in verbo, mortis tempore, ad fru-
ctus etiam immaturos, ſubaudiens, dum lo-
quitur text. de fructibus maturis, dictionem
107 maximè, cuius proprium eſt caſum etiam
non expreſſum includere, l. cum ex cauſa, ff.
de re iudicata, quæ Accurſij declaratio ab om-
nibus recipitur, vt teſtatur Hieronym. Lauren.
hic, nu. 21. Quamobrem ex d. tex. iuncta gloſ.
108 ſic poſſumus, pro hac opinione ratiocinari:
omnes fructus, qui hæreditatem augent, in fi-
deicommiſſariam veniunt hæreditatis reſtitu-
109 tionem, cum eiuſdem hæreditatis reſtituen-
dæ partes ſint. At fructus à teſtatore ſeminati,
quos neceſſe eſt, vel maturos, vel immaturos
tempore mortis illius pendere, ſine dubio hæ-
reditatem augent, reddendo illam precioſio-
rem, d. l. in lege Falcidia, placuit, ſupra ad l. Fal
cid. igitur eiuſmodi fructus in reſtitutionem
veniunt.

110 Secundo loco, ad mẽtem Hieronym. Lau-
rent., ſic poſſumus argumentari. omnes res hæ
reditariæ in fideicommiſſariam hæreditatis re
ſtitutionem veniunt, cum illius appellatione
compræhendantur, argumento l. hæreditas, ff.
de regul. iur. Sed fructus ſeminati à teſtatore
ſunt res hæreditariæ, ergo in reſtitutionem ve-
niunt. Probatur minor, quia fructus ſati à te-
ſtatore, cum tempore mortis illius eſſent pen-
dentes, partes prædiorum hæreditariorum eſ-
ſe dicebantur, l. fructus pendentes, ſupra de
111 rei vendicat. Sed partes rerum hæreditaria-
rum ſunt res hæreditariæ, argumento l. quę de
tota, eodem titulo, ff. de rei vendicat. igitur fru-
ctus ſeminati à teſtatore ſunt res hæreditariæ.
Nec dicatur, hoc locum habere in fructibus
maturis dumtaxat, qui verè fructus penden-
tes ſunt, & ad quos videtur ſe reſtringere Pa-
pinianus in d. l. in lege Falcidia placuit, pro-
ptereaquòd non eſt conſtituenda, in propoſi-
to, inter maturos, & immaturos fructus, fun-
do cohærentes, differentia, vtroque enim ca-
ſu fructus appellantur, l. penult. ff. de vſu, &
112 vſufruct. legat. hinc ſylua cædua, & ſi intem-
peſtiuè cæſa ſit, & oliua immaturè lecta, &
fœnum ante tempus ſecatum, in fructu eſſe
dicuntur, l. ſi abſente, in §. vltimo, de vſufruct.
113 nec ratio patitur fructus eiuſmodi, qui ſe-
mel fuerunt hæreditarij, hæreditarios eſſe de-
ſinere.

114 Tertio, ad mentem eiuſdem Laurentij, fru-

ctus

ctus cohærentes fundo hæreditario, eundem fundum ſequuntur, l. vltima, §.fructus, infra, quæ in fraudem credit. Sed fructus ſeminati à teſtatore, & ab hærede, poſt aditam hæreditatem, percepti, neceſſe eſt, vt tempore mortis ipſius teſtatoris fundo hæreditario cohæreret, igitur neceſſe eſt, vt eiuſmodi fructus fundi reſtitutionem ſequantur.

115 Quarto, fructus, qui hæreditati, non rebus accepto feruntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt ſine dubio, patet ex l. noſtra. Sed fructus percepti ex ſemine ipſius teſtatoris, quod fuit in hæreditate tempore mortis illius, rei hæreditariæ, & ſic hæreditati accepto feruntur, vt patet. ergo in reſtitutionem veniunt.

116 Quinto, Quicquid ſtatuitur de altero ex connexis, de altero quoque connexo ſtatutum intelligitur, l. cum actum, ff. de negoc. geſt. Sed fructus, & res hæreditaria, ex qua naſcuntur, vbi fuerunt à viuo teſtatore ſeminati, ſunt cohærentes, & connexi rei hæreditariæ, quæ in reſtitutionem venit; ergo eiuſmodi quoque fructus cum re ipſa, cui cohærebant, in reſtitutionem veniunt.

117 Sexto, & vltimo, omiſſis alijs adductis per eundem Hieronymum Laurent. quæ coincidunt cum ijs, quæ hactenus deducta ſunt, confirmat ipſe hanc eandem communem ſententiam, per argumentum à minori hoc pacto, ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis, l. 3. §. ſic autem, ff. de bon. eorũ, l. de acceſſionibus, in principio, ff. de diuer. & temporalibus præſcript. l. non eſt, in principio, ff. de pignorat. actione. Sed minus videtur ineſſe, vt reſtituantur fructus collecti, & in horreis poſiti tempore mortis teſtatoris, qui propriè fructus ſunt, non autem partes prædiorum hæreditariorum, quàm fructus illi, qui, cum ſint iam ſemini expoſiti, & naturæ beneficio maiores ſperentur, ſunt prædiorum hæreditariorum partes, & cum rebus ipſis hæreditarijs confuſi, & tamen ineſt, quia fructus reperti in horreis hæreditarijs in reſtitutionem veniunt, vt ſupra docuimus, ex communi omnium ſententia, & latè tradit Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 49. num. 1. ergo multo magis fructus in controuerſia poſiti, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt.

In contrariam tamen, & negatiuam ſententiam iuit Imola, ad d. l. Centurio, ſupra de vulgar. & pupillar. & Ripa hic, num. 12. qui plura adducit, ſed quia illius rationes potius ad ſolutionem tendunt argumentorum, quæ pro contraria opinione afferuntur, quàm ad propriam ipſius ſententiam fundandam, & erigẽdam, & quia leues etiam ſunt, & facilè à Hieronymo Laurentio hic, nu. 23. ſoluuntur, propterea ego, omiſſis illius argumentis, eiuſdem Ripæ opinionem, quam videtur ſequi etiam Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 49. num. 16. circa finem, in ſecundo tempore, & ego veriorem eſſe arbitror, pluribus, vltra eum, comprobo.

118 Primum autem vtor hac ratione, vbi caſus non reperitur exceptus, in dubio, ſtandum eſt regulæ, Bart. ad l. 1. num. 1. in fin. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, Dec. ad l. 1. num. 7. de regul. iur. Sed regula eſt, vt fructus percepti, poſt aditam hæreditatem, ante aduentũ diei, vel conditionis, in reſtitutionem non veniant, vt patet in principio legis noſtræ, &, licet nonnulli caſus ab hac regula, hic, & alibi reperiantur excepti, nullibi tamen iure cautum eſt, vt fructus percepti ex ſeminatis à teſtatore, in reſtitutionem veniant, igitur in dubio debemus ſtare regulæ, excludenti illos à reſtitutione, nec temere, & ſine lege iuris communis regulam limitare, contra l. ſi verò, §. de viro, ff. ſoluto matrimonio, cum ſimilib. præſertim, cum

119 exceptiones in caſibus à iure expreſſis, firment regulam in omnibus caſibus non exceptis, vulgata l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg.

120 Secundo, fructus, qui, non hæreditati, ſed rebus ipſis accepto feruntur, ſunt ſine dubio à fideicommiſſaria reſtitutione immunes, ſed fructus, qui ex ſeminatis à teſtatore, poſt aditam hæreditatem, ante aduentum conditionis percipiuntur, rebus ipſis in bonis, & patrimonio hæredis adeuntis, per aditionem hæreditatis conſtitutis, non hæreditati accepto feruntur, cum ſuos faciat, quia prædiorum dominus factus eſt, argumento §. item ea, §. in pecudum, & §. ſi quis à non domino, Inſtitut. de rerum diuiſio. igitur fructus eiuſmodi, quamquam à viuente teſtatore ſeminati, ſunt à fideicommiſſaria reſtitutione omnino immunes. Nec habetur ratio illius ſeminis, quod fuit

121

122 teſtatoris, cum per actum ſeminandi extinctum ſit, iuxta illud Euãgelicum, niſi granum cadens in terra mortuum fuerit, & iuxta illud vulgare, corruptio vnius eſt generatio alterius.

123 Tertio loco, & vrgentius, nulla ratio patitur, vt fructus, qui iudicio teſtatoris capiuntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionẽ

124 veniant, l. mulier quæ duobus, §. ſi hæres, infra eodem. Sed fructus quoque qui naſcuntur ex ſeminibus à teſtatore ſatis, ſi percipiantur poſt aditam hæreditatem, pendente die, vel

Mm con-

conditione, in dubio, in gratiam hæredis grauati poſita, iuxta notata in l.qui Romæ, in §. Flauius, infra de verb.obligat.iudicio teſtatoris percipiuntur, vt patet ex d.§.ſi hæres, ergo nec fructus eiuſmodi in reſtitutionem veniũt.

126 Quarto, & vltimo, omiſſis leuioribus, qui grauatur in vno, releuatur in altero, &, qui poteſt incommodum ſentire, debet etiam ſentire commodum, §.1.Inſtitut.de hęredum qualitate, & differentia, l.eum qui, in princip.ff.de iureiurando, §.cum autem emptio, Inſtitu.de empt.& vendit. Sed hæres, grauatus ſub conditione hæreditatem reſtituere, hoc poteſt ſentire incommodum, & in hoc grauatur, vt, ſi tẽpore purificatæ conditionis pendeant fructus ab eo ſati, cum ijſdem fructibus debeat prędia fideicommiſſo ſubiecta reſtituere, argumento §.is verò, Inſtit.de rerum diuiſio.l.Herennius, ſupra de vſur.tradit Peregr.in d.art.49.in tertio tempore, num.91. ergo debet releuari in alio, vt ſuos nimirum faciat fructus à teſtatore ſatos, quos ſtantes, & pendentes inuenit tẽpore mortis teſtatoris, &, die, vel conditione pendente, percepit.

127 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant argumẽta ex aduerſo allata, & præſertim primum, petitum à d.l.in lege Falcidia, placuit, primum, quia ille tex.non loquitur de reſtitutione fructuum, ſed de quãtitate patrimonij ipſius defuncti inſpicienda, in ratione legis Falcidię, tẽpore mortis ipſius teſtatoris, iuxta tex.in l.in quantitate, ſupra ad legẽ Falcid.& in §.quantitas, Inſtit.eodem titulo, vt conſiderat etiam Ripa hic, quo tempore fructus ſtantes, ſine dubio augent hæreditatis æſtimationem, fundi nomine, vt ſupra docuimus, cũ ſint partes fundi, d.l.fructus pendentes. Sed non ideo ſequitur, vbi tales fructus colligantur, & à ſolo ſeparentur, conditione pendente, vel ante aduentum diei, per quam ſeparationem, hæreditatis æſtimatio, fundi nomine, minuitur, fructus huiuſmodi eſſe reſtituendos, cum percipiantur iudicio teſtatoris, differentis, per diem, vel conditionem adiectam, hæreditatis reſtitutionẽ, in gratiam hæredis, & conſequenter ipſis rebus iam in dominium ipſius hæredis grauati tranſlatis, non autem hæreditati, accepto ferantur, vt ſupra docuimus.

128 Ad ſecundum autẽ argumentum, reſpondeo negãdo minorem propoſitionem, falſum eſt enim fructus, de quibus agimus, vtcumque ſeminatos à teſtatore, eſſe amplius hæreditatis, poſtquã ſeparati fuerũt à ſolo. Nec obſtat probatio dictæ minoris, quia admittimus fructus pendentes eſſe res hæreditarias, quandiu pendent, quia, ſcilicet, partes fundi ſunt, ſed, poſtquam ſunt ſeparati, deſinunt eſſe hæreditarij, cum ceſſet cauſa, quæ illos faciebat hæreditarios, nempe pendentia, cuius virtute partes fundi dicebantur, d.l.fructus pendentes, ceſſante igitur ratione, & cauſa, ratio poſtulat, quicquid dicat Laurent. vt ceſſet etiam effectus, l.adigere, §.quamuis, ff.de iur.patr.c.cum ceſſante, de appell.cum ſimilib.& conſequenter, vt tales fructus deſinant eſſe hæreditarij, per locum, itaque à ratione ceſſante, potius retorquetur hoc argumentum, quàm vt probet communem ſententiam.

Tertium quoque argumentum, eadem cõſideratione facilè ſoluitur, quia fructus ſequũtur fundum quamdiu pendent, & partes illius ſunt, vbi autem ſeparantur, pendente cõditione, & hæredi acquiruntur, vt in caſu noſtro, regula eſt in contrarium, vt in l.noſtra, hoc eſt, vt hæreditatem, quæ reſtituitur, fructus non ſequantur, ſed apud hæredem remaneant.

129 Quartum autem argumentum, de verſic. quoties, leg.noſtræ, retorquetur, quia fructus, qui percipiuntur, poſt aditam hæreditatem, ſiue ex ſemine ſato ab hærede, ſiue à teſtatore, generaliter, & indiſtinctè, vt hic dicitur ipſis rebus, non hæreditati, quæ deſinit, poſt aditionem, eſſe hæreditas, accepto feruntur, nec

130 nos generalem rationem, l.noſtræ, reſtringere debemus, vbi l.non diſtinguit, §.conſideremus, in Authent.de trient.& ſemiſſ. cum vulgaribus.

Quinta quoque ratio nullius eſt roboris, cũ falſa ſit minor illius propoſitio. Fructus enim de quibus loquimur, connexi amplius non ſunt, cum ſupponamus ſeparatos eſſe à ſolo, ex quo nati ſunt, locum ergo habere poſſet dicta ratio, in fructibus tempore purificatæ conditionis, & petiti fideicommiſſi, adhuc pendentibus, & cohærentibus, ſecus autem in collectis, & ſeparatis, conditione pendente.

Sexta tandem, & vltima ratio, omnium leuiſſima eſt, & ſuo auctore indigna. tantũ enim abeſt, vt minor ſit ratio, quę ſuadeat fructus in horreis hæreditarijs repertos, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionẽ venire, quàm fructus, poſt aditam hæreditatem ab hærede ex ſemine teſtatoris collectos, vt immo, quemadmodum idem Laurent. dicebat ſ num.18. in fine, dubium non ſint, quin veniant in reſtitutionem fructus in horreis recõnditi, cum manifeſtæ ſint res hæreditariæ, repertæ in bonis teſtatoris, tempore mortis illius, quæ ratio omnino ceſſat in fructibus perceptis, poſt aditam hæreditatem, qui rebus non hæreditati accepto

pto

Digitized by Google

131 pto feruntur, vt dicitur in l. noſtra, cuius generalitas non debet temere reſtringi ad illos tantummodo fructus, qui percipiuntur ab hærede, ex ſemine, & cultura ſua, ſed generaliter intelligi in ſeminatis, etiam à teſtatore, quaſi iudicio ipſius percepti dicantur, d. l. mulier, quæ duobus §. ſi hæres.

132 Et ex his veriſſimam eſſe arbitror, Imolæ, & Ripę opinionē, nec puto admittendam eſſe diſtinctionem, quam tradit Pereg. in d. art. 49. nu. 16. in fin. ex Iac. de Aren. Baldo, Cumano, Imol. Alex. & Iaſ. ad l. ſi quis bonorū ff. de leg. 1. quæ eſt, vt grauatus reſtituere ſub conditione, non teneatur fructus à teſtatore ſatos reſtituere, iuxta ea, quæ ſ. probauimus, ex ſentētia Ripæ, ſi verò purè ſit grauatus reſtituere fructus recollectos ex ſemine, & cultura teſtatoris, in reſtitutionem veniant, quia, huic vltimo diſtinctionis membro, refragatur, ſi rectè perpendatur, tex. in d. l. mulier, quæ duob. in §. ſi hæres, ī eo. per quem tex. indiſtinctè cōcluderem cum Ripa hic præfatam autem diſtinctionem putarē veram eſſe, in terminis, in quibus loquuntur DD. allegatī per Peregr. in legatis, ſcilicet, & fideicōmiſſis particularibus, non autem in fideicommiſſis vniuerſalibus; quorum ius non tranſit in fideicōmmiſſarium, ante factam reſtitutionem ſaltem verbalem.

133 Sed veniendum eſt ad tertium articulum. An, & quando, ſcilicet fructus percepti ab hęrede grauato, poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam tamē verbalem reſtitutionem, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniant, in quo pariter diſtinguendum eſt, quouſque perueniamus ad aliquod membrum, quod difficultatem patiatur. Aut ergo teſtator expreſſit, vt fructus reſtituerentur, vel, ex probabilibus coniecturis, conſtat eum voluiſſe fructus reſtitui; Aut de illius voluntate, tacitè, vel expreſsè non conſtat. Primo caſu reſtituuntur; vt hic, & in l. Baliſta, vbi notatur, hoc eodem titulo noſtro, text. eſt etiā in l. cum ita §. Pegaſus, & in l. Lucius ſupra de legat. 2. Secundo autem caſu. Aut verſamur in caſibus, in quibus ante reſtitutionem verbalem tranſeunt actiones in fideicommiſſariū ipſo iure, de quibus text. eſt in l. penult. in §. cū autem, vbi gloſ. in verbo ipſo iure, C. eodem, vt puta, vbi hęres grauatus doloſè abeſt, vt nō reſtituat hæreditatē, item, ſi decedat ſinè hærede, ſi res fideicommiſſarias alienauerit, vel ſi grauatus ſit reſtituere pijs locis, aut pauperibus, vel alijs priuilegiatis, de quibus, & de alijs caſibus ſimilibus Ripa hic, & Honded. conſil. 26. num. 9. cum ſeqq. latè etiam Peregr. de fideicomm. art. 2. num. 56. cum pluribus ſeqq. pariter fructus in reſtitutionē veniunt, vt per eundem Ripam hic, num. 14. & per Peregr. in præallegato loco, & in artic. 49. in 3. tempore, num. 89. Aut verſamur in caſibus, in quibus non tranſeunt iura in fideicommiſſarium abſque reſtitutione, ſaltem verbali, quod regulare eſt, l. 1. in prin. l. cogi, & l. reſtituta, hoc eod. tit. noſtro, & tunc, Aut dubitamus de fructib. ſatis à teſtatore, pendentibus tempore mortis illius, & recollectis poſtquam ceſſit dies fideicommiſſi, aut in ſatis ab hærede, ſi in ſatis à teſtatore, concludendū eſt indiſtinctè reſtituendos eſſe, l. in lege Falcidia placuit, ff. ad l. Falc. tradunt Iac. de Arena, Bald. Alex. & alij communiter, ad l. ſi quis bonorum, ff. de leg. 1. nec non Peregr. in d. artic. 49. num. 83. hoc tamen membrum, apud me, dubitatione nō caret, ex his, quæ diximus in præcedentis diſputatione. Si verò in ſatis ab hærede, rurſus diſtinguendū eſt, quia, Aut hæres grauatus eſt in mora, aut nō, ſi eſt in mora tenetur reſtituere, vt hic, & alijs in iuribus adductis per Pereg. in ſępius repetito art. 49. num. 85. & ibidem num. 86. & ſeqq. declarat, quando hæres in mora eſſe dicatur, Si verò in mora non eſt, adhuc eſt diſtinguēdū, quia, Aut fideicōmiſſarius eſt pręſens, & negligens in petenda reſtitutione, & tunc fructus in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt, l. mulier quæ duob. §. ſi hæres, in princ. infra eod. Aut fuit abſens, & petere impeditus, & tunc controuerſi iuris eſt. An fructus in reſtitutionem veniant.

134 Altera enim ſententia eſt Affirmatiua, quam adſcribit Ripa hic, num. 10. Bart. qui tamen, re vera, ſub nu. 1. ibi, vt ſi iacente hæreditate, vt obſeruauit Emanuel Coſta, ad c. ſi pater, de teſtamen. lib. 6. par. 3. in verbo obliqua, nu. 54. opinionem hanc non tenet; quamquā enim dubitationem noſtram, in altero ſuæ diſtinctionis membro, gloſæ defectum ſupplendo, proponit, eam tamen indeciſam relinquit, declarando ſolummodo quid ſit ſentiendum circa alterum caput, quod pertinet ad fructus, ante aditam hęreditatem perceptos, quicquid ſit, opinionem hanc probauit Pau. Caſtr. ad d. l. mulier quæ duob. in §. ſi hæres, infra eod. & eandem ſequuntur Ripa hic, num. 10. & Hieron. Lauren. nu. 19. necnon Gratus, de iure reſpondendo, conſil. 132. quod incipit in cauſa, magiſtra, num. 7. lib. 2. & Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 256. nu. 26.

Et primū, pro hac opinione, adducitur tex. in d. l. mulier quæ duob. in §. ſi hæres, infra eo. vbi, tunc demum lucratur fructus, quos percepit,

pit poſt aditam hæreditatem, hæres grauatus,
cum vel illos percepit, pendente conditione,
iudicio teſtatoris, vel poſt aduentum conditio
nis, & diei, negligentia fideicommiſſarij non
petentis, ita vt omnes alij fructus, qui, poſt adi
tam hæreditatem, nec iudicio teſtatoris, nec
fideicommiſſarij nõ petentis negligentia per-
cipiuntur, in reſtitutionem veniant, ſed, vbi fi-
deicommiſſarius fuit abſens, & purificatæ con
ditionis ignarus, fructus, qui poſt aduentũ diei
ab hærede percipiuntur, nec iudicio teſtatoris
accipiuntur, qui voluit, purificata conditione,
hęreditatem reſtitui, nec fideicommiſſarij non
petentis negligentia, in quam abſens, & igno-
rans incidere nõ poteſt, vt patet. igitur fructus
poſt diei aduentum percepti, fideicommiſſa-
rio abſente, in fideicommiſſariam veniunt hæ
reditatis reſtitutionem.

135 Secundò loco, ad mentẽ Hieronymi Lau-
rentij, ſi fructus, quos hæres grauatus perce-
pit, poſt aduentum diei, abſente fideicommiſ-
ſario, ſuos faceret, & reſtituere eos non tenere
tur, ſequeretur abſentiam damnoſam eſſe ab-
ſenti, ſed hoc non eſt aliquo modo admitten-
dum, cum repugnet, l. abſentia, de reg. iu. ergo
nec illud. Vnde hoc ſequitur, & conſequenter
fructus eiuſmodi in reſtitutionem veniunt.

136 Tertio, ad mentem eiuſdem Ripæ, & Lau
rentij, fructus ab hærede grauato, poſt moram
percepti, ſine dubio, in reſtitutionem veniunt,
vt expreſsè habetur in text. noſtro. Sed hæres
grauatus, poſt aduentum conditionis, & diei,
fideicommiſſario etiam abſente, & non peten
te, dicitur ex ſolo temporis lapſu in mora con
ſtitutus, ergo fructus ab eo, poſtquam tempus
137 ſolutionis venit percepti, in reſtitutionem
veniunt. Probatur minor, quia, quicquid dici-
tur de minore, & de furioſo, dicendum eſt e-
tiam de abſente, qui illis æquiparatur, l. 2. §. vl
138 timo, ſupra de iur. codicil. Sed, fauore mino-
rum, etiam ex cauſa fideicommiſſi debitores,
ſine interpellatione, re ipſa, per diei aduentũ,
in mora conſtituuntur, l. in minorum, C. in qui
bus cauſis in integrũ reſtitutio neceſſaria non
eſt, igitur, fauore quoque abſẽtium, hæres, qui
tenetur reſtituere fideicommiſſariam hęredi-
tatem, re ipſa, & ex ſolo tempore, nulla etiam
interueniente interpellatione, in mora conſti
tuitur.

Harum tamen rationum, minime ratione
habita, in contrariam opinionem iuerunt com
muniter interpretes. Petrus, nimirum, Cynus,
Alberic. Fulgoſ. Salyc. Corneus, & alij ad l. iu-
bemus, C. eod. tit. noſtro, ſequuti ſunt etiam
hic Angel. num. 1. verſic. 6. fallit. Imola nu. 1.
verſic. ad quartum caſum, vbi de communi te-
ſtatur etiam Alex. nu. 7. hanc tenet etiam Pet.
de Anchar. ad c. Raynutius, de teſtamen. lib. 6
nu. 59. in fin. & hanc probauit nouiſſimè Ema
nuel Coſta, ad d. c. ſi pater, in 3. part. in verbo
obliqua, nu. 54. vbi alios adducit.

139 Et communis hæc, & verior opinio proba
tur primum per textum noſtrum, quatenus ne-
gat generaliter in reſtitutionẽ venire fructus,
niſi hęres grauatus fuerit in mora conſtitutus,
vel ſpecialiter iuſſus eos reſtituere, ſed fructus
quos percepit hæres, poſt aditam hæreditatẽ,
& poſt aduentum diei, abſente fideicommiſſa
rio, nec poſt moram percepiſſe eos dicitur, nec
iuſſum eſſe eum reſtituere ſupponimus, ergo
fructus eiuſmodi in reſtitutionem non veniũt.
nec dicatur hæredem, de quo loquimur, mo-
ram commiſiſſe, cum ſtatim, poſt aduentum
diei, qui interpellat pro homine, reſtituere de-
buerit, propterea quòd hoc falſum eſt, vt do-
cet Pet. Grego. Tholoſ. in ſyntagm. iur. vniuerſ.
par. 3. lib. 42. cap. 29. num. 10. dies enim hære-
dem grauatum ad reſtituendum fideicommiſ
ſum, non ita interpellat pro homine, vt eum
conſtituat in mora, ſine expreſſa fideicommiſ
ſarij interpellatione, cum poſſit probabiliter
credere, fideicommiſſarium non petere, quia
nolit hęreditatem ſibi reſtitui, quam, cum one
ra etiam includat, facilè poſſet recuſare.

Secundo loco, fructus, qui hæreditatis non
ſunt, ſed rebus ipſis accepto feruntur, in reſti-
tutionem non veniunt, eiuſmodi ſunt fructus
percepti eiſdem poſt aditam hæreditatem, &
poſt aduẽtum diei, ante factam reſtitutionem
verbalem, cum, in caſu noſtro, dominium in
fideicommiſſarium non ſit tranſlatum, ergo
in reſtitutionem non veniunt.

140 Accedat etiam tertio, quòd bonę fidei poſ
ſeſſor, fructus, quos ſuos facit, reſtituere non
tenetur, §. ſi quis à non domino, Inſt. de rerum
141 diuiſ. Sed hæres grauatus, etiam poſt aduen
tũ diei, ante factam verbalem reſtitutionem
fideicommiſſario, res hæreditarias bona fide
poſſidet, vt nulli dubium eſt, igitur eos ſuos fa
cit, nec reſtituere tenetur.

142 Non obſtant nunc contraria, & præſertim
primum argumentum, quia falſum eſt, abſen-
tem non committere aliquam leuiſſimam ſal
tem negligentiam, cum potuerit, tamquam
diligẽtiſſimus paterfamilias prçuidere caſum,
& relinquere procuratorem, qui interpella-
ret, ad hoc enim, vt, in propoſito, dicatur vaca-
re fideicommiſſarius negligentia, neceſſe eſt,
143 vt hæredem conſtituat in mora. Præterea
tex. in d. §. ſi hæres, loquitur de imputatione,

non

144 non de reſtitutione. ab imputatione autem,
ad reſtitutionem, non valet argumētum, cum
plura imputentur, quæ non reſtituuntur, fru-
ctus enim non reſtituuntur regulariter, vt in l.
noſtra, & tamen imputantur. quando igitur fi
deicommiſſarius non commiſit negligētiam;
quia tamē abſens fuit & nō petijt, vtique hæ-
res non lucratur fructus, ita vt illos præcipuos
habeat, & vltra quartam, quemadmodum lu-
craretur ob negligentiam non petentis, ſed te
netur imputare, non autem reſtituere, & ideir
co, ſi fructus quartam excederēt, nec, quos ſu-
pra quartam percepiſſet, reſtituere teneretur,
& hæc, ni fallor, eſt vera declaratio ad illum
textum.

145 Nec facit negocium ſecundum argumen
tum, tum quia poſſumus negare, in propoſito,
abſentiam nocere, cum ius aliquod quæſitum
non tollat, ſed ſolummodo non prodeſt, id
quod haberi in conſideratione non debet, cū
potuerit fideicommiſſarius, etiam præſens nō
petere, quapropter, ſi reſtituerētur illi fructus,
talis abſentia ei prodeſſet, & noceret hæredi,
quod pariter eſſet abſurdum, & contra d. l. ab-
ſentia, tum quòd d. l. loquitur ſpecialiter de ab
146 ſentia cauſa Reipublicæ duntaxat, ita vt fa-
cilè poſſit per argumentū à iure ſingulari, iux-
ta text. in l. ius ſingulare, ſupra de ll. in contra-
rium reflecti, & retorqueri.

147 Nec obſtat tertium, & vltimum argumen-
tum, quia falſum eſt abſentes eſſe minoribus,
& pupillis, & furioſis æquiparatos, quandoqui
dem furioſi, & minores ſunt loco abſentium;
vt dicitur in d. §. fin. l. 2. ſupra de iur. codic. id
eſt, furioſi gaudent priuilegijs eorum, qui ab-
ſunt, non autem è contra, quapropter, cum fa-
uore minorum ſtatutum ſit, vt hęres per fidei
commiſſum grauatus, re ipſa, & ex ſolo tempo
re conſtituatur in mora, priuilegium hoc non
eſt ad abſentes trahēdum, hoc igitur quoque
tertium argumentum poſſet per locum à iure
ſingulari retorqueri in contrarium.

Ex his ergo, vel indiſtinctè concludendum
eſt cū communi opinione, quicquid dixerint
Caſtren. & Ripa, vel ſpecialiter concedenda
eſt reſtitutio fructuum ei duntaxat, qui abfuit
de cauſa Reipublicæ, cum eiuſmodi abſentia
nemini damnoſa eſſe debeat, nec quoad ius
quæſitum, nec quoad ius quærendum, iuxta
tradita per DD. ad §. rurſus, Inſt. de act.

148 Subſequitur modo quartus articulus, An
fructus percepti poſt factam verbalem reſtitu
tionem, in fideicommiſſariam reſtitutionem
veniant.

149 Et prima facie videtur reſpondendum ne-
gatiuè, Primum, quia, tunc demum fructus eſ-
ſent fideicommiſſario, hoc in caſu, reſtituendi,
quando per verbalem reſtitutionem eſſet in
eum dominium rerum fideicommiſſo ſubie-
ctarum tranſlatum, ſed nec per verbalem re-
ſtitutionem poteſt dominium in fideicommiſ-
ſarium transferri, l. traditionibus, C. de pactis,
igitur nihil proponitur, cur, potius debeant re
ſtitui fructus, poſt factam verbalem reſtitutio
nem, quàm antequam fideicommiſſaria hæ-
reditas verbo ſit reſtituta.

150 Secundo, quia fructus, ab hærede grauato
percepti, negligentia fideicommiſſarij non
petentis, in reſtitutionem non veniunt, l. mu-
lier quæ duobus, §. ſi hæres, infra eodem. Sed
fructus percepti, etiam poſt reſtitutionem ver
balem, dicuntur negligentia non petentis fi-
deicommiſſarij percepti, qui, poſt factam ver-
balem reſtitutionem, non curauit ſibi reſtitu-
tionem realem fieri, ergo nec fructus, poſt ver
balem reſtitutionem percepti, reſtituendi ſunt
fideicommiſſario.

Quibus non obſtantibus in contrariam opi
nionem iuerunt communiter DD. & præſer-
tim Ripa hic, num. 13. & Hieronym. Laurent.
num. 28.

151 Primum, quia, tunc demum fructus per-
cepti poſt aduentum diei, vel conditionis, an-
te factam verbalem reſtitutionem, hæredi gra
uato acquirerentur, & in reſtitutionē non ve-
nirent, quādo verbali reſtitutione, quæ etiam
per epiſtolam, & per nuncium fieri poteſt, l. re
ſtituta, infr. eodem, ſtatim res omnes non fie-
rent in bonis eius, cui hæreditas eſt reſtituta,
& ſi nondum earum nactus ſit poſſeſſionem,
ſed ſtatim ſequuta verbali reſtitutione, res fi-
deicommiſſariæ eius fiunt, cui reſtituta eſt hæ
reditas, l. facta infra eodem in princ. ergo fru-
ctus ex ea non lucratur hæres, ſed fideicom-
miſſarius acquirit.

152 Secundo, malæ fidei poſſeſſor fructus ſuos
non facit, ſed illos reſtituere tenetur, l. ſi na-
153 uis, & l. in fundo ff. de rei vendicat. At hæ-
res grauatus, poſt factam verbalem reſtitutio-
nem, eſt malæ fidei poſſeſſor, cum ſciat, res fi-
deicommiſſo ſubiectas, alienas eſſe, l. bonæ fi-
dei ff. de verb. ſign. ergo tenetur fructus reſti-
tuere.

Non obſtat primum contrarium, quia fal-
ſum eſt, per reſtitutionem verbalem non eſſe
tranſlatum dominium vniuerſale, & ciuile, vt
mox dicebamus per tex. in l. facta infr. eodem
in princip.

Nec obſtat ſecundum, quia, ex negligentia
fideicommiſſarij non petentis, facit hæres gra
uatus

uatus fructus ſuos, donec eſt poſſeſſor bonæ fidei,& ſic anteaquam verbalem faciat reſtitutionem, ſecus autem poſtea, cum per verbalem reſtitutionem efficiatur malæ fidei poſſeſſor.

154 Quod attinet ad quintum articulum, An, ſcilicet,& quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſariam fructus ciuiles, ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut verſamur in fructibus ciuilibus debitis, ex contractu hæredis, aut in debitis ex contractu defuncti. Primo caſu, ſecundum communes traditiones, fructus ciuiles, vel actiones ad illos, in fideicommiſſariam reſtitutionem non veniunt, l. poſtulante §. vlt. in fin. ff. ad S. C. Trebell. & l. deducta §. pen. eod. tit. licet ex ſententia Guidi Panciroli, in ſuo theſaur. variarum lect. lib. 2. cap. 106. non videatur cōſtituenda differentia inter fructus debitos ex contractu defuncti,& debitos ex contractu hæredis, ſed ſolummodo inter exactos,& non exactos, negari tamen non poteſt, quin in d. l. deducta, in §. qui poſt, non fiat vis in eo, quòd ſtipulatio fuerit hæreditaria, inquit text. nam hæreditaria ſtipulatio fuit, quicquid ſit. Secundo caſu, Aut fructus ſunt exacti, Aut exacti non ſunt, Si exacti, Aut venerat dies, ante aditam hæreditatem, Aut poſtea, Si antea, reſtituuntur, quia ſunt hæreditarij, argumento l. ita tamen, in §. 1. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. tradit Caſtrenſ. ad d. l. poſtulante, in §. vltimo, num. 2. Si verò poſt aditam hæreditatem, ante factam reſtitutionem; Aut hæres eſt in mora, & reſtituuntur, argumento l. mulier, §. ſi hæres, & l. poſtulante, §. 1. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. Aut non eſt in mora, & in reſtitutionem non veniunt, l. deducta, §. qui poſt, ff. ad Sen. Conſul. Trebell. tradit Caſtren. ad d. §. vlt. Si verò exacti non ſunt, quia actiones, quæſitæ ex contractu defuncti, ſunt hæreditariæ, propterea indiſtinctè in reſtitutionem veniunt, d. l. poſtulante, §. vltimo. Huius diſtinctionis materiam tractat fuſius Peregr. de fideicommiſſ. artic. 49. num. 100.

155 Quod attinet autem ad ſextum, & vltimū, concludendum vna cum Rip. hic, num. 24. in caſibus, in quibus hæres grauatus tenetur fructus reſtituere, non debere, niſi fructus trium quartarum, & ſic dodrantis reſtituere, cum apud eum debeat remanere quarta, & quartæ fructus, l. mulier quæ duob. §. ſi hæres, verſ. alia cauſa, infra eodem, l. quod de bonis, §. fructus, ff. ad l. Falcid.

156 Nunc autem, abſolutis ijs omnibus, quæ pertinebant ad primam concluſionem, colligo ſecundo loco limitationem, vt concluſio, ſcilicet, non vendicet ſibi locum in fructibus perceptis poſt moram factam ab hærede gra-
157 uato, in fideicommiſſaria hæreditate reſtituenda, per moram autem intelligimus extraiudicialem etiam moram, vna cum Bald. ad l. 2. in §. de illo, hoc eodem titulo noſtro, in prima oppoſitione, cum extraiudicialis etiam interpellatio ſufficiat ad conſtituendum debitorem in mora, vt per glo. communiter receptā, ad l. qui Romæ, in §. cohæredes, infra de verb. ſignific. & per Alexan. Soc. Iaſ. & Aret. ibi, qui Aretinus idem in ſpecie reſpondit conſil. 156. quam ſententiam probare etiam videtur Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 86. vbi plenè de hac mora, & hanc ſententiam probauit, damnādo opinionem pragmaticorum, qui intelligunt hanc limitationem de mora iudiciali, Anton. Faber de errorib. pragmaticor. Decad. 11. error. 3. & huic opinioni ego quoque ſubſcribo.

158 Tertio colligo ex hoc tex. alteram, ad eandem primam concluſionem, limitationem, vt locum ſibi non vendicet, vbi teſtator ſpecialiter rogauit hæredem grauatum, vt hæreditatem cum fructibus reſtitueret, id quod puto verum eſſe, ſiue tacitè, ſiue expreſsè hoc fecerit, iuxta l. Baliſta, vbi notatur hoc eod. tit. noſtro, & iuxta l. cum ita, §. Pegaſus, & l. Lucius, ff. de leg. 2. tradit Peregr. in d. art. 49. num. 24. & 25.

159 Quarto autem loco, colligo ex hoc tex. in verſ. planè, alteram principem concluſionem, fructus, nimirum ab hærede grauato, die pendente, vel conditione, perceptos, in Trebellianicam imputari, quæ concluſio regulariter veriſſima eſt, & probatur etiam in l. mulier quæ duobus in §. ſi hæres, & in §. cum proponeretur, & in l. poſtulante, §. ſed & in huiuſmodi, infra eodē, nec non in l. quod de bonis, in §. fructus, ſupra ad l. Falcidiam, cuius concluſionis ratio reddita eſt à nobis ſupra in figuratione caſus d. ver-
160 ſiculi planè. Verum, quia varias patitur hæc quoque concluſio difficultates, & varias recipit declarationes, propterea, pro exacta illius explicatione, & eorum, quæ illius occaſione vtiliter, & non importunè tractantur hic ab Interpretibus ſex propono diſcutiendos articulos.

Primus erit, An in caſibus, in quibus fructus in Trebellianicam imputantur, liberum ſit hæredi grauato, fructus etiam reſtituere, & quartam de alijs rebus deducere, vel cogatur præcisè fructus imputare.

Secundus, An & quando fructus teneantur

ſibi

ſibi in Trebellianicā imputare ij, qui non ſunt liberi primi gradus.

Tertius, An, & quando liberi primi gradus, teneantur fructus in Trebellianicam imputare.

Quartus, An teneantur in Trebellianicam imputare fructus, parentes primi gradus.

Quintus, An fructus imputentur in legitimam.

Sextus, An fructus imputentur in Falcidiā.

161 Circa primum, cuius termini declaratione non indigent, variæ, & multæ ſunt interpretum opiniones, ita vt cum Poeta dicere poſſimus.

Velle ſuum cuiq; eſt nec voto viuitur vno.

& quattuor potiſſimum ſunt ſententiæ, prima eſt antiquorum, ſententium fructus medio tēpore perceptos, in quartam imputari, ſi eos hęres grauatus imputare velit, quaſi ſit ſenſus, vt fructus huiuſmodi præcipuos habere non debeat, licet non reſtituat, ſed in quartam imputare, ſi retinere eos velit, non tamen excluden dum eſſe à petitione quartæ deducendæ de rebus hæreditarijs, ſi eos reſtituere malit, & hęc fuit opinio Iacobi de Arena, Oldradi, & Rainerij de Forliuio, ad l. mulier, quæ duobus, in §. ſi hæres, infra eodem, quos refert Ripa hic, num. 25. & Hieronym. Laurent. num. 48. & pro hac opinione vnum, vel alterum vrget argumentum.

162 Primum autem fundamentum illius eſt, in l. ita tamen, §. ex aſſe, infra hoc eodem titulo noſtro, vbi à teſtatore, qui in bonis habebat puta 400. aureos, fuerat quædam mulier ex aſſe inſtituta, & illius fidei commiſſum, vt partem dimidiam hæreditatis ſtatim mihi reſtitueret, alteram autem partem pariter reſtitueret mihi cum moreretur. Præterea legatis particularibus grauata fuerat in quinquaginta aureis, mortuo teſtatore, & adita hæreditate, vt ſuam liberaret fidem, & teſtatoris voluntatem impleret, mihi dimidiam hęreditatis reſtituit, & quinquaginta, legatorum nomine relicta, legatarijs præſtitit, tam à dictis legatarijs, quàm à me, quia vires hæreditatis ignorabat, cautionem exigendo, de reſtituendo ſibi, ſi quid præſtitiſſet, vltra quam nobis liceret per legē Falcidiam habere, deceſſit tandem memorata mulier, ego autem, ab hæredibus, ſuis alteram dimidiam partem hæreditatis, vna cum fructibus, petebam. Quęſitū fuit de pluribus, ſed, omittendo quæ ad rem non faciunt, inter alia, quæſitum fuit quo pacto deberet mihi fieri reſtitutio, ſumma concluſionis eſt hæc. hæredem, retenta quarta, hoc eſt centum aureis, ex rebus hęreditarijs, debere reſtituere, quod vltra quartam apud hæredem reperitur, ita tamen, vt fructibus ſuppleat damnum, quod ſenſit fideicommiſſum vniuerſale per integram legatorum præſtationem, vltra vires hæreditatis, ſi ad huiuſmodi quantitatem aſcendant, apparet ergo dari caſum, vbi hæres reſtituendo fructus, Quartam de hæreditate ipſa retinet, quare poſſumus per d. tex. ita argumentari. ſi præcisè cogeretur hæres fructus in quartam imputare, non poſſet dari caſus, vbi hæres, fructus reſtituendo, hæreditatis Quartam retineret. Sed datur iſte caſus, vt conſtet ex relata facti ſpecie, in d. §. hæres ex aſſe, ergo non cogitur hæres præcisè fructus in Quartā imputare, ſed ſi velit.

163 Secundo, id non poteſt præcisè in trebellianicam (quæ, & ipſa hæreditatis quarta appellatur, l. 1. C. eodem) imputari, quod, adita demum hæreditate, quo tempore trebellianica hæredi debetur, §. ſed quia, Inſtit. de fideic. hæredit. in rerum natura non reperitur. Sed fructus, ſtatim adita hæreditate, non dantur, & non reperiūtur, loquimur enim de illis, qui, poſt aditam hæreditatem, pendente conditione, percipiuntur, eiuſmodi, ergo fructus non poſſunt præcisè, & indiſtinctè, in trebellianicam imputari.

Secunda autem opinio, fuit Bart. ad l. ita tamen in §. ex aſſe, infra eodem, qui opinatur, audiendum eſſe, vel non audiendum hæredē, volentē reſtituere fructus, & deducere quartam de alijs rebus, hæreditarijs, iudicis arbitrio.

164 Primum, per tex. in l. poteſt autem, ſupra de legat. 1. poteſt autem hæres, inquit tex. loquēdo de legatario partiario, vel in paucioribus, vel in vna re, relictam partem legatario dare, in quam, vel legatarius conſenſerit, vel iudex ęſtimauerit, nec neceſſè habet legatarius, in omnibus rebus vendicare portionem, ex quo verborum contextu, eiuſmodi poteſt, pro hac opinione, ſumi, à proportione, argumentum, iuxta l. ſufficit de condit. indeb. & l. ſi filius fam. vbi gloſ. & Bald. ff. ſi cert. pet. eodem modo ſe habet legatarius partiarius, reſpectu quotæ hæreditatis, ſibi ex legato debitę, ad totam hęreditatem, quo ſe habet hæres, vniuerſali fideicommiſſo grauatus, reſpectu Quartæ ſibi debitæ, ex S.C. Trebell. ad totam hæreditatem reſtituendam. ſed legatarius partiarius, pro ſua quota non cogitur quicquam præcisè accipere, ſed iudicis arbitrio illam cōſequitur, ergo hæres quoque grauatus, non debet cogi, pro quarta ſibi debita, fructus

præ-

præciſè retinere,& imputare;ſed iudicis arbi-
trio debet illam, vel in fructibus, vel in re alia
habere.

165 Secundo,facit pro Bart.opinione,ex ſen-
tentia Hieronymi Laurent. hic num.49. eiuſ-
modi ratio, quod in iure eſt omiſſum, iudicã-
tis religioni remittitur, l.quæſitum ſup.de te-
ſtibus, tradit Abbas ad c.vlt. de tranſact. ſed
An præciſè, vel, ex hæredis grauati volunta-
te,fructus, in controuerſia poſiti, in trebellia-
nicam imputentur,omiſſum eſt à lege, & iure
cautum non reperitur, debet ergo hæc quæ-
ſtio arbitrio iudicis dirimi.

Tertia eſt opinio Paul.Caſtren.ad eandem
l.ita tamen in d.§.hæres ex aſſe, infra eodem,
diſtinguentis,ſcilicet inter fructus cõſumptos,
& extantes,& ſtatuentis conſumptos præciſè
eſſe imputandos,extantes autem, ex volunta
te ipſius hæredis,& ita ipſe, diſtinguendo, cõ-
trarias conciliat opiniones, & illius ſentẽtiam
tamquam æquiorem amplectitur Ripa hic,
num.25.

166 Probatur autem Caſtrenſis diſtinctio,quo
ad fructus extantes,per tex.in d.§.hæres ex aſ
ſe,inducendo,vt ſupra,& declarando illius de
ciſionem in fructibus duntaxat extantibus lo
cum habere, quoad fructus autem conſum-
ptos, poteſt probari hac ratione. quia res ab
hærede alienatę,tamquam electæ pro quarta,
regulariter in quartam, eodem etiam hærede
grauato nolente,& inuito, imputantur,l.Mar
cellus,§.res quæ ab hærede,ſupra eodem.ſed
167 fructus conſumpti res ſunt iam alienatæ, &
pro quarta electæ, igitur debent præciſè, &
hærede etiam inuito,in quartam imputari.

Quarta,& vltima opinio eſt Imolæ,& Ale-
xand.hic,num.2.ſentientium indiſtinctè, &
præciſè fructus perceptos,conditione penden
te,eſſe ab hærede,etiam inuito,in quartam im
putandos, & huic opinioni ſubſcribit Hieron.
Laurent.hic,num.51. duodecim pro hac ſen-
tentia adducens argumenta, ego tamen ſtu-
dendo breuitati eligam potiora.

168 Primum igitur argumentum petitur à l.
noſtra,à d.l.mulier quæ duobus, §.ſi hæres, &
à l.deducta,§.ante diem,infra hoc eodem titu
lo noſtro,quibus in locis, ſimpliciter, genera-
liter,& indiſtinctè concluditur,fructus in Tre
bellianicam eſſe imputandos. Quamobrem
poſſumus ex illis ſic ratiocinari, quod ſimpli-
citer, & indiſtinctè iura fieri ſtatuunt, debent
præciſè,& indiſtinctè fieri,cum non ſit à nobis
diſtinguendum, vbi lex non diſtinguit, l.de
precio, ſupra de public.in rem actione, tradit
Iaſ.ad l.quamuis,ſupra de in ius vocando.Sed
iura ſupra prolata,generaliter,& indiſtinctè ſta
tuunt fructus, pendente conditione ab hære-
de grauato perceptos,in quartam ex Sen.Con
ſul.Trebelliano eſſe imputãdos, igitur fructus
indiſtinctè, & præciſè in quartam ſunt impu-
169 tandi. Corroboratur etiam argumentum,
quia verba legis cum effectu neceſſario ſunt
intelligenda,l.3.§.1.ff.de in rem verſo.

170 Secundo, qui releuatur in vno debet in
altero grauari,l.cum qui,ff.de iureiuran.cum
vulgaribus. Sed hæres grauatus hæreditatem
reſtituere,in diem,vel ſub conditione,releua-
tur in vno, vt,ſcilicet,fructus, quos pendente
die,vel conditione percipit,reſtituere non te-
neatur, vt dicitur in princ.l.noſtræ,ergo in al-
tero debet grauari, vt,ſcilicet,eoſdem fructus
in quartam imputare de neceſſitate teneatur.
Corroboratur hic intellectus ad hanc legem
noſtram,& ad alias,quæ loquuntur de imputa
171 tione fructuum in quartam,quia,ſecundum
eum, decidunt caſum magis dubitabilem, iux
ta l.Labeo,ff. de Carbon edict.

172 Tertio,creditoribus,regulariter ſatisfit a-
lienatione fructuum,potius,quàm corporum
hæreditariorum ipſis etiam creditoribus relu-
ctantibus,l.magis puto,§.non paſſim,ff.de re-
bus eorum, l.lex quæ, C.de adminiſtr.tutelæ;
173 Sed hæres grauatus,quartæ ex Sen.Conſult.
Trebell. quaſi quidam creditor eſſe exiſtima-
tur,igitur etiam nolens,& inuitus,pro ſatisfa-
ctione ſuæ quartæ,cuius eſt creditor,debet fru-
ctus accipere,& imputare.

Quarto,& vltimo probat optimè hanc opi-
nionem text.in l.quod de bonis, in §.fructus,
ſupra ad legem Falcidiam,fructus prædiorum
inquit tex.ſub conditione verbis fideicommiſ
ſi relictos, in cauſam fideicommiſſi non dedu-
ctos, hæres in ratione Falcidiæ ſic accepto fa-
cere ſibi cogitur, vt quartã, & quartæ fructus,
ex die mortis,bonorum,quæ tempore mortis
fuerunt habeat,hic text. præterquamquòd a-
pertè videtur probare hanc ſententiam, ſi lo-
quatur de vtili Falcidia, quæ deducitur ex fi-
deicommiſſis,vbi etiam accipiatur de Falcidia
directa, hoc eſt de quarta,quæ deducitur de
174 legatis, ſic poteſt induci. quod de neceſſita-
te in Falcidiam imputatur,neceſſariò debet e-
tiam in Trebellianicam imputari,cum de Fal-
cidia ad Trebellianicam valeat argumentum,
l.Marcellus,verſic.quod autem,ſupra eodem,
tradit Euerard.in ſuis centum locis argumen-
torum,in loco à Falcidia ad Trebellianicam,
175 ſed fructus,qui capiuntur ab hærede ex præ
dijs legatis, conditione pendente, in Falcidiã
præciſè imputantur,& de neceſſitate, cum hæ-

res

res cogatur ſibi illos accepto facere, in ratione,lege Falcidiæ,vt eleganter ait Papinianus in d.§.fructus, igitur præciſè, & de neceſſitate fructus huiuſmodi in Trebellianicam imputā
176 tur. verbum enim,cogitur, neceſſitatem ſignificat.

177 Accedat etiam quinto, quod imputatio, omnem facit ceſſare Quartæ detractionem,
178 cui detractioni eſt locus, in ſupplementum eius,quod quoquo modo imputatur,vt habetur in l.filium quem habentē, C.famil.erciſc. ſed fructus imputantur,vt hic, & in alijs iuribus,cum l.noſtra conſentientibus ſupra prolatis, ergo faciunt ceſſare detractionē Quartæ de alijs rebus hæreditarijs.

179 Nec faciunt negotium ea, quæ fuerunt pro diuerſis opinionibus ſupra allata, & præſertim tex.in l.ita tamen,in §.hæres ex aſſe,infra eodem, qui adducebatur pro prima antiquorum opinione, quia, vt rectè conſiderat Alex.hic nu.2. verſ.in gloſ.1.in d.§.eſt ſpecialis caſus, in quo legatoiū grauamē vires hæreditatis excedit, vt conſtat ex eodem text. quo in caſu,fructus, qui percipiuntur ex parte hæreditatis, poſt mortem reſtituendæ, ante aduentum diei, cenſentur iudicio teſtatoris, ad grauatum pertinere,vt ſuppleant,quod deeſt parti hæreditatis reſtituendæ, ob præſtitum integrum legatum. Quamobrem videtur d. tex.poſſe,per locum à iure ſingulari,in contrarium retorqueri. Præterea,in terminis quæſtionis noſtræ,non tenet conſequentia, datur caſus, in quo fructus reſtituuntur, non imputantur, ergo præciſè non imputantur, quia ſenſus propoſitæ queſtionis eſt. An in caſibus, in quibus imputantur, neceſſariò imputentur, & præciſè, quia non poſſit hæres, ſi velit eos reſtituere, & Quartam de alijs rebus hæreditarijs deducere, non autem, An præciſè imputentur,quia non detur caſus,vbi non imputentur, in d.enim §.ex aſſe fructus non imputātur,ſed reſtituuntur, quia ita iure expreſsè cautum eſt, rationibus de quibus ſupra, vel ſimilibus, nō,quia hæres maluerit fructus reſtituere, & Trebellianicam de rebus hæreditarijs deducere,ita vt d.tex. in quo conſiſtit fundamentum opinionis antiquorum, non meruerit in propoſito allegari. Accedat etiā, quòd fortè ibi non cogitur hæres præciſè imputare,quia fideicommiſſarius deſiderauit ſibi alteram partem hæreditatis,cum fructibus, reſtitui, quod dum fecit, abſtulit ab hærede grauato imputandi neceſſitatem, & fortè, in pœnam illius plus petentis,factum fuit,vt hæres grauatus,nec imputare, nec reſtituere teneretur.

Nec facit negocium ſecundum,quia haberet vires,vt conſiderat Hieronymus Lauren. hic,ſi,ſtatim ſequuta aditione,hæres reſtitueret,ſed nos ſupponimus hæredem grauatum eſſe ſub conditione,vel in diem, quo caſu non dicitur debita quarta ex Senat. Conſult. Trebellian. ante aduentum diei, vel conditionis. Quo tempore,cum fructus percepti ſint, probabiliter dubitatur, an ſint imputandi de neceſſitate in quartam, & concluditur affirmatiuè per rationes,& iura allegata ſupra pro poſteriore ſententia.

180 Nec obſtant argumenta pro ſecunda opinione, quæ fuit Bart. & præſertim de d.l. poteſt,ſupra de legat.1.quia,quod dicitur ibi de arbitrio Iudicis,habet locum in detractione Falcidiæ,non in imputatione,ne,ſcilicet,ſi detrahatur Falcidia de ſingulis rebus hæreditarijs,laceretur,comminuatur,& reddatur inutile vniuerſum patrimonium,& propterea, diſſentientibus partibus, recurritur ad arbitrium Iudicis,quemadmodum fit,vbi pars hæreditatis alicui relicta eſt,vt in dict.l.poteſt,aliud autem eſt in imputatione, pro qua non oportet confugere ad Iudicem, quia,aut cautum eſt, vt aliquid imputetur, quemadmodū de fructibus in materia noſtra, & præciſè imputatur,aut iure cautum non eſt, & tunc illud ab imputatione eſt immune.

Nec facit negocium ſecundum, pro eiuſdem Bartoli opinione, argumentum, falſa enim eſt illius minor,quia non modo pluribus iuribus cautum eſt, fructus medio tempore perceptos in quartam eſſe imputandos, id quod cum neceſſario iuris effectu eſt intelligendum, ſed eſt etiam expreſſum neceſſariò debere hæredem grauatum ſibi huiuſmodi fructus in quartam imputare,cum,in Falcidiæ ratione, eoſdem fructus cogatur ſibi accepto facere,vt in d.§.fructus.

181 Nec obſtat ratio, qua probabatur tertia Caſtrenſis opinio,inter conſumptos fructus, & extantes diſtinguentis,quia d.l.Marcellus, in §.res quæ, qua probabatur alterum membrum diſtinctionis, quod ad fructus conſumptos pertinet,confirmat,in dictis fructibus cōſumptis,Imolæ,& Alexand.opinionem,quam ſequimur,& tuemur,& dict.§.hæres ex aſſe, quo probabamus alterum diſtinctionis membrum, ad fructus extantes pertinens, quodque poſteriori ſententiæ aduerſabatur,non vrget, quia ſpecialiter procedit in caſu, de quo ibi,vt ſupra docuimus. Conſtat ergo ex his veram eſſe indiſtinctè cōcluſionem ſupra firma-

tam, præciſè nimirum fructus eſſe in Trebellianicam imputandos.

182 Quod attinet autem ad ſecundum articulum, omiſſa diſputatione, quatenus quæritur, An, & quando fructus teneantur ſibi in Trebellianicam imputare ij, qui non ſunt de liberis primi gradus, ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut ſunt fructus percepti negligentia fideicommiſſarij non petentis. Aut judicio teſtatoris, primo caſu non imputantur, l. mulier quæ duobus, §. ſi hæres, infra eodem. Secundo autem caſu, rurſus diſtinguẽdum eſt, quia, Aut verſamur in caſibus, in quibus expreſſum eſt à iure, vt non imputentur, Aut verſamur in dubio, Si verſamur in caſibus à iure expreſſis, non imputantur, vt in d. l. ita tamen, in §. hæres ex aſſe, infra eodem. Specialia enim generalibus derogant, l. vltima, §. vltimo, ff. de auro, & argento legato, vulgata l. in toto, ff. de regulis iur. l. ſanctio legum, ff. de pœnis, Si verò verſamur in dubio, imputantur d. l. mulier, quæ duobus, §. ſi hæres. Nec mirum eſt potius imputari eos fructus, qui capiuntur iudicio teſtatoris, quàm eos, qui capiuntur negligentia non petentis, quia iſti capiuntur incidenter, illi verò neceſſariò ab hęrede capiuntur, tanquam ab hærede, cum non ab alio capiantur, & iudicio teſtatoris capiantur, id quod videtur etiam ſentire Ant. Faber de error. pragmat. decad. 11. errore 4.

183 Subſequitur modo tertius articulus, An, & quando liberi primi gradus, teneantur fructus in Trebellianicam imputare. cuius articuli diſputationem, quia difficilis eſt, diuidam, facilioris intelligentiæ gratia, in octo inſpectiones.

184 Prima erit, An liberi primi gradus, teneantur fructus in Trebellianicam imputare, quando ſunt reſtituturi hæreditatem, non fratribus, vel fratrum filijs, ſed extraneis.

Secunda, Numquid teneantur imputare, quando detrahunt duas quartas.

Tertia, An teneantur imputare fructus à parente ſeminatos.

Quarta, An teneantur imputare fructus in Trebellianicam liberi primi gradus, qui nati non ſunt legitimi, ſed legitimati.

Quinta, An pater, qui non poteſt iubere filium, vt fructus in Trebellianicam imputet, poſſit iubere, vt eos reſtituat.

Sexta, An liberi primi gradus, teneãtur fructus in creditum imputare.

Septima, Si quid hæreditarium pereat. An filij teneantur fructibus damnum, & hęreditatis diminutionem compenſare.

Octaua generalis, An, & quando liberi primi gradus teneantur fructus in Trebellianicam imputare.

185 Redeundo ad primam, ſunt contrariæ Doctorum ſententiæ, prima eſt affirmatiua, exiſtimantium, liberos primi gradus teneri fructus in Trebellianicam imputare, vbi non ſint reſtituturi hæreditatem fratribus, vel fratrum filijs, ſed extraneis. hanc opinionem tenuerunt Petrus, Rainer. de Forliuio, Cynus, Albericus, Corneus Caccialupus, & Franciſcus de Ramponibus, & alij ad l. iubemus, C. eodem titulo noſtro, hanc tenet Alexan. hic, & ſecuti ſunt quamplurimi reſpondentes de iure, quos congeſſit Antonius Gabriel in ſuis communibus concluſionibus, lib. 4. in tit. ad Senat. Conſult. Trebellian. concluſio. 12. nu. 5. & hanc quoque tenuit Herculanus noſter ad l. in quartam, ſupra ad l. Falcid. magis communem eſſe dixit Claudius Aquenſis hic.

186 Adducti autem ſunt, ad ita ſentiendum omnes vnico argumẽto, petito à d. l. iubemus, C. eodem, vbi inquit Imperator. illud etiam admonemus, ea quæ de Falcidiæ portione, nõ per reditus, ſed per ipſas res hæreditarias retinẽda, & de ſatiſdatione fideicommiſſorum, ſicuti ſupra dictum eſt, concedenda diximus, non vlterius, quàm in ijs perſonis, vel caſibus, quorum ſuperius mentio facta eſt, oportere produci, ſed de perſonis, & de caſu, de quibus, & de quo diſputamus, vbi, ſcilicet, liberi primi gradus ſint grauati reſtituere extraneo, mentio in aliqua parte, d. l. iubemus, facta non eſt, igitur diſpoſitio eiuſdem legis, ad hunc caſum non poteſt produci.

Quo tamen argumento, quanquam vrgentiſſimo, minimè obſtante, in contrariam viſi dentur iuiſſe opinionem, gloſ. & Bart. hic, quatenus indiſtinctè dixerunt, liberos primi gradus, ad reſtituendam hæreditatem, ſub conditione grauatos, ſibi in Quartam fructus medij temporis imputare minimè debere, idem tradiderunt gloſ. & Bart. ad l. quod de bonis, in §. quod Auus, ſupra ad l. Falcidiam, vbi eandem opinionem expreſsè tenuit Imola, & videntur ſequi Caſtrenſ. & Alex. videtur tenere eandem opinionem gloſ. ad d. l. iubemus, vbi eandem ſequitur Salyc. hanc tenet Picus ad l. in Quartã ſupra ad l. Falcidiã. & hanc expreſsè tenent Ripa hic num. 29. & Hieron. Laurent. num. 58. quam tenuerunt, etiam, de iure reſpondendo Bero. Parif. & Ruin. quos citat Antonius Gabriel. in d. concluſ. 12. num. 5. verſic. contrarium, hanc tenet etiam Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſ. 256. num. 34. & huic ſubſcri-

plit

pſit etiam nouiſſime Andr. Fachin. lib. 5. controuerſiarum iur. cap. 10.

187 Primum autem pro hac opinione, ita poſſumus argumentari, vbi viget eadem ratio finalis, ibi eadem debet fieri quoque iuris diſpoſitio, l. à Titio ff. de verb. oblig. l. illud. C. de coll. ſed eadem ratio finalis nempe fauor liberorum primi gradus, viget etiam vbi grauantur reſtituere extraneo, vel extraneis, igitur, eo quoque caſu, debet vigere, l. iubemus diſpoſitio, vt ſcilicet imputare in Quartam fructus non cogantur.

188 Secundo, ad mentem Hieronymi Laur. hic ſub num. 59. ita argumentor. illa lex, quæ decidit maiorem dubitationem, eodem modo, in eodem genere dubitationis minorem decidere intelligitur, ex doctrina Bar. ad l. nec in ea ff. ad l. Iul. de adult. facit l. non debet, de regul. iur. ſed l. iubemus decidit, liberos primi gradus non debere imputare fructus in Quartam, ſed debere illam habere de rebus hæreditarijs, vbi ſunt reſtituturi hæreditatem fratribus, vel eorum filijs, qui caſus magis dubitabilis eſt, ob fauorem liberorum, quibus reſtitutio fit, ergo eodem modo decidit caſum, vbi ſunt grauati reſtituere extraneis, qui caſus eſt
189 minus dubitalis, ob veriſimilem mentem teſtatoris, quem præſumere non debemus magis alienam ſobolem, quàm ſuam propriam diligere, hoc enim, & naturali pietati repugnat, & iuribus nempe, l. cum Auus ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. l. generaliter §. cum autem C. de Inſtitutionibus, & ſubſtit.

190 Non obſtat contrarium, de d. §. fin. quia vt conſiderant DD. hic, & præſertim Hieron. Laurent. ſub num. 60. verbum illud, perſonis, ad grauatas tãtum refertur, de quarum priuilegio agitur, non ad eas, quibus reſtitutio fit, cum de illis principaliter non dubitetur, ſed de liberis grauatis, priuilegio condonatis, & ideo principalis legiſlatoris intentio inſpicienda eſt, argumento, l. ſi quis nec cauſã ff. ſi cert. pet. verbum autem, caſibus, refertur ad §. in ſupradictis, vbi, in duobus caſibus, de non præſtanda fideicommiſſi cautione, diſponitur.

191 Quod attinet autem ad ſecundam inſpectionem, An, ſcilicet, liberi primi gradus teneantur fructus in Trebellianicam imputare, quando duas deducunt quartas, contrariæ ſunt Doctorum opiniones, quarum altera eſt affirmatiua, vt teneantur, ſcilicet, imputare, quam tenet Paul. Caſtrenſ. ad l. mulier, quæ duobus, §. cum proponeretur, infra eodem, & ad l. ſcimus, §. repletionem, C. de inofficioſo teſtamento, & in conſil. 188. lib. 2. tenet etiam Alexand. ad d. §. cum proponeretur, & Ioan. Crottus ad l. qui Romæ, in §. duo fratres, de verb. obligat. hanc tenet etiam Cæphal. conſ. 153. num. 70. lib. 2. & nouiſſimè Antonius Faber, de erroribus pragmaticorum Decad. 12. errore 5.

192 Et primum, pro hac opinione, ad mentem Hieronymi Laurentij, ſic poſſumus ratiocinari. lex quælibet debet intelligi, vt diſponat in caſibus, qui dari potuerunt tempore quo eadem lex fuit edita, & promulgata, cum de futuris non potuerint diuinare legiſlatores, §. 1. in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. & in Authent. vt factæ nouæ conſtitutiones, tex. eſt in l. leges, C. de legibus. Sed tempore, quo liberis primi gradus fuit indultum priuilegium d. l. iubemus, vt non cogerentur imputare reditus in quartam, vt alij regulariter, non poterat dari caſus, niſi detractionis vnius quartæ, cum longe poſtea, Iure Canonico, per cap. Rainutius, de teſtament. fuerit inductum, vt ſaltem, vbi ſub conditione grauarentur, duplicem quartam detrahere poſſent, vt per gloſſ. ibi, in verbo. legitimam ipſam, igitur diſpoſitio dictæ legis, debet habere locum dumtaxat in caſu, vbi vna tantummodo Quarta detrahitur.

Secundo, pro hac eadem Caſtrenſ. opinione, ponderatur text. in d. l. iubemus, hoc modo, videlicet. diſpoſitio legis, loquentis in caſu, vbi dodrans venit reſtituendus, neceſſe eſt vt habeat locum, vbi vna tantummodo Quarta apud hæredem eſt remanſura, cum dodrans totam amplectatur hæreditatem, excepta vna Quarta ex duodecim, nempe vncias nouem, §. hæreditas, Inſtitut. de hæred. inſtit. ſed d. l. iubemus, diſponit, liberos primi gradus, non debere fructus in Quartam imputare, vbi dodrans venit reſtituendus, vt dicitur expreſsè in d. l. iubemus, in principio, ibi. Sed de ipſis rebus hæreditarijs dodrans reſtituatur, ergo eius diſpoſitio habet locum tantummodo, vbi vna detrahitur Quarta, & conſequenter, vbi detrahuntur duæ Quartæ, fructus, ſecundum regulam l. noſtræ imputantur.

193 Tertio, illa debet admitti legis interpretatio, per quam priuilegia minus multiplicantur, gloſ. eſt in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. facit l. ſi quando, C. de inofficioſo teſtamento, ſed talis eſt interpretatio, per quam reſtringimus priuilegium d. l. iubemus, ad caſum, vbi vna dumtaxat venit Quarta detrahenda, igitur talis interpretatio eſt omnino admittenda.

Quarto, Quia rationi conſentaneum eſt, vt

vbicumque filius Trebellianicam detrahit, tamquam extraneus, non ſit melioris conditionis, quàm extraneus, & conſequenter, vt tamquam extraneus fructus in Trebellianicam imputet. Sed filius vbicumque duas deducit Quartas, legitimam deducit tamquam filius, Trebellianicam autem tamquam extraneus, vt apertè habetur in cap. Raynaldus, de teſtament. igitur debet eo caſu, tamquam extraneus fructus in Trebellianicam imputare.

Quinto, & vltimo, quia, qui releuatur in vno, debet grauari in altero, vulgata l. cum qui, ff. de iureiurando, in principio. Sed filius, in caſu noſtro, releuatur in hoc, vt duplicem habeat Quartam, igitur debet ſaltem in alio grauari, vt fructus in Quartam Trebellianicæ imputet.

Non defuerunt tamen, qui in contrariam iuerunt opinionem, ſentientes liberos primi gradus, nec vbi duas quartas habeant poſſe compelli fructus in Trebellianicam imputare, hanc probauerunt Barto. Alexan. & alij communiter ad l. quod de bonis, in §. quod Anus, ſupra ad legem Falcidiam, vbi Alexan. de magis communi teſtatur, hanc tenet etiam Paul. Leonius, teſtans de magis communi, ad l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. oblig. num. 302. vbi eandem opinionem, ante eum tenuit Socin. Iun. num. 84. verſic. ergo vero, vbi teſtatur pro ea ſe conſuluiſſe apud Veronam, pro qua reſpondit etiam de iure Ang. conſ. 124. quod incipit, Iolus Domini Dalmatij, hanc probant etiam hic, Ripa num. 30. & Hieronym. Laurent. num. 61. tenuerunt etiam Didac. Couar. ad cap. Raynutius, §. 11. num. 8. de teſtament. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 256. nu. 35. & nouiſſimè And. Fachin. lib. 5. controu. iur. c. 9. & hanc ego quoque veriorem eſſe arbitror.

194 Primum, per tex. in d. l. iubemus, C. eodem, ita inducendo, illa legis interpretatio nō debet aliquo pacto admitti, per quam lex ipſa eluſoria, & perperam lata reddatur. Can. erit autem lex, 4. diſtinct. facit l. quæ bis idem, infra de verb. oblig. & §. cumque hoc, in proœmio, Inſtit. conferunt tradita per Bart. ad l. 1. ſupra de legat. 2. in prima oppoſitione. Sed eiuſmodi eſt interpretatio, per quam admittimus, d. l. iubemus, locum non habere, vbi liberi primi gradus duas deducant Quartas, igitur indigna eſt, quæ à nobis recipiatur. Minor propoſitio, probatur, quia, ſi beneficium, & fauor illius legis reſtringeretur ad caſum, vbi vnica detrahitur Quarta nullum liberorum primi gradus ius ſingulare, & priuilegium, quod profitetur Iuſtinianus inducere, induceretur. Sed commune eſſet etiam cum cæteris vlterioris gradus liberis, cum & ipſi duas Quartas detrahant, quod abſurdum eſt, & contra Iuſtiniani mentem, in d. l. iubemus. Quicquid dicat Hieron. Laurent. hic, num. 66. & Anton. Faber, in d. error. 5. vbi contrariam tuetur opinionem.

195 Secundo loco, tunc demum liberi primi gradus, quādo duas quartas deducunt, eſſent compellendi fructus imputare, quando ſeparatim in aliquam, ex quartis deducendis, fructus imputarentur, argumento regulæ, ſingula, quæ non proſunt, nec vnita iuuant, l. ſpadonum, §. qui iura ff. de excuſat. tut. l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. facit regula, l. quę de tota ff. de rei vendic. ſed in Quartas deducendas, de quibus agimus, ſeparatim, in terminis diſputationis noſtræ, non imputātur, ergo nec debent imputari, vbi ſimul, &

196 ſemel deducantur. Minor propoſitio probabatur, nam, quoad liberos primi gradus, fructus, nec ex iuſſu parentis in Trebellianicam imputari, probat apertè tex. in d. l. iubemus C. eodem, in legitimam autem abſolutè, fructus non imputari, probat tex. in l. ſcimus, §. repletionem C. de inofficioſo teſtamento.

197 Tertio, & vltimo loco ponderatur, pro hac opinione, tex. in d. cap. Rainaldus de teſtament. ſic inducendo. incluſio vnius eſt, excluſio alterius, l. cum prætor de iudic. l. ſi maritus C. de procurat. ſed in d. c. Rainaldus, vbi filia, quæ eſt de liberis primi gradus, & duplicem Quartam deducit, includuntur fructus poſt litem conteſtatam percepti, vt ſcilicet in Trebellianicam imputentur, igitur cæteri fructus, qui, medio tempore, & ante moram, percipiuntur, tanquam immunes ab imputatione in Quartam, omnino excluduntur.

198 Non obſtant nunc contraria, & pręſertim primum argumentum, quia nō eſt vſquequaque verum, non poſſe nouas leges, ſecundum antiquas intelligi, quandoquidem leges, etiā nouæ, intelliguntur, & determinantur ſecundū veteres, & ad illas trahuntur, vbi ratio hoc expoſcat, l. ſed, & poſteriores ff. de legibus, l. nihil, de coiungēdis cū emanc. liber. Pręterea non eſt aperti iuris. An ante c. Rainutius, poſſent liberi, præſertim vbi eſſent grauati in diē, vel ſub conditione, vniuerſam hæreditatem

199 reſtituere, duas Quartas deducere, & vbicunque aliquid controuerſi iuris ciuilis eſt, ſi aperto iure Pontificio deciſum reperiatur, ab eodem iure Pontificio, ius etiam ciuile interpretationem recipit.

200 Accedat etiam, quòd, in hac diſputatione, ſuppo-

ſupponenda eſt vera, etiam de iure ciuili, com
munis illa Bart.opinio, ad l.quanquam, C.ad
l. Falcidiam, quæ eſt, vt liberi ſaltem graua-
ti ſub cōditione, poſſint duas deducere Quar-
tas, quàm communem eſſe, teſtatur hic Ripa
num.30.vbi enim de vno dubitamus, in cæte-
ris ſupponendæ ſunt communes, vt per Rimi-
naldum Iuniorem ad Rubr. Inſtitut.de donat.
num.59.quinimmo indiſtinctè, etiam de iure
ciuili, locum fuiſſe deductioni duarum quar-
tarum, præſertim poſt l.quoniam in prioribus,
C.de inoff.teſta.egregiè probat aduerſus Ho
tomanum, Andr.Fachin.lib.5.controu.iu.c.2.
201 Non obſtat ſecunda ratio, petita à d.l.iu-
bemus, quia dodrans, de quo loquitur, d.l.in-
telligitur de hæreditate reſtituenda per fidei-
202 commiſſum, ſub qua legitimam, quæ oneri-
bus non ſubijcitur, l.quoniam in prioribus, C.
de inofficioſo teſtamento, non comprætendi-
tur, vt declarat ibi Caſtrenſ. & Bald. ad l.filiū
quem habentem, C.famil. erciſc. nec non A-
lexand.ad l.in ratione, in §.quod vulgo in fin.
gloſæ primæ, ſupra ad l.Falcidiam, & hanc re-
ſponſionem, quàm veriſſimam eſſe arbitror, la
tius explicat, & pluribus exornat, Hieronym.
Laurent.hic num.62.& rectè declarat etiam
Fachin.lib.5. controuerſ.iur. tàm cap.2. col.6.
verſic.reſpondeo ſi Zenonis, quàm etiam cap.
9.in fin. & Paulus Leonius ad d.l.qui Romæ,
in §.duo fratres nu.305. vbi dicit, in caſu de-
ductionis duarum quartarum, hæreditatem
bis in aſſe conſtitui, primum quando in ea ipſa
deducenda eſt legitima, quæ, ſcilicet fideicō-
miſſo non ſubijcitur, deinde quando eſt dedu-
cenda Trebellianica de hæreditate reſtituen-
da, cuius hæreditatis reſtituendæ ratione ha-
bita, ſemper dodrans reſtituitur, & ita intelli-
git d.l.iubemus, etiam Polydor. Ripa in ſuis
ſing.obſeru.obſeru.108.num.3.
203 Nec facit negotium tertium, quia, præter-
quamquòd nullum eſt inconueniens, vt priui-
uilegia multiplicentur fauore liberorum pri-
mi gradus, per ea, quæ ſcribit Hieronym.Lau-
rent.hic num.64.falſum eſt, per hanc interpre
tationem priuilegia multiplicari, quinimmo,
ſi interpretationem hanc non admitteremus,
vt etiam, vbi duæ quartæ à liberis primi gra-
dus detrahuntur, fructus in quartam ex S.C.
Trebell.imputare non cogerentur, nullum in-
duceretur, fauore primi gradus liberorum, pri
uilegium, ſed vana, & eluſiora eſſet d.l.iube-
mus, vt ſupra docuimus, quod, tam aburdum
eſt, quàm quod maximè. Præterea priuilegia
non ſunt multiplicanda à nobis, à lege autem
poſſunt multiplicari circa eandem rem, vel
perſonam, ex diuerſis cauſis, l.ſingularia ff. ſi
cert.pet.quod imprimis admittendum, fauore
204 liberorum, vt factum eſt in caſu noſtro. Ac-
cedat etiam, quod nullum priuilegium eſt,
ſed commune ius, vt liberi habeant legitimā,
vt filij, Trebellianicam autem, vt filij inſtituti,
& grauati, ſed priuilegium conſiſtit ſolummo
do in eo, vt liberi primi grauatus, nec, cū duas
quartas deducuntur, cogantur fructus in Tre-
bellianicam imputare, hoc enim ſingulare in
liberis primi gradus eſt ius, quod cæteris vl-
terioris gradus liberis non competit.
205 Nec obſtat quartum, quia falſum eſt, fi-
lium deducere Trebellianicam, tanquam ex-
traneum, deducit .n. legitimam, tanquā filius
ſimpliciter, Trebellianicam autē tanquā filius
fideicommiſſo grauatus, quàm, cum hæredes
etiam extranei, ſi grauati ſint, poſint deduce-
re, multo magis poterit deducere filius, qui
non eſt extraneus, ſi reſtituere grauatus ſit.
hæc eſt ſententia ſummi Pontificis, arguen-
tis eo modo à minori, vt rectè declarat Paul.
Leon.ad d.§.duo fratres num.305.verſ.non
obſtat prima ratio. non tenet enim ſequela
extranei etiam deducunt Trebellianicam, er-
go etiam filij eam, tanquam extranei deducūt,
alioquin ſemper cogerentur fructus, vt extra-
nei imputare, etiam quando vnam tantum-
modo Quartam deducerent.
Nec obſtat quintū, quia, ob duarum quar-
tarum deductionem, liberi non in aliquo re-
leuantur, cum communi iure legitima debea-
tur illis tanquam filijs, Trebellianica verò
tanquam grauatis, qui, in eo ſunt, quoad Tre-
bellianicam, melioris conditionis, quàm ex-
tranei grauati, quia cogi non poſſunt fructus
ſibi in eam imputare, per d.l.iubemus.
206 Quod attinet autem ad tertiam inſpectio-
nem, concludēdum eſt, liberos primi gradus,
nec fructus à parente ſeminatos, in Trebellia
nicam imputare compellendos eſſe, dummo-
do, ante aduentum diei, vel conditionis, non
pēdeant amplius, ſed ſint à ſolo ſeparati, quic-
quid dicat Ripa hic num.37. id quod veriſſi-
mum eſſe arbitror, per ea, quæ diximus ſupra
in ſecundo articulo primę concluſionis, in ſe-
cunda dubitatione, & quia generaliter, & in-
diſtinctè d.l.iubemus C.eodem, ſtatuit libe-
ros primi gradus, non eſſe compellendos fru-
ctus, & reditus in Trebellianicam imputare.
nec ratio patitur, vt nos, reſtringendo, & coan
guſtando beneficitium, & priuilegium, con-
ceſſum à lege, liberis primi gradus, vbi lex ip-
ſa non diſtinguit, contra §.conſideremus, in
Auth.de trient.& ſemiſſ. diſtinguamus.

Subſe-

207 Subſequitur modò Quarta inſpectio. An filij, ſcilicet legitimati, diſpoſitione d.l.iubemus, comprænhendantur, ita vt eiuſdem legis beneficio iuuētur, circa quam dubitationem, breuiter procedendo, videtur prima facie reſpondendum negatiuè, vt dicit Hieron.Laurent.hic num.78.

208 Primum, quia verba legis in dubio naturaliter, non autem ciuiliter accipiuntur, l.fidei commiſſum ff.de cond.& demonſtr.l.vlt.C.de his, qui veniam ętatis impetrauerunt, ſed nomen filiorum, de quibus in d.l.iubemus, legitimos, & naturales, naturaliter ſignificat, legitimatos autem ciuiliter, cum legitimati non ſint legitimi à natiuitate, & à natura, ſed beneficio iuris ciuilis, per aliquem ex illis ciuilibus modis, de quibus in Auth. quemadmodum naturales efficiantur ſui, igitur d.l. lubemus, ita debet accipi, vt filios legitimos, & naturales ſignificet, & comprænhendat, non autem legitimatos.

209 Secundo, quia, vbi prohibita eſt extenſio, quod dicitur de filijs, quorum appellatione, ſine extenſione, non veniunt, niſi ex viro, & vxore nati, & ſic iuſtis nuptijs ſuſcepti, & conſequenter legitimi, & naturales, l.generaliter §.cum autem, C.de inſtit. & ſubſtit. l.filium ſupra de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.non producitur ad legitimatos, & ſic ad alias perſonas, ſed in diſpoſitione d.l.iubemus, quæ ſimpliciter de filijs loquitur, prohibita eſt extenſio, vt in §.fin.eiuſdem l.ergo, quod ibi dicitur de filijs, ad legitimatos produci non debet.

210 Tertio, & vltimo, quod diſponitur in altero, ex æquipollentibus, quod maius eſt altero, in altero locum non habet, gloſ. eſt in l.ſi mater, C.de inſtitut.& ſubſtitut. id quod potiſſi-
211 mum procedit in materia, quæ extenſionē non patitur, ſed filius legitimus, & naturalis, cui legitimatus æquipollet, c.tāta, qui filij ſint legitimi, eſt maior, & potentior legitimato, cū naturales qualitates ſint potētiores ciuilibus, argumento §.pen. Inſt. de iur.nat.gent.& ciu. igitur quod diſponitur in d.l.iubemus, ad fauorem filij legitimi, & naturalis, non debet in legitimatis locum habere, præſertim, cum lex extenſionem non patiatur.

His tamen rationibus, non obſtantibus in contrarium eſt veritas, vt dicit idem Hieron. Laurent. hic num.79. nam legitimati etiam comprehenduntur diſpoſitione d.l. iubemus, id, quod facilè vnico, eodemque validiſſimo argumento comprobari poteſt.

212 Nam, ſi quicquid dicitur de filijs legitimis, habet locum etiam in legitimatis, multò magis, quicquid dicitur de filijs ſimpliciter, etiam in legitimatis locum habebit, ſed quicquid dicitur de filijs legitimis, habet etiam locum
213 in legitimatis, cū, & ipſi, in feudis ſuccedant, vt tradit Abbas in d.c. tanta, &, vbi conditio
214 eſt appoſita in ſubſtitutione, ſi ſine filijs legitimis deceſſerit, ad hoc, vt deficiat, ſufficit filiū legitimatum eſſe, per quem excluditur ſubſtitutus, quaſi filium legitimū procreaſſe videatur, qui naturalem filium legitimauerit, vt tradit Alex.in in ſuo conſ.2.lib.1.num.13.qui teſtatur, hanc communem eſſe opinionem.

215 Non obſtant nunc contraria, & præſertim primum argumentum, quia illa maior, quæ habet verba legis eſſe intelligenda naturaliter, procedit in ijs, in quibus ius ciuile non poteſt operari ſecundum veritatem, vt in adoptione, quę verè non poteſt efficere, vt adoptatus ſit filius, & in ætate, quæ non poteſt ſecundum veritatē ſuppleri, & in his terminis proce-
216 dunt iura in contrarium allegata. Sed legitimatio, cum ſit qualitas ciuilis, etiam ſecundum veritatem legitimatum ipſum, legitimū reddit, vt latè tradidimus ad l.ſi is, qui pro emptore de vſucap. Præterea procederet, ſi lex iubemus, loqueretur de filijs legitimis, ſed loquitur de filijs ſimpliciter, non exprimēdo qualitatem legitimitatis, & filios legitimatos eſſe etiam naturales, nemo negat, argumentum, ergo potius retorquetur.

217 Nec obſtat ſecundum, quia negamus, diſpoſitionem dictę l.iubemus, competere filijs legitimatis, per viam extenſionis prohibitæ, in §.fin. eiuſdem legis, quia immo competit per viam compręhenſionis, cum filij legitimati, propriè, & naturaliter veniant filiorum appellatione.

218 Nec facit negotium, d.l.filium eum definimus, quia ibi non ponitur definitio filij, ſed ſtatuitur, eum, qui naſcitur ex viro, & vxore, filium eſſe, ideſt pro filio haberi, ita vt controuerſia ſtatutus moueri illi non poſſit, niſi contrarium euidentiſſimè probetur, ratione abſentiæ, vel ratione impotentiæ, non tamen inde ſequitur, vt, qui ex nobis, & muliere, quæ non ſit vxor, naſcitur, non ſit filius, cum tamen nō ſtatuit filium eſſe, niſi contrarium euidentiſſimè probetur, quemadmodum ſtatuit lex in ijs, qui ex viro, & vxore naſcuntur, l.autem generaliter in §.cum autem, C.de inſtit.& ſubſtit.ad rem non facit, quia non extendit diſpoſitionem, loquentem de filijs legitimis, ad legitimatos, ſed diſpoſitionē de filijs legitimis, & naturalibus, ad naturales tantum.

Nec obſtat tertium, quia negamus legiti-

mum

timum filium, & legitimatum sũt ſimiles, vel
æquipolentes, cum vterque, & propriè filius,
& propriè legitimus dicatur, vt ſupra oſten-
ſum eſt, quod ſi etiam, veluti quadam æqui-
pollentia conſiderentur, non eſſet maius æqui
polens legitimè natus, quàm legitimatus, qui
nihil eſt legitimo abſimilis, vt diſertis verbis,
ait Imperator in d. §. quoniam variè.

219 Quod attinet autem ad quintam inſpe-
ctionem, ſunt pugnantes Doctorum opinio-
nes, Altera eſt exiſtimantium, parentem, qui
non poteſt iubere filio, vt fructus imputet, in
Trebellianicam, poſſe tamen eum grauare, vt
fructus reſtituat, quam opinionem Ripa hic
num. 33. aſcribit Angelo, & Alex. ad l. Baliſta
infra eodem, qui, & ipſe eandem ſequitur, di-
cens ſe vidiſſe, maximum quandoque Aduo-
catum, in hoc erraſſe.

Et potiſſimum huius opinionis fundamen-
tum eſt in d. l. Baliſta, vbi quidam, filiumfami-
lias inſtituerat, cumque rogauerat, vt quan-
tacũque pecunia ex hæreditate de bonis ſuis
ad eum perueniſſet, Coloniæ Philippenſium
reſtitueret, in quo caſu reſpondi, inquit I. C.
ex his verbis, quę proponis, ſcilicet pecuniam
omnem, &c. exiſtimo etiam fructus, quos ex
hæreditate perceperit reſtituere eum debere,
perinde quaſi ſpecialiter hoc teſtator expreſ-
ſerit, hic enim text. licet in terminis, vt aiunt,
probare videatur, poteſt etiam ſtringi, & indu
ci à minori hoc modo, videlicet, ſi de quo mi-
nus videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo ma
gis, Authent. multo magis, C. de Sacroſanct.
Eccleſ. Sed minus videtur ineſſe, vt filius à pa
tre inſtitutus, & quantamcumque pecuniam,
ex hęreditate, de bonis teſtatoris, ad eum per-
uenerit, reſtituere grauatus, teneatur ipſos fru
ctus reſtituere, quàm is, qui eos quoque ſpe-
cialiter reſtituere iubetur. & tamen ineſt, quia
cogitur illos reſtituere, vt in d. l. Baliſta, ergo
multo magis in caſu noſtro, vbi ſpecialiter fue
rit rogatus, & iuſſus eos reſtituere.

Secũdum autem eſt huiuſmodi. l. iubemus,
vltra caſus, de quibus in ea mentio facta eſt,
produci non poteſt, d. §. fin. eiuſdem l. ſed de
caſu, An filius iubente patre cogatur reſtitue-
re etiam fructus, in d. l. quæ loquitur de impu
tatione, mentio facta non eſt, ergo diſpoſitio
illius legis, circa reſtitutionem, non operatur,
& conſequenter filius poteſt à patre grauari,
vt fructus etiam reſtituat, iuxta communem
regulam l. noſtræ.

His tamen argumentis nõ obſtantibus, cõ-
trariã opinionem, quam defendebat Aduoca
tus, de quo meminit Ripa, veriorem eſſe arbi-
tror vna cum Hieron. Lauren. hic nu. 80. cum
plurib. ſeqq.

220 Primum, quia, vt idem Laurent. argumen
tatur, vbicumque vnum lege vetitum eſt, ſi-
milia omnia, per quæ ad illud peruenitur, pro-
221 hibita cenſentur, l. oratio, de ſponſalibus. ſed
fructuum reſtitutio ſimilis eſt imputationi, cũ
& ipſa ſit impedimento, quominus filij fru-
ctus medij temporis lucrentur, cumque per
eam pariter filij hæreditatis paternæ fructibus
fraudẽtur, ergo per prohibitionem ne fructus,
etiam iubente patre, imputentur, intelligitur
prohibita etiam reſtitutio.

222 Secundo, quia, cui non conceditur, quod
eſt minus, nec quod eſt plus intelligitur con-
ceſſum, argumento l. qui indignus, ff. de Sena-
toribus. Sed minus eſt iubere filium, vt impu-
tet fructus in Quartam, quàm, vt eos reſtituat,
cum reſtitutio compræhendat omnes, impu-
tatio autem eos dumtaxat, qui ad Quartam
ſupplendam ſunt ſatis, & tamen hoc patri non
conceditur, vt expreſsè habetur in d. l. iube-
mus, ergo multo minus conceditur, vt iubeat
filium reſtituere.

223 Tertio, ad mentem eiuſdem Lauren. quia
illa non debet admitti interpretatio, per quam
legi interpretatæ fiat fraus, l. ſi pater, ff. de do-
nat. inter virum, & vxorem, & per quam elu-
ſoria lex ipſa reddatur, & ſuo fruſtrẽtur fine,
l. non dubium, C. de legibus. Sed einſmodi eſt
interpretatio, quæ admittit parentem iubere
non poſſe fructus imputare, poſſe tamen iube
re eos reſtitui, cum finis legis illius ſit, vt filij
paternę hereditatis fructus medij temporis lu
crentur, igitur hæc interpretatio indigna eſt,
quæ à nobis recipiatur.

224 Quarto, & vltimo, pondero ego, vltra Lau
rentium, pro hac opinione, tex. in d. l. iubemus,
in princip. quatenus per eam iubet Zeno Im-
perator filijs hæredibus inſtitutis, vt omnibus
modis, retenta Quarta pro auctoritate Tre-
belliani S.C. nõ per imputationem redituum,
licet hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit, ſed de
ipſis rebus hæreditarijs, dodrans hæreditatis
reſtituatur. hæc ſunt verba, l. quæ efficaciſſi-
mè, ni fallor, ſic poſſunt pro hac opinione in-
duci. Filij, hæredes à parentibus inſtituti, &
hæreditatem, ſi ſine filijs deceſſerint, reſtitue-
re grauati, etiam ſi aliud iubeat parens, non ni
ſi dodrantem, de ipſis rebus hæreditarijs te-
225 nẽtur reſtituere, ſed, hæreditatis dodrante,
fructus medij temporis non comprahendun-
tur, vt colligitur ex l. noſtra, igitur filij etiam
expreſsè rogati, & iuſſi à parentibus fructus
medij temporis reſtituere, ad reſtitutionem
eorum

pter, licet hic caſus ſit ſimilis, quod poſſet etiã in dubium reuocari, quia tamen non idem cũ illis, de quibus ibi facta eſt mentio, argumen. l. quod nerua, ff. depoſiti, ad caſum hunc d. Liubemus, non debet produci.

231 Supereſt modo octaua, & vltima generalis inſpectio. An, & quando liberi primi gradus, teneantur fructus in Trebellianicã, vel in Falcidiam imputare, quam quidem, in gratiam praxis, altius repetendo materiam, diſtinctione hoc modo, ſecundum communes traditiones, adbibita, pleniſſimè declato. Aut loquimur de fructibus recollectis ante mortem teſtatoris, & in horreo repertis, Aut de perceptis, & collectis poſtea, ſi de primis concludendum eſt in Trebellianicam, & Falcidiam imputari, quia iure hæreditario capiantur, vt omnes admittunt, per text. in l. in Quartam, ſupra ad legem Falcidiam, ſi de ſecundis, Aut verſamur in fructibus ſeminatis à parente, Aut in ſeminatis à filio hærede, ſi in ſeminatis à parente reſtatore defuncto, imputantur, ex communi interpretum ſententia hic, per l. in lege Falcidia placuit, ſupra ad legem Falcidiam, quam tamen communem ſententiam nos ſupra reprobauimus, per generalitatem d. l. iubemus, C. eodem, ſi in ſeminatis ab hærede, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut ſunt percepti poſt moram, Aut antea, ſi poſt moram, imputantur, l. mulier quæ duobus, §. ſi hæres, infra eodem, ſi antea, Aut pater iuſſit fructus imputari, Aut non, ſi iuſſit, Aut iuſſit ſimpliciter fructus imputari, Aut iuſſit filium inſtitutum reſtituere fructus ab eo percipiendos vltra legitimam, Primo caſu, Aut tacitè, vel expreſsè non approbauit paternam diſpoſitionem, & non cogitur imputare d. l. iubemus, Aut ſimpliciter adeundo tacitè, vel expreſsè paternam diſpoſitionem approbauit, & tunc cogitur imputare, vt ex Ancharan. & alijs, tradit Menoch. conſil. 164. numero 29. lib. 2. tunc enim, cum ſubſiſtat Trebellianicæ prohibitio, multo magis valet iuſſus, vt fructus in Trebellianicam imputentur. Secundo autem caſu cogitur reſtituere, vel imputare, vt tradit Peregrin. de fideicommiſſis, artic. 49. num. 60. ex Angelo, Imola, Alex. & Claud. ad l. Baliſta per illum textum, infra eodem, ſequitur Ripa hic, num. 33. Cæph. con ſil. 777. & Marzar. in Epit. fideicomm. quæſt. 49. nos tamen contrariam opinionem, in hac parte ſupra probauimus, Si verò pater de fructibus nihil dixit, Aut verſamur in caſu, vbi filius eſt reſtituturus hæreditatem extraneis, Aut vbi reſtituturus eſt fratribus, vel fratrum filijs, & ſic liberis parentis teſtatoris, ſi extraneis, communis opinio eſt, & vera, vt fructus non imputentur, ex prolatis per Anton. Gabriel. in ſuis communibus concluſionibus, lib. 4. in tit. ad Senat. Conſult. Trebellian. concluſio. 12. num. 5. tradit Ripa hic, num. 29. vbi de communi teſtatur, plures adducens, quibus accedit Cagnol. pariter teſtans de communi ad l. Papinianus, §. meminiſſe, ſupra de inofficioſo teſtamento, Beret. conſil. 60. M. Antoni Eugen. noſter, conſil. 34. num. 9. & Dominus meus Oddus, conſil. 8. num. 33. necnon Peregrin. de fideicommiſ. artic. 49. num. 7. & Andr. Fachin. lib. 5. controuerſ. iur. cap. 10. Si verò reſtituturus eſt alijs filijs, & liberis teſtatoris, Aut ſunt filij naturales tantum, Aut legitimi, vel legitimati, ſi naturales tantum tenentur imputare, argumento l. generaliter, §. cum autem C. de inſtitut. & ſubſtit. ſi legitimi, vel legitimati, rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut detracturi ſunt vnam tantum Quartam, Aut duas, ſi vnam non imputant d. l. iubemus, & omnes admittunt, ſi duas dubia eſt iuris cõtrouerſia, magis tamen communis eſt opinio, vt pariter non imputentur; ita tenet Bart. ad l. quod de bonis, in §. quod Auns, ſupra ad legem Falcidiam, eumque ſequuntur Alexand. & alij, quos recenſet Antonius Gabriel in d. tit. ad Senat. Conſult. Trebellian. concluſio. 1. num. 2. Quibus accedit Didac. Couar. ad cap. Raynutius, §. 11. num. 8. de teſtamen. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 255. num. 35. Fachin. lib. 5. controuerſ. iur. cap. 9. Peregrin. de fideicomm. plures adducens, & teſtans hanc in practica receptam eſſe, in d. artic. 49. numer. 56. hanc tamen ſententiam inter erroneas pragmaticorum opiniones numerat Anton. Faber de error. pragmat. Decad. 11. error. 5. ſentiens tunc fructus debere etiam liberos primi gradus in Trebellianicam imputare, quod antea eum tenuerunt Caſtren. ad l. ſcimus, C. de inofficioſo teſtamento, & in conſil. 188. lib. 2. Alexan. ad l. mulier, quæ duobus, in §. cum proponeretur, infra eodem, & alij alibi, quos refert Antonius Gabriel, in d. concluſio. 1. num. 10. quibus, Accedit Cæphal. conſil. 153. num. 70. lib. 2. Quorum ſententia mihi interdum magis placuit, per text. in l. iubemus ponderatum, vt per Antonium Fabrum in præallegato loco, nunc tamen non puto recedendum à communi, ex his, quæ ſupra tradidimus, in ſecunda inſpectione huius eiuſdem tertij articuli.

232 Nunc autem redeundum eſt ad principes articulos propoſitos occaſione ſecundæ conclu-

cluſionis, quæ quarto loco colligebatur, ex hoc tex, &, ſecundum propoſitum ordinem, ſubſequitur quartus, quo quærebamus, An parentes primi gradus, à liberis inſtituti, & hæreditatem reſtituere, in diem, vel ſub conditione grauati, iuuentur beneficio, d.l.iubemus, ita vt in Quartã ex S.C.Trebelliano, fructus medij temporis imputare non cogantur.

In hac igitur dubitatione, quàm latiſſimè tractat Hieronym.Laurent.hic, à num.69.vſq; ad nume.77. ſunt contrariæ opiniones; quarum altera eſt eiuſdem Hieron.Laurent.præalegato in loco, ſentientis, nec parentes primi gradus, cogendos eſſe fructus in quartam imputare, pro qua opinione plura adducit, quæ tamen omnia, breuiter perſtingam ego tribus duntaxat argumentis.

233 Primum eſt. quicquid ſtatutum eſt in altero ex corellatiuis, intelligitur etiam ſtatutum in altero, l.vltima ff.de acceptil.l.vlt. C. de indict. vidui. toll. l.2. C.de cupreſſ. lib.11. Bald.ad l.conuenticula C.de epiſc.& cler. ſed liberi, & parentes ſunt correlatiua, vt tradit Iaſ.ad d.l.vlt. C.de indict.viduit.toll. & nemo dubitat, & in liberis primi gradus, in d.l.iubemus ſtatutum reperitur, vt non cogantur, in Trebellianicam fructus imputare, igitur idẽ intelligi debet, etiam ſtatutum ad fauorem parentum primi gradus.

234 Secundo, quia illa, in dubio, admittenda eſt interpratatio diſpoſitionum, pertinentium ad parentum, & liberorum ſucceſſiones, per quam reciprocè in vtraque ſucceſſione æqualitas ſeruatur, l.nam, & ſi, ſupra de inofficioſo teſtamento, facit l.iure, ff.de iur.dot. ſed eiuſmodi eſt interpretatio, per quam ſtatuimus, parentes quoque primi gradus, gaudere, in luctuoſa liberorum ſucceſſione, beneficio, d.l. iubemus, ergo hæc interpretatio digna eſt, quæ à nobis omnino recipiatur.

235 Tertio, & vltimo loco, ad mentem eiuſdẽ Laurentij, ſic argumentantur. vbicunque lex aliquid in ſucceſſione parentum liberis concedit, intelligitur ſemper illud ipſum concedere, etiam parentibus in ſucceſſione, & bonis liberorum, hinc Authent.de trient.& ſemiſſ. & Auth.nouiſſima, C.de inofficioſo teſtamento, licet concedant legitime augumentum nominatim ipſis liberis, legitimã quoque parentum augere intelliguntur, vt tradit Accurſ.ad d.Auth.nouiſſima, & ad §.hęc nos, in d.Auth. de trient.& ſemiſſ.nec non in Auth.de non elig. ſecundo nubent.tradit Bart.ad l.nam, & ſi, ſupra de inofficioſo teſtamento, & Caſtrenſ. ad Auth. ex cauſa C.de liberis præterit.& eſt communis opinio, vt de communi teſtatur idẽ Laurent.hic num.70.hinc etiam §.aliud quoque capitulum, in Auth.vt cum de appell.cognoſc. quod ſtatuit fauore liberorũ relinquendam eſſe illis legitimam honorabili titulo inſtitutionis, illud ipſum intelligitur ſtatuiſſe in legitima parentum, vt Paul. Alex. Iaſ. & alij tradiderunt, quos idem Laurent. profert hic, num.71. ſed d.l.iubemus concedit liberis inſtitutis, & ſub conditione ad reſtituendum grauatis, vt fructus, cõditione pendente, ita percipiant, vt in Quartam imputare non teneantur, igitur idem intelligitur concedere, etiam parentibus, eadem, vel maiore pietatis ratione ſuadente, l.à Titio, infra de verb. oblig. l.illud, C.de collat.

His tamen rationibus, minimè obſtantibus, contrariam opinionem tenuit Bart.hic, & ad l.filius familias, ſupra ad l.Falcidiam, quem ibi Alex.& alij communiter ſequuntur, idem tenet.Bald. ad c.ſi pater de teſt.lib.6.& Paul. de Montepico ad l.in Quartam, ſup.ad l.Falcidiam num.285.vbi plures adducit, qui, tam interpretando, quàm de iure reſpondendo, hanc ſequuti ſunt ſententiam, quam communem eſſe teſtatur Ripa hic num.31.nec aliquẽ, præter Hieronym.Laurent.vidi, qui opinioni huic, quam veriſſimam eſſe arbitror, aduerſetur.

236 Et quia veritas paucis contenta eſt, eam
237 vnico duntaxat probo argumẽto, nimirum, caſus omiſſus à l.correctoria, quæ extenſionem non patitur, ſine dubio, remanet ſub diſpoſitione iuris communis, facit reg.l.in ſingulare, & l.quod verò contra, ſup.de legibus, ſed caſus parentum primi gradus, in d.l.iubemus, quæ extẽſionem recipere nequit, vt probatur, in §.vltimo eiuſdem legis, eſt omiſſus; &, de iure communi, pater tenetur fructus in Trebellianicam imputare, d.l.filiusfamilias, ſupra ad legem Falcidiam, igitur, nulla ratione habita d.l.iubemus, adhuc tenentur parentes, etiam primi gradus, fructus medio tempore perceptos in Trebellianicam imputare.

Nec obſtant Laurent.argumenta ex aduerſo adducta, omnia enim facilè vnica ſolutione diluuntur, ſeruatur enim æqualitas in ſucceſſione, tam liberorum, quàm parentũ, & quod conceditur liberis in ſucceſſione parentum, conuerſa rota, parentibus, in ſucceſſione liberorum, intelligitur reciprocè cõceſſum, virtute relationis, vel ob alias probabiles cauſas, à Laurent.excogitatas, quando verſamur in dubio, ſecus autẽ vbi nominatim vni ex ijs corelatiuis aliquid conceſſum eſt, & prohibita eſt

expreſ-

Google

expreſſe extenſio vltrà caſus, & perſonas nominatas, vt factum eſt in d.l.iubemus, in fin. vbi reſtringitur beneficium in controuerſia poſitum, ad liberos tantummodo, de quibus ſpecialis mentio facta eſt; aſſerere autem per d.l.iubemus, correctam eſſe d.l.filiusfamilias, ſupra ad legem Falcidiam, eſt eam interpretari contra ſe ipſam, quæ ſuam in fine reſtringit diſpoſitionem ad liberos primi gradus, & contra regulam l.præcipimus, C.de appell.

238 Quintus erat articulus, An fructus imputarentur in legitimam, quam dubitationem, gloſ. & Bart. excitarunt hic, verum quia hodie, ſtatim ſequuta morte teſtatoris, legitima de-
239 betur, cum onus aliquod, vel dilationem non recipiat, l.quoniam in prioribus, & l.ſcimus, §.cum autem, C.de inofficioſo teſtamento, propterea fructus percepti, pendente die, vel conditione, non poſſunt in eam imputari,
240 d.l.ſcimus, §.repletionē, debitum enim exactum, non admittit compenſationem, l.1.&
241 l.quod in diem, de compenſat. Quamobrem exceptiones, & limitationes, quas affert Ripa hic ad regulam negatiuē poſitam à num. 38. ad 47. aut ineptæ ſunt, aut falſæ, & concluſio
242 ponenda eſt, vt per Hieronym. Laurent. hic, num. 90. videlicet, filium legitimam ab initio ex bonis, & ſubſtantia patris habere debere, ſi verò minus legitima ei fuerit relictum, eandem demum per hæredem ex ſubſtantia paterna ſupplendam eſſe, ita vt, ſi filius, cui legitima debetur fuerit, ſub aliqua conditione, vniuerſam hæreditatem reſtituere grauatus, ſtatim ſequuta morte parentis, portionem iure naturæ debitam pleno iure acquirat, adueniente autem reſtitutionis tempore, detrahet aliam Quartam ex hæreditate reſtituenda, in quam fructus medij temporis non imputabit, ſed præcipuos habebit, & ſic, nec in legitimā, nec in Trebellianicam fructus imputabit, iuxta ea, quæ ſupra tradidimus, ex quibus apparet ſuperuacua eſſe tam multa, quæ in hac materia effunduntur per Ripam hic. Vt diſtinctè tamen veritas huius articuli habeatur, tres breuiter faciam inſpectiones.

Prima erit, An liberi fructus teneantur in legitimam Imputare.

Secunda, An fructus imputentur in dotem quæ ſuccedit in locum legitimæ.

Tertia, An parētes teneantur in legitimam fructus imputare.

243 Circa primam, breuiter ſic diſtinguendū eſt, Aut loquimur de iure antiquo, Aut de iure nouo, Si de iure antiquo, tenentur liberi fructus in legitimam imputare, l.Papinianus, §. vnde ſi quis, ff.de inofficioſo teſtamento, ſi de iure nouo, nequaquam, l.quoniam in priorib. iuncta l.ſcimus, in §.repletionem, C.de inoffi. teſtam.

244 Quod attinet autem ad ſecundam, videtur reſpondendum fructus in dotem eſſe imputandos, per l.mulier, quæ duobus, in §.cum proponeretur, infra eodem, vbi, niſi fructus imputarentur in dotem, filia ibi inſtituta, & grauata à patre hæreditatem reſtituere, & ſi fructibus poſſet doti ſatisfieri, nihilominus dotem deduceret, & fructus illos præcipuos haberet, ſed vbi fructus poſſunt doti ſatisfacere, non deducit, igitur fructus in dotem imputat.

245 In contrarium tamen eſt veritas, per tex. in d.l.ſcimus, in §.repletionem C.de inofficioſo teſtamento, qui, præterquāquòd ſatis apertè probat hanc ſententiam, poteſt hoc modo induci. quicquid dicitur de legitima, intelligitur etiam dictum de dote, quæ ſuccedit in locum legitimæ, ſed ſtatutum eſt in legitima, quæ repleri debet de ſubſtātia patris, fructus non imputari; d.§.repletionem, ergo, nec in dotem debere imputari ſtatutum intelligitur.

Nec obſtat text. in d. §.cum proponeretur, quia habet locum de iure antiquo, cui derogatum eſt; per d.§.repletionem, quoad legitimam.

246 Quatenus igitur dubitatur. An, & quando fructus medij temporis, à filia hærede grauata, in dotem imputentur, ſic diſtinguēdum eſt. Aut dubitamus de dote, quæ ſuccedit loco legitimæ, Aut quatenus excedit. Primo caſu, in eam fructus non imputantur, d.§.repletionem. Secundo autem caſu, imputantur, & ita poſſet intelligi, & declarari tex. in d.l.mulier, quæ duobus, in §.cum proponeretur, ita etiam; ad mentem Iac. de Beluiſ. & Alex. diſtinguit Ripa hic num. 44.

247 Quod attinet autem ad tertiam inſpectionem. An, ſcilicet parentes teneantur hodie fructus in legitimam imputare, cōmunis omnium opinio eſt, vt teneātur imputare, quam tenuit Bald. ad c.ſi pater de teſt. lib. 6. Alex. ad l.filiusfamilias ſupra ad l. Falcidiam, Fabianus de Monte, in repetitione Authenticæ nouiſſima, in nona queſtione in prin. C.de inofficioſo teſtamento, & Paul. de Montepico ad l.in quartam, ſupra ad l.Falcid. num. 285. quos refert, & ſequitur Ripa hic num. 43.

248 Primum, per text. in l.filiusfamilias, ſupra ad l.Falcidiam, vbi pater grauatus à filio milite, vt ab inteſtato peculium caſtrēſe reſtituat, cogitur ſibi in Trebellianicam fructus impu-

Oo 2 tare,

tare, ex quo verborum contex. pro communi opinione, hæc ſuboritur ratio: quicquid in Falcidiam, vel in Trebellianicam imputatur, imputatur etiam in legitimam, ſed parentes imputant fructus in Trebellianicam, d. l. filiusfamilias, ergo imputant in legitimam.

249 Secundo, quia tunc demum non cogerentur parentes fructus in legitimam imputare, quando ita eſſet debita parentum legitima à liberis, quemadmodum liberis debita eſt legitima parentum, in quam ſtatutum eſt, per d. §. repletionem, vt fructus non imputentur, ſed minus debita eſt parentibus, quàm liberis legitima, cum illis poſitiuo iure, liberis autem iure naturæ debeatur, vt per Ripa hic nu. 43. non igitur ex eo, quòd filij non imputant fructus in legitimam, ita faciè concedendum eſt, vt, nec parentes in legitimam imputent.

Tertio loco, incluſio vnius eſt excluſio alterius, l. cum prætor, de iudic. l. maritus, C. de procurat. ſed l. ſcimus, in d. §. repletionem, includit liberorum legitimam, in quam nõ vult fructus imputari, ſed eam de ſubſtantia patris repleri, ergo cæteras aſcẽdentium, & aliorum legitimas omnino excludit.

Contrariam tamen opinionem, in puncto iuris, veriorem eſſe arbitror.

250 Primum, quia quicquid ſtatuitur in altero correlatiuorum, intelligitur ſtatutum etiã in altero, l. vltima, C. de indict. viduit. tol. cum alijs ſupra adductis, ſed aſcendentes, & deſcendentes, parentes, & liberi ſunt correlatiua, vt per Iaſ. in d. l. vltima, & liberi ſunt facti immunes ab imputatione fructuum in legitimam, ergo ipſi quoque parentes, intelliguntur facti ab eadem imputatione immunes.

Secundo, illa in dubio admittenda eſt interpretatio, per quam in ſucceſſionibus parentũ, & liberorum obſeruatur æqualitas, l. nam & ſi parentibus, in princ. ſupra de inofficioſo teſtamento, ſed eiuſmodi eſt interpretatio, per quam admittimus, nec parentes debere fructus in legitimam imputare, ergo omnino eſt admittenda.

Tertio, & vltimo, quia, quod conceſſum eſt liberis in ſucceſſione parentum, intelligitur etiam conceſſum parentibus in ſucceſſione liberorum, Auth. nouiſſima, iuncta gloſ. ibi communiter recepta C. de inofficioſo teſtamento, cum alijs ſupra adductis. ſed liberis indultum eſt, vt non cogantur fructus in legitimam imputare, per d. §. repletionem, vbi Imperator, nec taxatiuè loquitur, nec prohibet extenſionem, igitur idem (ita eadem pietate ſuadente, d. l. nam & ſi parentibus) debet cenſeri etiã indultum ipſis parentibus, vt non cogantur, ſcilicet fructus in legitimam imputare.

251 Nec obſtat primum ex aduerſo adductũ ſtum argumentum, quod petebatur à d. l. filiusfamilias, quia, præterquamquòd non eſt tutum arguere, præſertim ſecundum communes traditiones, de Trebellianica ad legitimã, derogatum etiam eſſet illi in hac parte, per d. §. repletionem.

252 Nec obſtat ſecundum, quia, præterquamquòd falſum eſt legitimam deberi iure naturæ, vt tradidimus ad l. in quartam, ſupra ad l. Falcidiam, hæc differentia non tollit, quin, aucta legitima filiorum, intelligatur etiam aucta legitima parentum, ex his, quæ ſupra tradidimus, præſertim cum eadem pietatis, ratio

253 hoc ſuadeat; non minus enim parentibus, quam liberis piè relinqui debet, vt inquit I. C. in l. nam & ſi parentibus, in princ. ſupra de inofficioſo teſtamento.

254 Nec facit negotium tertium, quia incluſio vnius ex æquiparatis, vel correlatiuis non excludit alterum, immo includit, per regulas æquiparatorum, & correlatiuorum.

255 Secundum communes tamẽ traditiones, quatenus dubitatur. An, & quando fructus imputentur in legitimam, diſtinguendum eſt breuiter hoc modo. Aut dubitamus de legitima parentum, Aut de legitima liberorum, ſi de legitima parentum imputantur d. l. filiusfamilias, ſupra ad l. Falcidiam, tradit Ripa hic, plures allegans num. 43. ſi de legitima liberorum. Aut dubitamus de iure antiquo, Aut de iure nouo. Primo caſu imputantur, d. l. Papinianus, §. vnde ſi quis, ſupra de inofficioſo teſtamento. Secundo autem caſu, nequaquam, l. ſcimus, §. repletionem C. de inofficioſo teſtamento.

Supereſt modo, vt ſextum, & vltimum articulum diſcutiamus, quem diuidam pariter in tres inſpectiones.

Prima erit, An differentia ſit, quoad imputationem, inter Falcidiam, & Trebellianicam.

Secunda, An, & quando fructus imputentur in Falcidiam.

Tertia, & vltima, An fructus, qui ex rei nominatim legata percipiuntur, in Falcidiam imputentur, reſpectu omnium, vel reſpectu illius duntaxat, ad quem legatum pertinet.

256 Quod attinet ad primam, reſpondeo, nullam eſſe differentiam ex parte Quartarum, & ſic Falcidiam in ſe non differre à Trebellianica, niſi eo modo, quo differt ius directum ab vtile, iuxta ea, quæ tradidimus ad l. in quartã, ſupra ad l. Falcidiam, ratione tamen obiecti.

Digitized by Google

& ſic ratione relictorum, de quibus deducuntur differunt, propterea quòd Falcidia deducitur de legatis, Trebellianica de fideicommiſsis, ex qua obiecti differentia, ſequitur potius altera differentia, quoad fructuum reſtitutionem, quàm quoad imputationem. nam cum Falcidia detrahatur de legatis, quorum dominium tranſlatum eſt in legatarios, à die mortis teſtatoris, l. à Titio, infra de furt. l. legatum, ita ſupra de legat. 2. fructus, qui ab hærede, poſt aditam hæreditatem, percipiuntur, ex rebus legatis, ſunt, cum eiſdem rebus legatis, reſtituendi. Trebellianica autem, cum detrahatur de fideicommiſſo vniuerſali, cuius dominium non transfertur, niſi poſt factam ſaltem reſtitutionem verbalem, l. reſtituta ꝗ eodem, fructus medio tempore percepti, in reſtitutionem quidem non veniunt, ſed in eam imputantur, id, quod apertius ex ſequenti diſtinctione apparebit.

257 Quod attinet igitur ad ſecundum articulum, ſic breuiter diſtinguendum eſt. Aut teſtator iubet fructus imputari; Aut non, ſi iubet, imputãtur, l. quod autem, ſupra ad legem Falcidiam, ſi nõ iubet, ſed in dubio verſamur, Aut loquimur de fructibus hæreditarijs, qui ex rebus non ſpecialiter legatis capiuntur, Aut de fructibus, qui capiuntur ſpecialiter ex rebus nominatim legatis. Primo caſu rurſus diſtinguendum eſt, quia, Aut loquimur de fructibus, recollectis ante mortem teſtatoris, vel pendentibus, & imputantur, vel potius ſunt in cauſa, vt teſtator minus de patrimonio erogaſſe, legãdo, videatur, l. in lege Falcidia placuit, ſupra ad legem Falcidiam. Aut loquimur de fructibus collectis poſt mortem teſtatoris, ante, vel poſt aditam hæreditatem; & in Falcidiam non imputantur, ſed cedunt lucro ipſius hæredis, l. in ratione, & l. in quantitate, ſupra ad legem Falcidiam, §. quantitas, Inſtitut. eodem. Secundo autem caſu, Aut verſamur in rebus legatis, quarum dominium recta via tranſit in legatarium, Aut in alijs. primo caſu, Aut legatum eſt purum, Aut conditionale, vel in diem, Si purum res legata vna cum fructibus præſtanda eſt, vel, legatario volente, fructus ſunt in Falcidiam imputandi, vt poſt gloſ. ſentit Bart. in hac eadem l. noſtra, num. 6. & ſequuntur DD. communiter, & in primis Ripa num. 48. Si ſub conditione, vel in diem, Aut agimus de fructibus perceptis ante diei aduentum, vel conditionis, & imputantur, l. quod de bonis, §. fructus, ſupra ad legem Falcidiam, vbi gloſ. l. Paulus reſpondit, ff. eodem titulo. Aut de his, qui percipiuntur poſt aduentum diei, vel conditionis, & tunc pariter, ſiue negligentia non petentis, ſiue mora non ſoluentis percipiantur, ſemper, vel reſtituuntur, vel (legatario volente) imputantur, & ita procedit communis opinio, de qua per Ripam hic, num. 48. in fin. Si verò verſamur in rebus, quarum dominium, ſequuta teſtatoris morte, legatario non quæritur, Aut hæres eſt in mora, Aut non, Si eſt in mora, cogitur reſtituere, vel imputare, vt per glo. infra eodem. Si in mora non eſt, nec reſtituere, nec imputare tenetur, d. l. Paulus reſpondit, in fin. ſupra ad legem Falcidiam.

258 Supereſt modò, vt tertiam, & vltimam inſpectionem diſcutiamus, An, ſcilicet, fructus in Falcidiam imputentur, vbi percepti ſunt ex re nominatim legata, reſpectu omnium, vel reſpectu illius legatarij duntaxat, ad quam pertinet res legata.

Sunt ergo in hac vltima juris controuerſia contrariæ opiniones, Altera eſt Pauli Caſtren. ad l. quod de bonis, in §. fructus, ſupra ad legem Falcidiam, exiſtimantis fructus non imputari ſimpliciter, & reſpectu omnium in Falcidiam, ſed per modum compenſationis, reſpectu dumtaxat illius, ad quem pertinet res legata, ex qua ſunt percepti.

Et, pro hac opinione, poſſumus primum hoc pacto ratiocinari. Si fructus percepti, ex re nominatim legata, reſpectu omnium in Falcidiam imputarentur, Falcidia ipſa de legatis pro rata, habita ratione quantitatis patrimonij tempore mortis teſtatoris, non deduceretur, ex legatis enim eorum, ex quibus hæres fructus non percepiſſet, ſemper minus, & interdum nihil, vbi fructibus, ſcilicet, Falcidiæ poſſet ſatisfieri, deduceretur. Sed hoc eſt abſurdum, & contra text. in l. in quantitate, in prin. ſupra ad legem Falcidiam, & in §. vltim. Inſtit. eodem, ergo falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur.

259 Secundo loco rationi conſentaneum eſt, vt fructus percepti, ex re legata, reſpectu illius tantummodò in Falcidiam imputentur, cui, niſi imputarentur eſſent reſtituendi, ſed, niſi imputarentur, ſine dubio illi legatario dũtaxat reſtituentur, ex cuius re legata fuerunt percepti, ad quem tamquam ad dominum, qui rei legatæ dominium à die mortis teſtatoris acquiſiuit, pertinebant l. à Titio, ff. de furt. ergo reſpectu illius dumtaxat, non autem reſpectu aliorum ſunt imputandi.

In contrariam tamen opinionem, poſt Alexand. iuit Ripa hic, num. 52.

260 Primum per text. in l. quadringenta, in §. vltimo,

Digitized by Google

vltimo, ſupra ad legem Falcidiam, qui, præterquamquòd apertè videtur probare hanc ſententiam, ſic poteſt breuiter, omiſſa illius facti narratione, pro hac opinione, aduerſus Caſtrenſem, induci. niſi fructus, ex re nominatim legata, reſpectu omnium in Falcidiam imputarentur, non ita imputarentur, vt ſi quid Falcidiæ deeſſet, ab omnibus legatarijs, & ſic etiam ab eo, ex cuius legato fuerunt percepti, pro rata veniret ſupplenda, ſed pro rata omnes tenentur ſupplere, vt apertè deciditur in d. §. vlt. igitur fructus, ex re legata percepti, reſpectu omnium in Falcidiam imputantur.

261 Secundo loco adducitur text. in dict. l. in quantitate, in §. vltimo, verſic. ſed tanto minus, ſupra ad legem Falcidiam, qui poteſt hoc modo induci. niſi fructus percepti ex re legata, reſpectu omnium imputarentur, & niſi omnibus prodeſſent, non tanto minus erogatum ex bonis intelligeretur, quantum interea, pendente, ſcilicet conditione, ex fructibus, & vſuris fuiſſet hæres lucratus, ſed ea fit computatio, vbi ante aduentum conditionis fructus hæres ex legatis perceperit, vt tanto minus erogatum intelligatur, quantum interea ex fructibus hæres lucratus eſt, igitur ita fructus percepti ex rebus legatis in Falcidiam imputantur, vt omnibus proſint.

262 Tertio, illa in dubio eſt admittenda interpretatio, per quam minus detrahitur per legē
263 Falcidiam, quàm fieri poſſit, cum contra teſtatorum voluntatem detrahatur, l. Titia, ſupra ad l. Falcidiam. Sed eiuſmodi eſt interpretatio, per quā admittimus reſpectu omnium fructus in Falcidiam imputari, vt nulli dubium eſt, igitur hæc poſterior interpretatio digna eſt, quæ à nobis recipiatur.

264 Quarto, & vltimo, quicquid ideo in Falcidiam imputatur, quia iudicio teſtatoris vniformiter, & quaſi iure hæreditario capitur, in totum, & reſpectu omnium, in Falcidiam imputatur, l. in quartam, ſupra ad legem Falcidiam. Sed fructus, qui ex re nominatim legata, pendente conditione, percipiuntur, ideo imputantur, quia vniformiter, & quaſi, hæreditario iure, iudicio teſtatoris, vt nemo dubitat, capiuntur, Ergo ſimpliciter, & reſpectu omnium imputantur.

265 Accedat quinto, quòd tunc demum fructus, in diſceptatione poſiti, reſpectu illius tantummodo legatarij, ex cuius legato accipiuntur, per viam compenſationis imputarentur, quando ab eodem legatario accipi diceretur, ſed fructus, qui capiuntur ex re legata nominatim, pendente conditione, à legatario, ad quem non pertinent, non accipiuntur, ſed iudicio teſtatoris, & rei ipſi, cuius dominium nō eſt, ante diei aduentum, vel conditionis in legatarium tranſlatum, accepto feruntur, vt dicitur in l. noſtra, igitur ſimpliciter, & non per viam compenſationis, in Falcidiam imputantur.

Non obſtant ea, quæ afferebantur ex aduerſo, & preſertim primum argumentum, petitum à d. l. in quantitate, quia non tenet hæc ſequela. fructus percepti ex re legata vni, imputantur in Falcidiam reſpectu omnium, ergo Falcidia à legatarijs non deducitur pro rata, quia fructus, qui capiuntur pendente conditione, ex re nominatim legata, non accipiuntur ab illo legatario, cui res nominatim legata eſt, ſed iudicio teſtatoris, & propterea ſimpliciter imputantur, &, ſi quid deeſt, omnes deinde legatarij pro rata ſupplere tenentur, ita, vt non plus conferat is, ex cuius legato conditionali fructus percepit hæres, quàm alij legatarij, quandoquidem fructus illi, qui imputantur, non conferuntur ab eo, ex cuius legato fuerunt percepti, cum ad eum, ad quem rei legatæ dominium, ante aduentum conditionis non eſt tranſlatum, non pertineant.

Nec obſtat ſecundum, quia poſſet habere locum, vbi fructus perciperentur ex legato puro, quo caſu legatario eſſent reſtituendi fructus, niſi imputarentur in Falcidiam, ſecus in legato conditionali, ex quo, medio tempore percepti fructus, ſi locus ſit Falcidiæ imputantur reſpectu omnium, vt in d. l. qui quadringenta, in §. vltimo. Si verò Falcidiæ non ſit locus, legatario, ad quem pertinent ratione dominij acquiſiti à die mortis teſtatoris, reſtituuntur.

Poſſunt ergo, in propoſita iuris controuerſia diſtinctione contrariæ cōciliari opiniones. Nam, Aut fructus percipiuntur ab hærede, ex re, particulariter alicui purè legata. Aut ex re legata in diem, vel ſub conditione. Primo caſu imputantur ſolummodo reſpectu illius legatarij à quo percipi videntur, illi autem, qui vltra id, quod ex illius legato deducere deſiderat, percipiuntur, eidem legatario, tamquam domino, reſtituuntur, ſiue fuerit in mora hæres, ſiue nō, & ita intelligitur opinio Caſtren. ad d. l. quod de bonis, in §. fructus, ſupra ad Legem Falcidiam, & animaduertendum eſt, hoc in caſu, non præcisè imputari, quia, ſi legatarius velit fructus ſibi reſtitui, cogitur hæres illos reſtituere, & de re legata quartam deducere. Secundo autem caſu, vbi, ſcilicet, percipiuntur ex re in diem, vel ſub conditione legata, quia fructus, qui capiuntur, pendente

condi-

conditione, non à legatario accipiuntur, ſed iudicio teſtatoris, d. l. mulier, quæ duobus, in §. ſi hæres, infra eod. & propterea reſpectu omnium imputantur, d. l. qui quadringenta, §. vltimo, vbi Caſtrenſ. ſupra ad legem Falcidiam, & l. in quantitate, §. vltimo, verſicu. ſed tanto minus, eodem titulo, &, in his terminis, vendicat ſibi locum ſententia Alex. & Ripæ hic, num. 52.

267 Quinto autem loco, colligitur ex hoc tex. rogatum hæreditatem reſtituere, id videri rogatum reddere, quod fuit hæreditatis, & hæc concluſio nullam difficultatem patitur, hære-
268 ditatis autem eſſe dicitur vniuerſum teſtatoris, & morientis ius, l. hæreditas, ff. de verb. ſignificat. &, in ſumma, quicquid capitur iure
269 hæreditario, & propterea, etiam portio illa prælegati, quæ, non à cohæredibus, ſed iure hæreditario capitur, in reſtitutionem venit, vt videbimus in §. vltim. huius eiuſdem legis.

270 Sexto, & vltimo loco, colligo ex hoc text. fructus, qui, pendente conditione, capiuntur ab hærede grauato, non hæreditati, ſed ipſis
271 rebus accepto ferri, cum, poſt aditam hæreditatem, hæreditas deſierit eſſe hæreditas, &
272 conſequenter fructus acquirantur immediatè, ratione dominij, quod hæres ſingularum rerum hæreditariarum, hæreditatem adeundo, acquiſiuit, & ex his ad laudem Dei Omnipotentis, & Beatæ Virginis Mariæ impoſita eſt ſuprema manus, interpretationi huius legis.

Ad § ſi legatum, l. in fideicommiſſaria, ff. ad Senat. Conſult. Trebell.

Summæ Rerum, & Verborum.

1 Diuiſio, *textus.*
2 Summa.
3 Figuratio, *caſus.*
4 *Iure diuerſo non debet eadem res cenſeri. declaratur nu. 10.*
5 *Hæreditatis nomine, quod non continetur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionē, non venit.*
6 *Prælegatum, hæreditatis appellatione, non venit.*
7 *Retinere, & reſtituere, ſunt contraria.*
8 *Lex verbis non debet eſſe impoſita.*
9 *Hæreditariæ portionis appellatione, & prælegati pars, quæ à cohærede accipitur, non continetur.*
10 *Difformiter quod capitur, neceſſe eſt, vt diuerſo etiam iure cenſeatur.*
11 *Prælegati portio, quæ à ſe ipſo, & iure proprio capitur, venit appellatione portionis hæreditatis.*
12 *Legari ſibi, à ſe ipſo, non poteſt.*
13 *Lex Titia, ff. ad legem Falcidiam, declaratur.*
14 *Lex Marcellus, §. quidam, infra eodem, l. cum pater, §. fidei tuæ, ſupra de legat. 2. & l. cum virum, C. de fideicomm. declarantur.*
15 *Voluntas teſtatoris, vt Regina dominatur, vt lex cuſtoditur.*
16 *Voluntatis nullum efficacius argumentum, quàm verba.*
17 *Verba ſunt notæ eorum, quæ ſunt in mente.*
18 *Lex liberto, in §. filium ff. de annuis legatis, declaratur.*
19 Litteræ, *expoſitio.*
20 *Cæterum, dictio, interdum, vt nomen, interdum, vt aduerbium accipitur.*
21 Prælegatum, *an, & quando, & quomodo veniat in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem.*
22 *Prælegatum reſtituendum eſt, vel non, ſecundum expreſſam, vel coniecturatam teſtatoris voluntatem, vbi de ea conſtare poteſt.*
23 *Quaſi legatum, quod etiam prælegatum appellatur, in reſtitutionem non venit.*
24 *Prælegatum, quod capitur difformiter, quodque propriè prælegatum eſt, cur ſic appellatum.*
25 *Fiduciarius hæres, quis dicatur.*
26 *Prælegatum, fiduciario hæredi relictum, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non venit.*
27 *Prælegatum, in quo facta eſt particularis, per ſubſtitutionem, promiſſio, in vniuerſalem hæreditatis reſtitutionem non venit.*
28 *Fideicommiſſaria hæreditatis ſubſtitutio, non refertur ad eam, in quibus facta eſt ſpecialis promiſſio.*
29 *Prælegatum vniuerſum, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem venit, vbi quis vniuerſaliter grauatus eſt, quicquid ex bonis, ex hæreditate, vel ex patrimonio ad eum peruenerit, reſtituere.*
30 *Idem ſi grauatus ſit ſimpliciter, partem ſuam reſtituere.*
31 *Prælegatum, nulla ex parte in reſtitutionem venit, vbi hæres grauatus eſt partem hæreditatis reſtituere, ſi grauamen antecedit, & prælegatum ſubſequitur.*
32 *Prælegati portio hæreditaria, in reſtitutionem venit, ſi hæres grauatus eſt reſtituere portionem hæreditatis, & prælegatum præcedit grauamen.*

Si le-

S I legatum ſit hæredi relictum, & rogatus ſit portionem hæreditatis reſtituere, id ſolum non debere eum reſtituere; quod à cohærede accepit. Cæterum, quod à ſemetipſo ei relictum eſt, in fideicommiſſum cadit, & id Diuus Marcus decreuit.

1 HÆc poſtrema, l. in fideicommiſſaria, particula, in tres alias particulas commodè ſubdiuiditur, in quarum prima factum narratur, in ſecunda dubitatio deciditur, in tertia, Imperatoris auctoritate confirmatur. ſecunda initium habet ab illis verbis. id ſolum. tertia ab illis. & id.

2 Paucis perſtringitur ſententia illius hoc pacto. Grauatus hæreditatis partionem reſtituere, non niſi eam prælegati partem, quam accipit iure proprio, tenetur reſtituere.

Facti autem ſpecies, ſic confingi poteſt. Titius inſtituit hęredem Primum, & Secũdum, & Primum, cui etiam prędium prælegauerat, grauauit, vt ſuam hæreditatis portionem Sempronio reſtitueret. quęſitum fuit, nunquid, veniente caſu fideicommiſſi, aliqua prælegati portio, vel totum, vel nihil ex eo, in fideicommiſſariam veniret reſtitutionem. Et dubitandi cauſa, videbatur reſpondendum, aut nullam prælegati portionem eſſe reſtituendam,
4 aut integrum prælegatum, ne, vna, & eadem res, diuerſo iure cenſeretur, contra regulam, l. eum, qui, de vſucap.

5 Et primum quidem, nulla videbatur prælegati portio in reſtitutionem venire, quia, quod hæreditatis nomine non continetur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem
6 non venit, argumento l. labeo de ſuppel. leg. ſed prælegatum, hæreditatis appellatione nõ compræhenditur, l. ſi Titius ſupra de legat. 3. igitur in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non venit.

7 Secundo, quia, ſi aliqua prælegati portio in fideicommiſſariam hęreditatis reſtitutionem veniret, grauatus ſuam hæreditatis portionẽ reſtituere, integra non poſſet prælegata retinere, implicat enim, integra retinere, & pro parte reſtituere, vel in totum. At vnus ex pluribus cohæredibus, ſuam hæreditatis portionem reſtituere grauatus, integra poteſt relicta ſibi prælegata retinere, l. Titia ſupra ad legem Falcidiam, igitur nulla prælegati pars, in fideicommiſſariam venit reſtitutionem.

Quòd, ſi prælegatum in fideicommiſſum caderet aliquo modo, videbatur vniuerſum in reſtitutionem fideicommiſſariam venire.

8 Primum, quia non videtur referre, an quis grauatus ſit reſtituere partem ſuam, vel quicquid ad eum peruenerit quoquo nomine de bonis teſtatoris, vel quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit poſt mortem teſtatoris. aut ſuam portionem hæreditatis, niſi velimus legem eſſe impoſitam verbis, contra l. 2. in fin. C. communia de legat. At, vbi quis grauatus eſt reſtituere partem ſimpliciter, vel quicquid de bonis, vel de hæreditate ad eum peruenerit, integra quoque prælegata reſtituere compellitur. l. Marcellus, §. quidam liberis, infra eodem, l. cum pater, §. fidei tuæ, ſup. de leg. 2. l. cum virum C. de fideicomm. ergo debet integra quoq; reſtituere compelli is, qui, vt hic, ſuam hæreditatis partem reſtituere grauatus eſt.

Præterea, & ſecundo, tunc demum rogatus reſtituere ſuam hæreditatis portionem, teneretur tantummodo prælegati partem, quàm capit iure proprio, & hæreditario, reſtituere, quando iure cautum nõ reperiretur, vt etiam rogatus reſtituere hæreditatem, vel partem hæreditatis, cogeretur, quod non iure proprio, & hæreditario, ſed iure fideicommiſſi ab alio accepit, reſtituere. At hoc quoque reperitur iure cautum, vt patet ex l. liberto, in §. filium, ſupra de annuis legat. igitur nulla ratio patitur, vt grauatus reſtituere partem hæreditatis, non teneatur etiam prælegati partẽ, quam accipit à cohærede, reſtituere.

His tamen, & ſimilibus minimè refragantibus, id ſolum, quod à ſe ipſo, & iure hæreditario capitur, in fideicommiſſum cadere deciditur hic, vbi, quis ſit grauatus hæreditatis portionem reſtituere, & ratio deciſionis potuit eſſe, quia, appellatione partis hęreditatis, ea pars prælegati, quæ à cohærede accipitur, non iure proprio, minimè continetur, & cum hoc text. noſtro, cõſentit, ſecundum veriorem intellectum, l. filium, quem habentem. C. fam.
10 erciſcundę. inconueniens enim nullum eſt, vt quod diffor miter, & non vno iure capitur, diuerſo etiam iure, ob rationis diuerſitatem, cenſeatur, argumento, l. Papinianus exuli, ſupra de minor.

11 Nec facit negotium adducta ex aduerſo, & præſertim primum argumentum, quia, licet legata, & fideicommiſſa non veniant hæreditatis appellatione, vt habetur in d. l. ſi Titius, ea tamen pars prælegati, in qua præle-
12 gatum non valuit, cũ a ſe ipſo, ſibi ipſi legari non poſſit, l. & quidem, & l. legatum, §. 1. ſup. de leg.

de leg. 1. quæque, non in vim legati, ſed iure
hæreditario capitur, hæreditatis, ſiue portio-
nis hæreditatis appellatione, ſine dubio con-
tinetur, & conſequenter in reſtitutionem fi-
deicommiſſariæ hæreditatis venit.

13. Nec obſtat ſecundum, petitum à d. l. Titia,
ſupra ad l. Falcid. quia ibi Titius frater teſta-
tricis, ex parte tertia inſtitutus, retinet integra
prælegata ex coniecturata voluntate eiuſdem
teſtatricis, vel quia, antea grauando, & poſtea
prælegando, nõ videatur grauamine compre-
hendiſſe, quod poſtea hæredi, iam grauato, iu-
re prælegati dedit, vel quia, ſi grauando com-
præhendit, illud etiam, quod poſtea prælega-
uit, prælegando deinde à grauamine exeme-
rit, vt rectè ſpeculatur etiam Ant. Faber lib. 6.
coniect. cap. 4.

Nec faciunt negotium argumenta illa, qui-
bus probabatur debere prælegatum vniuer-
ſum venire in fideicommiſſariam hæreditatis
reſtitutionem, & præſertim primum, quod pe-
tebatur à d. l. Marcellus, in § quidam liberis
infra eod. à l. cum pater, in §. fidei tuæ, ſup. de
leg. 2. & à l. cum virum C. de fideicom. quia,
in præallegatis iuribus, hæres grauatus non
rogabatur hæreditatem, vel partem hęredita-
tis reſtituere, vt hic, ſed partem ſimpliciter, vel
quicquid de bonis, vel patrimonio, & hære-
ditate teſtatoris, ad hæredem perueniret, quę
verba compræhendunt omnia, quæ à teſtato-
re in in hæredem, quocunque iure, & cauſa,
obueniunt, & non reſtringunt fideicommiſ-
ſum, illud qualificando, ad portionem hære-
ditariam, cuius appellatione, non niſi ea præ-
legati pars, quę iure hæreditario capitur, com
præhændi poteſt. non eſt igitur lex impoſita
verbis, ſed voluntati ipſius teſtatoris, verbis
25 varijs demonſtratæ, quę vti lex ſemper in vl-
timis voluntatibus obſeruatur, §. diſponat in
Auth. de nupt. vti Regina dominatur, l. in cõ-
26 ditionibus ff. de condit. & demonſt. & cuius
nullum eſt efficacius argumentum, quàm ver
ba, l. ille aut ille, verſic. cum in verbis ff. de le-
gat. 3. Bart. ad Authent. hoc loco C. ſi ſecun-
do nupſer. mulier num. 10. Alciat. lib. 1. de
27 verb. ſignific. num. 25. verba enim ſunt no-
tæ eorum, quæ ſunt in mente loquentis, Ari-
ſtot. lib. 1. de interpretat. cap. 1. facit l. labeo de
ſupp. legat. tradit etiam, ex Boetio, Bald. ad l.
iuris gentium §. pactorum num. 5. ſupra de
pactis.

28 Nec obſtat ſecundum, quia deciſio d. §. fi-
lium, in l. liberto, ſupra de annuis legatis, niti-
tur coniecturata teſtatoris mente, ex pluri-
bus, de quibus per Ripã hic num. 4. à qua di-
ſpoſitiones vltimæ regulantur, vt mox dice-
bamus.

19 Venio nunc ad litteræ expoſitionem, quæ
planiſſima eſt, inquit Vlpianus.

SI LEGATVM SIT HÆREDI
RELICTVM. in corpore, ſcilicet, vel pe-
cunia hæreditaria, quæ capitur difformiter,
iuxta ea, quæ tradidimus ad l. in quartam, ſu-
pra ad l. Falcidiam num. 247.

ET ROGATVS SIT, ſubaudi (in-
quit Caſtrenſis) poſt prælegatum iam factum,
alias, nec portio hæreditaria in fideicommiſ-
ſariam hæreditatis reſtitutionem venit, vt ſu-
pra dicebamus per l. Titia, ad legem Falcid.
PORTIONEM HÆREDITATIS
RESTITVERE, ſecus ſi portionem ſim-
pliciter, vt in l. Marcellus §. quidam liberis, in-
fra eodem, vel quicquid ex bonis, vel hæredi-
tate peruenerit, vt in l. cum virum, C. de fidei-
com miſſ. & in l. cum pater, §. fidei tuæ, ſupra
de leg. 2. tunc enim vniuerſum venit prælega-
tum in reſtitutionem, vt ſupra docuimus.

ID SOLVM NON DEBERE
EVM RESTITVERE, QVOD A
COHÆREDE ACCEPIT. ea enim
pars, quæ à cohærede accipitur, cum in vim
legati capiatur, appellatione portionis hære-
ditatis, quam tantummodò reſtituere graua-
tus eſt, non continetur.

20 CETERVM QVOD A SE IPSO
EI RELICTVM EST, illud verbum
ceterum, ex ſententia, Ripæ hic num. 1. duo-
bus modis accipi poteſt, vno modo aduerbia-
liter, vt idem ſignificet, quod particula aduer-
ſatiua, ſed, vt in l. 1. C. ſi aduerſus rem iudic.
& in l. in cauſæ ff. de procur. altero autem mo-
do, vt ſignificet idem, quod reliquum, quod
ei relictum eſt, vt in l. quæſitum, §. idem re-
ſpondet, ſupra de fundo inſtructo, & inſtrum.
legat. & in l. ceterorum, infra de verb. ſigni-
ficat. & ſenſus ſemper eſt idem, videlicet, illa
verò prælegati pars, quæ iure hæreditario ca-
pitur, cum à ſe ipſo in vim legati accipi non
poſſit.

IN FIDEICOMMISSVM CA-
DIT, ideſt fideicommiſſo portionis hære-
ditariæ comprahenditur, & in reſtitutionem
venit, ſic legitur in Pandectis Florentinis.

ET ID DIVVS MARCVS DE-
CREVIT, in vulgatis autem codicibus
legitur.

IN FIDEICOMMISSVM CA-
DERE, DIVVS PIVS RESCRI-
PSIT. Dionyſ. autem Gothofred. in ſuo
iuris ciuilis corpore, retinet Pandectarum Flo

rentinarum lectionem, à qua ego non ſum ſo-
litus recedere.

21 Ex hoc verborum cõtextu vnica colligitur
concluſio, nimirum. vbi quis grauatus ſit hæ-
reditatis partem reſtituere, eam ſolummodo
prælegati partem, quæ capitur iure hæredita-
rio, in fideicommiſſum cadere.

Huius concluſionis occaſione, declarant in-
terpretes hic, & in primis Ripa, an, & quando,
& quomodo prælegata veniant in fideicom-
miſſariam hæreditatis reſtitutionem, id, quod
declarauimus etiam nos, in prima ſelectarum
diſtinctionum centuria, diſtinct. 86. & obiter
ad l. in quartam, ſupra ad l. Falcid. num. 148.
verſ. ſed, vt obiter. Nunc autem plenius de-
clarando, & opportunius hanc materiam
22 repetendo, ſic diſtinguimus. Aut aliquo mo-
do conſtat de voluntate teſtatoris, Aut verſa-
mur penitus in dubio. ſi conſtat, vel nihil ex
prælegato reſtituitur, vel totũ in fideicommiſ
ſum cadit, vel pro parte, prout de illius men-
te conſtat, l. liberto, §. filium, ſupra de annu-
is legat. l. Titia, ſupra ad l. Falcidiam, facit re-
gula, l. in conditionibus, ſupra de cond. & de-
monſtr. ſentit Ripa hic num. 4. tradit Peregr.
de fideicomm. art. 7. num. 27. & nouiſſimè D.
Gaſpar Anton. Theſaur. lib. 1. quæſt. Forenſ.
23 quæſt. 17. ſi vero in dubio verſamur, Aut lo-
quimur de prælegato, quod vniformiter capi-
tur, quod à nobis, quaſi legatum appellatur,
per tex. in §. ſi quis vna, Inſt. de fideicomm. hæ
red. & prælegatum etiam appellatum reperi-
tur in l. 4. §. cum Pollidius ſupra de vſur. for-
tè, quia præcipiatur ante fideicommiſſariam
24 hæreditatis reſtitutionem. Aut de eo præle-
gato loquimur, quod capitur difformiter, &
ita appellatur, quia à grauato, ante diuiſionẽ
hæreditatis, cum cohæredibus, de communi
percipiatur. Si de primo, concludendum eſt,
abſolutè non venire, pro aliqua parte in reſti-
tutionem, d. §. ſi quis vna. Si de ſecundo, quod
25 propriè prælegatum eſt. Aut hæres grauatus,
eſt hæres fiduciarius, qui fidem ſuam accom-
modauit, vt incapaci hæreditatem reſtitueret,
Aut eſt alius quilibet non fiduciarius hæres, ſi
26 fiduciarius, à quo hæreditas, tanquam ab in-
digno auferatur à fiſco, iuxta l. eum, qui, §. vl-
timo ff. de his, quibus, vt indign. vbi Bart. præ-
legatum, in reſtitutionem non venit, ſed reti-
netur integrum, vt per Ripam hic num. 6. ver-
ſic. non obſtat text. & num. 7. vbi rationem
27 reddit. Si non fiduciarius hæres, Aut circa
prælegatum facta, eſt ſpecialis prouiſio per
ſubſtitutionem, Aut nulla facta eſt ſpecialis
prouiſio. ſi facta eſt ſpecialis prouiſio, per ſub-
ſtitutionem, in fideicommiſſariam hæredita-
tis reſtitutionem non venit, l. Lucius, §. de
pluribus, infra eodem, vniuerſalis enim fidei-
commiſſaria ſubſtitutio, non refertur ad ea,
in quibus facta eſt ſpecialis prouiſio, l. cohæren-
di, §. qui patrem, ſupra de vulg. & pupill. cum
alijs iuribus, & rationibus adductis per Peregr.
de fideicomm. artic. 7. num. 30. ſi vero nulla
29 facta eſt prouiſio ſpecialis. Aut eſt grauatus
hæres vniuerſaliter reſtituere, quicquid ex bo
nis, vel patrimonio, & hæreditate defuncti ad
eam peruenerit, Aut particulariter partem
ſuam. Primo caſu prælegatum vniuerſum in
reſtitutionẽ venit, d. l. cum pater, §. fideiuſſor
ſupra de legat. 2. & d. l. cum virum C. de fidei-
30 commiſſ. Secundo autem caſu, Aut hæres
grauatus eſt reſtituere ſuam partem ſimplici-
ter, Aut ſuam partem hæreditatis, ſi ſuam par-
tem ſimpliciter, pariter prælegatum vniuer-
ſum in reſtitutionem venit, l. Marcellus, §. qui-
dam liberis infra eodem, tradit etiam Ripa hic
num. 2. ſi partem hæreditatis, Aut antecedit
grauamen, & ſubſequitur prælegatum, Aut
è contra prælegatum antecedit, & grauamen
31 ſubſequitur, ſi antecedit grauamen, nihil ex
prælegato in reſtitutionem venit, ſed integrũ
retinetur, & in his terminis locum ſibi vendi-
cat, l. Titia, ſupra ad l. Falc. vt latè ex Anton.
Fabro lib. 6. coniect. cap. 4. declarauimus, ra-
tionem huius deciſionis reddẽdo ad l. in quar-
tam, ſupra ad l. Falcidiam num. 149. ſi vero
32 antecedit prælegatum, & ſubſequitur graua-
men, ſolummodo ea prælegati pars, quæ capi
tur iure hæreditario, in fideicommiſſariam hæ-
reditatis reſtitutionem venit, vt probatur
apertiſſimè in tex. noſtro, & hæc, ni fallor, ab-
ſoluta eſt Theorica in hac materia, quam la-
tiſſimè tractant Iac. Menoch. lib. 4. præſump.
149. & 199. Cardin. Mantica de coniect. vlt.
volunt. lib. 7. tit. 7. & Peregr. de fideic. artic. 7.
num. 21. cum ſeqq. Illud ſolummodo hic ad-
monendi ſumus, in caſibus, in quibus nihil ex
prælegato, vel prælegatum integrum venire
in reſtitutionem fideicommiſſariam ſtatui-
mus, ſupra in corpore diſtinctionis, idem intel
ligendum ſtatutum etiam in ſingulis rebus
per fideicommiſſum relictis, & in legatis, quæ
hæreditatis appellatione non comprehen-
duntur, l. ſi Titius ſupra de leg. 3.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
VERBORVM ET SENTENTIARVM
Quæ hoc Volumine continentur.

A

ABlatiuus abſolutus, non expreſſa perſona dãtis, conditionem non inducit. pag. 181. num. 66.
Ablatiuus abſolutus conditionem ſignificat. pag. 201. nu. 161.
Ablatiuus abſolutus, vbi expreſſa eſt perſona dantis conditionem inducit non habentem figuram conditionis. 202. 171. & 187.
Ablatiuus abſolutus inducit etiam diſpoſitionem, vbi prolatus eſt ab eo, qui habet diſponendi facultatem. 207. num. 200.
Ablatiuus abſolutus, quando diſpoſitionem ſignificat, ad quam ſit referendus pag. 16 num 202.
Abſentia nemini debet eſſe damnoſa. 276. c37.
Declaratur num. 145 & num c47.
Abſentes, minores, & furioſi æquiparantur. 276. 137.
Abſtracti forma, nõ eſt diuerſa a forma concreti. 71. 343.
Abſtractum dicit aliquid extra ſubiectum. 71. 341.
Abſentia non debet abſenti, in alterius præiudicium prodeſſe 277. 145.
Accepta à teſtatore, extra cauſam teſtamenti titulo lucratiuo, puta donationis, vel dotis, an in Falcidiam imputentur. 186. 92.
Accepta extra cauſam teſtamenti, nec teſtatore iubente, in Falcidiam imputantur. 187. 94.
Accepta extra cauſam teſtamenti, an, & quando in Falcidiam imputentur. 188. 103.
Acceſſorij multiplex ſignificatio, & natura pleniſſimè declaratur. pag. 55. num. 263.
Acceſſorium diffinitur. 56. num 264.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 57. 267.
Accidens eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. 76. 379.
Accidens nõ poteſt eſſe pars rei, cuius eſt accidens. 76. 381.
Accingendus proximè, habetur pro accincto. 137 439.
Acquiſitio inutilis, et momẽtanea non admittitur. 127. 359.
Limitatur. 129. 370.
Actio rei vendicationis, an, & quando pro legatis competat. 142 482.
Actio rei vendicationis, An, & quando competat pro legatis rerum, in quibus cadit dominium. 16. 484.
Actio in rem, ideſt, confeſſoria, & negatoria, an, & quando competat pro legatis rerum in quibus dominium non cadit. 144. num. 485.
Actio hypothecaria, an, & quando competat pro legatis. 145. 491.
Actio hypothecaria non competit pro diſpoſitionibus innominatis, pro quibus habet locũ officiũ Iudicis. 144. 495.
Actio nulla perſonalis ex teſtamento eſt datiua. 139. 451.
Actio, quã ſimpliciter lex dare pollicetur, eſt datiua. 139. 452
Actio perſonalis ex teſtamento non datur contra non hæredem, & non poſſidentem. 139. 453.
Declaratur 141. 468.
Actio à Prætore per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, perinde datur, ac ſi ex teſtamento adita eſſet hæreditas. 139. 454.
Actio eadem, quandoque ciuilis, quandoque Prætoria dicitur. ibid. num 456. & num. 462.
Actio in rem vbi datur pro legatis, competit etiam actio perſonalis ex teſtamento. 140. 457.
Actio etiam in rem competit pro legatis conſeruatis, per edictum ſi quis omiſſ cauſ. teſtam. 140. num. 458.
Actio perſonalis ex teſtamento competit etiam pro omnibus legatis, quæ ſuſtinentur quocumque iure ſpeciali, vt obſeruetur voluntas teſtatoris. 140. num. 460.
Actio pro legatis conſeruatis per edictum ſi quis omiſſ. cau. teſtam. non oritur ex dolo, & fraude omittentis, ſed ex aditione ab inteſtato, quæ habetur pro aditione ex teſtamento. 140. 465.
Actio pro legatis conſeruatis per edictum ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. eſt natiua non datiua ibid 467.
Actio, & paſſio non datur in eodem ſubiecto. pag. 29. 92. & 132. 401.
Actio perſonalis ex teſtamento competit pro relictis etiam in Codicillis 50. num 228.
Actio perſonalis ex teſtamento, quæ competit pro relictis in codicillis, vtilis eſt, non directa. 53. 254.
Actio de partu agnoſcendo datur etiam inter fratres, & agnatos. 53. 255.
Actio in rem ſupponit dominium ex parte agentis. 93. 66.
Actio eſt ius perſequendi in iudicio ordinario. 106. 158.
Actio olim ab hæredibus, & contra hæredes incipere non poterat 160. 162.
Actio perſonalis ex teſtamento competebat pro fideicommiſſis, anteaquam quattuor genera legatorum, vnius, & eiuſdem naturæ efficerentur. 108 172.
Actio perſonalis eſt ſpecies propria actionis fluens ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi. 108. 173.
Actio perſonalis ex teſtamento competit pro omnibus legatis, & fideicommiſſis. 136. 424.
Declaratur num. 435.
Actio eſt de iure ciuili. 136. 428.
Actio perſonalis ex teſtamento, neque pro directa in teſtamento data, neque pro fideicommiſſaria libertate, competere poteſt. 136. 429.
Actio perſonalis ex teſtamento oritur ex quaſi contractu aditionis hæreditatis. 138 444.
Actio qualibet perſonalis ex teſtamento eſt ciuilis. 138. num. 446.
Actio perſonalis ex teſtamento ex dolo, vel frauda non

oritur, ſed ex quaſi contractu. 139.449.
Actio perſonalis ex teſtamento, an, & quando competat pro legatis, quæ ex diſpoſitione ſtatuti, vel teſtatoris debetur, etiam hæreditate non adita. 143.469.
Actiones tres, quæ pro legatis competunt, quomodo poſſint concurrere. 145.496.
Actiones omnes competentes pro legatis, an, & quando ſimul poſſint intentari, & in eodem libello cumulari, remiſſiuè. ibid. 498.
Actiones quoque ciuiles pollicetur, & dat Prætor in caſibus interdum, in quibus à ciuili iure non dantur. 140.463.
Actione perſonali quod petitur, nõ niſi ab hæredibus, ad quos tranſit peti poteſt. 252.492.
Actionem vbi pollicetur Prætor, nomine illius non expreſſo, intelligitur dare actionẽ in factũ ex illo edicto. 138.448
Declaratur 140.467.
Actione perſonali ex teſtamento peti non poteſt, quod ex teſtamento non eſt. 133.407.
Actione ex ſtipulatu de dote, in locum rei vxoriæ actionis ſubrogata, ceſſauit rei vxoriæ. 93.53.
Actionis appellatione, largè, venit etiam extraordinaria perſecutio. 106.159.
Declaratur 107.167.
Actionis iure petitur, quod directa, vel vtili actione petitur. 107.166.
Actionis appellatione, largè, venit etiam officium Iudicis. 137.433.
Actus fieri vtiliter facilius impeditur, quam infirmetur actus validus. 73 354.
Actum nihil intelligitur, quando aliquid supereſt addẽdum. 72.349.
Aduentitia non conferuntur. 246.458.
Aduentitia in legitimam non imputantur. 232.374.
Aditio hæreditatis eſt quaſi contractus, ex quo naſcitur actio perſonalis ex teſtamento. 135.417.
Aditio hæreditatis, quæ eſt quaſi contractus, in teſtamento fieri poteſt. 35.127.
Ademptio in teſtamẽto facta, aditione hæreditatis ex eodem teſtamento confirmatur. 114.215.
Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis teſtatoris. 265.53.
Declaratur num. 68.
Aedificij appellatio, in dubio, ſuperficiem, & ſolum includit. 130.376.
Adoptio non efficit verè filios, nec ætas, quæ naturalis eſt, verè ſuppleri poteſt ciuili iure. 286.215.
Aequiparata etiam vniuerſaliter, & per modum regulæ adhuc differunt. 91 39.
Aequiparatio quotuplex. 89.26.
Aequiparatio particularis, quæ. 89 27.
Aequiparatio vniuerſalis, quæ 89.28.
Aequiparatio identifica, quæ. 90.30.
Aequiparatio idẽtifica, an fuerit facta à Iuſtiniano 91.40.
Aequiparatio vniuerſalis, ratione etiam veriſimili, & non expreſſa reſtringitur. 104.149.
Aequiparatione legatorum, & fideicommiſſorum, fideicommiſſa vniuerſalia non fuerunt compræhenſa. 271.97.
Aes alienum deducitur antequam legata præſtentur. 251. num. 490.
Aequipollentiæ nomen, proprietatem excludit. 158.139.
Aequiparatarum eadem iuris diſpoſitio. 102.133.
Aequiparationes facere non poteſt, legis condendæ facultatem non habens 91.33.
Aequiparatarum in omnibus, & per omnia, idem eſt iudicium. 97 105.
Aggregata ſunt diuerſa à compræhenſis. 63.296.
Alimenta iuris naturæ eſſe dicuntur. 225.306.
Declaratur num 332.
Alimenta, legitimæ appellationem non recipiunt. 229.352.
Alimenta, ex æquitate Canonica, filijs etiam ſpurijs debentur. ibid. 353.
Alimenta formam legitimæ non habent, & extraneis quoque relinqui poſſunt, habent enim relationem ad omnem viuentem. ibid 354.
Alienatæ res, quaſi pro quarta electæ, hærede grauato etiam nolente, in quartam ei imputantur. 280 166.
Alluſio, & Etymologia, quo nomine differant. 161.9.
An, & quando imputentur in legitimam, quæ neceſſario ex parentis teſtamento capiuntur. 235.395.
An quod capitur ex teſtamento contingenter, ſi ſit ex re patris, in legitimam imputetur. 234.384.
An quod filius familias ex ſubſtantia patris per donationem inter viuos morte confirmatam capit, in legitimam debeat imputare 336.402.
Ambiguitas verborum actum nullum reddit. 149.6.
An, & quando in legitimam imputantur, quæ capiuntur citra parentum iudicium. 231.372.
An, & quando quæ capiuntur contingenter ex teſtamento patris, in legitimam imputentur. 233 382.
Antinomia inter l. in ratione, §. tametſi, ff ad l Falcid. & l. in quartam, verſ ſed & quod eod tit. ſoluitur, & vterque locus nouiter declaratur. 202.167.
Appellatio rei cuiuſque duplex, generica, & ſpecifica. 49.223.
Aquilia quoque lex fuit à plebe lata, cum Tribunus plebis eſſet Gallus Aquilius. 162.15.
Arbitrio Iudicis remittitur, quod in iure eſt omiſſum. 280.165.
Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra, valet. 37.138.
Declaratur 39.154.
Argumentum à coniugatis valet. 50.226.
Argumentum à deriuatis in æquiuocis non valet. 53.252.
Argumentum de genere, ad ſpeciem, non niſi negatiuè valet. 67.313.
Argumentum de ſpecie ad genus non valet, niſi affirmatiuè. 67.314.
Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando ſequitur abſurdus intellectus, & iuribus repugnans. 117.258. & 118.268.
Argumentum ſumptum ex ſcriptis I.C. non inſertis in corpore iuris tutum non eſt, præſertim à contrario ſenſu. 118.268.
Argumentum valet, de ſententia, ad teſtamentum. 151.24.
Argumentum valet, de libello, ad ſententiam 151.30.
Argumentum de Trebellianica ad Falcidiam affirmatiuè in hac materia, ſecundum communes traditiones, non valet. 179.53.
Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, valet. 219.262.
Argumentum de Falcidia ad legitimam, in materia imputationis, non valet. 239.428.
Argumentum de collatione ad imputationem, quando valeat. 245 454.
Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, valet. 246.457. & 261.20.

Argu-

Argumentum à ceſſaute ratione valet. 265.55.
argumentum à contrario ſenſu valet. 266.64.
argumentnm à proportione valet. 269.81.
argumentum à minori valet. 273.117.
argumentum de imputatioue ad reſtitutionem, in materia Trebellianica, non valet, plura enim imputantur, quæ non reſtituuntur. 277.144.
argumentum à iure ſingulari valet. 277.146.
Ars imitatur naturam. 58 273. & 92 49.
ars, & natura nihil operantur fruſtra. 156.231. & 128. 360. & 213.228.
Aſcendentes, & deſcendentes, parentes, & liberi ſunt correlatiua. 292.250.
Aſſignatio libertorum, & in teſtamento, & inter viuos fieri poteſt. 35.124.
aſſignatio libertorum eſt actus indifferens, qui tam inter viuos, quàm iu vltimis voluntatibus fieri poteſt. 36.130.
Augumentum ſpeciei non poteſt inducere eiuſdem ſpeciei corruptionem. 93.55.
augmentum, & commodum ad eum pertinet, ad quem pertinet damnum, & diminutio. 269.82.

B

BEneficium acquiſitum ex perſona alterius non ceſſat, quia ceſſet in eo ex cuius perſoua eſt quæſitum. 101.126.
Bona fidei poſſeſſor, fructus, quos ſuos facit, reſtituere non tenetur. 276.140.

C

CAius lib. 2. inſtit. tit. 7. declaratur. 118.267.
Canon ius gentium prima diſtinct. declaratur. 26.80.
Cap filius noſter, extra de teſtam declaratur 44.196.
Cap. Raynaldus, extra de teſtam declaratur 21.48.
Capi figura conditionis quid dicatur. 175.6.
Capitur non figura conditionis, quod capitur in vim modi. ibid. num. 7.
Capitur iure hæreditario aliquid ſecundum naturam iuris hæreditary, aliquid præter naturam. ibid 10.
Capiuntur ea, de quibus dubitari poteſt, an imputentur in Falcidiam, aut extra cauſam teſtamenti, aut ex cauſa teſtamenti ibid. 2.
Copiuntur ea, quæ ex teſtamenta capiuntur, aut contingenter, aut neceſſariò ibid. 3.
Cauſa ſine qua non, non eſt pars ſui effectus. 75.375.
Cauſa vbi non datur, non datur effectus. 138.445.
Cauſa qualibet ſuam particularem habet operationem, & ſpecificum effectum 139 450.
Cauſa, & ratione ceſſante, ceſſat effectus. 274.128.
Caſus figuratio in prima parte legis in quartam, ff. ad l. Falcid. 179 48.
Caſus figuratio in ſecunda parte. 180.57.
Caſus figuratio in tertia parte. ibid. 63.
Caſus figuratio, in prima particula quartæ partis principis. 181.72.
Caſus figuratio in ſecunda particula tertiæ partis. 182.77.
Caſus legis vbi eſt, omnis ceſſat dubitatio. 209 209.
Caſus figuratio ad l. in fideicommiſſariam, ff. ad Sen. Conſ. Treb. 260.15.
Caſus figuratio circa ſecundam partem. 262.36.
Caſuc omiſſus à lege correctoria, quæ extenſionem non patitur, remanet ſub diſpoſitione iuris communis. 190.237.
Cautionis remedium fragile eſt, & periculoſum. 126.348.
Charitas prima incipit à ſe ipſo. 39.147.
Circumſtantia rei iu legitima, quæ. 230.365.
Circumſtantia perſonæ, quæ 230.366.
Circumſtantia loci, quæ. ibid 367.
Circumſtantia modi, quæ ibid 368.
Ciuilitas eſt ſtatus loci commoda continens, & incommoda. 103.138.
Ciuitatis commoda qui ſentit, debet etiam onera ſubire, quæ illi ſunt annexa. 103.137.
Limitatur num. 149.
Clauſula in omnibus, & per omnia, extendit diſpoſitionem ad multa ad quæ ſui natura non porrigeretur. 96.99.
Clauſula, in omnibus, & per omnia, ſatis operatur effectum ſuum, includendo omnia præſentia, & exiſtētia 98.115.
Clauſula nulla in teſtamento appoſita valet, niſi hæreditatis aditione confirmetur. 140.172.
Codicilli vicem ſuſtinent teſtamenti 51.239.
Codicilli teſtamenti partes appellantur. 52 242.
Codicilli vim, & poteſtatem teſtamenti non habent. ibid. num 247.
Codicilli legitimi, & ſolemnes dici non poſſunt ibid 248.
Codicilli capite, & fundamento teſtamenti carent. ibid. num 249.
Codicilli olim ab inteſtato fieri non poterant. 54.260.
Codicilli, aut nullo modo, aut maxime impropriè, veniunt teſtamenti appellatione. 111.189.
Cogitur, verbum, neceſſitatem ſignificat 281.176.
Cogitare de futuris, de incertis, de non exiſtentibus nemo præſumitur. 98 113.
Collectiua quæ 154.78.
Commoda habentia annexa onera, ſi tranſeant de perſona in perſonam, tranſeunt cum ſuis oneribus. 244 441.
Declaratur 443.
Commodum, qui ſentire poteſt, debet poſſe ſentire incommodum. 274.126.
Communes opiniones, ſunt ſupponendæ, vbi de illis principaliter non dubitatur 282.200.
Communes opiniones cur, in diſputanda, ſint ſupponendæ. 64.301.
Communis vſus loquendi, in vltimis, voluntatibus præfertur proprietati. 39.143.
Compenſatio eſt ſpecies imputationis. 189.109.
Compenſatio præſumitur à lege in ſolutis ex neceſſitate. 240.422.
Compoſitum habet naturam ſimplicium. 180.59.
Conceſſio duobus facta ea mente, vt inter eos ſeruetur æqualitas, ſi reuocetur ab vno, etiam ab alio intelligitur reuocata. 100.125.
Concretum dicit illud ipſum, quod abſtrahi poteſt in ipſa ſubiecto. 71 342.
Condictio ex lege locum habet, quando noua à lege inducitur abligatio, ſecus vbi lex tollit impedimentum, quo ſublato, actio ex veteri ſua cauſa naſcitur. 141.476.
Conditionalis diſpoſitio non habet effectum, conditione deficiente. 244.443.
Conditia, vel dies intelliguntur fideicommiſſo adiecta, in gratiam hæredis grauati. 267.72.
Conditio, & tempus, in gratiam hæredis intelliguntur fideicommiſſis adiecta. 271.99.
Conditio, vbi res eſt poſita in conditione, de qua poteſt diſponere teſtator, in diſpoſitionem tranſit. 235 396.
Conditio, in ſubſtitutionibus directis eſt forma 236 399.
Conditio fauore legitimæ habetur pro nō adiecta 250.479.
Canditio tranſit in diſpoſitionem, ſi ita iniungitur honorato, vt honorem ſubſequatur, ſecus ſi antecedat. 206.195.

Conditio

Conditio relata ad vniuerſalem hæreditatem, ad totum teſtamentum dicitur pertinere. 75.364.
Conditio, & dies ſunt accidentia diſpoſitionis conditionalis, non pars. 76.380.
Conditio ſi ſeruos ſuos omnes manumittat, vno non manumiſſo, deficit. 155.82.
Cōditio honorato iniuncta, in diſpoſitionem tranſit. 177.20.
Conditio ſemper diſpoſitionem conditionalem præcedit. ibid. num. 21.
Conditio, & diſpoſitio ſunt oppoſita. 203.179.
Conditio nihil ponit ineſſe. ibid. 181.
Conditio, nec iniuncta hæredi in diſpoſitionem tranſit. 204. *num.* 185.
Conditio, & diſpoſitio quo pacto poſſint recipi in eodem ſubiecto. 205.191.
Conditio poteſtatiua, cur ſic appellata. 206.192.
Conditio abſque eo quod deſinat eſſe conditio, poteſt in diſpoſitionem tranſire. 207.201.
Conditionem ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, facit deficere etiam filius legitimatus. 286.214.
Conditionis implendæ cauſa, quod datur, an in Trebellianicam imputetur. 201.160.
Conditionis implendæ cauſa, quod datur, mortis cauſa contingenter capitur 202. 164.
Conditionis implendæ cauſa, quod datum eſt, nec per viam compenſationis in Falcidiam imputatur. ibid. nu. 166.
Conditionis implendæ cauſa, quod non figura conditionis datur, in Falcidiem imputatur, quaſi datum in vim pretij. ibid. 172.
Conditionis implendæ cauſa datum, An, & quando in Falcidiam imputetur, ſecundū opinionem Accurſij 203.175
Et ſecundum communes opiniones. 176.
Conditionis implendæ cauſa capientes, nec legatarij ſunt, nec fideicommiſſarij. 204.186.
Declaratur 198.
Conditionis implendæ cauſa, quod accipitur, an in Falcidiam imputetur ſaltem per viam compenſationis. 209 214.
Conditionis implendæ cauſa, quod accipitur, nulla ex cauſa debetur. 210.220.
Conditionis implendæ cauſa, quod accipitur, neque antequam accipiatur, neque poſtea, reſpectu eius à quo accipitur, imputari poteſt. 210.221.
Conditionis implendæ cauſa, quod datur, ſtatim peti non poteſt. 234.388.
Coniectura ceſſant, quando ſumus in claris. 22.51.
Coniuncta, ita vt potentius trahat ad ſe minus potens, intelliguntur coniuncta vnitate eſſentiæ 94.75.
Connexorum idem ſit iudicium. 273.116.
Continens ea, quæ in Trebellianicam non imputantur, non debet in Trebellianicam imputari. 180 58.
Conſequens qui facere poteſt, poteſt etiam facere antecedēs. 35. 223.
Conſequens, & pars non ſunt acceſſoria ad totum, & ad antecedens. 59.280.
Conſuetudinis Martini declaratio. 247.463.
Contingens, à conditione, cuius definitionem ingreditur non poteſt abeſſe 104 184.
Contingens ingreditur definitionem ſimplicis conditionis, nō relicti cauſa conditionis implendæ. 206.193.
Contingenter quod capi dicatur. 175.4.
Contingenter, quod capitur, aut figura conditionis capitur, aut non figura conditionis. ibid. 5.
Contingenter, & neceſſario ſimul capi res eadem non poteſt pag. 204. *num.* 182.
Declaratur, ibid. 192.
Continuatio debet fieri ad proxima. 49.220.
Continuatio alia ad Rubr. de legat. 1. *aſſertur, & probatur.* 55. 261.
Contractus, & quaſi contractus æquiparantur. 35.126.
Contractus, nec ratione verborum, poſſunt ad teſtamentum pertinere 36.129.
Contractus ex conuentione legem accipiunt. 219.261.
Contraria nō poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. 203.178.
Contrario vno dato, datur alterum de neceſſitate. 41.170.
Declaratur num. 192.
Contrarium vnum vbi non datur, nec datur alterum. 121. 302
Copula reſoluitur in ſingularitates. 111.192.
Correctio numquam admittitur, vbi verbis expreſſis, & ſpecialibus facta non ſit. 156.103.
Correctio non præſumitur. 195.136.
Correlatiuorum altero deſtructo, deſtruitur, & reliquum. 100. 123.
Correlatiuum alterum per alterum definitur. 75.374.
Correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio. 208 207. & *pag.* 290. *num.* 133. & 250.
Corruptio vnius, eſt generatio alterius. ..... 122.
Creditoribus regulariter ſatis fit alienatione fructuum potius, quàm corporum hæreditariorum, ipſis etiam creditoribus reclamantibus. 280.172.

D

D*Amnum, & diminutionem, qui non ſentit, nec commodum, & augumentum habere debet.* 270.92.
Dare eſt dominium transferre. 188 98.
Data cauſa conditionis implendæ, ſi ſunt remanſura apud hæredem, in quartam imputantur. 182.78.
Declaratur num. 80.
Datum à parente filio ob dignitatem, & ob ſtatus incrementum, in legitimam imputatur. 240.424.
Datum à patre filio emancipato, ea contemplatione, vt in Falcidiam imputetur, an ſi decedat relictis filiis, & hæredibus debeant præfati filij ſibi in legitimam imputare. 243 440.
Debitores fauore minorum, ſine interpellatione, re ipſa, per diei aduentum, in mora conſtituuntur. 276.138.
Debitum naturale ſoluetur morte, & non tranſmittitur ad hæredes. 33.114.
Debitum naturale duplex. 226.325.
Debitum exactum non admitti compenſationem. 291.240.
Definitionum verba, non, niſi propriè accipiuntur. 111.190.
Denominatio fit ab eſſe ſpecifico, non à generali, & indefinita materia. 26.74.
Denominari debet vnumquodque potius à ſuo eſſe ſpecifico, quàm à generali, & indefinita materia. 229.346.
Deportati, quæ iuris naturalis ſunt retinent. 226.310.
Deſcriptiones plures eiuſdem rei fieri poſſunt. 32.108.
Determinatio vna, reſpiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinat. 41.168. & *pag.* 51. *nu.* 235. & *pag.* 107. *num* 164. & 169.
Detractioni eſt locus, in ſupplementum eius, quod imputatur 281.178.
Dies quando interpellat pro homine, ita vt debitorem in mora conſtituat 276.139.
Differentia inter accidere, & accedere, & inter accidens, & acceſſorium 56.265.
Differentiæ inter legata, & fideicommiſſa, ante ſecutam æquipa-

æquiparationem, recenſentur. pag. 87. num. 4.
Differentia nominis. ibid. 5.
Differentia originis. ibid. 6.
Differentia finis. ibid. 7.
Differentia formæ. ibid. 8.
Differentia naturæ 88. 14.
Differentia circumſtantiarum, & in primis rei. ibid. 16.
Differentia in circumſtantia perſonæ, cui legabatur. ibidem num. 18.
Differentia in circumſtantia perſonæ à qua legabatur. ibid. num. 20.
Differentia in circumſtantia temporis. ibid. 22.
Differentia in circumſtantia modi. ibid. 23.
Differentia quo ad effectum. ibid. 24.
Differentia quoad reſolutionem. 89. 25.
Differentiæ plures inter legata, & fideicommiſſa, erant etiam tempore Vlpiani. 91. 35.
Differentia nominis, & originis, arguit ſubſtantiæ differentiam. 91. 41.
Limitatur num. 77.
Differentia ſecundum plus, & minus, ſpecies variare non poteſt. 93. 56.
Differentia nulla maior, quàm ſpecifica. ibid. 70.
Differentia ſecundum plus, & minus in entibus intellectualibus, poteſt inducere diuerſitatem ſpecierum 96 94.
Differentiæ, quæ ſint inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia. 121. 300.
Differentia inter legatum vniuerſitatis comprahendentis onera, vi nominis, & non comprahendentis. 123. 326.
Differentia inter legatum portionis hæreditatis, & legatum portionis bonorum. 124. 335.
Differentiæ inter legata particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia recenſentur. 125. 342.
Differentia nominis, quæ ibid. 343.
Differentia naturæ, quæ. 126. 344.
Differentia obiecti ibid. 345.
Differentia effectus ibid. 346.
Differentiæ nona ratio ibid. 349.
Differentiæ nonæ afferuntur rationes ibid. 352.
Differentia verborum directorum, & obliquorum ſublata eſt, quo ad relicta particularia, non quo ad relicta vniuerſalia, cuiuſmodi ſunt ſubſtitutiones. 127. 353.
Differentiæ ratio, allata à Bartolo, confutatur. 127. 355.
Differentia inter legati tranſlationem, & ſubſtitutionem, primo legatario factam. 129. 372.
Differentiæ reliquæ inter legata, & fideicommiſſariam hæreditatem, cur omittantur, ratio redditur. 132. 393.
Differentia inter grauatum emancipare, & grauatum manumittere, in quibus conſiſtat. 137. 440.
Differẽtia inſignis inter legatum vni ex hæredibus factum, & prælegatum. 177. 26.
Differentia inter datum cauſa conditionis implendæ figura conditionis, & non figura conditionis. 182. 80.
Differentia, an ſit inter Falcidiam, & Trebellianicam, quo ad effectum imputationis. 194 126.
Differentia quæ ſit, ſecundum communes traditiones, inter Falcidiam, & Trebellianicam. 212. 224.
Differentia quæ ſit, quo ad imputationem, inter corpus hæreditarium, & pecuniam. 216. 242.
Differentia inter corpus hæreditarium, & non hæreditarium. 217. 247.
Differentiæ ratio. 248.
Differentia inter corpus hæreditarium, & non hæreditarium, ex ſententia auctoris. 218. 259.
Differentia inter Falcidiam, & Trebellianicam, quæ ſit. ..... 256.
Differentiæ ratio probabilis inter Falcidiam, & Trebellianicam, quo ad imputationem non reperitur. 196. 137.
Differentiæ ratio, quæ ſit inter Falcidiam, & Trebellianicam, ſecundum communes traditiones. 212. 225.
Differentiæ ratio reddita à Ripa, defenditur ab impugnationibus Socini Iun 214. 234.
Differentiæ ratio, cur plura imputentur in legitimam, quàm in Falcidiam. 240. 420.
Differentiæ ratio, cur in legitimam imputentur etiam, quæ capiuntur extra cauſam teſtamenti, non in Trebellianicam. 243. 439.
Differentia inter legata, & fideicommiſſa vniuerſalia. 271. 98.
Differre effectu non ſolent, quæ nomine non differunt. 295. num. 129.
Differunt etiam effectu, quæ nomine, cauſa, natura, & ratione differunt. 194. 127.
Diffinitio debet conſtare genere, & differentijs 29 88.
Diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito. 30. 102. & pag. 50. 230. & pag. 111. num. 188. & pag. 116. 237.
Diffinitio cui competit, competit etiam nomen rei diffinitæ. 51. 231.
Diffinitio, cui non competit, nec diffinitum poteſt competere. 52. 244.
Diffinitiones plures vnius rei, cuius vnica eſt eſſentia, eſſe non poſſunt. 29. 87.
Difformiter quid, & quibus ex cauſis capiatur. 177. 22.
Difformitas in quo propriè conſiſtat ibid 24.
Difformiter capitur interdum etiam, quod datur cauſa conditionis implendæ. 180. 60.
Difformiter quod capitur in Falcidiam non imputatur, neque in Trebellianicum in totum. 198. 150.
Diminutionem operari non debet, quod ad augumentum inductum eſt. 103. 143.
Difformiter quod capitur, neceſſe eſt, vt diuerſo etiam iure cenſeatur. 260. 10.
Diſcretum non poteſt eſſe pars integralis. 75. 365.
Diſponens nunquam, cenſetur viam elegiſſe ad ſuam impugnandam voluntatem. 25. 23.
Diſpoſitiones teſtamentariæ, quæ ad auctoritatem teſtatoris, dumtaxat referuntur legati appellatione non veniunt. 145. 494.
Diſpoſitio, quantumuis generalis, non eſt trahenda ad non exiſtentia, & non cogitata. 98. 112.
Diſpoſitio omnium bonorum, ad futura non trahitur. ibid. num. 114.
Diſpoſitio verbis ennunciatiuis concepta, vt diſpoſitio, eſt tacita, vt ennunciatum, & narratum eſt expreſſa. 129. 375.
Declaratur nu 383.
Diſpoſitio omnino tacita dici non poteſt, quæ verbis ſaltem ennunciatiuis eſt expreſſa. 130. 385.
Diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris dumtaxat, an ſit ſpecies legati. 132. 395.
Diſpoſitio qualibet talis eſt, qualem titulus, ſub quo poſita eſt, demonſtrat. 132. 396.
Declaratur nu 405.
Diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris, dumtaxat, obligationem non parit. ibid 403.
Diſpoſitio non obligatoria, non poteſt eſſe legatum. ibidem num. 402.

Diſpoſitio,

Diſpoſitio, quæ refertur ad auctoritatem teſtatoris dumtaxat, actionem non parit. ſed pro illius executione officium Iudicis competit.133.405.
Diſpoſitio ſemper aliquid ponit ineſſe.203.180.
Diſpoſitio, in quam conditio tranſit, eſt pura.206.197.
Diſpoſitio legis, reſtricta ad certas perſonas, & ad certos caſus, vltra illos non extenditur.282.186.
Diſpoſitio facta in altero ex æquipollentibus, quod maius eſt, non habet locum in altero.286.210.
Diſpoſitio admittens filios legitimos ad ſucceſſionem feudi, intelligitur admittere etiam legitimatos.286.213.
Diſpoſitioni, quæ ad auctoritatem teſtatoris dumtaxat refertur, legati diffinitio non competit.132 399.
Diſtinguere non debemus, vbi lex non diſtinguit.274.130. & 280.168.
Diuiſio legis in fideicommiſſariam ff. ad Senat. Conſul. Trebell.260.13.
Diuiſio, § ſi legatum, l. in fideicommiſſariam ff. ad Sen. Conſult. Trebell 296.1.
Dolus, & culpa ſuffragari nemini debent 265.56.
Dominium eorum, quæ ex rebus noſtris naſcuntur, iure gentium nobis acquiruntur. 261. 31.
Dominium non transfertur in fideicommiſſarium vniuerſalem à die mortis teſtatoris, quemadmodum in legatarios. 267.75.
Diſpoſita per teſtatorem, ſecundum quod iuris neceſſitas requirit, cenſentur diſpoſita.14.22.
Declaratur num.31.
Diſpoſitio qualibet de re poſt mortem ordinata à defuncto eſt vltima voluntas. 69.328.
Diuinatiuus intellectus reijcitur. 108.176.
Diuiſionis, & partitionis vtilitas. 48.216.
Diuiſionem non patitur textus, qui vnica ſtructura clauditur. 180.55.
Diuiſio tertiæ partis legis in quartam ad l. Falcid. ibid. 61.
Diuiſio quartæ partis.181.70.
Domini duo in ſolidum eiuſdem dici eſſe non poſſunt. 42. 178. & pag. 127. num. 358.
Declaratur num. 366. cum ſequent.
Dominus non ſemper eſt is ad quem dominium pertinet. 131.385.
Dominium generis quod eſt ens abſtractum, non datur. 216. 245.
Dominium, quod ipſo iure tranſit à teſtatore in legatarium, eſt ciuile, & fictum, & potentia quadam ad verum dominium, & actuale iuris gentium. 126 366.
Dominium iuris gentium, ſine præſtatione rei legatæ non acquiritur. 145.489.
Dominium tranſit recta via à teſtatore in legatarium 26.78.
Dominium rei noſtræ, ſine conſenſu noſtro in alium non transfertur. 128.361.
Dominus ſerui, libertatem ſerui non habet. 117.244.
Dominus ſui ipſius, & membrorum ſuorum nemo fieri poteſt. 117 247.
Donans in dubio cenſetur irreuocabiliter donare. 37.135.
Declaratur num 152.
Donare inter viuos eſt perdere, & ſuum iactare, & alium magis, quàm ſe ipſum diligere 39 146.
Donari poſſunt etiam res, legis obligatione debitæ. 331.13.
Donans, & Donatarius idem eſſe non poteſt. 29.93.
Donare nemo poteſt, quod non habet. 117.243.
Donatio eſt de iure gentium. 26 70.
Declaratur num. 81.
Donata inter viuos non imputantur in legitimam, niſi ea contemplatione ſint data, vt imputentur. 237.405.
Donatio eſt doni datio. 29.90.
Declaratur num. 109.
Donatio fieri ſibi ipſi non poteſt. ibid. num. 91.
Donatio non conſiſtit in vtilitate momentanea. ibid. nu. 98.
Donatio propriè donationem inter viuos tantum ſignificat. 37. 139.
Donatio cauſa mortis, & legatum ſunt æquiparata. 66.310.
Donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas. ibid. 311.
Donatio in teſtamento relicta eſt legatum. 114.212.
Donatio eſt doni datio. 117.242.
Donatio debet habere donatarium diſtinctum à donatore. 132.400
Donatio facta à patre filio emancipationis gratia, in legitimam non imputatur. 232.376.
Donatio cauſa mortis in legitimam imputatur. 236.403.
Donatio inter viuos, facta a patre filio in poteſtate morte confirmata, retrotrahitur ad tempus, quo fuit facta, et fingitur ab initio valuiſſe 238.409.
Donatio inter viuos, quando fideicommiſſi vice fungatur. 238. 410.
Donatio facta à patre filio in poteſtate, vltra quingentos aureos, & non inſinuata, niſi expreſſe ſit in vltima voluntate confirmata, remanet inualida, etiam poſt mortem teſtatoris. 238.413.
Donatio in dubio non præſumitur 241.427.
Donationi, vt ſit locus. neceſſe eſt, vt aliquid tranſeat, de donatore in donatarium. 117.245.
Donationis cauſa, quod capitur de ſubſtantia patris, an in legitimam imputetur. 236.401.
Donationis cauſa inter viuos à parente, filio datum, an, & quando teneatur filius in Falcidiam imputare. 238.414.
Donatum inter viuos à patre filio in poteſtate, non excludit eum à querela, licet de hoc cum patre expreſſe conuenerit. 237.406.
Dono, verbum ſimpliciter, & ſecundum potentiorem ſignificationem, ad donationem inter viuos refertur. 37.134.
Donum neceſſe eſt, vt à donatario realiter diſtinguatur. 117. 248.
Dos ſuccedit in locum legitimæ. 18.37.
Declaratur num.49.
Dos filiæ data, contemplatione patris, an in Falcidiam imputetur. 232.373.
Dos profectitia, in legitimam imputatur ibid 379.
Dos, & donatio, propter nuptias faciunt ceſſare querelam inofficioſi. 239.417.
Dos profectitia, an, & quando in legitimam imputetur. 240.423.
Dos à patre profecta, ſuperſtitibus filijs, mortua filia, ex Martini conſuetudine, ad patrem non reuertitur. 244. num.446.
Dos, vel donatio propter nuptias vbi confertur, etiam in legitimam imputatur. 245.452.
Dos matris, vel donatio propter Nuptias, ab Auo profecta, à nepotibus confertur. ibid 453.
Dos matris ab Auo profecta, an, & quando teneatur Nepos ſibi in legitimam imputare. 248.467.
Dotans filiam contemplatione patris, eidem patri donaturus, dotare intelligitur. 232.380.
Dotem matris ab Auo profectam, an debeant Nepotes in Falcidiam imputare, quemadmodum mater eorum, ſi ſuperuixiſſet patri. 244 445.

Dotis

Dotis cauſa, quod datum eſt, vel propter nuptias donatum, an in legitimam imputetur. 239 415.
Doti, onus imputãdi in legitimam, annexus, debet in filiam tranſire. 247.464.

E

EAdem res, an poſſit ſimul in conditione, & in diſpoſitione eſſe poſita. 203.177.
Edicto ſi quis omiſſa cauſ teſtam dolus, & fraus cauſam dedit 140.466.
Effectus non datur, vbi cauſa non eſt. 133.408.
Effectus talis eſt qualis eſt cauſa. 138.447.
Effectus nullus, & cauſatum idem eſſe poteſt, cum ſua cauſa, vel pars illius. 261 26.
Emptione reſoluta, venditio etiam reſoluitur, & è contra. 100 122.
Emptor hæreditatis non ſubijcitur oneribus, vt Emptor 62. 187.
Enunciatiua quoque oratio interdum diſponit. 154 75.
Exceptio firmat regulam, non deſtruit. 156.96.
Exceptio debet eſſe de regula. 267.76.
Exceptio firmat regulam in contrarium 273 119.
Exceptionem alleganti incumbit onus probandi. 156.100.
Exceptiones firmant regulam in caſibus non exceptis. 261. 24. & num. 7.
Exempla non reſtringunt regulam 187.96.
Exempla, licet non reſtringant regulam, eam tamen declarant. 222.274.
Exequatio ſupponit differentias. 87.2.
Exequatio ſupponit pluralitatem ſubiectorum. 92.42. *Declaratur num.* 77.
Exequatione Iuſtiniani de legatis, & fideicommiſſis facta, vtriuſque natura eſt aucta. 93 54.
Exhæredans indefinitè filium, ſi plures habeat, nullum exhæredaſſe intelligitur. 156. 108.
Exhæredatio, non niſi in teſtamento fieri poteſt. 228.341.
Exhæredationis materia eſt merè odioſa 158.141.
Experiri ſine actione nemo poteſt. 135.419.
Experiri in ius vocare, & in iudicio conſiſtere dicitur, tam is, qui actione, quàm is, qui, iudicis officium implorans, experitur. 137.437.
Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. pag. 152. num. 32.

F

FAcere per ſe videtur, qui per alium facit 32.109.
Facta non poſſunt reddi infecta. 264 68.
Facti ſpecies confingitur ad l. ſi pluribus. ff de leg 2.149.5.
Facti ſpecies confingitur ſecunda. 150 12.
Facti ſpecies confingitur tertia ibid 16.
Falcidia eſt quarta hæreditatis. 179 52.
Falcidia lex, ipſo iure reſecuit legata, quibus ſupra dodrantem onerata eſt hæreditas. 181 76.
Falcidia poteſt a teſtatore prohiberi. 189.104.
Falcidia, & Trebellianica, nomine, natura, & effectu differunt. 294.128.
Declaratur num 138.
Falcidia, de iis, quæ mortis cauſa capiuntur, non detrahitur. 205. 190.
Falcidia cum ſit propria, & vera hæreditatis pars, non niſi ex iis, quæ hæreditario iure capiuntur, poteſt confici. 213. num. 231 & 250.483.
Falcidia quibus modis vſurpetur. 161.2.
*Falcidia interdum legitimam ſignificat.ibid.*3.
Falcidia interdum quartam etiam illam ſignificat, quæ nepotibus ex filiis detrahebatur, & agnatis dabatur. ibid. 4.
Falcidia, propriè ſignificat quartam, quæ de legatis, & de fideicommiſſis detrahitur. ibid. 5.
Falcidia vnde dicta ſit ibid. 8.
Falcidia quo iure introducta ibid. 10.
Falcidia lex cur ſic appellata, cum fuerit plebiſcitum. ibid. 11.
Falcidia quomodo, & quando ad fideicommiſſa extenſa. 162. 16.
Falcidia qua ratione introducta. ibid 17.
Falcidia quid ſit ibid. 21.
Falcidia quotuplex. ibid. 24.
Falcidia directa, quæ. ibid. 25.
Falcidia vtilis, quæ 163 27.
Falcidia vtilis, extenſa à iure Prætorio, quæ ibid. 28.
Falcidia vtilis, extenſa à iure Ciuili per Senat. Conſult., quæ. ibid. 29.
Falcidia vtilis, per Principum conſtitutiones extenſa, quæ. 163 30.
Falcidia vtiliter extenſa eſt, per D. Pium, ad fideicommiſſa ab inteſtato relicta. ibid. 31.
Falcidia vtiliter extenſa eſt, per Seueri conſtitutionẽ, ad donationes cauſa mortis. ibid. 32.
Falcidia vtiliter extenſa eſt, per Antonium Auguſtum, ad donationem inter virum, & vxorem, morte confirmatam ibid. 33.
Falcidia vtiliter extenſa eſt, per Iuſtinianum, ad datum cauſa conditionis implendæ, de quo in l. pen. C. ad l. Falc. quæ ab Auctore declaratur ibid 34.
Falcidiæ, vt ſit locus, quæ requirantur. ibid 35.
Falcidia poteſt à teſtatore prohiberi. ibid 37.
Falcidia non niſi ſemel deducitur. ibid. 38.
Falcidiæ, vt ſit locus, neceſſe eſt, vt vltra dodrantem, legatis, & fideicommiſſis ſit onerata hæreditas. ibid. 39.
Falcidia non detrahitur de re ſpecialiter prohibita alienari. ibid. 41.
Falcidia non detrahitur de re ad hæredem reuerſura. ibid. num. 42
Falcidia non detrahitur de dote, de legitima, de libertate, & de inſtrumentis ibid. 43.
Falcidia in teſtamento militis locum non habet. 164.48.
Falcidia non detrahitur de relictis locis piis. ibid 49.
Falcidia ex ſingulis legatis, pro rata portionis, detrahitur. ibid 54.
Falcidia antea quam detrahatur, deducitur quod eſt extra bonorum quantitatem, & æs alienum. ibid. 55
Falcidia de re indiuidua deducitur, quo ad æſtimationem. ibid. 56.
Falcidia deducitur in totum ſi vniuerſum ſit erogatum patrimonium, pro rata ſi aliquid remanſerit apud hæredem, imputatis imputandis. ibid. 57.
Falcidia quos operetur effectus. ibid. 58.
Falcidia quibus modis finiatur, vel ceſſet. ibid 60.
Falcidiæ detractioni nullo tempore præſcribitur. 164.52.
Falcidia quando ceſſet fine perfectionis. 165.61.
Falcidia quibus modis ceſſet fine defectionis. ibid. 62.
Falcidia qua ratione magis propriè dicatur quarta hæreditatis, quàm Trebellianica. 213.232.
Falcidia inuenta, vt illius lucro alliciantur hæredes, qui non poſſunt à legatariis compelli ad adeundam hæreditatem. 214. 233.
Falcidia, vel Trebellianica, an, & quando poſſit detrahi de vna re. 219.260.

Falcidia, vbi de voluntate teſtatoris non conſtat, vt in vna certa re detrahatur, detrahi debet in pluribus, vel in paucioribus, aut in vna tantum re, ſecundum Iudicis arbitrium, & æſtimationem. 211.270.
Falcidia a mera iuris ciuilis ratione profecta eſt, naturali ratione, & pietate minime impellente. 227.328.
Falcidia ciuili ratione debetur, legitima naturali. 239.416.
Falcidiæ appellatione venit etiam legitima. 262.39.
Falcidia, quo ad imputationem, non differt à legitima. ibid. 40.
Falcidiæ in ineunda ratione, patrimonij quantitas ſpectatur tempore mortis teſtatoris 265.60.
Falcidia detrahitur contra voluntatem teſtatoris. 294.263.
Falcidiam detrahit hæres tantum, non legatarius, vel alius. 164.45.
Falcidiam Principem detrahere non decet. ibid. 46.
Falcidiam, nec hæres, qui promiſit, vel capit, integra relicta præſtare, qui inuentarium non fecerit, qui in crimen incidit, ob quod factus ſit Falcidia indignus, detrahere poteſt. ibid. 47.
Falcidiam quibus remedijs hæres conſequatur. ibid. 59.
Falcidiam quod ceſſare facit, in Falcidiam imputatur. 189. nu. 107.
Fauor non debet in odium retorqueri. 103.142.
Fauendum magis explicanti actum ex neceſſitate, quàm agenti ex voluntate. 215.225. & 266.65.
Declaratur num. 211.
Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero. 337 407. 265.54.
Declaratur num. 70.
Fictiones omnes ſumma æquitate nituntur, eidemque opitulantur. 267.69.
Fideicommiſſa eo tempore, quo lata fuit lex Falcidia, vel non erant in vſu, vel præſtationis neceſſitatem non habebant. 162.26.
Fideicommiſſa vniuerſalia non ſunt exæquata legatis ſingularibus, & e conuerſo, conclusio, & regula eſt Bart. vera, ſed reformanda. 125.336.
Fideicommiſſaria hæreditas ante Sen. Conſ. Trebellianum, non erat modus acquirendi per vniuerſitatem. 125.339.
Fideicommiſſa vniuerſalia, non legata, & ſingulæ res per fideicommiſſum relicta ex Sen. Conſ. Trebelliano præſtantur. 126.350.
Fideicommiſſario vniuerſali non expedit dominium cum oneribus ipſo iure, & recta via in eum tranſire, legatario autem qui eſt, ab oneribus immunis, expedit. 127.354.
Fideicommiſſa aliqua, etiam hodie dantur, in quibus non actio aliqua, ſed officium tantum Iudicis locum habet. 109.182.
Fideicommiſſa magis à voluntate pendent, quam à iuris ſubtilitate. ibid. 183.
Fideicommiſſa vniuerſalia, & legata vniuerſalia ſunt æquiparata, falſa eſt Bartoli concluſio. 123.306.
Fideicommiſſaria libertas, tam ſeruo proprio, quàm alieno, & tam in teſtamento, quàm in codicillis dari poteſt, directa autem in codicillis, & ſeruo alieno dari non poteſt. 120.293.
Fideicommiſſarij, iure Digeſtorum, rei per fideicommiſſum relictæ non efficiebantur domini, antequam illis à grauato præſtaretur. 106.155.
Fideicommiſſarijs quoque hodie ad petendas res particulares per fideicommiſſum relictas, competit rei vindicatio. 119.281.
Fideicommiſſario vniuerſali non expedit dominium, recta via in eum tranſire, quemadmodum in legatarium. 215.239.
Fideicommiſſario quoque competit actio in rem ad petendas ſingulas res per fideicommiſſum relict. 18.93.65.
Fideicommiſſo tota etiam hæreditas relinqui poteſt, non legato. 121.309.
Fideicommiſſorum natura replete eſt, natura pinguiori legatorum. 119.280.
Fideicommiſſo res relinqui poſſunt, quæ per damnationem legari poſſunt. 116.258.
Fideicommiſſo particulari competit legati diffinitio. 94.74.
Fideicommiſſorum ex natura, quod eſt legatis, etiam repugnantem naturam hæc. iuribus, accommodatur. pag. 113. nu 202.
Fideicommiſſorum tempora quattuor. 108.177.
Fideicommiſſorum & legatorum materia in ipſis Inſtitutionibus tractatur ſecundum primæuam vtriuſque naturam in gratiam Tironum. 113.205.
Fideicommiſſi verbalis reſtitutio, in fideicommiſſarium dominium non transfert. 277.149.
Declaratur num 151. cum ſequen.
Fideicommiſſum facit quicumque legat. 20.43.
Fideicommiſſum totius hæreditatis fieri poteſt. 40.164.
Fideicommiſſum, quantumuis vniuerſale, ſemper fieri potuit in codicillis. 42.182.
Fideicommiſſum quibus modis vſurpetur. 47.202.
Fideicommiſſum vnde dicatur. ibid 203.
Fideicommiſſum quo iure introductum. ibid. 204.
Fideicommiſſum qua ratione introductum. ibid. 205.
Fideicommiſſum quid ſit. ibid 206.
Fideicommiſſum quotuplex, ibid. 207.
Fideicommiſſo, vt ſit locus, quæ requirantur. ibid. 208.
Fideicommiſſi circumſtantia rei, quæ. ibid. 209.
Fideicommiſſi circumſtantia perſonæ, quæ. 48.210.
Fideicommiſſi circumſtantia loci, & temporis. ibid. 211.
Fideicommiſſi circumſtantia modi, quæ. ibid. 212.
Fideicommiſſum quos operetur effectus. ibid. 213.
Fideicommiſſum quibus modis finiatur. ibid. 214.
Fideicommiſſum hodie à legato, nec forma differt, nec effectu. 94.78.
Fideicommiſſum ordinariam non habet executionem. 106. nu. 160.
Fideicommiſſum vniuerſale exæquatione legatorum, & fideicommiſſorum, non comprehenditur. 121.307.
Fideicommiſſum quicquid eſt, legatum eſt. 132.397.
Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ non cognitum à DD. quibus nominibus differat à fideicommiſſo ſimplici, & a ſimplici dato cauſa conditionis implendæ. 177.19.
Fideicommiſſum eſt legatis fauorabilius. 180.24.
Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ in Falcidiam non imputatur. 201.158.
Fideicommiſſum cauſa conditionis implendæ eſt quoddam mixtum ex ijs, quæ iure hæreditario non capiuntur. ibid. num. 159.
Fideicommiſſum non transfert dominium rerum relictarum ante præſtationem. 215.229.
Fideicommiſſum vniuerſale ſimul, & legatum, vbi ſunt præſtanda, quæ, & quomodo ſint in quartam imputanda. 216.241.
Fideicommiſſum etiam vniuerſale, differt à fideicommiſſaria ſubſtitutione. 249.476.
Fiduciarius hæres quis dicatur. 261.25.

Filia

Filia excluſa à ſtatuto, conſentur excluſi omnes illius deſcendentes. 247.462.

filij à parente inſtituti, & hæreditatem reſtituere grauati, etiam ſi aliter iubeat pater, non niſi dodrantem de rebus hæreditarijs tenentur reſtituere 288.124.

filiorum appellatione, filij legitimati proprij, & naturaliter veniunt. 286 217.

filiorum appellatione veniunt ſolummodo, citra exteſianem, ex viro, & vxare nati .... 209.

filij ingrati à parentibus poſſunt, varias ob cauſas, exhæredari. 226.312.

filijs hæreditas parentum, naturaliter debetur. 229.357.

filio quæ dantur ex ſubſtantia patris, & quæ aliunde et contemplatione patris obueniunt, procedunt a pari pag. 232. *nu.* 378.

filius, an poſſit quartam Falcidiæ, vel Trebellianicæ in eo, quod pater in vita ei conceſſit in peculium retinere. 220. 264.

filius non poteſt eligere rem ſibi conceſſam à patre in peculium, vt in ea Falcidiæ quartam habeat. 222.275.

filius ergo hæres, D Pauli eſt conſequentia. 229 358.

filius non deducit, vel retinet Trebellianicam, tamquam extraneus. 285.205.

fœtus ſubmiſſi in fideicommiſſariam reſtitutionem gregis veniunt. 270.87.

fœtus poſt aditam hæreditatem, fideicommiſſo reſtituendã, gregem non augent, ſed in fructu ſunt. 271.95.

fœtus, qui vltra numerum gregem augent, ſubmiſſi non dicuntur. 271.100.

forma qualibet eſt indiuiſibilis 67.319.

forma eadem numero plurium ſpecierum dari non poteſt. 68.325.

forma dat rebus eſſe, & operari, 71.339. & 88. *num.* 13. & 95.82. & 229.345.

forma eſt differentia ſpecifica per quam diſtinguuntur ſpecies. 93.59.

forma dicitur ineſſe in materia, & genus in omnibus ſpeciebus. 95.81.

formæ communicatio inducit ſpacierum confuſionem. pag. 60. *num.* 93.

formæ legatorum, & fideicommiſſarum communicantur in l.2. C. commun. de leg ibid. 61.

formarum contrarietas in cauſa eſt, vt vna ſpecies, includat aliam. 15.29.

fraudi occaſio non eſt danda. 267.70.

fructus proprij, & naturales, qui. 260.4.

fructus quoque immaturi, qui decerpuntur, appellatione fructuum continentur, & ad vſumfructuarium pertinent. ibid. 6.

fructus appellatione veniunt, & fruges, & quæcumque naſcuntur è terra, vite, arbore, & quicquid pecora ferunt, ibid. 8.

fructus naturales, aut naturales mera, aut naturales induſtriales. ibid. 9.

fructus induſtriales, qui. ibid. 11.

fructus mere naturales, qui. ibid. 10.

fructus ciuiles, qui etiam conuentionales appellant, qui. pag. ibid. num. 12.

fructus hæreditatem augent. 261.18.

Declaratur num. 27. *cum ſequen.*

fructus in Falcidiam imputantur. ibid. num. 21.

Declaratur num. 31.

fructus, poſt aditam hæreditatem, non hæreditati, ſed ipſis rebus accepta feruntur. ibid. 25. & 29.

fructus pendentes, propriè fructus non ſunt, ſed partes fundi. ibid. 28.

fructus percepti poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem, hæreditatem ipſam augent, & in reſtitutionem veniunt, ſecus in ijs, qui poſt aditam hæreditatem, ante commiſſam moram percipiuntur ibid. 29 & 62.

fructus in legitimam non imputantur. 262.38.

fructus in Falcidiam non imputantur. 263.41.

fructus ante aditam hæreditatem percepti, an in reſtitutionem veniant. 265.50.

fructus quos hæres iudicio teſtatoris non percipit, reſtituere non tenetur, ſed illos lucratur. 265.51.

fructus, qui percipiuntur ante aditam hæreditatem, iudicio teſtatoris non percipiuntur pag. 265. *num.* 52.

Ima percipiuntur, num 67.

fructus poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem percepti, lucro hæredis cedunt. 265 59.

Declaratur num. 75.

fructus percepti ante aditam hæreditatem, ſunt res hæreditaria 266.61. & 67.

fructus hæreditatis, qui non ipſis rebus accepto feruntur, veniunt in reſtitutionem. 266.63.

fructus, qui percipiuntur poſt aditam hæreditatem, ante aduentum diei, vel conditionis, videtur teſtator tacitè voluiſſe remanere apud hæredem. 267.71. & *num.* 118.

fructus lucratur hæres grauatus ex præſumpta voluntate teſtatoris, & negligentia fideicommiſſarij 267.73.

fructus percepti poſt aditam hæreditatem, ante diei, vel conditionis aduentum, an, & quando in fideicommiſſariam veniant reſtitutionem. 268.78.

fructus percepti ab hærede grauato ex ſeminatis à teſtatore, & poſt aditam hæreditatem ante diei, vel conditionis aduentum recollecti, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt. 272 105.

fructus etiam immaturi, augent æſtimationem fundi, cui cohærent. 272.106.

fructus omnes, qui hæreditatem augent in fideicommiſſariam veniunt hæreditatis reſtitutionem. ibid. 108.

fructus, qui hæreditatem augent, hæreditatis ſunt partes ibid 109.

fructus pendentes partes ſunt prædij ibid 110.

fructus etiam immaturi, fructus eſſe dicuntur ibid. 112.

fructus qui quandoque fuerunt hæreditarij non deſinunt eſſe hæreditarij ibid. 113.

Declaratur num. 128.

fructus cohærentes fundo hæreditario eundem fundum ſequuntur. ibid. 114.

Declaratur num. 128.

fructus, qui hæreditati, non rebus accepta feruntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt. pag. 273. *num* 115.

fructus, qui non hæreditati, ſed rebus accepto feruntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt. 273.120. & 139.

fructus, qui iudicio teſtatoris capiuntur, in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non veniunt, 273.123.

fructus ab hærede grauato, pendente die, vel conditione percepti, teſtatoris iudicio percepti intelliguntur. ibid. 124.

fructus percepti ab hærede grauato, poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam tamen verbalem reſtitutionem, an, & quando in fideicommiſſariam reſtitutionem veniant. 273.133.

Fructus ab hærede grauato poſt moram percepti, in reſtitutionem veniunt 276 136 & 156.

fructus percepti, poſt factam verbalem reſtitutionem, an veniant in reſtitutionem fideicommiſſariam. 277. 148.

fructus ab hærede grauato percepti negligentia fideicommiſſarij non petentis, in reſtitutionem non veniunt. pag. 277. num. 150.

fructus ciuiles, an, & quando veniant in fideicommiſſariam reſtitutionem 278 154.

fructus, in caſibus, vbi in reſtitutionem veniunt, an totius hæreditatis ſint reſtituendi, vel dodrantis dumtaxat. 278. 155.

fructus etiam in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem veniunt, ſi teſtator rogauerit hæreditatem cum fructibus reſtitui. 278 158.

fructus ab hærede grauato, die pendente, vel conditione percepti, in Trebellianicam imputantur. 278 159.

fructus, an poſſit hæres grauatus reſtituere in caſibus, in quibus imputantur in Trebellianicam, & quartam de alijs rebus deducere 279. 161.

fructus conſumpti, res videntur alienatæ, & pro quarta electa. 280. 167.

fructus, qui capiuntur ab hærede ex prædijs legatis, conditione pendente, in Falcidiam præcisè imputantur. pag. 280. num. 175.

fructus in Trebellianicam ſibi imputare. an, & quando teneantur ij, qui non ſunt de liberis primi gradus 282. 182

fructus, an & quando ſibi liberi primi gradus teneantur in Trebellianicam imputare. 282. 183.

fructus, an teneantur in Trebellianicam imputare liberi primi gradus, quando ſunt reſtituturi hæreditatem non fratribus ſed extraneis ibid 185.

fructus, an teneantur in Trebellianicam imputare liberi primi gradus quando duas detrahunt quartas 83. 191.

fructus, liberi primi gradus, nec in legitimam, nec in Trebellianicam imputant 284 196.

fructus in Trebellianicam imputare, an teneantur liberi primi gradus, qui nati non ſunt legitimi, ſed legitimati pag. 285. num. 207.

fructus, an, & quando teneantur liberi primi gradus in Trebellianicam imputare. 289. 231.

fructus medij temporis, an teneantur in Trebellianicam imputare parentes primi gradus à liberis inſtituti, & hæreditatem reſtituere, in diem, vel ſub conditione grauati. 289 232.

fructus, an imputentur in legitimam. 291. 238.

fructus, an teneantur liberi in legitimam imputare. pag. 291. 243.

fructus, an imputentur in dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ. 291. 244.

fructus medij temporis, an, & quando à filia hærede grauata in dotem imputentur 291. 246.

fructus, an teneantur hodie parentes in legitimam imputare. 291 247.

fructus, an, & quando imputentur in legitimam, ſecundum communes traditiones 292. 255.

fructus an, & quando in Falcidiam imputentur. 293 257.

fructus ex re nominatim legata percepti, an in Falcidiam imputentur reſpectu omnium, vel reſpectu illius dumtaxat, ad quem legatum pertinet. 293 258.

fructus, ita in Falcidiam imputantur, vt, ſi quid Falcidiæ deſit, ab omnibus legatarijs etiam ab eo, ex cuius legato fuerunt percepti, pro rata ſuppleri debeat. 293. 260.

fructus, vbi hæres percepit ex legatis ante aduentum conditionis, computatio fit, vt tanto minus legando erogatum intelligatur, quantum interea ex fructibus hæres lucratus eſt 294. 261.

fructus, qui percipiuntur ex re, nominatim legata, pendente conditione, à legatario, ad quem non pertinent, accipi non intelliguntur. Sed iudicio teſtatoris, & rebus ipſis, quarum dominium in legatarium, pendente conditione, non eſt tranſlatum, accepto feruntur. 294. 264.

fructus, qui ex re nominatim legata, pendente conditione, percipiuntur, ideo in Falcidiam imputantur, quià vniformiter iudicio teſtatoris, & quaſi iure hæreditario capiuntur. ibid. 265.

fructus percepti ex re nominatim legata an, & quando in Falcidiam imputentur reſpectu omnium legatariorum. ibid 266.

fructus, qui pendente conditione capiuntur ab hærede grauato, non hæreditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur. 295. 270.

fundus, ſi pluribus fratribus in feudum concedatur, vt præſtent ſingulis annis quartam bonis partem, & quattuor operas, An, & quando omnes ſimul eandem bonis partem, & operas eaſdem præſtare debeant, vel ſinguli; 152. 36.

funeris impenſa, & precia ſeruorum manumiſſorum non ſunt onera, quæ faciant acquiſitionem vniuerſalem. pag. 43 num 190.

furioſi, & minores ſunt loco abſentium. 277 147.

furtiua dicitur res, etiam vitio purgato, demonſtrationis gratia. 122. 310.

G

Genus prædicatur æquè propriè de omnibus ſuis ſpeciebus. 29 89. & num 141.

Genus ineſt in qualibet ſua ſpecie. 33. 115.

Genus, & ſecundum nomen, & ſecundum diffinitionem, de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur. ibid 116.

Genus vniuocum prædicatur de ſuis ſpeciebus, & ſecundum nomen, & ſecundum definitionem 39. 145.

Genus, & ſpecies prædicantur de ſuis inferioribus, & ſecundum nomen, & ſecundum definitionem. 63. 195.

Genus de ſpecie prædicatur, non è contra 66 308.

Genus ſumitur à materia, differentia à forma. 68. 321.

Genus diuiditur in ſpecies per differentias contrarias; pag. 93. num 71.

Genus per differentiam ad certam ſpeciem coarctatur, ita vt de alijs amplius non dicatur. 108. 175.

Grauatus hæreditatis portionem reſtituere; non tenetur reſtituere prælegata, vel fideicommiſſa 197. 143.

Grauatus in vno, debet releuari in alio 215. 140.

Grauatus in vno, releuatur in altero, & è contra. 273. 125.

Grauare aliquem non poſſumus, quem antea non honorauimus. 206. 196.

Grauari in altero debet, qui releuatur in vno. 280. 170.

Grege relicto, an, & quando veniant fœtus etiam præſtandi. 271. 104.

Gregis augumentum, & diminutio, facta poſt aditam hæreditatem, ante diei aduentum, vel conditionis, an pertineant ad hæredem grauatum, vel ad fideicommiſſarium. 269. 79.

Gregis appellatione, veniunt etiam eiuſdem gregis augumenta. 270 83.

Declaratur num. 95.

Gregis legati augumentum, ad legatarium pertinet 270. 86.

Gregis

Digitized by Google

Gregis augmentum, ex fœtibus non ſubmiſſis, in fructu eſſe dicitur. 270.88.

Gregis damnum, & diminutio, ad fideicommiſſarium non pertinet. 270.93.

H

HÆredem inſtituens, dicitur etiam legare, & relinquere. 23.38.

Hæredem, qui nolit hæreditatem adire, & nullam commoditatem ex teſtamento capere, compellere legata præſtare, & alienis negocijs ſe ingerere, abſurdum eſt, & periniquum. 141.473.

Hæredes plures, vbi ſimul ad aliquid tenentur, intelliguntur in ſolidum obligati. 150.17.

Declaratur num. 18.

Hæredes plures inſtituēs, & damnans hæredem ad dandum quinque, omnes ſimul damnaſſe intelligitur. 150.20.

Hæredis inſtitutio non poteſt induci, niſi verbis aptis ad diſponendum non modo de rebus, ſed etiam de ſucceſſore iuris. 20.46.

Hæredis inſtituendi, & legandi facultas coarctari non modo poteſt quo ad res, ſed etiam quo ad perſonas. 14.63.

Hæreditariæ portionis appellatione, & prælegati pars, quæ à cohærede accipitur non continetur. 86.9.

Hæreditarij iuris quidditas, in quo conſiſtat 181.69.

Hæreditarij gregis augmentum, hæreditatis eſt augmentum. 270.90.

Hæreditarium eſt quicquid hæreditatem auget 266.62.

Hæreditario iure, quod capitur, ex teſtatoris diſpoſitione capitur. 105.188.

Hæreditario iure, quæ capiuntur, in Falcidiam indiſtincte imputantur. 189.105.

Hæreditario iure, ſecundum illius naturam, quæ capiantur. 176.11.

Hæreditario iure, præter illius naturam, quod capiatur. ibid. 15.

Hæreditario iure, quod non capitur, aut ſimplex eſt relictū, aut relictum cauſa conditionis implendæ. ibid. 16.

Hæreditario iure quæ non capiuntur, in Falcidiam non imputantur. 182.79 & 93 in fin.

Hæreditas adita propria amplius non eſt hæreditas, ſed patrimonium adeuntis. 43.185. & 122.319. & 213.230. & 261.30.

Hæreditas, vbi cum libertate alicui data eſt, neque hæreditas ſine libertate, neque libertas ſine hæreditate adimi poteſt. 114.217.

Hæreditas ab eo, qui libertatem non eſt conſecutus, adiri non poteſt 115.221.

Hæreditas mihi relicta & adita, hæreditatis meæ quota non eſt, ſed vniuerſitas, & res hæreditaria. 122.315.

Hæreditas poteſt eſſe dupondij, tripondij, & deinceps, & diuidi in quantaſcumque vncias velit teſtator. 123.322.

Hæreditas adita ab inteſtato per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtam, habetur pro adita ex teſtamento. 140.461.

Hæreditas iacens defunctum repræſentat. 145.488.

Hæreditas, poſt aditionem, deſinit eſſe hæreditas. 274.129.

Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas 280.271.

Hæreditatem, qui reſtituere tenetur vniuerſam, res omnes hæreditarias, hæreditate ipſa comprehenſas, reſtituere debet. 260.16.

Hæreditatem, quod auget, hæreditarium eſt. 261.17.

Hæreditatem reſtituere grauatus, id videtur rogatus reſtituere, quod fuit hæreditatis. 295.267.

Hæreditatis appellatione, quæ non veniunt, in Falcidiā, quæ eſt quarta hæreditatis, non imputantur. 196.140.

Hæreditatis reſtituendæ augmentum, contingens poſt aditam hæreditatem, ad hæredem pertinet, non ad fideicommiſſarium. 270.89.

Hæreditatis pars, fructus medij temporis non ſunt. pag. 287 num. 225.

Hæreditatis eſſe dicitur vniuerſum teſtatoris morientis ius. 295.268.

Hæreditatis nomine, quod non continet, in fideicommiſſariam hæredis reſtitutionem non venit. 296.5.

Hæres regulariter tenetur ad onera hæreditaria, vltra vires patrimonij defuncti. 155.92.

Hæres directus non eſt, qui à manu alterius hæreditatem capit. 22.52.

Hæres inſtitutus ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. pag. 71 num. 344.

Hæres, poſt aditam hæreditatem, non deſinit eſſe hæres. pag. 114. nu. 216.

Hæres minus grauatur, ſi relinquatur fideicommiſſaria libertas. 119.287.

Hæres nullus adire compellitur, niſi ſit hæres neceſſarius. 141.471.

Hæres grauatus hæreditatem reſtituere, tenetur reſtituere etiam prælegati partem, quām à ſe ipſo accipit, non quam accipit à cohærede. 197.146.

Hæres damnatus vendere fundum, dignum centū, pro quinque, non niſi quinque in Falcidiam imputat. 208.205.

Hæres in quartam imputat, quod accipere ab eo iuſſus eſt, cui aliquid ex teſtamento præſtat. 209.215.

Hæres fiduciarius, quis eſſe dicatur 249.475.

Hæres poteſt, immunis ab omni mora, infra tempus ſibi datum ad deliberandum, hæreditatis aditionem differre. 265.57.

Hæres grauatus, etiam poſt aduentum diei, vel conditionis, ante factam verbalem reſtitutionem fideicommiſſario, res hæreditarias bona fide poſſidet. 276.141.

Hæres conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires. pag. 155 94

Hæres grauatus poſt factam reſtitutionem verbalem, eſt malæ fidei poſſeſſor. 277.153.

Hæres grauatus, reſpectu quartæ ex S.C. Treb. ſibi debitæ, creditor eſſe exiſtimatur. 280.173.

Hæres grauatus hæreditatem reſtituere, tenetur fructibus, quorum commodum habet, damna fortuita hæreditatis compenſare. 288.230.

Hæres ſingularum rerum hæreditariarum, dominium, hæreditatem adeundo, acquirit. 295.272.

Hominis partes eſſentiales ſunt anima, & corpus. 76.384.

Homo animal eſt omnium perfectiſſimum. 123.286.

Hypotheca generalis omnium bonorum, extenditur etiam ad bona futura. 97.107.

Hypotheca vniuerſalis natura eſt, vt præſentia, & futura bona comprehendat. 99.119.

Hypothetica quotuplex. 153.48.

Hypothetica copulatiuè, quæ. ibid. 49.

Hypothetica diſiunctiuè, quæ. ibid. 50.

Hypothetica conditionaliter quotuplex. ibid. 51.

Hypothetica conditionalis cauſaliter quæ ibid. 52.

Hypothetica conditionalis rationaliter, quæ ibid 53.

Hypothetica conditionalis in ſpecie, quæ: ibid. 54.

I

IAcobi Cuiacij argumentum refellitur. 196.138.

Iaſonis, & Herculani error notatur. 67.319.

Impe-

Imperatorem mendacem eſſe non eſt admittendū. 107.163.

Imputabile, quod ſemel factum eſt, in legitimam ſemper imputatur. 247.465.

Imputandum an ſit in legitimam filij, quod ei ex ſubſtitutione eſt acquiſitum. 248.468.

Imputandum, an ſit filio in legitimam, quod capit ex ſubſtitutione facta legatario ibid 469.

Imputantur in Falcidiam, quæcumque in Trebellianicam imputantur. 179 49.

Imputantur in Trebellianicam ſolummodo, quæ tempore mortis teſtatoris in illius hæreditate reperiuntur 202 165.

Imputantur plura in legitimam, quàm in Trebellianicam 235.391. & 241.429.

Imputantur in legitimam, quæ in bonis parentum reperiuntur, non quæ extra eorum patrimonium acquiruntur. pag. 245 num. 447.

Declaratur nu. 455.

Imputantur in Falcidiam, etiam ea, quæ iure hæreditario nō capiuntur 261.32.

Imputātur pauciora in Trebellianicam, quàm in legitimam. ibid. 37.

Imputare eſt cauſam, vel culpam in aliquem conferre. pag. 127. num. 28.

Imputare, eſt calculare, & rationem ſubducere. ibid. 29.

Imputare eſt recipere rem debitam ex vna cauſa, pro ſatiſfactione etiam alterius cauſæ. ibid. 30.

Imputare, verbum, æquè propriè dicitur de ſimplici imputatione, & de ea, quæ fit per viam cōpēſationis. 210.217.

Imputare difformia in ſe poteſt id, cuius natura eſt beterogenia. 218 252.

Imputare in legitimam filius non cogitur, quod ſtatim poſt mortem parentis peti non poteſt. 234 385.

Imputare in legitimam non cogitur filius quod diei, vel conditionis dilationem recipit. 249 472 & 476.

Imputari in Falcidiam dicitur, quod ad illam explendam prodeſt. 178.31.

Imputari in Falcidiam non debet, quod in teſtatoris hæreditate non reperitur. 187.95.

Imputari in Trebellianicam præcisè non poteſt, quod tempore aditæ hæreditatis, in rerum natura non reperitur. pag. 279. num. 163.

Imputatio, quibus modis vſurpetur. 178.27.

Imputatio, vnde dicta. ibid. 32.

Imputatio, quo iure introducta. ibid. 33.

Imputatio, qua ratione ſit introducta. ibid. 34.

Imputatio, quid ſit. ibid 35. & num. 220.

Imputatio, quibus nominibus differat à contributione, & computatione. ibid. 36.

Imputatio interdum pro computatione accipitur. ibid. 37.

Imputatio, quotuplex. ibid. 38.

Imputatio ſimplex, quæ. ibid. 39.

Imputatio per compenſationem, quæ. ibid. 40.

Imputatio, quos operetur effectus ibid 42.

Imputatio, quando ceſſet. ibid 43.

Imputatio eſt quædam, quaſi confuſio. 217.249.

Imputatio eſt quædam ſpecies permutationis. 240.425.

Imputatio facit ceſſare quartæ detractionem. 281.177.

Imputationi, vt ſit locus, quæ requirantur. 178.41.

Imputationis materia admittit, vt res ex duplici cauſa habeatur, & retineatur. 247 466.

Imputatur neceſſariò in Trebellianicam, quidquid in Falcidiam imputatur. 280.174.

Imputatur in Falcidiam, quod capitur iure hæreditario, licet hæreditatis appellatione non veniat. 197.145.

Imputatur in quartam, quod extra quartam non eſt. pag. 199. num. 155.

Imputatur in legitimam quicquid excludit filium à querela inofficioſi teſtamenti. 235.392. & 417.

Imputatur in legitimam, quod datur filio cauſa conditionis implendæ, ab hærede patris, vel à legatario, vel à ſtatu libero. ibid. 394.

Imputatur in legitimam, quicquid capitur ex patrimonio paterno, ex parentis diſpoſitione, & iuditio. ibid. 395.

Imputatur in legitimam, quod pater ſoluit pro maleficio filij, à ſtatuto coactus, vel ob aliam ſimilem neceſſitatem. 240.421.

Imputatur in legitimam, quod proficiſcitur immediatè ex bonis, & ſubſtantia parentis debentis legitimam 244.442.

Imputatur in legitimam, quicquid ex ſubſtantia parentis, legitimam debentis, capitur. 246.459.

Imputetur, ne in legitimam, quod capitur ex ſubſtitutione facta hæredi parentis, qui debet legitimam 249.477.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius. 92.47. & 224. & pag. 186. num 93.

Declaratur num 95. in fin.

Imputetur ne in legitimam, quod capitur ex ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, quæ ſuccedit filius hæredi, vel legatario ipſius parentis, qui legitimam debet. 251.485.

Indefinita, in qua terminus communis ſit etiam in numero ſingulari, æquipollet vniuerſali. 149.10.

Indefinita æquipollet vniuerſali, collectiuè non diſtributiuè. 150. 14. & 21.

Indefinita, ex ſententia auctoris, aut ſimplex, & indeterminata, aut reſtricta, & coarctata 154.63.

Indefinita indeterminata, quæ. ibid 64.

Indefinita coarctata, quæ ibid. 65.

Indefinita, an, & quando, & quomodo æquipolleat vniuerſali. 155 85.

Indefinita de materia neceſſaria, indiſtinctè æquipollet vniuerſali. ibid. 86.

Indefinita de materia impoſſibili, neque vniuerſali, neque particulari æquipollet, ſed ſemper eſt falſa. ibid. 87.

Indefinita legis æquipollet vniuerſali. 179 51.

Indefinita de materia contingenti enunciatiua, in materia probatoria nunquam æquipollet vniuerſali. ibid 89.

Indefinita enunciatiua ſimplex, de materia rarò contingenti, & ſpeciali, vniuerſali non æquipollet, ſed particulari. ibid. 90.

Indefinita enunciatiua ſimplex, non de materia ſpeciali, ſed communi, & regulari æquipollet vniuerſali, morali, & regulari, non dialectica, & rigoroſa, ibid 91.

Indefinita de materia contingenti enunciatiua, coarctata, & negatiua, æquipollet vniuerſali præcisè, affirmatiua autem nequaquam. 156.101.

Indefinita a lege diſpoſitiuè prolata, ſi legis alterius correctionem inducat, non æquipollet vniuerſali. ibid. 102.

Indefinita à lege prolata, vbi legum correctio non ſequitur, æquipollet ſaltem vniuerſali, morali, & regulari, ſiue à lege communi, ſiue municipali proferatur. 156.104.

Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas referatur, in materia merè odioſa, neque vniuerſali, neque particulari æquipollet, ſed ſua ambiguitate vitiat actum. ibid 107.

Indefinita diſpoſitiuè ab homine prolata, ſi ad perſonas refertur, in materia fauorabili, ſeu indifferenti, æquipollet vniuerſali. ibid. 109.

Indefi-

Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam, vel genus relata, quod in diſponentis patrimonio non reperitur, ſi ſimplex ſit, & indeterminata, vitiat actum. ibid. 112.
Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam, vel genus, quod in illius patrimonio non reperitur, relata, ſi ſit coarctata, puta lego vinum T itij, æquipollet vniuerſali. ibid. 114.
Indefinita prolata ab homine, & ad materiam relata, quæ reperitur in patrimonio diſponentis, ſi eiuſmodi eſt, vt ex ea conflata, ſpecies poſſit ad eandem materiam reuerti, abſolutè æquipollet vniuerſali ibid 115.
Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, & ad materiam relata, ad quam conflata ſpecies non poſſunt reuerti, æquipollet vniuerſali coarctatæ ad materiam ſimplicem, & rudem, non vniuerſali generaliſſimè, quæ comprehendit etiam materiam ad ſpeciem redactam. 157. 117.
Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, habens terminum communem ſingularem, relata ad ſpeciem artificialem, quæ non reperiatur in diſponentis patrimonio, vitiat actum ibid 120.
Indefinita diſpoſitiuè prolata ab homine, habens terminum communem numeri ſingularis; relata ad ſpeciem artificialem immobilem, quæ reperiatur in patrimonio diſponentis, æquipollet vniuerſali ibid. 121.
Indefinita diſpoſitiua hominis, ſingularis numeri, relata ad ſpeciem artificialem, immobilem quæ reperiatur in patrimonio diſponentis, æquipollet particulari ibid. 123.
Indefinita diſpoſitio hominis, numeri ſingularis, relata ad rem naturalem, habens terminum communem, ita generalem, vt comprehendat etiam ea, in quibus ſolutio eſt inutilis, vitiat actum. ibid 125.
Indefinita diſpoſitio hominis, in ſingulari numero, relata ad ſpeciem naturalem, cuius communis terminus non ita ſit tranſcendens, vt ſolutio ſit inutilis, æquipollet particulari. 157 127.
Indefinita diſpoſitio hominis in numero plurali, ad ſpeciem naturalem relata, quæ in diſponentis patrimonio reperitur, æquipollet vniuerſali ibid. 129.
Indefinita diſpoſitio hominis in plurali numero ad naturalem ſpeciem relata, quæ in diſponentis patrimonio reperitur, ſi ſit indeterminata facit diſpoſitionem inualidam. ibid. 131.
Indefinita hominis diſpoſitio, in plurali numero ad ſpeciem naturalem relata quæ in diſponentis patrimonio non ſit, vbi limitata, & coarctata eſt, æquipollet vniuerſali. pag. ibid num 135.
Indefinita in caſibus in quibus æquipollet vniuerſali, an propriè æquipolleat ex vi verborum, vel per interpretationem ibid 137.
Indefinita, ſi ex vi propria, propriè æquipolleret vniuerſali, vbi aliquid falſum in ea reperiretur, tota falſa efficeretur. 158 136.
Indefinita eſt per ſe ambigua, & ex benigna interpretatione, vim habet vniuerſalis. ibid 138.
Indefinita vi propria, neque vniuerſali, æquipollet, neque particulari ſed tanquam ambigua, & generalis regulatur ſecundum ſubiectam materiam ibid. 143.
Indefinita, in caſibus in quibus æquipollet vniuerſali, collectiuè non diſtributiuè æquipollet, niſi aliud diſponentem ſenſiſſe appareat. ibid 144.
Indefinita, vbi æquipollet vniuerſali, an, & quando ita æquipolleat, vt ad futura trahatur. 159. 148.
Indefinita prolata à lege, in dubio, ita æquipollet vniuerſali, vt etiam ad futura trahatur. ibid 149.
Indefinita hominis, relata ad perſonas, in materia fauorabili, trahitur etiam ad futura. ibid 150.
Indefinita hominis relata ad res, cuius terminus communis generaliſſimus eſt, & tranſcendens, in contractibus inducentibus diſpoſitionem quæ habeat tractum in futurum diuturnum, & ſucceſſiuum, trahitur ad futura. pag. ibid num 154.
Indefinita hominis relata ad res, cuius terminus communis generaliſſimus eſt, & tranſcendens in vltima voluntate, in numero plurali, & ſine poſſeſſiui nominis coarctatione, generalitate, & ambiguitate ſua vitiat actum. pag. ibid num 152.
Indefinita hominis relata ad res, cuius terminus communis eſt ſpecificus, neque in vltimis voluntatibus, neque in contractibus, ad futura trahitur, niſi æquitas & præſumpta diſponentium voluntas contrarium ſuadeat. pag. ibid. num 157.
Indiuiduum, ſeu ſingulare, partes ſubiectiuas habere non poteſt. 43. 289.
Indiuiduum eſt indiuiduum per ſuam formam conſiſtentem in collectione plurium accidentium, quæ ſi ab eo abſtrahantur, deſtruitur, niſi demonſtratione ad oculum, vel circumſcriptione reſtringatur. ibid. 290.
Indiuiduum, aut nominatum, aut demonſtratum, aut circumlocutum. 133. 60.
Inducta ad vnum finem, non operantur contrarium. pag. 93. num. 57.
Ineſſe verbum ad partem intrinſecam, & eſſentialem refertur. 95. 80.
In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. 197. 141.
Inſtitutio hæredis, omiſſione promiſſæ & deſtinatæ conditionis non vitiatur. 70. 336.
Inſtitutio hæredis omiſſione deſtinatæ conditionis, vitiatur. 72. 347.
Intellectus l. in quartam, ad l. Falc. in verſiculo, ſed in fideicommiſſariam 182 85.
Intellectus verſiculi pro ea vero parte. 183. 86.
Intellectus eiuſdem verſiculi, pro ea vero parte, Raynaldi Corſi, recenſetur & non improbatur. ibid 88.
Intellectus verſiculi, ſed & quod implendæ. 184. 89.
Intellectus verſiculi, ſed etſi accepta. 185 90.
Intellectus verſic. ſi quid vero implendæ. ibid. 91.
Intellectus diuinatiuus, & reſtrictiuus non admittitur. pag. 310 num. 216.
Interpellatio etiam extraiudicialis, conſtituit debitorem in mora. 278 157.
Interpretatio illa eſt admittenda, quam & verborum proprietas, & veriſimilis diſponentis adiuuat voluntas. pag 13. num. 8.
Interpretatio illa in quæſtionibus voluntatis eſt admittenda, quam coniectura voluntatis adiuuat; & ſi verborum proprietas refragetur, & quæ ſine voluntatis coniectura. ibid. 11.
Interpretatio illa non eſt admittenda, per quam fit fraus legi. 24. 59.
Interpretatio illa omnino eſt admittenda, cui, & verba, & natura actus, & iuris præſumptio, & veriſimilis diſponentis mens fauet, & nihil repugnat. 38. 141.
Interpretatio fieri debet in dubio, quæ magis congruit voluntati teſtatoris. 39. 152.
Interpretatio fieri debet in dubio, vt actus valeat. 69. 331.

Limi-

Limitatur num. 350.
Interpretatio illa, in dubia diſpoſitione fit, quod diſponens, interrogatus, veriſimiliter feciſſet 97.104.
Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, per quam omnes publicæ vtilitati inſeruiunt. 103.139.
Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, quæ magis accedit, veriſimiliter, ad mentem diſponentis 103.145.
Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, quam interrogatus veriſimiliter feciſſet diſponens, ibid. 147.
Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, quæ fauorabilior eſt libertati, & ei, qui eſt liberandus commodior. pag. 118. num 272.
Interpretatio in dubio admittitur minus oneroſa, & quæ vtrique parti conſulitur. 119.289.
Interpretatio in dubio admittitur, per quam actus ſubſiſtitur. ibid. 290.
Interpretatio non eſt admittenda, quæ non omnem excludat, inter legata & fideicommiſſa differentiam. 120.293.
Interpretatio illa legis eſt admittenda, per quam priuilegia minus multiplicantur. 294.193.
Declaratur num 203.
Interpretatio non debet admitti, per quam lex reddatur eluſoria. ibid. 194.
Interpretatio illa non debet admitti, per quam fiat fraus legi. 283 288.
Interpretatio illa eſt in dubio admittenda, per quam reciproca, inter parentes, & liberos, ſucceſſionis ſeruatur æqualitas 290.234. & num 250.
Interpretatio ſemper fit in materia ſucceſſionis, vt quod conceditur liberis, intelligatur conceſſum parentibus, & è contra. 290.235.
Declaratur num. 237.
Interpretatio illa in dubio eſt admittenda, per quam minus detrahitur per legem Falcidiam, quam fieri poſſit. pag. 294 num. 262.
Iter, actus, & via ſunt ſeruitutis ſpecies, diuerſæ, non differunt tamen, niſi ſecundum plus, & minus 96.95.
Iudex non poteſt fines petitionis excedere. 152.28.
Iudex, ſi quemlibet ex reis conuentis in quinque condemnauerit, an omnes ſimul, vel ſingulos ad dandum quinque condemnaſſe intelligatur. 151.261.
Iudicia pœnalia, ſemel accepta, in hæredem tranſmitti poſſunt. 156.105.
Iuris naturalis diffinitio D. Thom. 224.291.
Iuris ſumma diuiſio ex Ariſt. eſt, vt aliquod ius ſit naturale, aliquod poſitiuum 225 297.
Iuris naturalis eſſe dicitur, quod iure naturæ debetur. pag. ibid. num. 302.
Declaratur num. 325.
Iuri illi vnumquodque aſcribitur, à cuius ratione per interpretationem fuit deſumptum. ibid. 307.
Declaratur num. 334.
Iuris gentium eſſe dicitur quicquid ratione naturali introductum eſt, & peræque obſeruatur, & cuſtoditur apud omnes gentes. ibid. 338.
Iuri illi vnumquodque tribui debet, à quo formam habuit, 229. 344.
Ius eſt ars boni, & æqui. 93.51.
Ius ſingulare habet in contrarium ius commune. 108.170. & num. 222. & 190.112.
Ius duplex, quoddam diſpoſitum, quoddam diſponens. pag. 223 num. 84.
Ius diſponens habet ſe ad iura diſpoſita, tamquam cauſa ad ſuos effectus. pag. ibid. num. 285.
Ius naturale accommodatum naturæ ſenſibili ipſius hominis, quod commune eſt ei cum brutis, quid ſit. 224.290.
Ius gentium, accommodatum naturæ rationali ipſius hominis, quam cum alijs rebus communem non habet quid ſit ex ſententia M. Tullij, Alberti Magni, & D. Thom. declaratur ibid. 292.
Ius humanum, quod naturæ hominis ſociabili accommodatur, quid ſit, & quale. 224. 293.
Ius Ciuile municipale, quod accommodatur naturæ politicæ ipſius hominis, quid, & quale. ibid 294.
Ius Ciuile commune, ſeu ius Cæſareum, quo vtitur homo, quatenus imperio eſt ſubiectus, quid, & quale. 225. 295.
Ius Canonicum, ſeu Pontificium, quo vtitur homo, quatenus Chriſtianus eſt, & ſubiectus Eccleſiæ, quid, & quale. ibid 296.
Ius naturale comprehendit legem æternam, legem diuinam, ius naturale, ius gentium. ibid 298.
Ius poſitiuum comprehendit ius humanum, ius municipale, ius Cæſareum, & ius Pontificium ibid. 299.
Ius diuinum diuiditur in naturale, & poſitiuum, & quale ſit vtrumque, declaratur ibid. 300.
Ius naturæ vna cum genere humano, natura prodidit. pag. 226. num. 321.
Ius gentium ſecundarium, eſt ius poſitiuum, quod magis accedit iuri naturali, & ideo interdum iuris naturalis appellationem recipit. 218 336.
Ius quoque ciuile eſt ex naturalibus præceptis. 229. 350.
Ius ciuile eſſe dicitur, quod non in totum à naturali iure, vel gentium recedit, nec per omnia ei inſeruit. ibid. 351.
Ius Ciuile, contrario ciuili iure tolli poteſt. 351.437.
Ius accreſcendi, cum ſit quædam quaſi ſubſtitutio, tacitam eſſentialem conditionem habet. 236 400.
Ius Ciuile dubium, recipit interpretationem à iure Pontificio aperto. 284.192.

L

Legandi facultas eſt à l. 12. tabul. 26.72.
Legandi latiſſima poteſtas, l. 12. tabul. hominibus conceſſa. 40.160.
Legans libertatem ſeruo communi, libertatem pro ſua parte eidem ſeruo donare intelligit. 134.215.
Legans libertatem, non videtur aliquem grauare, vt manumittat. 114 275.
Legans libertatem cenſetur grauare hæredem, vt manumittat, niſi velit legando manumittere. 120.247.
Legans libertatem, an, & quando directam tribuat, vel fideicommiſſariam. 120 249.
Legans domum, qui domum in bonis non habet, inutiliter legat. 156 120.
Legans veſtem ſuam, omnes ſuas veſtes legaſſe intelligitur. 157.122.
Legans domum, cenſetur legaſſe vnam ex ſuis domibus, quam hæres elegerit. 157.124.
Legans ſeruum, cenſetur legaſſe vnum eligendum à legatario, ſi ſerui ſint in patrimonio, ſi non ſint, eligendum ab hærede. 157.128.
Legans ſeruos ſuos, omnes legaſſe intelligitur. 157.130.
Legans ſeruos, vel equos ſimpliciter, cum nullum in bonis habeat, inutiliter legat. 157.132.
Legans equos, vel ſeruos Titij, omnes Titij ſeruos, vel equos legaſſe intelligitur. 156.134.
Legans filiabus centum, omnibus eadem centum legaſſe intelligitur, non ſingulis. 158.145.

Legans

Legans domum centum aureorum alicui, ſi quinquaginta dederit, re vera de patrimonio, non quinquaginta, ſed centum legat. 181 75.

Legare ſibi ipſi nemo poteſt. 32. 110.

Legare teſtator potius præſumitur, quàm donare inter viuos. 34. 145.

Legare aliud pro alio, nec ex mandato poteſt 39. 154.

Legare quinquaginta, & legare domum centum aureorum, ſi quinquaginta dederit, idem eſt quo ad effectum. pag. 181. num 78.

Legari etiam à legatario hodie poteſt. 248. 470.

Legari poteſt etiam totius hæreditatis vſusfructus. pag. 41. num 165.

Legari poteſt etiam hæreditas, puta Mæuiana 41. 166.

Legari poſſunt etiam vniuerſitates. 41. 169.

Legari res aliena iure Pontificio, an poſſit 44. 195.

Legari Ciuibus Romanis poterat, Latinis Iunianis non poterat. 88. 19.

Legari ſolummodo ab hærede poterat, fideicommitti autem à quocumque honorato licebat 88. 21.

Legari libertas, an poſſit. 113. 207.

Legari ſibi, vel à ſe adimi non poteſt. 115. 218.

Legari olim plura poterant per damnationem, quàm alijs legatorum generibus. 117 239.

Legari quicquam alicui à ſe ipſo ſibi præſtandum non poteſt. 117. 257.

Legari poteſt pars hæreditatis 40. 162 & 164.

Legaſſe quinquaginta intelligitur, qui damnauit hæredem, vt alicui fundum dignum centum, pro quinquaginta venderet. 204. 208.

Legata olim non niſi in teſtamento fieri poterant. 26. 67.

Legata, & fideicommiſſa ſunt ſimilia 40 163.

Declaratur num. 182.

Legata extra teſtamentum fieri olim non poterant 42. 177.

Legata interdum confirmant teſtamentum 54. 276.

Legata poſſunt fieri etiam ab inteſtato 64 303.

Legata poſſunt fieri ab inteſtato, reſpectu teſtamenti in ſpecie, in quo inſtituitur hæres, non reſpectu teſtamenti in genere generaliſſimo. 66. 312.

Legata, & fideicommiſſa eundem hodie habent effectum ſpecificum. 43 63.

Legata, & fideicommiſſa ita ſunt à Iuſtiniano coniuncta, vt potentius, & plenius trahat ad ſe minus potens, & non ita plenum. 94. 76.

Legata, & fideicommiſſa hodie, nec nomine amplius differunt, nec origine. 94 67.

Legata, an peti poſſint per actionem iure Digeſtorum pag. 106. num. 151.

Legata iure Digeſtorum peti actione reali non poterant. 106. 153.

Legata iure Digeſtorum vtili, vel directa actione petebantur 107. 167.

Legata, an poſſint relinqui in codicillis 110. 184.

Legata, an hodie, poſt ſecutam vltimam Iuſtiniani legatorum, & fideicommiſſorum exæquationem fieri poſſint in codicillis ab inteſtato 112. 199.

Legata ſtrictam recipiunt interpretationem, vt minus grauetur hæres, quàm fieri poſſit. 120. 295.

Legata particularia ſunt exæquata fideicommiſſis particularibus, & è contra per omnia. eſt Bartoli concluſio vera, ſed non bene concepta. 121. 301.

Legata, & fideicommiſſa exæquata ſunt hic vniuerſaliter, & per modũ regulæ, in l. 2. C. comm. de leg. idẽtificè. 121. 305.

Legata vbi eſt pars bonorum, hæres non cogitur cum legatario partiri, ſed ſoluendo partis legata æſtimationem liberatur. 124. 330.

Legata particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia, differunt nomine, natura, obiecto, & effectu 125. 342.

Legata, & fideicommiſſa particularia transferunt dominium in honoratos recta via, fideicommiſſum autem vniuerſale non ante præſtationem. 126. 351.

Legata, quæ ſuſtinentur per authenticam ex cauſa, C. de lib. præter. per edictum de legat. præſtan. per edictum ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. actione perſonali ex teſtamento petuntur, non per condictionem ex lege, & per actionem in factum. 134. 409.

Legata, quæ debentur, per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, an peti poſſunt actione perſonali ex teſtamento. 138. 441.

Legata etiam facta in codicillis ab inteſtato vtili actione perſonali ex teſtamento petuntur. 142. 468.

Legata vbi vni eadem eſt quantitas à diuerſis, à ſingulis debetur. 161. 13.

Declaratur num. 15.

Legata lana, vel marmore, nec lanea veſtis, nec marmorea ſtatua debetur. 157. 18.

Legata, & fideicommiſſa in Falcidiam, an imputentur. pag. 188. num 106.

Legata, & fideicommiſſa ſunt exæquata, vt inter ea nulla amplius ſuperſit differentia. 189. 110.

Legata & fideicommiſſa, & prælegata, an, & quando, & quomodo, ita in Falcidiam imputentur, vt conuincuntur. 191. 124.

Legatarij, ſi hæreditas eſt ſoluendo præferuntur in re legata, & filijs in legitima, & creditoribus ipſis, qui filijs præferuntur. 242. 494.

Legatarij, & fideicommiſſarij particulares non poſſunt cogere hæredem grauatum adire, vniuerſales etiam ad partem hæreditatis vocati poſſunt. 126. 347.

Legatarij duo, quibus eadẽ legata eſt res, petere eam actione rei vendicationis ſinguli integram poſſunt, ſcinditur tamen legatum concurrentibus ambobus 129 367.

Legatarijs non competat actio perſonalis ex teſtamento pro legatis non concernentibus commodum pecuniarium. 114. 4.

Legatario ſecundo primus legatarius actiones cedere tenetur. 127. 357.

Legatarius poteſt eſſe præſens, & legatum acceptare. pag. 39. num. 150.

Legatarius, vel legitimus, non poteſt ſuccedere in vniuerſum ius defuncti. 41. 172.

Legatarius non eſt iuris ſucceſſor. 42. 176.

Legatarius partiarius an is ſit, cui aliquota ſit legata hæreditas. 69. 320.

Legatarius partiarius is non eſt, qui cum hærede hæreditatem ipſam non partitur, vel bona. 128. 16.

Legatarius partis bonorum, cum hærede hæreditatem partiebatur. 125. 334.

Legatarius etiam ſecundus poteſt à primo rem legatam per actionem rei vendicationis petere. 128. 364.

Legatarius primus rei legatæ eſt dominus per prius, ſed reuocabiliter ſecundus per poſterius, ſed irreuocabiliter. 129. 368.

Legatarius non debet ſimul omnibus vti actionibus, quæ pro legato competunt, ſed vnam eligere. 45. 497.

Legatarius ex cauſa legati illud intelligitur accipere, quod

ſupereſt, deducta ſumma, quam ſoluit cauſa conditionis implendæ. 108.208.
Declaratur num. 210.
Legatarius partiarius, pro ſua quota non cogitur quicquam præcisè accipere, ſed iudicis arbitrio illam conſequitur. 279.164.
Legata rei dominium tranſit in legatarium à die mortis teſtatoris 42 179.
Legata rei dominium, an recta via tranſeat de primo legatario in ſecundum. 127.356.
Legata rei dominium à teſtatore in legatarium, an tranſeat recta via à die mortis teſtatoris, vel à die adita hæreditatis, vel à die acceptati legati. 144.486.
Legata rei dominium, an tranſeat immediatè de teſtatore in legatarium, vel de teſtatore in hæredem, & ſtatim de hærede in legatarium. 144.487.
Legata rei dominium tranſit recta via à die mortis teſtatoris in legatarium. 278.259.
Legati definitio Florentini I.C. explicatur. 27.84.
Legati definitio, Modeſtini I.C. explicatur. 27.81.
Legati definitio Iuſtin. Imperat. controuertitur, & defenditur. 29.86
Legati definitio pleniſſimè explicatur. 30.107.
Legata inutilia, non debent legati definitione comprahendi. 33.111.
Legati circumſtantia rei, quæ. 44.194.
Legati circumſtantia perſona quæ 44.197.
Legati circumſtantia loci, & temporis, quæ. 44.198.
Legati circumſtantia modi, quæ. 45.199.
Legati appellatione largè venit etiam fideicommiſſum. 88.11. *& pag.* 118 *num.* 160.
Legati titulus, ſui natura, omne onus excludit. 123.327.
Legati forma olim conſiſtebat in verbis directis, & imperatiuis, quibus concipiebatur. 131.390.
Legatu, vt ſit locus, quæ requirantur 44 193.
Legato aureo, vel argento, etiam aurum, & argentum factum, præter patundam, debetur. 157.116.
Legatorum non vindicandorum ius, ad ius gentium refertur 16 66.
Legatorum, & fideicommiſſorum tractatus, cur fuerit in tres titulos diuiſus. 48.215.
Legatorum, & fideicommiſſorum materia, cur in Pandectis permixtim, in Codice, & in ipſis Inſtitutionibus ſeparatim tractetur. 48 217.
Legatorum olim genera quatuor, fideicommiſſorum autem vnicum genus. 88 12.
Legatorum effectus ſpecificus erat dominij tranſitus recta via à teſtatore in legatarium, & productio actionis in rem perſonalis, & hypothecaria. 93.64.
Legatorum quatuor generum identificatio præceſſit vltimâ Iuſtiniani legatorum, & fideicommiſſorum exæquationem. 108 171.
Legatorum, & fideicommiſſorum æquiparationes particulares, ante Vlpianum facta reſpiciebant potius effectum eorum, poſt quam erant in eſſe deducta, quam modum inducendi. 112.196.
Legatorum natura ſtrictè olim ab antiquitate concludebatur, quæ pinguiorem legatis naturam indulgebat. pag. 113. num. 201.
Legatorum generali appellatione, quod continetur, legati ſpecies eſt. 114.208.
Legatorum natura, quod non habet, ei ex fideicommiſſis accommodatur. 120.294.
Legatorum diuiſio, ſumpta à materia, circa quam. 123.324
Legatorum genus quodlibet actionem producit. 133.4042
Legatorum dominium tranſit recta via de teſtatore in legatarios. 213.227.
Legatorum præſtationem, antecedit æris alieni deductio. 253.501.
Legatorum, & fideicommiſſorum, cum ſint omnino hodie exæquata, idem eſt iudicium. 270.85.
Declaratur num. 97.
Legatum quibus modis vſurpetur. 12.3.
Legatum cur ſic appellatum. 12 4.
Legatum quo iure fuerit introductum 26.65.
Legatum eſt donatio. 26 71.
Legatum habet formam à iure ciuili. 26.75.
Legatū olim non niſi verbis directis fiebat, fideicommiſſum autem obliquis tantummoda 26.76.
Legatum eſt modus ciuilis dominij acquirendi. 26.77.
Legatum eſt modus acquirendi titulo particulari. 26.79.
Legatum qua ratione fuerit introductum. 27 82.
Legatum quid ſit. 27.83.
Legatum eſt etiam, quod relinquitur, vt ſtatim reſtituatur. 29.97.
Legatum eſt etiam relictum eius, quod naturaliter debetur. 30.100.
Legatum eſt etiam, quod ex neceſſitate in teſtamento relinquitur 29.99.
Legatum hodie eſt etiam, quod relinquitur præſtandum à legatario. 30.103.
Legatum eſt etiam, quod venit præſtandum ab eo, qui aliquid accipit cauſa conditionis implendæ. 30.104.
Legatum eſt etiam, quod præſtatur à teſtatore. pag. 30. num. 107.
Legatum ex diſpoſitione teſtatoris poteſt etiam propria auctoritate apprahendi. 30.106.
Legatum liberationis, quo pacto ab hærede quaſi præſtetur. 34.140.
Legatum nominis debitoris, quo pacto ab hærede quaſi præſtetur. 34 121.
Legatum magis conuenit naturæ teſtamenti, quàm donatio inter viuos. 39.144.
Legatum quotuplex ſit 40.158.
Legatum vniuerſale totius hæreditatis, an detur. 40.159.
Legatum, & fideicommiſſum quoddam ſpeciale, quoddam vniuerſitatis. 41 167.
Legatum ſpeciale datur, & vniuerſitatis 41.171.
Legatum non refertur ad modos acquirendi vniuerſitatem, ſed eſt titulus particularis. 41.173.
Legatum onera continere, implicat. 42 174.
Legatum portionis olim onera ſui natura non cōtinebat, ſed, ex conuentione inita, per quoſdam ſtipulationes 42.181.
Legatum vſusfructus totius hæreditatis eſt legatum particulare. 43.183.
Legatum vniuerſitatis datur, non legatū vniuerſale 43.189
Legatum gregis, & peculij eſt legatum vniuerſitatis non vniuerſale 43.191.
Legatum, vt legatum non recipit eam diuiſionem, vt aliquod ſit particulare, aliquid vniuerſale. 43.192.
Legatum quot operetur effectus. 45.200.
Legatum quibus modis finietur. 46 201.
Legatum eſt donatio quædam teſtamento relicta. 50.224.
Legatum, an ſit acceſſorium ad teſtamentum. 55.261.
Legatum adeſt, & abeſt à teſtamento, præter illius corruptionem. 57.268.

Lega-

Digitized by Google

Legatum non eſt in gradum teſtamenti, vel inſtitutionis hæredis. 58 269.

Legatum, vel nihil commune habet cum teſtamento, vel eſt pars illius. 58. 270.

Legatum non ſequitur naturam teſtamenti. 58. 271.

Legatum non habet neceſſariam relationem ad teſtamentum 58. 274

Legatum non eſt pars eſſentialis teſtamenti. 61. 284.

Legatū, neque forma teſtamenti eſt, neque materia. 61. 286

Legatum non eſt pars ſubiectiua teſtamenti illius in indiuiduo, in quo factum eſt 62. 288.

Legatum, an ſit pars ſubiectiua teſtamenti in ſpecie, vel in genere ſubalterno. 62 291.

Legatum, an ſit pars ſubiectiua teſtamenti in genere generaliſſimo ſumpti. 62. 300.

Legatum eſt vltima voluntas 66 309.

Legatum non diuiditur per legem Falcidiam, ſed res legata 68 320.

Legatum eſt vltima voluntas ſpecificata, & determinata per donationem verbis directis, & praeceptiuis à defuncto relictam 68. 324.

Legatum deſtinatum, an ſit pars integralis teſtamenti, ita vt, ſi teſtator illud non perficiat, nihilominus dicatur teſtatus, etiam quo ad hæredis inſtitutionem 69 329.

Legatum an ſit pars integralis teſtamenti, in quo factum eſt. 74 356.

Legatum eſt quid diſcretum, & ſeparatum realiter à teſtamento propriam habens formam 75 368.

Legatum per ſe ſubſiſtit, ſeparatum etiam à teſtamento, in quo factum eſt. 75 369. & 370.

Legatum non neceſſariam habet relationem ad teſtamentum 75. 372.

Legatum ſine teſtamento & teſtamentum ſine legato conſiſtit. & alterum alterius definitionem non ingreditur. pag. 75 num. 375.

Legatum in indiuiduo, ita ſe habet ad teſtamentum in indiuiduo, vt legatum in ſpecie, ad teſtamentum in ſpecie. 76. 385.

Legatum, ex ſententia Auctoris, eſt pars collectiua teſtamenti, quatenus ſignificat collectionem diuerſarum vltimarum voluntatum 76 386.

Legatum, & fideicommiſſum hodie ſunt ſynonima. 93 68.

Legatum, vel fideicommiſſum ſimplex, hodie non datur, ſed legatum & fideicommiſſum ſimul. 96 97.

Legatum legatario non competit, niſi poſt aditam hæreditatem 113. 220.

Legatum ſibi præſtare nequit ab eo, qui adhuc non eſt hæres. 115 222.

Legatum eſt vltima voluntas 115. 224.

Legatū non cadit in rem in quā non cadit donatio 117 249.

Legatum libertatis, hodie vim manumiſſionis teſtamentariæ habere poteſt 118 264.

Legatum eſt ab hærede præſtandum. 120. 296.

Legatum vniuerſale non datur. 121. 303 & 307.

Legatum, donatio, depoſitum emptio, & ſimilia eam diuiſionem non patiuntur, vt aliqua ſit particulare, aliqua vniuerſalia 121 304.

Legatum portionis, & fideicommiſſum vniuerſale differunt. 121. 308.

Legatum portionis eſt ſine onere, non fideicommiſſum vniuerſale. 121 310.

Legatū portionis multifariam à DD intelligitur. 122. 311.

Legatum portionis non datur, niſi hæreditatis, vel bonorum quota legata ſit. 122. 314.

Legatum hæreditatis nobis relictæ, puta Meuiana, eſt ſimile legato peculij 122. 317.

Legatum portionis non eſt, niſi legetur pars indiuiſa, & quota hæreditatis, vel bonorum, cuius virtute legatarius ius habeat pro rata in omnibus rebus hæreditarijs 23. 321.

Legatum partis bonorum, an ſit legatum portionis quemadmodum legatum portionis hæreditatis 123 328.

Legatum partis bonorū onera aliqua non includit. 124. 329

Legatum partis bonorum partitio appellatur. & is, cui bonorū pars legata eſt, legatarius partiarius dicitur. 124. 332

Legatum portionis habere dicitur, qui poteſt hæreditatem, vel bona cum hærede partiri. 124. 333.

Legatum quo pacto poſſit recipere illam diuiſionem, vt aliquod ſit particulare, aliquod vniuerſale, licet numquam ſit modus acquirendi per vniuerſitatem. 125. 338

Legatum totius hæreditatis, quod olim non valebat, hodie valet in vim fideicommiſſi. 125. 340.

Legatum portionis hodie, citra conuentionem, & ſtipulationibus etiam non interpoſitis, onera includit. 125 341.

Legatum factum vni ſub commemoratione primi, primum collitur. 126. 362.

Legatum tacitum, & in conſequentiam, an dominium, vel aliud ius in legatarium transferat ipſo iure. 129 374.

Legatum tacitum iure Digeſtorum non dabatur. 131. 389.

Legatum eſſe non poteſt diſpoſitio illa, cui legati definitio non competit. 131. 398.

Legatum vbi iure communi non valet, ſed ſuſtinetur quia conditio non impleta, pro impleta iure ſpeciali habetur, an legatario cōpetat actio perſonalis ex teſtamento 133. 406

Legatum non concernens commodum pecuniarium, neque reſpectu honorati, neque reſpectu grauati, non iure actionis petitur, ſed per officium iudicis. 134. 413.

Legatum non concernens commodum pecuniarium duplex, aut ex parte honorati tantum, aut tam ex parte honorati, quàm ex parte grauati. 134. 412.

Legatum proprium nullum datur, pro quo non competat actio perſonalis ex teſtamento, & falsè, aut ineptè ſunt limitationes, quas DD. ad l. 1. ff. de leg. 1. aſſerūt. 143. 481.

Legatum ſimplex, & indeterminatum, vini, olei, frumenti, nullum eſt. 156 113.

Legatum non eſſe, vel remanere apud hæredem, idem eſt. 176. 12.

Legatum à legatario hæredi, vtrum in ratione legis Falcidiæ eidem tantum legatario, vel alijs quoque proſit. 191 138

Legatum in eo parte, in qua non valet, portio hæreditatis eſt. 199 147.

Legatum illud intelligitur in computatione legis Falcidiæ, quod legatarius ex cauſa legati intelligitur accipere pag. 208. nu. 206.

Legatum fundi digni quinquaginta, ſi quinquaginta dederit, vtile eſt, & Falcidiam patitur. 208 210.

Legatur inutiliter res, vel animal. 155. 126.

Legatū ſi ſit alicui fundus, centum dignum, ſi quinquaginta hæredi dederit, an computari debeat pro legato centum, vel pro legato quinquaginta aureorum 208. 209.

Leges, & iura, quamquā in aliquo videantur inter ſe repugnantia, omnia tamen ad eundem finem conſpirant, dirigendo humanum genus ad bene, beateque viuendum. 223. 287.

Legis prima, de leg. 1. intellectus. 90. 31.

Legis caſus excludit omnem dubitationem. 91. 36.

Legis nomē, maiorē habet, quā plebiſciti auctoritatē 162. 14.

Legis in quartam littera ſecundum auctoris emendationem, & reſtitutionem. 178.44.
Legis in quartam, ad l Falc. in partes diuiſio. 178.45.
Legis Neſennius ad l. Falcid. facti ſpecies recenſetur, & exemplo illuſtratur. 190.511.
Legis Titia, ad l. Falc. facti ſpecies recenſetur. 197.154.
Legis Titia deciſionis noua ratio redditur, & omnis in ea difficultas diluitur 199.156.
Legis pennlt. C ad l. Falc facti ſpecies recenſetur, 205.189.
Legis filium quem habentem, C. fam. erciſc. facti ſpecies, ad mentem Antonij Fabri recenſetur. 220.265.
Legis ita tamen, in § ex aſſe, ad S.C. Treb. ſpecies facti diligenter narratur. 279.162.
Legiſlator ſe habet ad entia ciuilia, vt Deus ad entia naturalia. 95 92.
Legitima neceſſariò relinquēda eſt iure inſtitutionis. 14.23
legitima interdum reperitur Falcidia appellata, 222.276.
legitima quibus modis vſurpetur. ibid. 278.
legitima debetur liberis, parentibus, & interdum fratribus. ibid. 279.
legitima vnde dicta. ibid. 280.
legitima debetur tantum liberis legitimis, non autem ſpurijs, & illegitimis. 223.181.
legitima pluribus modis appellatur, & circumſcribitur in iure. 223.282.
legitima quo iure introducta ibid. 283.
legitima an ſit de iure naturali, vel poſitiuo. 225.302.
legitima iure naturæ debetur. ibid. 303.
legitima ſubrogata eſt in locum alimentorum ibid. 305.
legitima à parentibus filijs debita, à ratione iuris naturalis deſumpta eſt. ibid. 308.
legitima ob ingrati animi crimen amitti poteſt. 226.312.
legitima mutari, & alterari poteſt ibid. 314.
legitima præſcriptione, quæ eſt de iure ciuili, tollitur ibi. 316
legitima non potuit proficiſci à principijs rationis ſine humano diſcurſu, & ſine humana poſitiua conſtitutione. ibid. 318.
legitima poſt teſtamentarias ſucceſſiones fuit reperta, ne, contra naturalem pietatem, parentes liberos excluderent, propriè ſoboli, alienam præponentes. ibid. 322. & 392.
legitima eſt ius legitimum, vt nomen demonſtrat ibid. 324.
legitima dicitur quarta debita iure naturæ, ad differentiam Falcidiæ 227.327
legitima, cum debeatur etiam filijs diuitibus; & poſt mortē patris, nō videtur ſubrogata in locum alimentorum, cum quibus ſimilitudinem non habet. ibid. 333.
legitima non eſt de illo iure naturali, quod à poſitiuo contra diſtinguitur. 228.334.
legitima, an ſit de iure humano, & gentium ſecundario, vel de iure ciuili Romanorum. ibid. 335.
legitima debetur à parentibus filijs apud omnes etiam barbaras nationes. ibid. 339.
Declaratur num. 352.
legitima conſtitutione aliquid fuit detractum ſucceſſioni liberorū, quę vniuerſa deberet ad ipſos pertinere. 229.343
legitima formam habet à iure ciuili. 229.347.
legitima qua ratione ſit introducta. 229.356.
legitima quid ſit. 230.360.
legitima conſtituitur deducto ære alieno, ibid. 361.
legitima debetur ſolummodo liberis obtinentibus primum gradum in ſucceſſione. ibid. 362.
legitima quotuplex ſit ibid. 363.
legitima quos operetur effectus. ibid. 369.
legitima quibus modis finiatur, vel ceſſet. 231.370.
legitima debetur hodie honorabili titulo inſtitutionis. pag. 233. nu. 383.
legitima nullam patitur dilationem. 234.386.
legitima à die mortis parentis intelligitur filio acquiſita. 234.387.
legitima debita à patre filijs, & debita à libertis patronis, æquiparantur 234.389.
legitima dilationem non patitur. 250.478.
legitima filiorum, & legitima patroni æquiparantur. pag. 251. nu. 487.
legitima eſt quoddam æs alienum, cum ſit debitum naturale parentis. 251.491.
legitima creditum quoddam eſt, non ius reale. 252.500.
legitima oneribus non ſubijcitur. 285.202.
legitima minus debita eſt à liberis parentibus, quàm à parentibus liberis. 292.249.
legitima non debetur iure naturæ. 292.252.
legitima non minus piè debetur à liberis parentibus, quàm à parentibus liberis ibid 253.
legitima onus aliquod, vel dilationem non recipit. 291 239.
legitimam filius ab initio ex bonis, & ſubſtantia patris habere debet, & vbi grauatus eſt reſtituere in diem, vel ſub conditione hæreditatem, nec in Trebellianicam fructus imputare debet. 291 242.
legitimam in re, in peculium conceſſa, contradicentibus ijs, quorum intereſt non detrahi, filius non poteſt detrahere. 242.431.
legitimam debet habere filius in pluribus, vel paucioribus rebus, vel in vna, Iudicis arbitrio. 242.432.
legitimati nihil ſunt abſimiles legitimis, & diſpoſitum in his habet locum in illis, 286. ..... 212. & 218.
legitimæ forma olim quæ fuerit. 229 348.
legitimæ forma hodie, quæ ſit ibid. 349.
legitimæ, vt ſit locus, quæ requirantur. 230.364.
legitimæ ſupplementum, non niſi quod in legitimam imputatur, poteſt recipere. 235.393.
legitimæ repletio, an fieri debeat ab hæredibus parentis duntaxat, vel tam ab hæredibus, quàm à legatarijs pro rata. 251.486.
legitimæ ſupplementum petitur per conditionem ex l. omnimodo, C. de inoff teſtam. 252.493.
legitimæ repletio, non niſi de bonis hæreditarijs fieri poteſt. ibid. 495.
legitimæ ſupplementum ſubrogatum eſt in locum querelæ inofficioſi teſtamenti. ibid. 498.
legitimæ repletio, vbi minus legitima relictū eſt, an & quando ab hæredibus tantum parentis, vel tam ab hæredibus, quàm à legatarijs fieri debeat. 253 502.
legitimæ, & dotis, quæ in locum legitimæ ſuccedit, idem eſt iudicium. 291.245.
legitimum ius, eſt ius poſitiuum 216.323.
Lego verbum generale eſt, quod etiam ad hæredis inſtitutionem refertur 12 6.
Lego verbum, vbi ex coniectura conſtat teſtatorem, voluiſſe hæredem facere hæredis inſtitutionem nō inducit, & quæ ſint coniecturæ. 13.7.
Lego verbum, frequentius, & magis propriè ad fideicommiſſum, & legatum refertur, quàm ad hæredis inſtitutionem 13.9.
Lego verbum, ad vniuerſitatem bonorum ab eo relatum, quem conſtat ex probabili coniectura velle hæredem facere, hæredis inſtitutionem inducit. 13.10.

Lego

Lego verbum, relatum ad quotam bonorum, iure inſtitutionis debitam, an inducat hæredis inſtitutionem. 13.17.
Lego verbum ambiguum, & æquiuocum eſt. 14.19.
Declaratur num. 29.
Lego verbum, eandem vim habet, quàm verbum relinquo. 14.20.
Declaratur num. 30.
Lego verbum, ad portionem debitam à liberto patrono relatum, hæredis inſtitutionem inducit. 14.25.
Lego verbum, diſpoſitiuè prolatum, ſui natura eſt ſemper obliquum. 15.28.
Lego verbum, generale eſt, relinquo commune, & quę inter verba communia, & generalia ſit differentia. 16.30.
Lego verbum, enunciatiuè prolatum, poteſt etiam hæredis inſtitutionem ſignificare, diſpoſitiuè autem nequaquam. 16.31.
Lego verbum ad legitimam relatum, an, & quando inducat hæredis inſtitutionem. 16.33.
Lego verbum, relatum ad vniuerſitatem bonorum, nullo alio hærede inſtituto, an hæredis inſtitutionem inducat. 17.35.
Lego verbum ſemper eſt merè obliquum diſpoſitiuè prolatum. 18.38.
Lego verbum merè obliquum eſt reſpectu hæreditatis, & inſtitutionis, non reſpectu fideicommiſſi. 19.40.
Lego verbum non poteſt referri ad iuris ſucceſſorem. 20.47
Lego verbum, an, & quando, & quomodo hæredis inſtitutionem inducat, vel ſignificat 24 64.
Lego verbum enunciatiuè prolatum generale eſt, & ſignificat idem quod diſpono, & relinquo. 118.259.
Lego verbum, cum generale ſit, aptum natum eſt inducere, & ſignificare etiam diſpoſitionem, quæ vim legati non habeat. 118 266.
Lego verbum, hodie etiam ad fideicommiſſum pertinet. pag. 119. *nu.* 285.
Lego verbum eſt dubium, cum hodie, tam ad legatum, quàm ad fideicommiſſum poſſit referri. 119.291.
Lex eſt commune præceptum. 12.5.
Lex 3. §. ſi debita. ff. de bon. libert. declaratur. 16.32.
Lex ex hac ſcriptura, de donat declaratur. 40.157.
Lex verbis legis, de verb ſign. declaratur. 42.180.
Lex vlt. § ſin autem. C. comm de leg declaratur. 45.188.
Lex conficiuntur, §. 1. ff. de iur. codicill declaratur. 53.253.
Lex Legatum eſt, de leg. 2. declaratur. 53.256.
Lex Eunuchis, C. de teſtam. declaratur. 54.258.
Lex 2 de hæredib inſt. & l. iubemus, §. quod ſi non fuerit, C. de teſtam. declarantur. 73.350.
Lex cum pater, §. vlt. de leg. 2. & l. pen. C. de inſtit. & ſubſt. declarantur. 73.353.
Lex non debet eſſe impoſita verbis. 93.58.
Lex 1. C. commun. de legat. in verſic. vbi autem aliquid, declaratur. 95.83.
Lex pecuniæ verbum, in §. actionis, verſic. perſecutionis, declaratur. 108.178. *&* 180.
Lex 1. C. commun. de legat. & alia iura declarantur. pag. 108. *nu.* 179.
Lex 2. C. commun. de leg declaratur 109.180. *&* 183.
Lex 2. § poſt deinde, de orig. iur. & prin. inſt. de fideicomm. hæred. declarantur. 109.181.
Lex generaliter, & indiſtinctè loquens, debet generaliter, & indiſtinctè intelligi. 110.187.
Lex Titia cum teſtamento, de leg. 2. & l. codicillis, de leg. 2. declarantur. 112.197.
Lex vlt. de iur. codicill declaratur. 112.198.
Lex qualibet debet intelligi ſecundum terminos tituli, ſub quo poſita eſt. 114.109.
Lex cum in ſubſtitutione, de leg. 3. & l in generali, de verb. ſign declarantur. 117.250.
Lex vlt. C. de communi ſeruo manum. declaratur. 117.252.
Lex ſed etſi conditioni, §. vlt. ff. de hæred. inſtit. declaratur, & emendatur. 117.254.
Lex 2. C. commun. de leg. in verſic. vbi autem aliquid contrarium, nouiter perpenditur 120.294.
Lex vlt. C. de comm. ſeruo manum. declaratur. 121.298.
Lex cum filius, §. 1. de leg. 2. declaratur. 123.323.
Lex Imperator, de leg. 2. declaratur. 128.365.
Lex ſi quis vſumfructum, ff. de vſufructu legato, declaratur. 129 371.
Lex ſeruum filii, in §. vlt, ff de leg. 1. & l. damnas eſto, in § 1 ff. de vſufr leg. declarantur. 130.381.
Lex ex hac ſcriptura, de donat. declaratur. 130.382.
Lex ſi fundum, in § qui fundum, de legat 1. declaratur. 131.386.
Lex ſi peculium, in §. is cui, & l. Stichum, in §. penult. ff. de ſtatu lib. declarantur, & conciliantur. 134.410.
Lex ſi pupilli, in §. videamus, de negot. geſt declaratur. pag. 137. *nu.* 432.
Lex decem, §. videamus, ff de fideicomm. libert. & l cum quaſi, §. idem dicendum, eodem titulo, declarantur. pag. 237. *nu.* 434.
Lex cum filius, §. vlt. ff. de fideicomm libert. emendatur, & declaratur. 137.436.
Lex duo hæredes, de fideicomm libert. declaratur. 140.462
Lex municipalis iniqua non valet. 141.474.
Lex creditoribus, de ſeparat. declaratur. 145.492.
Lex 1. & 2. C. commun. de leg. declarantur. 145.493.
Lex 2. ff. de liber. & poſthum. declaratur. 158.140.
Lex qui filium, §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. declaratur. 159. 146.
Lex placet, de lib. & poſth. declaratur. 159.151.
Lex, nomen generale eſt ad omnes iuris ſcripti partes. pag. 161. *num.* 12.
Lex id autem, de cond. & demonſtr. declaratur. 177.23.
Lex cum quo, §. vlt. ad l. Falc. declaratur. 187.97.
Lex pater filiam, in prin. ad l. Falc declaratur. 188.101.
Lex 3. § ſed etſi non mortis, ff de bon libert. declaratur. pag. 188. *nu.* 104.
Lex quod autem, in verſic ſed ſi ideo, ad l. Falc. declaratur. 189.
Lex Neſennius, ad l Falcid. declaratur, in quibus terminis procedat. 190.114.
Lex filio, ad l. Falc. nouiter declaratur. 191.116.
Lex Neſennius, ad l. Falc. in verſ. plane, diligenter declaratur. 192.
Lex deducta, § nummis, ad Sen. Conſ. Trebell. declaratur. 193. 12
Lex id autem, ad l. Falc. declaratur. 193.122.
Lex quod autem, verſic. ſed ſi ideo, ad l. Falcid. declaratur. 193.123.
Lex iubemus, C. ad S.C. Trebell. perpenditur, & declaratur. 195.135.
Lex acceptis, ad l. Falc. declaratur. 203.174.
Lex id autem, in prin. ad l. Falc. declaratur. 206.194.
Lex ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff ſi quis omiſſ. cau teſtam declaratur. 206.198.
Lex in ratione, § tametſi, ad l. Falcid. declaratur. 207.199.

& num. 221.
Lex ſi fundum, & l. ſi dignum, ad l. Falcid. declarantur. 209. 212.
Lex, ſed etſi hoc, in §. 1. de condit. & demonſtr. declaratur. 209. 213.
Lex Plautius, de condit. & demonſtrat. exemplo illuſtratur. 210. 219.
Lex Neſennius, ad l. Falc. declaratur. 210. 222.
Lex filium quem habentem, C. fam. erciſcun. declaratur ad mentem Arnaldi Ferretij, & Antonij Fabri intellectus reprobatur. 221. 271.
Lex vlt. C de alluu. & palud. declaratur. 222. 275.
Lex æterna, eſſe hominis, quod commune habet cum omnibus entibus realibus, accommodata, quæ ſit 223. 288.
Lex, viuentium vita accommodata, quam communem habet homo cum brutis, & plantis, quæ ſit. 223. 289.
Lex etiam, § ſed etſi non mortis, ff. de bon. libert. declaratur. 238. 408.
Lex in donationib. C. ad l. Falc. declaratur. 238. 411.
Lex pater filiam, ad l. Falc. declaratur. 239. 419.
Lex ſi donatione, C. de collat. declaratur. 242. 438.
Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus. 245. 448.
Lex quoniam in prioribus, & l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoff. teſtam. declarantur. 150. 482.
Lex ſcimus, in §. repletionem, C. de inoff. teſtam. declaratur. 251. 488.
Lex ex patronis, in prin & l ſi libertus, in § libertus, ff. de bon. libert. declarantur. 252. 499.
Lex in l. Falcidia, ad l Falc. declaratur. 261, 27. & nu. 33.
Lex non debet eſſe de indubitabili. 262. 34.
Lex in conditione, in §. cum verbum, ff. de reg. iur. declaratur. ibid. 35.
Lex in ratione, ad l Falc. declaratur. 263. 43.
Lex mulier, quæ duobus, § ſi hæres, ad S.C. Trebel. declaratur. 266. 67
Lex 3. in prin ff. de fund. inſtr. declaratur. 270. 94.
Lex quid ergo, in fine ff de vſufruct. declaratur, & naturæ fœtus ſummiſſi diligenter expenditur, & demonſtratur, 271. 103.
Lex in l. Falcidia, ad Senat. Conſult. Trebellian. declaratur. 274 127.
Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi. pag. 275. num. 131.
Lex mulier ſi duobus, § ſi hæres, ad S.C. Treb. declaratur. 276 143.
Lex, in dubio, debet intelligi in caſu magis dubitabili. pag. 280. nu 171.
Lex ita tamen, in §. hæres ex aſſe, ad S.C. Treb. declaratur. 281. 179.
Lex poteſt, de leg. 1. declaratur. 281. 180.
Lex Marcellus, in §. res quæ ab hærede, ad S.C. Treb declaratur. 281. 181.
Lex, maiorem dubitationem decidens, eodem modo in eodem genere dubitationis, minorem decidere intelligitur. pag. 283. nu. 188.
Lex iubemus, C. ad Senat. Conſult. Trebellian. declaratur. 283. 190.
Lex qualibet debet intelligi, vt diſponat in caſibus, qui dari poterant, quando eadem lex fuit edita. 283. 192.
Declaratur num. 198.
Lex iubemus, C. ad Senat. Conſult. Trebellian. declaratur. 285. 201.
Lex filium definimus, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l generaliter, § cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. declarantur. 286. 218.
Lex Baliſt, ad Senat. Conſult. Trebellian. declaratur. pag. 288. nu. 226.
Lex quantumuis taxatiuè loquens, caſus ſimiles non excludit. 288 229.
Lex filiusfam. ff. ad l. Falc. declaratur. 292. 251.
Lex, verbis non debet eſſe impoſita. 296. 8.
Lex Titia, ff. ad l. Falc. declaratur. 297. 13.
Lex Marcellus, §. quidam, ad S.C. Treb. l. cum pater, §. fidei ſuæ, de leg. 2. & l. cum virum, C. de fideicomm. declarantur. 297. 14.
Lex liberto, in §. filium, ff. de annuis legat. declaratur. pag. 297. num. 18.
Liberalis, in neceſſitatibus, nemo exiſtit. 29. 96. & 99.
Libertas per fideicommiſſum relinqui poteſt, legari nequaquam, 88. 17.
libertas per fideicommiſſum relinqui poteſt, legari nequit. 95. 85.
libertas directa, non niſi manumiſſione teſtamentaria dari poteſt in vltimis voluntatibus. 95. 86.
libertas directa, in Codicillis ab inteſtato, relinqui nō poteſt. 111. 193.
libertas rebus omnibus fauorabilior. 112. 194.
libertas eſt res inæſtimabilis. 114. 210.
libertas ſeruo, qui ſolus inſtitutus eſt, legari non poteſt. pag. 115. nu. 219.
libertas poteſt dari per quamlibet vltimam voluntatem. 115. 223.
libertas omnis, cōpetens ex manu alterius, quàm teſtatoris, fideicommiſſaria eſt. 116. 233.
libertas nulla præexiſtit anteaquàm ſeruus liberetur. pag. 117. nu. 246.
libertas hodie, ſi ſeruo legetur, an directa competat vel fideicommiſſaria. 118. 269.
libertas directa plenior. 118. 271.
libertas directa ſemper competit, vbi non grauatur honoratus, vt ſeruum manumittat. 118. 274.
libertas directa eſt potentior fideicommiſſaria; & magis propria. 119. 277.
libertas, quæ relinquitur ab hærede præſtanda, non niſi fideicommiſſaria eſſe poteſt. 119. 282.
libertas, quæ legatur, ab hærede præſtanda relinquitur. pag. 119. nu. 283.
libertas per fideicommiſſum relicta, vel legata, an iure actionis, vel per fideicommiſſum petatur. 135. 415.
libertas legata, quæ vim manumiſſionis teſtamentariæ non habet, non differt hodie, à fideicommiſſaria. 135. 418.
libertas directa competit ipſo iure, ſine facto hæredis. pag. 136. nu. 430.
libertatem legans ſeruo communi, intelligitur eum pro ſua parte manumittere. 119 278.
libertatem directam conſequi ſeruo eſt commodius, quàm fideicommiſſariam 119. 273.
Libertatis legatum non datur. 34. 122.
libertatis datio, in iure, contra diſtinguitur paſſim à legato, & tamquam quid, diuerſum ponitur. 115. 225.
libertatis legatum ſi daretur, eſſet factus titulus de libertate legata. 115. 226.
libertatis legati ſi aeratur, de eo fieret mentio, in tit. ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. peruen. 116. 227.
libertatis directæ nomen, antequam eſſent fideicommiſſa non dabatur. 116. 228.

Libertatis

Digitized by Google

Libertatis legatum, vel cum manumiſſione teſtamentaria, vel cū fideicommiſſaria libertate confunditur. 116.229.

libertatis datio quælibet manumiſſio eſt. 116.232.

libertatis legatum ſi daretur, per quod competeret directa libertas, Orcinio libertino, per legatum liberato; libertinorum definitio non competeret. 116.234.

libertatis legato liberatus, niſi cum manumiſſione teſtamentaria confundatur legatum libertatis, manumiſſus dici non poteſt. 116.236.

libertatis legatum ſi daretur, daretur legatum; cui non competeret legati definitio. 117.240.

libertatis legatum, donationis appellationem non recipit: pag. 117. nu. 241.

libertatis datio, eſt actus pius. 135.422.

Libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. pag. 116. 235.

Littera legis ſi pluribus, de leg. 2 expoſitio. 162.19.

littera totius legis in quartam, ad l Falc expoſitio. 182.81.

littera legis in fideicommiſſaria, ff. ad S.C. Treb. expoſitio. 263.44.

littera §. ſi legatum ad Sen. Conſ. Treb. expoſitio. 297.19.

Lucro hæredis grauati quod cedit in fideicommiſſariam reſtitutionem non venit. 265.58.

M

MAius vbi conceditur, minus quoque conceſſum intelligitur 99.118.

Manumiſſio teſtamentaria, directam tribuit libertatem. 119. 279.

Manumiſſio ſola eſt naturalis modus inducendæ libertatis. 118.265.

Manus, realiter ſeparata à reliquo corpore, eſt manus æquiuocè. 75.367.

Manumiſſus ab hærede, illius fit libertus, manumiſſus teſtamento, fit libertus Orcinus. 119.288.

Maritus, iure municipali prohibitus legare vxori, an intelligatur etiam prohibitus eam hæredem inſtituere. pag. 23. num. 54.

Materia eadem contingens, poteſt eſſe, diuerſis reſpectibus, interdum regularis, interdum ſpecialis. 153.44.

Matrimonij definitio explicatur. 34.117.

Mitius cum lege agitur, quàm cum homine. 33.112.

Modi non habetur ratio, dummodo ſequatur effectus, declaratur num. 76.181.73.

Mortis cauſa contingenter, quod capitur, in Falcidia, vel Trebellianica quartam non imputatur.

N

NAtura, quod fieri nequit, nec arte fieri poteſt pag. 92. num. 48.

Natura non poteſt confundere ſpecies, & identificare. pag. 93. num. 50.

Natura per prius formam ſignificat. 95.79.

Natura naturans, poteſt ſpecies confundere, & identificare. 95.91.

Naturalia iura criminoſi non amittunt. 226.309.

Naturalia iura ſunt immutabilia. 226.314.

Naturalia iura tolli non poſſunt iuribus ciuilibus. 226.315

Naturalis iuris eſſe dicitur, quod non procedit immediatè à naturali inſtinctu, & à principijs rationis ſine diſcurſu, & neceſſitate 226.317.

Naturalis iuris eſſe non poſſunt, quæ poſt reperta teſtamenta, & contractus fuerunt inducta. 226.319.

Natura debetur, quod iure gentium dari oportet. pag. 228. num. 337.

Neceſſario, quod capitur; aut iure hæreditario capitur, aut iure non hæreditario. 176.9.

Nepos non iure matris, ſed iure proprio ſuccedit Auo. pag. 245. nu. 432.

Nepos in ſucceſſione potior eſſe non debet, quàm filia. pag. 246. num. 461. & 464.

Nomina debent eſſe conſonantia rebus. 50.227.

Nomine quæ differunt; differunt etiam ſpecie. 30.101.

Nominum diuerſitas arguit diuerſitatem ſubſtantiæ. pag. 51. num. 236.

Nominentur res aut circumſcribantur, non refert. 140.464.

Non entium nullæ ſunt partes. 165.66.

Non entium nullæ ſunt partes. 29.211.

Numerus pluralis non verificatur, niſi ſaltem in duobus. 107.165.

O

OBligatio vbi datur, actio datur, non officium Iudicis, quod nullam præſupponit obligationem. 135.421. Declaratur num. 435.

Obligatio quælibet non parit actionem. 137.435.

Officium Iudicis; & perſecutio extraordinaria non recipiunt diuiſionem, vt aliqua ſint directa aliqua vtilia. 107.169

Officium Iudicis obligationem non ſupponit 100.174.

Officium Iudicis perſecutio extraordinaria eſt, actio autem ordinaria. 135.414.

Officium Iudicis nobile illud eſt, quod non ſeruit actioni intentatæ. 416.135.

Oliua etiam immatura decerpitur ad hominum commodum. 260. 7.

Omne, qui dicit, nihil excludit. 130.379.

Onus reale tranſit in quemcumque ſucceſſorem. 251.489.

Oppoſitorum natura eſt, vt non recipiantur in eodem ſubiecto. 92.45.

Oratio ſumpta ex vniuerſo, ſi reddatur falſa in vno, redditur falſa in omnibus. 110.200.

P

§Si quis autem non implens, & § ſi vero expreſſim, in Authent. de hæred. & Falcid. declaratur. 142.479.

§. 1. Inſt. de libertin. declaratur. 118.261.

§. poſt mortem; & §. ante hæredis, Inſtit. de leg. declaratur. 114 206.

§. præterea, Inſt. de fideicomm. hæred. declaratur. 113.203.

§ ſi liberi, Inſt. de pupill. declaratur 39.279.

§. ſi quis vna, Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred. declaratur. 152.198.

Partes eſſentiales ſunt materia, & forma. 76.383.

Pars incerta; ſi aliqua ratione certa reddi potuit, partis nomen, & effectum habet. 122.313.

Pars integralis deſtructioni ſui totius ſupereſſe non poteſt cum effectu, ſeparata enim corrumpitur. 75.370.

Pars integralis illa eſt, ſine qua totum eſt perfectum. pag. 74. num. 357.

Pars integralis minus principalis eſt, quæ totum integrat, poteſt tamen citra corruptionem illius abeſſe. 360.

Pars integralis ſi abſit, deſtruitur totum integrale, non eſſentiale. 76.382.

Pars omnis integralis neceſſariam ad ſuum totum relationem habet. 75.371.

Pars ſine deſtructione totius, ad quod refertur, abeſſe ab eo non poteſt; ſecus acceſſorium. 60.281.

Partes integrales certæ ſunt, & perpetuæ, ſecundum naturam totius, cuius ſunt partes. 75.362.

Partes rerum hæreditariarum ſunt res hæreditariæ. ... 11

Partis

Digitized by Google

Partis,quo ad partem,& totius,quo ad totum,idem eſt indicium. 201.158.

Pater,an poſſit grauare filium,cui iubere non poteſt,vt fructus in Trebellianicam imputet, vt hæreditatem cum fructibus reſtituat. 287.249.

Pater filium adoptans,intelligitur eum tam ad commoda, quàm ad onera recipere. 103.141.

Patientia pro traditione habetur. 34.119.

Patria noua,ſe habet ad nouos Ciues,quemadmodum pater adoptans ad filium adoptatum. 105.140.

Patrimonium includit onera. 41.172.

Peculio legato,tacitè,& in conſequentiam res peculiares intelliguntur legatæ. 130.377.

Declaratur num. 388.

Peculio legato,expreſsè,ſaltem in genere,legantur res peculio contentæ. 131.387.

Peculium, & res peculiares à rationibus dominicis ſeparata,ſimul ſumpta,idem ſunt. 131.388.

Peculij conceſſio intelligitur coarctata ad vitam patris concedentis,cum,ſecuta eius morte,extinguatur. 220.264.

Peculium,filio conſtitutum,an in legitimam imputetur. pag. 241. nu. 426.

Peculij conceſſio eſt coarctata ad placitum parentis concedentis,per quem poteſt adimi. 242.434.

Peculium morte concedentis extinguitur. 242.435.

Peculium,poſt mortem patris concedentis,commune eſt inter illius filios. 242.436.

Pecunia, quæ accepta, iubetur quis hæreditatem reſtituere, non accipitur iure hæreditario, ſed quaſi ex legato. pag. 180. num 64.

Pecunia ſimpliciter accepta, vbi vnus ex cohæredibus iuſſus eſt partem hæreditatis reſtituere, intelligitur iuſſus accipere de ſua portione. 181.67.

Pecunia accepta,non expreſſa perſona dantis,vbi quis hæreditatem reſtituere iubetur, quaſi ex legato pecuniam accipere intelligitur. 202.169.

Pecunia,vel ſpecies,quæ accepta, iubetur quis hæreditatem reſtituere, in Trebellianicam imputatur. 201.162.

Pecunia in genere, actu non eſt in hæreditate, ſed in potentia. 201.246.

Per, propoſitio,in compoſitione ſignificationem auget. pag. 97. num. 103.

Perfecta res dicitur,quæ ſuam formam habet. 71.338.

Perinde particula,eſt,quæ denotat omnimodam ſimilitudinem,& repetit ſimiles omnes qualitates. 139.455.

Perſecutio extraordinaria,quæ. 106.152.

Perſona regulatur ſecundum potentiorem qualitatem. pag 102. nu. 131.

Perſona eadem,non debet diuerſo iure cenſeri. 102.134.

Perſona eadem vno reſpectu ciuis, altero peregrina eſſe non poteſt. 102.135.

Perſona eadem,partim libera,partim ſerua eſſe non poteſt. 102.136.

Petens plures in ſolidum condemnari, tacitè ſentit ex natura cauſæ,vt,vnius ſolutione,cæteri liberentur. 152.33.

Pictura non eſt neceſſaria ad tabulam, ſed tabula ad picturam. 58.275.

Pignus, quod eſt contractus, fieri poteſt in teſtamento. pag. 37. num. 125.

Pignus,& nudo pacto, & magiſtratus auctoritate, & teſtamento fieri poſſe,iure ſingulari cautum eſt. 36.131.

Portio debita à liberto patrono,iure inſtitutionis eſt debita. 14. 24.

Poſiti in conditione,non cenſetur vocati. 204.183.

Poſitiua iura, & legalia,à naturali iure proficiſcuntur. pag. 227. nu. 326.

Poſitiuo iure,quod naturali ratione debetur,dici poteſt,quodammodo,iure naturali deberi. 227.329.

Poſſeſſionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt. 245.450.

Poſſidere videtur,qui dolo malo fecit, quominus poſſideret,& vel pecuniam poſſidet. 141.468.

Præcedere debet etiam tractatione,quod tempore, vel natura præcedit. 49.219.

Præceptoris probati eſt, non in varijs opinionibus recenſendis laborare,ſed in veritatis indagatione. 112.226.

Præcipua,quæ habentur in legitimam non imputantur. pag. 242. nu. 430.

Præfationes declarant voluntatem diſponentis. 13.12.

Prælegata,an,& quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſariam. 197.148.

Prælegati eſſentia in eo conſiſtit, vt capiatur ante partem, & præcipuum habeatur. 217.251.

Prælegati portio, quæ capitur iure hæreditario, in fideicommiſſariam reſtitutionem venit. 295.269.

Prælegati portio, quæ capitur iure hæreditario, an imputetur in Falcidiam directam,quæ deducitur de legatis. pag. 196 nu. 139.

Prælegati portio,quam hæres à ſe ipſo accipit,non à cohærede, iure hæreditario capit. 197.144.

Prælegati portio hæreditaria, an vniuerſa in Falcidiam imputetur. 195.153.

Prælegati portio,quæ à ſeipſo,& iure proprio capitur,venit appellatione portionis hæreditatis 266.149.

Prælegati portio hæreditaria in reſtitutionem venit,ſi ſit hæres grauatus reſtituere portionem hæreditatis, & prælegatum præcedat grauamen. 298.30.

Prælegatum legatum eſt. 195.134.

Prælegatum non venit appellatione hæreditatis, vel portionis hæreditariæ. 197.142.

Declaratur num. 145.

Prælegatum vniuerſum, an in Trebellianicam imputetur. 199.199.

Prælegatum quodlibet difformiter capitur. 198.161.

Prælegatum,quod ſemper difformiter capitur, an, & quando,& quomodo in Falcidiam imputetur. 196.157.

Prælegatum eſt quoddam mixtum ex iure hæreditario,& ex iure legati. 218.257.

Prælegatum hæreditatis appellatione non venit. 296.6.

Prælegatum,an,& quando,& quomodo veniat in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem. 298.21.

Prælegatum reſtituendum eſt, vel non ſecundum expreſſam, vel coniecturatam teſtatoris voluntatem, vbi de ea conſtare poteſt 298.22.

Prælegatum,quod capitur difformiter,quodque propriè prælegatum eſt,cur ſic appellatum. 298.24.

Prælegatum fiduciario hæredi relictum, in fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutionem non venit. 298.26.

Prælegatum,in quo facta eſt particularis,per ſubſtitutionem, prouiſio,in vniuerſalem hæreditatis reſtitutionem non venit. 298.27.

Prælegatum vniuerſum in fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutionem venit,vbi quis vniuerſaliter grauatus eſt,quicquid ex bonis,ex hæreditate,vel ex patrimonio ad eum peruenerit reſtituere. 298.29.

Prælegatum nulla ex parte in reſtitutionem venit, vbi hæres grauatus eſt partem hæreditatis reſtituere,ſi grauamen

men antecedit, & prælegatum ſubſequitur. 198.31.
Prætor habet ante oculos æquitatem. 138.443.
Pretium ſuccedit loco rei. 216.244.
Prioritas duplex, altera temporis, altera naturæ. 192.369.
Priuilegijs Gymnaſij Bononienſis; Peruſino vniuerſaliter conceſſis, an, & quando, ſi Bononienſe priuetur, Peruſinum quoque priuatum intelligatur. 102.129.
Priuilegia, vnius Gymnaſij, vbi alteri ſunt, in omnibus, & per omnia conceſſa, an, ſi Gymnaſium, cuius priuilegia alteri ſunt conceſſa, priuetur, alterum quoque priuatum intelligatur. 100.121.
Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum. 165.65.
Priuilegiorum conceſſio vnius vniuerſitatis, alteri, vniuerſaliter facta, & in omnibus, & per omnia, an, & quando ad futura trahatur. 99.120.
Priuilegia à nobis non ſunt multiplicanda, à lege poſſunt multiplicari. 285.205.
Priuilegium, priuilegiato conceſſum, ita intelligitur, vt antecedentibus priuilegijs non deroget. 103.144.
Priuilegium nullum eſt, vt filij legitimi habeant, vt filij, Trebellianicam, vel vt hæredes grauati. 285.204.
Priuilegia futura, priuilegia non ſunt. 98.117.
Priuilegia, cum ſint contra ius commune, non extenduntur, vbi non conſtat de contraria mente concedentis, niſi quatenus ratio verborum patitur. 98.109.
Priuilegia concernentia ſolummodo concedentis præiudicium, latiſſimam recipiunt interpretationem, etiam ſi conceſſio indefinito ſermone ſit concepta. 97.106.
Priuilegia in dubio non ſunt multiplicanda. 98.111.
Priuilegia omnia, ſi concedantur vnius Gymnaſij, alteri vniuerſitati, an conceſſio trahatur ad futura priuilegia. 97.100.
Priuatio præſupponit habitum. 34.118.
Priuatio præſupponit habitum. 87.3.
Prohibitione in vno facta à lege, ſimilia omnia, per quæ ad illud peruenitur, prohibita intelliguntur. 287.220.
Profectitia, in filijfamilias hæreditate eſſe non poſſunt. pag. 246. nu. 460.
Profectitia qualibet in legitimam imputantur. 246.456.
Probatio debet de neceſſitate concludere. 155.88.
Profectitia illa, quorum ipſe pater, dum viuit proprietatem non retinet, in legitimam non imputantur. .... 375.
Propriè verba legum, in dubio ſunt accipienda. 107.168.
Proprietas nominis ſumitur potiſſimum ex definitione. pag. 49. num. 232.
Proprietas verborum potiſſimum à definitione ſumitur, & ab ethymologia. 38.142.
Propoſitionum, materia, quotuplex. 152.37.
Propoſitio de materia neceſſaria & naturali, quæ. 152.38.
Propoſitio de materia contingenti, & accidentali, quæ. pag. 153. num. 40.
Propoſitio de materia impoſſibili. & remota, quæ. 152.39.
Propoſitionum materia contingens, aut ſpecialis, aut regularis, & communis. 153.41.
Propoſitio de materia contingenti, ſpeciali, quæ. 153.42.
Propoſitio de materia contingenti, regulari, quæ. 153.43.
Propoſitionum forma, quotuplex. 153.45.
Propoſitio, Cathegorica, quæ. 153.46.
Propoſitio, Hypotetica, quæ. 153.41.
Propoſitionum, quantitas, quotuplex. 153.55.
Propoſitiones vniuerſales, quæ. 153.56.
Propoſitio non vniuerſalis, quotuplex. 153.57.
Propoſitio particularis, quæ. 153.58.
Propoſitio regularis, quæ. & quotuplex. 153.59.
Propoſitio indefinita, quæ. 154.61.
Propoſitio, ſeu oratio indefinita, dicitur etiã generalis. 154.62.
Propoſitionum, qualitas, quotuplex. 154.66.
Propoſitio perfecta, quæ. 154.67.
Propoſitio imperfecta, quæ. 154.68.
Propoſitio, ſeu oratio imperfecta, interdum pro perfecta habetur. 154.69.
Propoſitio aliqua falſa, aliqua vera. 154.70.
Propoſitio, aliqua affirmatiua, aliqua negatiua. 154.71.
Propoſitionibus ex duabus, an, & quando vna ſit de neceſſitate falſa, altera de neceſſitate vera, remiſſiuè. 154.72.
Propoſitionũ aliqua enunciatiua, aliqua diſpoſitiua. 154.75
Propoſitionum vniuerſalium, aliqua collectiua, aliqua diſtributiua. 154.77.
Propoſitio vniuerſalis, aliqua dialectica, aliqua legalis, & moralis. 154.80.
Propoſitio, & oratio legalis, etiam ſingularis vniuerſali æquipollet. 156.106.
Propoſitio illa naturaliter, & propriè, non dicitur vniuerſali æquipollere, quæ, cum ſit generalis, & ambigua, ex humanitate, & per benignam interpretationem, habet vim vniuerſalis. 158.137.
Pupillariter ſubſtitui ei, qui non ſit in teſtatoris poteſtate, non poteſt. 22.53.
Pupillaris ſubſtitutio, & Codicilli non ſunt acceſſoria ad teſtamentum, ſed partes illius. 59.278.

Q

QVæ, & quando in Falcidiam imputentur. 211.223.
Quæſtiones voluntatis, in iudicis ſunt arbitrio. 20.44
Quæſtiones voluntatis eam recipiunt, in dubio, interpretationem, per quam ſatisfit vtrique parti. 20.45.
Qualitates contrariæ, etiam in ijs, quæ non differunt ſpecie, reperiuntur. 95.89.
Qualitas manans à iure communi, potentior ea eſt, quæ competit iure ſpeciali. 102.132.
Quando, aduerbium, & cauſaliter, & caſualiter accipi poteſt. 238.412.
Quarta, quæ deducitur de fideicommiſſis, ab ea, quæ deducitur de legatis, nomine non differt. .... 130. & 238. in fi.
Quarta Diui Pij inuenta fuit pro fideicommiſſis ab inteſtato. 112.195.
Quarta hæreditatis, in materia noſtra, cum quarta bonorum confunditur. 182.82.
Quarta bonorum rectius ad Falcidiam, quàm ad Trebellianicam refertur, cum, in Falcidia ratione, antea deducatur æs alienum. 182.83.
Quaſi legatum, quod etiam prælegatum appellatur, in reſtitutionem non venit. 298.23.
Quaſi contractus, facilius fit in teſtamento, quàm contractus.
Quaſi legatum, quid, & cur, ſic appellatum ab Auctore. 176.14.
Quaſi legatum, quibus modis differat ab eo, quod capitur in re hæreditario, & à legato, & prælegato. 176.15.
Quaſi legatum iſt, quod iudicio teſtatoris apud hæredem grauatum remanet iure hæreditario, ſine onere ad inſtar legati. 180.65. & 68. & 170.
Quaſi legatum in Falcidiam imputatur. 181.68.
Quaſi legatum in Trebellianicam imputat. 202.170. *ratio redditur. num.* 201.

R

RAtio debet eſſe generalis. 117.256.
Ratio debet eſſe generalior dicto. 182.84.

Ratione

Ratione vna ex duobus ceſſante, nō ceſſat diſpoſitio. 276.74
Ratio, vbi eadem, ibi eadem iuris diſpoſitio. 285.187.
Referri ad totum non poteſt, quod non ad omnes illas partes refertur. 75.163.71.
Regulam colligendo ex pluribus particularibus, vniuerſalem æquiparationem proferre; etiam legis condendæ auctoritatem non habens, poteſt. 91.37.11
Regula, quantumuis, vniuerſalis exceptiones patitur. 91 38.
Regulis iuris communis in dubio, ſtandum eſt. 221.268.
Regulæ in dubio ſtandum eſt. 273.118.
Rei vendicatio, ſupponit de neceſſitate dominium in agente. 128 163.
Rei vendicatio ſupponit dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex parte rei conuenti. 106.154.
Relatio, quæ ſe habet per modum cauſæ fiendi, quomodo differat ab ea, quæ ſe habet per modū cauſæ eſsēdi. 101.128
Relatio eſt genus oppoſiti. 92.44.
Relictum eius, quod debetur, creditori factum, eſt legatum. 29.95.
Relinquo, verbum relatum ad legitimam iure inſtitutionis debitam, hæredis inſtitutionem ſignificat. 14.21.
Relictum ſimplex, legatum eſt, & fideicommiſſum, tam particulare, quàm vniuerſale. 176 17.
Relictum cauſa conditionis implendæ, quid ſit. 176.18.
Replicatio, exceptionis appellationem recipit. 191.115.
Reſcribo verbum, etiam ad Iuriſconſultos, & ad eorum reſponſa refertur. 264.47.
Reſtitutionis rei alicuius debitum, comprahendit etiam fructus, licet de illis non ſit facta expreſſa mentio. 267.22.
Rubrica; & inſcriptio debet eſſe generalis ad omnia, quæ ſub ea tractantur. 50.225.

S

SColaſtici, habendi ex diſpoſitione ſtatuti, in omnibus, & per omnia, tamquam ciues, an ſubire etiam ciuitatis onera cogantur. 102 130.
Scolaſtici ſtatuto recepti, tamquam ciues, in omnibus, an, & quando, & quomodo etiā onera ſentire debeāt. 105.160.
Senatus Conſulto Trebelliano, Pegaſiani virtutibus tributis, Pegaſianum exploſum eſt. 93.52.
Sententia vna plures, per particulam diſtributiuam condemnati, ad eandem quantitatem omnes in ſolidum obligati intelliguntur. 51 25.
Sententia, eam, in dubio recipit interpretationem, per quam eſt libello conformis. 151.27.
Serui ſunt capaces legatorum. 26.64.
Serui, de iure ciuili, pro mortuis habentur. 26.68.
Serui ſunt incapaces eorum, quæ ſunt iuris ciuilis. 136 427.
Seruitutes debitæ hæredi in re legata, per aditionem confunduntur. 145.490.
Seruum liberari ab hærede, & libertum fieri Orcinum, implicat. 95.88.
Seruus, cui relicta eſt libertas per fideicommiſſum, ſi dominus eum non manumittat, & in mora conſtituatur, etiam ſine manumiſſione perducitur ad libertatem. 136.431.
Seruus inſtitutus hæres, à ſe ipſo libertatē accipit. 124.214.
Seruus proprius, ſimpliciter inſtitutus hæres, fit etiam liber. 118. 263.
Seruus poteſt dominum in ius vocare, & aduerſus eum conſtituere. 136.425.
Seruus eſt incapax actionis. 136.426.
Si, in plurali numero, cum coarctatione poſſeſſiui nominis, nominis valet diſpoſitio, & trahitur ad futura. 159.153.
Si qua, eſt particula diſtributiua. 159.147.
Simile nullum eſt idem. 51.237.
Pmo1 ia 7
Simile non eſt idem. 227.331.
Singula, quæ non proſunt, nec vnita iuuant. 106.195.
Singulari etiam appellatione vtimur, cum plura eiuſdem generis ſignificare volumus. 150.11.
Solui aliud pro alio, conſentiente creditore, poteſt. 219.265.
Specialia derogant generalibus. 73.351.
Specie poſita, ponitur genus, quod eſt in qualibet ſpecie. 63.294.
Specie non differunt, quæ eandem habent effectum ſpecificum. 93.62.
Specie non poſſunt differre, quorum alterum de altero reciprocè prædicatur 93.67.
Specie non differunt, quæ nullo modo differunt. 93.69.
Specie non poteſt à legato differre id, cui legati definitio competit. 93.72.
Specierum ciuilium confuſionem, poſſibilem eſſe demonſtratur. 94 93.
Species vnaquæque habet proprietates, & paſſiones omnes ſui generis. 64.304.
Species cum habeat formam indiuiduam, diuiſionem non recipit. 65.305.
Species re aliqua, ſemper abundat à genere. 37.316.
Species plura continet actu, quàm genus. 37.317.
Species eiuſdem generis, eaſdem, in definitionibus, habere differentias, non poſſunt 94.73.
Species oppoſita, in entibus rationis, vnam habet differentiam, non plures differentias ſpecificas; conſtituuntur enim ſpecies per negationem in vna, eius, quod eſt in altera, quòd ſi alteri communicetur, ſpecies confunduntur. 96.96.
Species, neque confundenda, neque ſine neceſſitate multiplicanda. 116.230.
Statuta ad caſus non porriguntur, qui ſub ſtricta, & propria verborum ſignificatione non comprahenduntur. 23.55.
Declaratur num. 61. *in fin.*
Statuta recipiunt interpretationem à iure communi. 24.63.
Statutorum diſpoſitiones, de Falcidia loquentes comprahendunt, etiam Trebellianicam. 161.7.
Statuti verba, vbi conueniunt propriè, conuenit etiam illius diſpoſitio. 24.62.
Statuti diſpoſitio, quantumuis odioſa, & exorbitans, ob rationis identitatem, extenditur ad caſus, quibus ſaltem largè, & impropriè ſtatuti, verba conueniunt. 23.57.
Statutum poteſt tollere beneficium abſtinendi. 142.473.
Subrogatum non eſt idem cum eo, in cuius locum ſubrogatur 227.330.
Subrogatum, capit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 225.304.
Declaratur num. 330 *& ſequen.*
Subrogatum non poteſt eſſe idem cum eo, in cuius locum ſubrogatum eſt. 51.238.
Subſtitutio pupillaris, facta à patre arrogatore filio arrogato, habet locum, non ſolum in bonis arrogatoris, ſed etiam in bonis relictis filio arrogato contemplatione patris arrogatoris. ..... 377.
Subſtitutionis ex cauſa quod capitur, in legitimam non imputatur. 232.471.
Subſtitutio nulla ſine conditione fieri poteſt. 232.473. *& num.* 476.
Succeſſionis primus gradus, apud quoſdam populos, eſt nepotis ex ſorore. 229.351.
Suitatis neceſſitas pro aditione habetur. 142.475.
Summa, §. ſi legatum, ad S.C. Treb.
Supplementum legitimæ non recipit dilationem. 233.481.

Supple-

Digitized by Google

Supplementum legitimæ patroni, non ſolum heredes, ſed etiam legatarios grauat. 234.488.

T

T*Acens cenſetur conſentire actui, qui ſit ad illius commodum* 39.151.

Taciti, & expreſſi par eſt virtus. 130.380.

*Declaratur uum.*391.

Tacitum omnino eſt, quod nullo modo verbis expreſſum eſt, ſed venit per interpretationem mentis, aliunde ſumptam, quàm ex verbis. 130.384.

Tacitum relictum hodie poteſt habere vim legati. 131.391.

Tacitum legatum, an, & quando dominium recta via in legatarium transferat. 131.392.

Tale appellatur, quod fuit quandoque tale, demonſtrationis gratia. 43.184.

Talis dicitur res, etiam poſtquam deſinit eſſe talis, demonſtrationis gratia. 122 318.

Tempus præſens, quando poſſit ad præteritum referri. pag. 113. nu. 204.

Teſtamenta latiſſima, legata ſtricte interpretantur. 58.272.

Teſtameata pleniorem recipiunt interpretationẽ. 118.270.

Declaratur num 295.

Teſtamenti pars, nec teſtamentum eſſe poteſt, nec illius recipere appellationem. 51.240.

Teſtameati deſinitio, Codicillis non competit. 52.246.

Teſtamenti caput, & fundamentum in hæredis inſtitutione conſiſtit. 52.250.

Teſtamenti forma hæredis inſtitutio, materia teſtamenti voluntas volita. 62.287.

Teſtamenti pars ſubiectiua dicitur illa, cui teſtamenti definitio, & nomen poteſt accommodari. 62.292.

Teſtamenti ſolemnitas non eſt forma illius 68.324.

Teſtamenti conditionalis voluntas poteſt pendere à re alieniſſima. 76.377.

Teſtamenti appellatione, an veniant codicilli. 49 222.

Teſtamento pereunte, legata quoque infirmantur. 57.266.

Teſtamentum accipitur in genere, & in ſpecie. 49.221.

Teſtamentum ſuum caput habet, & fundamentum, per hæredis inſtitutionem. 19.42.

Teſtamentum ad ius ciuile, à quo formam habet, refertur. 27. 81.

Teſtamentum, & contractus opponuntur, & oppoſitis differentijs diſcriminantur. 36.128.

Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. 233.233.

Teſtamentum quatuor modis accipitur, ſecundum communes traditiones 60.282.

Teſtamentum, quod ſub teſtamento in ſpecie comprehenditur, eſt pars ſubiectiua teſtamenti 62 293.

Teſtamentum vnicum ab vno homine validum tantum fieri poteſt, contractus autem plures. 63.297.

Teſtamentum, cuius forma in puncto indiuiſibili conſiſtit, & in vltima concluſiua, eſt quid indiuiduum. 63.298. & 359.

Teſtamentum continens pupillarem ſubſtitutionem, non eſt duplex, ſed vnicum teſtamentum duarum cauſarum. 63.299.

Teſtamentum eſt modus acquirendi de iure ciuili. 67.318.

Teſtamentum eſt vltima voluntas informata, & ad ſpeciem contracta, per hæredis inſtitutionem. 68.322.

Teſtamentum collectiuum continet plures vltimas voluntates, inter ſe ſpecie realiter diſtinctas. 68.326.

Teſtamentum, in quo plures ſunt inſtituti hæredes in partibus, quas teſtator cuicumque poſtea adſcripſerit, ſubſtinetur, etiam ſi partes non fuerint adſcriptæ, 70 333.

Teſtamentum, in quo volebat teſtator plures inſtituere hæredes, ſi aliquorum nomina prætermiſerit, quo ad eos duntaxat vitiatur. 70.334.

Teſtamentum, in quo ciuitati quis vicos reliquit, & promiſit eorum ſiaes ſe ſignaturum, & certaminis formam, quæ celebrari ſingulis annis voluit declaratorum, valet, etiam non ſecuta dicta declaratione. 70.335.

Teſtamentum captum, ſuperueniente impedimento, vitiatur, non factum, & perfectum. 70.337.

Teſtamentum tribus verbis fieri poteſt. 71.340.

Teſtamentum captum, & non perfectum, nullum eſt. pag. 75. num. 345.

Teſtamentum, in quo teſtator, mortalitate præuentus, deſtinatum legatum non perficit, captum dicitur, non perfectum. 71.346.

Teſtamentum, in quo plures erat quis nuncupaturus hæredes, aliquibus non nuncupatis, in totum infirmatur. pag. 72. num. 348.

Teſtameatum collectiuum eſt totum per aggregationem diuerſarum vltimarum voluntatum, ex diſpoſitione, & deſtinatione teſtatoris. 72.350.

Teſtamentum, an, & quando inualidum reddatur ex eo, quod teſtator omiſerit aliquid, quod facere deſtinauerat. 73.355.

Teſtamentum, à quo legatum adimitur, neque inutile efficitur, neque imperfectum. 75.361.

Teſtamentum eſt de iure ciuili. 226.520. & 341.

Teſtamentum perfectionem, & integritatem a legatis non recipit. 76.378.

Teſtamentum velle facere creditur, qui legat, vel directe ſubſtituit 111.191.

Teſtandi facultas, quæ conſiſtit in hæredis inſtitutione, tolli non poteſt. 23.56.

Teſtari velle præſumitur, qui aliquem ex filijs exhæredat. 13.14.

Teſtari velle præſumitur, rogans teſtes, vt praſto ſint ſuo teſtamento, vel proteſtans, in fine, illud ſuum eſſe teſtamentum. 13.15.

Teſtari velle præſumitur, qui vulgariter ſubſtituit ei, cui bona ſua legauit. 13.16.

Teſtator, ſi dicat in actu teſtandi, præſenti, & acceptanti, dono tibi equum, an intelligatur legaſſe, vel inter viuos donaſſe. 55.122.

Teſtator cenſetur minus ſibi velle præiudicare, quam ſit poſſibile. 39 148.

Teſtator cenſetur minus velle grauare hæredem ſuum, quàm ſit poſſibile. 39. 148.

Teſtator non poteſt quicquam velle contra leges, vel contra naturam actus 76.326.

Teſtator non poteſt facere, vt libertas directa tranſeat in eum, cui ab hærede, ex cauſa legati eſt præſtanda. 95.87.

Teſtator, in dubio, cenſetur minus grauare hæredem, quam fieri poſſit. 119.286.

Teſtator non poteſt facere, vt ſuo in teſtamento leges locum non habeant.

Teſtator magis diligit hæredes, quàm legatarios, ſed fideicommiſſarium vniuerſalem magis, quam hæredem, & ſic fauorabiliora ſunt fideicommiſſa. 215.237. & 240.

Teſtator præſumitur velle poſt mortem quoque locum habere, quod in vita obſeruari voluit. 221.266.

Declaratur num. 274.

Teſtator cenſetur gregem limitaſſe ad numerum, in quo reperiebatur tempore aditæ hæreditatis. 271.96.

Teſtator

Teſtator non præſumitur alienam magis, quàm propriam ſobolem diligere. 283.189.
Teſtatoris voluntas, talis eſſe cenſetur, qualem verba demonſtrant. 15.26.
Teſtatoris voluntas, in ea parte, à qua nõ conſtat, receſſiſſe, ſemper in dubio à lege ſubſtinetur. 70.332.
Limitatur num 351.
Teſtatoris indicio habetur, quod cauſa conditionis implendæ debetur, præſertim, ſi res, de qua potuit diſponere, ſit in conditione poſita. 235.397.
Titulus de verborum ſignificatione, frequentius explicat ſignificationes verborum ex communi vſu iuris, & ex interpretatione leges, quàm proprias. 117.251.
Totius, & partis, idem iudicium. 40.161.
Declaratur num. 181.
Totum de parte non prædicatur. 52.241.
Totum collectiuum de ſuis partibus non prædicatur. 54.259
Totum, quid ſit, & quotuplex, latiſſimè declaratur. 60.283.
Totum voluntarium conſtituitur ex deſtinatione conſtituentis illud. 74.359.
Totum integrale illud dicitur, quod diuiditur in partes, per quantitatem continuam. 75.366.
Tractatus non ſemper inſcribuntur à ſubiecto adæquato, ſed interdum à ſubiecto principali. 52.251.
Tranſitus facilior in habentibus ſymbolum. 218.254.
Trebellianica eſt Falcidia vtilis extenſa de legatis ad fideicommiſſa. 179 50. & 132.
Trebellianica vox Latina non eſt, ſed Scolaſtica, & magiſtralis. 195.231.
Trebellianica, heterogeneam habet naturam. 218.253.
Trebellianica recipit ſimplicia. 218.256.
Trebellianica, & legitima habent ſe ad inuicem, tamquam excedentis, & exceſſum. 242.437.
Trebellianica detractio magis eſt contra voluntatem teſtatoris, quam Falcidia. 215.238.
Trebellianicam detrahens, non adit ex neceſſitate, cum hæres coactus adire, quartam non detrahat. 215.236.

V

VEndicare verbum, ſuè acceptum, ſignificat actum petendi rem quacumque actione. 106.156.
Venio verbum, vbi idem, quod comprahendere, vel continere ſignificat, ſextum etiam caſum, interdum admittit. pag. 263. num. 45.
Verba ſunt nota eorum, quæ ſunt in mente, 15.27.
Verba merè obliqua, numquam poſſunt trahi ad hæredis inſtitutionem. 19.39.
Verba communia in dubio eam recipiunt interpretationem, vt diſponant directè. 19.41.
Verba quicquid includunt in diſpoſitione permiſſiua excludunt in diſpoſitione prohibitiua. 24.60.
Verba in dubio ſunt intelligenda ſimpliciter, & ſecundum potentiorem ſignificationem. 73.133.
Declaratur num. 152.
Verba teſtatoris dubia eam recipiunt interpretationem, vt pleniorem diſpoſitionem ſignificent. 73.136.
Declaratur num. 152.
Verba æquiuoca eam recipiunt interpretationem, quæ magis facit contra proferentem. 37.137.
Declaratur num. 153.
Verba diſponentis intelliguntur ſecundum naturam actus, qui geritur. 38.140.
Verba ambigua, in contractibus recipiunt interpretationem contra proferentem. 39.153.
Verba ambigua, in vltimis voluntatibus, recipiunt interpretationem ad fauorem teſtatoris. 39.159.
Verba ciuilia, & legitima, quæ. 87.9.
Verba precaria, quæ. 88 10.
Verba legis affirmatiuè ad Iudicem relata non actionem ſignificant, ſed Iudicis officium. 106.161.
Verba ſunt intelligenda in potentiori ſignificatione, & per prius, non per poſterius. 108.276.
Declaratur num. 295.
Verba legis concedentis ius petendi aliquid, ſi ad partes referuntur, non ad Iudicem actionem ſignificant, non officium Iudicis. 135.420. *Declaratur* 433.
Verba, quæ poſſunt accipi in ſpecie, & in genere, in dubio, accipiuntur in ſpecie. 140.459.
Verba legis cum effectu ſunt intelligenda. 280.169.
Verba legis naturaliter non ciuiliter intelliguntur. 286.208
Declaratur num 215.
Verba ſunt nota eorum, quæ ſunt in mente. 297.17.
Verbis, quibus poteſt fideicommiſſum induci, fideicommiſſum inducit. 119.284.
Veritas paucis contenta eſt. 284.236.
Veritas, eſt fictione potentior. 104.148.
Veritatem, vt tueamur, nec præceptoribus, nec amicis parcendum. 271.102.
Vltima voluntas generaliſſimè ſumpta, in ſuas ſpecies diuiditur. 8.2.
Vltima voluntates pendere ab alieno arbitrio non poſſunt. 39.156.
Vltima voluntatis, quod ſpecies non eſt, nec teſtamenti in genere generaliſſimo ſpecies, & pars ſubiectiua eſſe poteſt. 63.306.
Vltima voluntatis ſpecies eſſe non poteſt, quod per ſe à cæteris vltimis voluntatibus, materiam per propriam formam ſeparatam, & ſpecificatam non habet. 65.307.
Vltima voluntatis, ſeu teſtamenti in genere generaliſſimo (ſi datur) definitio, 68.317.
Vniuerſalis acquiſitio ea dici non poteſt, quæ continet aliqua per accidens, non ſui natura. 43.186.
Vniuerſalis propoſitio legalis, & moralis, quo nomine differat à dialectica vniuerſali. 90.29.
Vniuerſalis æquiparationis, per modum regulæ, an fuerit auctor Vlpianus. 91.32.
Vniuerſalis dialectica, quæ. 154.81.
Vniuerſalis, moralis, & legis, quæ. 155.83.
Vniuerſitas aliqua eſt comprahendens onera vi nominis, aliqua non. 123.325.
Voluntas diſponentis talis eſſe cenſetur, qualis eſt verborum ſignificatio. 2.50.
Voluntas teſtatoris eſt regina, & lex in teſtamento. 74.357 & 149.8. & 297.15.
Voluntas coartata ad vitã alicuius, poſt mortem illius non debet aliquid operari. 221.267.
Voluntas coarctata ad placitum, & ad vitam alicuius poſt mortem illius, & placito ceſſante, nihil debet operari. 242.433.
Voluntatis nullum efficacius argumentũ, quã verba. 297.16.
Vtile per inutile non vitiatur. 69.330. *Limitatur* 350.
Vtile, & duraturum, quod eſt, ſaltem patientia, in iure conſideratur. 129.370.
Vtilia ad vectis regulariter non differunt. 95.132.
Vulgaris ſubſtitutio, quæ ſine teſtamento exiſtere non poteſt, & teſtamenti naturam ſequitur, neceſſaria tamen ad teſtamentum non eſt. 42.276.

FINIS.

Digitized by Google